d arbitretur, & ſi aliter fieret põt appellari. antepiff. de uerb ſig. & ibi gl. & gl. in c. ſup his extra de ac. in uerbo arbitriũ, & uoluit expreſſe Bar. Id. l. ante. in fi. & Bar. poſt gl. in l. quid ergo. §. pœna grauior. pe. col. uer. ult. legis iſtũ, ff. de inf. & Bal. in c. 1. 8. col. uer. & ſcias, in ti. de mil. ua. q cont. eſt. concorda ut ꝑ Fel. in d. c. ſuper his. 5. col. & tãto magis tenetur, et arctat iudex rõne minoris ætatis minorare pęnã, qa ita cõſuetũ eſt fieri in tota Italia, ſequitur ꝙ eſt neceſſariũ, licet eſſet prius ſimpliciter arbitrariũ ut eſt tex. in l. accuſarii. ff. de extraor. cri. et no in gl. in l. q d ergo. §. pęna grauior, ff. de inf. & ſequitur Bal. in l. quicunq. C. de ſer. fug. 6. col. pract. n. eſt uera intellectrix legũ ut inqt elegãtẽr Bal. in c. 1. in prin. in uer. & ideo qñ capiũtur. de feu. ſine cul. nõ amitt. cuius dictũ reaſſumit Dec. in cõſ. 131. reuocat, in ultimis uerbis, hic idẽ Bal. in l. illud ff. exc de tut. per illũ tex. no. ꝙ ab antiqua pract. non eſt recedẽdũ, & idẽ repet. in cõſ. 473. ſtatuto cõis Papiæ, 2. col. 1. li. de quo late per Cor. in ſuis mem ĩ uerbo practica & quod ita ſit ſeruatũ, & ſeruetur habet ꝑ Dec. quos ſupra allegaui, & teſtor Deũ, & totã fere Italiam, hæc quoq. facere uidẽtur pro 1. parte, At pro 2. parte ultra allegata ſuperiori loco facit id, ꝙ legitur in dialogo B Gregorii quarti uidelicet de puero quinque annorum, qui iurans, & blaſphemans maieſtatẽ Dei fuit raptus a diabolo, euenire.n. ſolet, quod licet ſit minor ætas in aliquo ſit tantã in eum malitia, quæ ſupplet ætatem adeo quod pp illã exaptã malitiam puniri debeant ac ſi eſſet maior, ut uoluit Bal. in alle. l. adminiſtrãtes, § qui corporis, & nõ nimirum ſi text. in §. in delictis uſus fuit illo aduerbio interdũ, quaſi diceret, ꝙ talis poterit eſſe malitia, ut licet quis ſit minor nihilominus non debet ei miſeratione ætatis ſuccurri, hęc dicit Phil. 5. eth. c. 9. ĩ hęc uerba, qñ igitur lex in uniuerſum dixerit, & ꝑter uniuerſale poſtea quippiam cõtigerit, tũc recte ſe habet, ſi qua legiſlator omiſit abſoluteque ac ſimpliciter loquẽdo peccauit, corrigatur defectus, id ꝙ legiſlator etiã ipſe ſi adeſſet, dixiſſet, & ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem inſtituiſſet, ſicque iudex ex arbitrio ſibi conceſſo põt ſm emergentiam, & qualitatem caſuum prouidere, nec aſtringitur ut magis uno mõ quã altero prouideat, nam dupliciter poteſt eſſe aliquod neceſſarium, ſecundũ Auic. neceſſarium ex ſe, & neceſſarium ex alio, Comment. in paraphraſi. 1. de cælo ult. cap. & 8. phyſ. commẽ. 79. & 2. cel commen. 71. et 2 ergo nõ eſt cauſa neceſſaria ex ſe ad minorandum pęnam in caſu propoſito, quia malitia ſupplet ætatẽ. de illis, & 2. de deſpon. imp. & ibi glo & l. 3. C. ſi min. ſe maio. dix. cũ ſimilibus, ratio.n. quare leges permiſerunt poſſe minori pœnam in minoribus fuit, quod & minor dolus in eis uidebatur concurrere quam in maioribus, at ubi tantus dolus tantaque malitia concurrit ſicut in maioribus, ceſſante ratione diſpenſationis ceſſat diſpenſatio, & ſic minor ætas ex ſe nõ eſt cã neceſſaria, aut minoretur pęna niſi ut ſupra nec etiam eſt cauſa neceſſaria ad minorem pœnam minor ætas propter aliud. & ſic legis neceſſitate, quia lex dicit interdum ſubueniendum eſſe, & ſic non ſemper. Itẽ alibi dicit lex, quod malitia ſupplet ætatem, ut ſupra, & una lex diſtinguitur per aliam ergo nec ex ſe, nec ex alio eſt

neceſſa-

neceſſarium ratione minoris ætatis mino rare pæna. Quid igitur dicendum in tãta doctorũ, & opinionum uarietate, certe nõ nulla poſſent adduci hoc inde ꝑ utraque parte, tñ non puto recedendum ab iis quæ alias, in prac. mea cauſa crim. in uerbo pænis debitis ſeriãtur, & in prag. de ſodomia dixi, uidelicet ꝙ cogatur iudex miſeratio
e ne e ætatis minorare pænã in atrocionib. ac in atrociſſimis concurrente malitia ipſius minoris, non puto ſubueniendũ. conſiderata tñ qualitate minoris ætatis, & ita uidetur probari in d. §. in delictis in 2. par te ſui, & ita dico procedere Do. Bal. in d. l. adminiſtrantes. §. qui corporis, & ita fuit proximis dieb. in ſacro regio conſil. deciſum in delicto nephando ſodomitico, in minore agente, ſed in patiente non, & hãc opi. tenuit gl. in d. §. in delictis, & aliis doctores quos ſupra retuli, & tenẽdo hic par tem illud aduerbiũ, interdum, poſitum eſt in d §. in delictis nõ quia res eſſet arbitraria in atrocioribus, ſed ex quõ, qñ delicta ſunt atrociſſima cõcurrente malitia mino ris (q̃ ſuppleret ætatẽ) non erat ſubueniendum, intelligo tñ de eo minori, q eſt ultra 14. annos & ita dico iuris eſſe ſaluo ſp ſaliori conſil. Res tñ adhuc non fuit deciſa, fuerunt tñ oẽs de conſ. & de magna curia, & regia camera in contrario uoto, decem pro una parte, decẽ pro alia adeo quod nõ fuit cauſa determinata. *Pet. Fol. V* I. D.

86 † De ſecunda culpa. l. de leui, ſi quęratur, an delictũ commiſſum rem culpa puniatur, Dico, quod in hoc reperitur magna uarietas inter Doc. quos refert *Bald* in leg. data opera, co. 3. C. qui acc non poſſ. & An g. in tra c. maleſ. in uerſ. incendiario. Nã Cyn. in l. ſi quis non dicã rapere, C. de ep. & cl. tenet, quod leuis culpa nõ punitur, niſi ad re fectionẽ dãni. Verũ ſi non hẽt in ære luat in corpus, l. qui ædes. ff. de inc. ru. nau. Sed contrariũ tenet Bar. in l. reſp ciẽdũ. §. delinquunt ff. de pæ. ubi dicit, quod leuis culpa punitur criminaliter. idẽ & *Bar.* ĩ d. l. fi. circa fi. uer. q̃ in gl. etc. ff. de pri. del. ubi dicit quod ubi l ẽt locũ acti. Aquilibi põt quis criminaliter accuſari, pro hac parte facit tex. in l. ſi fortuito, iuncta gl in uer. lux, ff. de inc. no. nauf. ubi expſſe dr̃, quod primũ culpa dolo proxima, et iſta eſt lata uel luxuriæ, i. late proxima, et iſta eſt leuis. idẽ tenet Cæp. in conſ. 63. col. 4. & conſ. 42. colu. 3. ubi dicit. quod leuis culpa punitur leuius.

87 † In hac uarietate placet mihi quædam diſtinctio, quam fecit Bal. in d. l. data opera col. 3. circa medium, uidelicet ut diſtinguamus. Aut culpa leuis conſiſtit in omittendo, ſeu negligẽdo & nõ punitur niſi ad æſtimationem damni, et ita loquatur opi.
f Cy. aut cõſiſtit *f* in faciendo, et ita loquatur opi. Bar. et ſequacium. Hãc diſtinctionẽ puto ueriſſimam et confirmo eam, per duo uita. ſ. per d. l. qui ædes. ff. de incen rui.
g na. ubi dicitur, quod ſi per *g* negligentiã fuerit cum miſtum incẽdium, tenẽt negligens ſarcire dãnum et ſi idoneus nõ ſit, leuius, caſtigatur, et quod ille text. loquatur de leui culpa in obmittendo, probatur, quia loquitur de negligentia ſimpliciter, nam eo ipſo, quod quis negligit, dicitur obmittere. *I*tem magna ſeu nimia negligentia dicitur lata culpa, l. cedere d. em, §. fi. ff de uerb. ſign. & le. mil. ff. de cuſt. reor. Ergo quando punitur ſimpliciter, ſine illo adiectiuo, magna, debet intelligi de leui.

88 † Sicut dicimus, qñ ſimpliciter fit mẽtio de culpa intelligitur de leui, gloſſ. ẽt et ibi Bar. in fi. in l. in uend. §. i ff. de bo. aut. iud. poſſ. et Ale. in l. ſi mora, col. 4. ff. ſo. ma. et Ale. in conſ. 45. in i. uol. Secundo, cõfirmo per l capital ũ. § qui ob inimicitias in fi. ff. de pæ. ubi dr̃, ꝙ fortuita incendia, q̃ per negligentiam cõmiſſa fuerint, ciuiliter exercendo, uel modice uindicantur. intelligo illã alternatiuã, ſ. qñ negligens nõ hẽt in ære, tunc luat in corpus, ſcd̃m formã d. l. qui ædes. alias cõtrariatur iſti l. ub. eſt ſimilis caſus, nã unã lex dẽt per altã diſtingui, l. ſed & poſteriores. ff de le. Sed qñ culpa leuis conſiſtit in faciendo, tũc punitur et probato per d. l. ſi fortuito, iuncta gl in uerſi. luxuriæ, eo modo quo ſupra declaraui, et ita cum iſta diſtinctione pertranſeo.

89 † Tertia culpa, ſ. leuiſſima, an puniatur criminaliter. Breuiter quidquid teneat Bart. in d l ſi. ff. de pri. del. circa fi. et in d. l. reſpiciendũ. §. delinquunt uer. tas eſt ꝙ leuiſſima culpa non punitur, niſi ciuiliter ad æſtimationẽ damni, ita tenet Cy. in d l. ſi quis non dicam rapere. C. de ep. et cl. et Bal. in d. l. data opera, col. 5. circa fi. C. qui acc. nõ poſſ. & Alexa. in add. ad *B*ar. in d §. delinquunt, et Ang. in tract. maleſ. in uer. incen

diario, col. 3. ubi allegat unum, conſ. Sal.
90 † Nunc ergo ſi quæris, an ubi hēt locū act. l. Aquil. hēat locum ēt pœna criminalis, potes rñdere ex præd. c. is, nā ſi damnū eſt datum lata culpa in cōmittendo pōt criminaliter accuſari. Si uero eſt leuis culpa in negligendo, agitur ciuiliter tm̄. Verū ſi nō hēt in ære, luat in corpus ut d. l. qui hēdes,
h & d. §. qui ob inimicitias. Si uero eſt leuiſſima culpa, tunc ſolū agitur ciuiliter ad dānū, ut ſup. Verū eſt aduertendum, quia tunc demum agitur ad dānum ex leuiſſima culpa, qn̄ eſt in faciendo, ſecus ſi eſt in omittēdo quia tunc ceſſat actio l. Aqui. ſm Alex. ī l. domus hæreditarias. ff. del. r. hr̄ in dec. 57 conſi. Neap co. ſi. Pro hoc eſt tex. formalis in l. ſi cuius §. deniq. conſultus. ff. de uſufr. Et per hoc habes limitationem ad l. in lege, la 1. ff. ad l. Aqui. ubi dr̄, q in l. Aquilia uenit leuiſſima culpa, quia debet intelligi dummodo conſtat in faciendo alias ſecus.
91 † Prædicta tm̄ intellige, q licet quis poſſit in aliquib. caſib. criminaliter puniri p culpa, hoc tm̄ intelligitur mediante accuſatione offenſi, nam per uiā inquiſitionis iudex nunquam procedit pro delicto culpa commiſſo, niſi dolus uel lata culpa īteruenian, ut dicam inf. 6. par huius trac. materia inq
92 ſitionis uer. 10. pricipaliter, &c. † Vidimus hucuſque ſatis abunde duo mēbra huius principalis diſtinctionis iudicus, ſ. qn̄ dicatur iudicium ciuile, & qn̄ criminale, ſupereſt uidere de tertio membro. ſ. de iudicio miſto. Super quo dico, quod in terminis noſtris, de quib. loquimur in hac prima di
i ſtōne, iudiciū i miſtum dr̄ illud, quod participat de criminali, & de ciuili, ut eſt, qn̄ pœnā uenit applicanda pro parte fiſco, & pro parte parti. Pōt poni exemplum in crimine iniuriarum, qn̄ porrigitur libellus ſm formā conſt. uarietates, ſ. ut pœna æſtōnis iniuriæ applicetur pro duab. partib. curiæ ſeu fiſco, & pro tertia parte parti offenſæ. Similiter pōt poni exemplum, d. ctante ſtatum, quod quicunq. accuſauerit bannitū, lucretur dimidiū pœnæ banni, ut not. Bar. in l. ſenatus, § ſenatus, ff. de iure fiſ. & quod talis cā dicatur miſta, tenet Ale. in conſ. 66. col. 2. uer. uel uerius &c. in 1. uolu. Ant. de But. in ru. de iud. & Ale. in conſi. 82. col. ſi. in 1. uol. & Mat. de Affl. in l conſt. uarietates, col. 3. pro hoc allegatur tex. in c. tuæ in
93 ſi. de proc. † Ad unum tm̄ eſt aduertendū, q qn̄ agitur ad pœnam pecuniariā in iſto iudicio miſto non dēt agens cōcludere, qd pœna applicatur pro parte ſibi, & p parte fiſco. Sed quod tota applicetur fiſco & poſtea a fiſco diuidatur cū ipſa parte. alias nō pcederet libellus, ita p lchre tenet An. de Are. in §. pe. col. 4. in fi. uer. unū tm̄, &c. in ſt. de act. Mouetur p id. qd dicit Bart. in d. §. ſen. tu & Bar. in d. l. 1. C. de uē. re. fiſ. cō. cū priu. li. 10. ubi hr̄, quod qn̄ fiſcus hēt rē cōem cum priuato, ipſe fiſcus diuidit. Imo rōne partis q hēt in re, pōt totā rē uēdere, ut ibi hr̄. Et p̄dicta ēt tenet Fel. i l. 3. uer. alterius ab extra &c. C. ad l. Fal. fatetur tm̄ Bar. i d. l. i. qd ſi quis ſolueret illi priuato agēti
94 eſſet liberatus, ut ibi per eū. † Supereſt hic attingere unū dubiū ualde neceſſariū ībatmā, & eſt tale, uidelicet ſtante in regno regia prag. prima, q incipit, diſpēdia, q uult, qd in oib. cauſis ciuilib. uel miſtis pcedatſ ſine figura iudicii. Quæro, an intelligatur de iſtis cauſis miſtis. l. qn̄ pœna uenit applicāda pro parte fiſco, & pro parti. Effectus eſſet magnus, quia multæ ſolēnitates q requīſitur in libello accuſatorio, tollerētur p illā clauſulam, ſiue figura iudicii, &c. In hec p̄ſuppono, qd cā miſta pōt conſiderari dupliciter, ſ. uno mō, quo ſupra dixi, qn̄ pœna applicatur fiſco, & parti. Alio mō, qn̄ ex delicto agitur ciuiliter, ut declaratur in pcedentib. nā tunc cā non pōt dici mere ciuilis, q a deſcendit ex delicto: minime pt dici mere criālis, ex quo agitur ciuiliter, & non ad pœnā ordinariā, uñ dr̄ miſta. Iſta eſt propriē tex. & ibi gl. in c. tuæ in fi. de proc. per quē ita tenet Ab. in rub. de iud. uol. 2. uer. ſcdo principaliter, &c. Primo mō dr̄ cā miſta, reſpū pœnæ, q a applicatur fiſco, & parti, p ea, q hn̄t per gl. & Bart. in l. pt. ff. de ſepulchro & in l. ag. ff de tex. moto. Secūdo mō dr̄ cā miſta, reſpectu modi agendi ex eo, quia pro crīe agit ciuiliter. Hoc p̄ſuppoſito dico, qd in rei ueritate utraq. cā dr̄ miſta uerum prima magis accedit criminalitati, duab. potiſſime rōnibus. Primo, quia pœna de direc o applicatur tota fiſco & deinde a fiſco applicatur parti, & ob hāc cā m poſſet dici criminalis, ſecundum Alex. in conſ. 132. col. fin. in 1. uol. ſecundo, quia ex quo pars criminalis cenſetur potentior, & dignior, trahit ad ſe partē ciuilē tanquam

minus

minus potentem, & minus dignã, ita tenet
Alex. in cõſ. 82. in fi. in 1. uol. facitquod no.
Bar. in l. quærit, ff. de ſta. & Bald. in conſil.
226. in 3. uol. Tñ, q a dicta regia prag. loq-
tur ſimpliciter de cauſis miſtis, cũ prius lo
quatur de ciuilib. de neceſſitate ĩtelligitur
de illis, quę hñt miſturam ciuilitatis, crimi
nalitatis. Vnde cũ ambæ cauſæ prædictę di
cãtur miſtę, nõ pt negari, quin dicta prag.
loquatur de ambab. unde reuertendo ad de
ciſionẽ qõnis ꝑpoſitæ dico, ꝙ dicta prag.
loquitur de iſtis cauſis miſtis. Verũ ſi q̃ris,
an per hoc ſit ſublatæ ſolẽnitates libellorũ
dico, ꝙ duo ad ſolẽnitates formale, q̃ non
reſpiciunt probationes ſunt ſublatæ, unde
põt porrigi talis qualis petitio per modum
ſimplicis poſita in cauſis miſtis, ſicut ĩ ciui
bus, propter dicta clauſulã, ſine figura iudi
cij, &c. ut no. Pariſ. in trac. ſynd. in uer. ſen
tẽtia, col. 6. in c. an dictum capitulũ, &c. Si
uero quæris de ſolẽnitatib. ſubſtantialibus
quæ reſpiciũt probationes, & tũc iſtæ non
ſunt ſublatæ, & hoc deciditur in prag. in fi.
95 ibi declarantes, &c. † Ex hoc infertur, quod
ſolẽnitas, l. libellorũ, ff. de acc. ſi ſolẽnitas
ſubſtãtialis, reſpiciens probationes, q a eſt
in ducta in fauorem rei, ſed ad hoc, ut poſ
ſit magis facile ſuas defenſiones ꝑducere
coarctando negatiua loco, & tpe, ut dicit
Bar. in l. cũ fratre co. 2. C. de his qui. ut ind.
& Par. in trac. ſynd. in d. uerſ. ſent. col. 11. &
12. an per dictũ c. & ſequitur, qđ dicta ſolẽ
nitas non cenſetur ſublata, & ſic ẽt hodie
requiritur non obſtante dicta pra. & hoc te
96 net Lud. Rom. in conſ. 191. in fin. † Secũdo
infertur, quod ſi aliqui uel hodie formare
libellum in crimine iniuriarum ſuper æſti
matione iniur[illegible], uel agere ciuiliter de ali-
quo crimine, poſſet per modum ſimplicis
petitionis, & poſſet agere ſine alia ſolẽnita
te libelli, & ſola uerbo facere talem qualẽ
petitionem, & illã p notariũ redigi facere
in ſcriptis dũmodo apponãt ſolẽnitates le
gis libellorũ, quæ reſpiciũt defenſiones, &
probationes rei, per ea, q̃ no. Bar. in extrau.
ad reprimendũ. in uerſ. & ſig. & Lãfr. in cl.
ſæpe. de ſig. in uer. & figura. & in uer. libel
lus. Et per hæc ſit expedita hæc 1. diſt. iudi
ciorum Rob. Ven. V. I. D.
97 ADDITIO. † Poſtea quam iniuriarum
materiam incidimus, aliqua ultra Do. Au-
ctorẽ congerere, nõ extra rem eſſe putaui.
quo circa, & illud ſciendũ eſt nũquid iniu-
riarũ actio per ſalutationẽ, cõmeſtionem-
que factã cũ iniuriante tollatur? in quo q-
dem dicẽdũ Arbitror qđ aut a principio in
iniuriatus ad animum eius reuocauerit de
deritq. libellũ extimando iniuriam poſtea
que comedit, & bibit cũ iniuriante, uel cũ
ſalutat, & iſta caſu non tollitur, ut tenet gl.
in §. fi. inſt. de iniur. aut iniuriatus non re-
uocauit ad animum iniuriã, & ſtatim ſalu
tat iniuriantem bibit, & comedit cũ eo &
eo caſu ſi poſt ea accuſat. tolliť accuſatio,
ꝙ ita fuit deciſum in Capp. Thol. ſecundũ
98 Steph. Aufr. in deciſ. 133. & in addi. † Nec
K illud prætereundum eſt, X an actione iniu-
riarum teneatur q̃ conuiciũ uerũ dixerit? In
quo breuitate ſtudendo Gram. in deci. 37.
dicit fuiſſe deciſũ in ſacro regno conſi. qđ
aut dixerit aĩo iniuriãdi, & tũc ſiue falſum
ſiue uerũ dixerit tenetur aut nõ aĩo iniuriã
di dixerit, & tũc ſecus, & eſt rõ licet non di
cat d. Gram. quia licet quis habueri uitium
ſeu defectũ a natura, nõ ppea dẽt uitupera
ri, ſed eius potius miſerãdum eſt, ut inquit
Phil. in l. 3. eth. c. 5. in hæc uerba homini cę
co a natura uel morbo uel ictu, nemo uitiũ
objiciet, ut probrum aut eius miſerebitur
potius, cæcam uiolentia, aut alia immode-
ratione, nemo non culpabit, ea porro uitia
corporis, quæ ſunt in noſtra ptãte damnã
99 tur, non ea quæ nõ ſunt. † Quibus, & illud
cõſequẽs eſt, ꝙ actio iniuriarũ cũ ſit ꝑto-
ria pœnalis, & famoſa ultra annũ minime
cõpetit, ut inſt. de perp. & tẽp. actio. ĩ prin.
iunctis ijs quæ no. ĩ l. querelã, C. de fal. uer.
plane de ꝑſcriptione criminũ eſt notatum,
& hic annus erit utilis, adeo ut dies, in qui-
bus quis iuſte fuit impeditus, ſubduci dẽnt
è medio, & currit a die ſciẽtiæ, ut notabili-
ter declarat Iac. a *Bello.uiſ.* in ſua prag. cri.
in princ. 3. col. uer. & ad hoc no. et hæc fuit
originalis doctr. Iac. But. q̃ ſequitur Ange.
in d. l. querelã, et Sal. in fi. qui latius exordi
tur, uidelicet, qđ de crimine non põt quæri
criminaliter ultra tp̃s infra quod poſſet de
eo ciuiliter agi, et ſic extincta ciuili erit ex
tincta criminalis, cum crimina ſint odioſa
et eorũ meta regulariter terminari tpe co-
artatur, q̃ ciuilium actionum, quæ durant
triginta annis, et in ijs eſt uiginti d. l. quere
lam, ubi ergo extinguitur ciuilis minori
tẽpore, multo magis debet extingui crimi

nalis. ex quo infert Sal. poſt Iac. But. ꝙ cũ actio de dolo ciuilis hodie coarctetur biennio cõtinuo l. fi. C. dol. non poterit, agi de dolo criminaliter puniendo pęna ſtelliona tus ultra biennium, & pariter in actione
1 iniuriarũ prætoria, q̃ durat l anno eius criminalis tollet anno, ſed ubi iniuriarũ actio eſt ciuilis, ut in tribus caſibus poſitis in l. lex Cor. in prin. ff. de iniu. uidelicet, ubi qs pulſatus, urberatusue, domusue eius ui introita ſit (ut utar urbis iurisſ.) tũc quia hęc ciu. duraret 30. annis in illis caſibus ſm uerã opin. ut uolunt glo. & Doct. in d. l. ſi non conuitii eius criminalis durabit 20. ann. d. l. quærelã, quæ uerba ſecũdum Sal. ſunt perpetua cordi tenenda, & ad literam ſecutus fuit. Bal. in tract. de præſc. in 4. parte 4. partis prin. in 2. n. 9. & ſic ſaltim intra annum debet lis cõteſtari, alias ſi fuiſſet iuſte impeditus daretur reſtitutio, l. ſenatus, cum ibi. no. ff. de offi. præſe & firmat Iac. a
100 Bel. in loco ſupra citatio. † Secundo, & illud concurrere neceſſario dẽt, ut iniurians ſit maior infante, & perſona diſtiucta, alias denegatur actio, & pari ratione aliis denegabitur contra eos, ſm Iac. a Bel. uiſ in loco de quo ſupra, & ita refert debere intelligi tex. in l. illud, ff. de iniur. citat pro hoc l. uulgaris, §. proinde, ff. de fur. iuncta l. 7. §. fi. C. de fal. mo. ſicq. requiritur, ꝙ talis qui poſſit facere, & dicere iniuriã, citat ꝑ hoc
101 tex. in l. furioſi. ff. ad l. Iul. maie. † Hæc autem ſane intelligerem, ut minime procederent, ſi dicta factaue fuerit iniuria talibus perſonis contemplatione patris aliorumq. ſuorum maiorum, tunc. n. non denegabit actio patri infantis, uel alijs maiorib. ſuis quorũ cõtẽplatione facta dictaue fuerit iniuria, quia talis iniuria ipſis ut facta uel dicta, nã q malũ facit cani meo, mihi facere vr l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de ver. ob. ꝑ hoc facit tex. in l. apud labeonẽ. §. ſi quis uirg. ff. de iniu. cũ alijs allegatis p Iac. de Bel. ui. ubi ſupra colu. 8. uerſ. ſed nunquid, poterit ſicque uirtus conſiſtit in modo practicandi.
102 † Nec obmittẽdũ erit, ꝙ ceſſat iniuriarum actio ubicunque duo ad inuicem ſibi ipſis iniuriam fecerint, nec apparet quis primo inceperit, ſecundum Iac. a Bel. uiſ. ubi ſup. 4. co. uerſ 3. requiritur, & ſequitur Fel. in c. dilecti filii. de excep. ſed hoc eſſe uerũ dixit Ale. in leg. ſeme mor. ff. ſol. mat. quo ad pœnam tangentem ipſis delinquentib. at ſecus quo ad pœnam tangentẽ fiſco. nã licet non oriatur actio ipſis delinquentib. oritur tamen ipſi reip. & ſic fiſco, ut etiã refert, & ſequit Paraſius in d c. dilecti, quod poſſet procedere, ubi eſſet talis iniuria in qua ex officio poſſet inquiri, at ſecus econtrario (ut eſt videre in iniuria uerbali) vbi non põt ex officio, nec ad quærelã procedi, niſi præcedente libello, ut ſupra dixi.
103 † Illud etiam concurrere debere, ut actio iniuriarum cõpetat, non ambig. dũ erit, ut iniuria facta, dictaue ſit ſufficiens, & legitima nõ modicã uel leuis, le. item apud lab. § põt aũt. el 2. de iniu. cum aliis ad hoc citatis per do. Iac. a Bel. uiſ. ubi ſupra in ult.
104 col. in fi. † Nec a longe diſtat, & actio iniuriarũ non competit aliter, niſi effectualiter fuerit dicta uel facta iniuria, cum alias etiã ſi pecunia data fuerit iniuria diceretur uel fieret al cui, & minime facta dictaue fuerit ceſſat actio, iuxta text. in l. non ſolum, §. proculus. ff. de iniu & inſt. de iniu § non ſolum, & l. apud labeonem. §. ſi curauerit eo. tit. & l. 1. in fi. ff. quod quiſque iur & eſt do. Iac. de Bel. uiſ. in prax. cri. in tit. de nu. 10.
105 & 11. colu. uerſi. 9. ſequitur. † Quibus, & illud affine eſt, quod ſi iniuriãs, & iniuriat fuerĩt uiles perſonæ & infames, ceſſat actio iniuriarum inter eos, ut eſt tex cum gl. in l. 2. C. ut infra cer. tẽ. iunctis ijs, quæ nõ in c. ita quorũdam. in fi. glo. ext. de iud. & firmat idẽ Iac. a bel. uiſ. ubi ſup. 40. col. uerſi.
106 9. requiritur. † Ad ſtipulatus prædictis nõ obſcure, qđ actio iniuriarũ tunc dr̃ cõpetere, ſi iniuria dicto, uel ſcripto fieret, ac ſecus ſi facto tũc. n. accuſatio datur nõ actio. le. iniur. ff. de iniu. & l. lex Cor. §. ſi quis libellum eo. tit. & l. uni. C. de fam. libel. unde ex hoc ĩſeras tu regnicole, qđ ritus magnę curię uolens, qđ pro iniuria non procedat ad querelã, ſed per libellũ, nõ hẽt locũ ſi facto fieret iniuria (ut aliqui minus do. alias me exiſtente auditore in ſtatu Illuſtriſſimi olim Principis Salerni intelligebãt) & ſcripto fit iniuria quoties qui in iniuriam dedecus, uel alicuius cantilenam, certamue famoſam ſcripſerit, talia. n. faciens inteſtabilis, & infamis efficitur, & eadem pœna punitur quã puniretur ille in cuius dedecus id ſcriberetur, ſi uerum foret id (ut alias dixi in prat. mea cau. cr. in 3. parte tertiæ partis)

tis) nec obliuiſcaris, quod actio iniuriarũ cõpetit tunc demum, ſi per perſonam priuatam fieret iniuria, ſecus ſi per publica (ut iudicem) tunc.n. non aliter competit iniuriarum actio, niſi clare, & diſtincte probetur iudicem id dixiſſe exercendo officium ſuum, animo iniuriandi.l. iniuriandum.§. ſi quis, ff. de iniur. & l. apud Lab.§.q.eo.ti. & §. quemadmodum.§. magiſtratus, ff. ad le. Aqui. ſic n. intelligit Iac. de bel. ubi ſup.
107 verſi.13. requiritur.† Item requiritur, quod perſona iniuriata ſit liberæ conditionis, at ſecus ſi ſeruilis. Tunc enim ceſſat iniuriarum actio, niſi eſſet iniuria atrox uel fieret in uituperum domini.§. ſeruus. inſt. de iniur. & l. item apud Labeonem.§. prætor, ff. eo. ti. & C. de iniu.l.1. & de iis hactenus, Pet. Fol. V.I.D.

ADDITIONES.

a Diſtinctio. Veſtr in d. prac. lib.3.c.2.

b Iudicium. Quid ſit iudicium ciuile, quid criminale, & quomodo utrumque diuidatur, uideo per Fran. Duaren. li.1. diſpu. anniu.c.35.36. & 37 Rip. in Rub. omni. de iudi. nu.92.

c Pecuniaria. Duenas li.1. reg. ut iu. reg.325 in 2 amplia Fel. in rub. ext. de iud. nu.1.

d Cauſa crimalis. Cauſa & famoſa & ardua æquiparatur criminali, *Bal.* in c. ueniens il 1. nu.7. ext. de teſt. ubi Dec. n.39 Cauſa & omnium bonorum æquiparatur criminali, l. propter litem, §.1. ff. de excuſat. tut. ca. 1. de reſt. ſpol. *Bal* in l. parentes, nu.1. col.i. & 2. C. de teſt. Bauer. in §. pater nu.23. inſt. de teſt. fac. de *B*ellis in ſua prac. in 2. par. c. de cauſis crim. nu.70. Soci conſi.17. nu.6. & 7. lib 1. conſ.235. nu. 2. li. 2.

e Occiſor. Foll. in prac. crim. cauſa, in 2. p. in uer. accuſatione porrecta, nu.28.

f Remittere. Communis opinio eſt, quod non cenſeatur remittere, niſi expreſſe fuerit dictum, Io. de Amicis conſi.88. nu.14. Viui in 2. par. com. opin.141.

g *Agi*. Foller. in prac. crim. cau. in 2. par. iud. c.28. aut leuitate delictorum, *D*uaren. lib. 1. diſp. anniuer. c.35.

h Taxat. Foll. in fragmentis pract. crim. cau. laic. num.138.

i Practicam. Foller. in dictis fragmentis, ca. de iniuriis, nu.38.39. & 40. cum ſeq.

K Pœna. Et iſta pœna quomodo taxabitur Rot. dec.152 in nou. Fol. in pra. crim. cauſa, in 3. par. iud. c.33. nu.152.

l Foller. in d. fragmentis, nu.141.

m Ruſticus. Foller. ubi ſupra nu.142.

n Tenetur. Et iniuriatus agere poteſt, Foll. in prac. cri. cau. in 2. par. c.4 in uer. accuſ porrecta, nu.28. & ſeq.

o Infamię. Quia efficitur infamis. Coras, l.1. §. ſolent, nu.2. ff. de offi poteſt. Vrb. & li.4. miſcil. c.2. nu. 8.

p Non admittitur, Iaffredus, deciſ.287. Bolognet. in l. edita, nu.120. ubi. Scribentes, C. de eden.

q Puniri. Fran. Marc. q. delfi.18. nu.3. & 4.

r *D*enuo. De communi, Viui in 1. par. tract. com. opi.177. col.2. ad fi.

ſ Tollitur. Et quando electione tolluntur in eodem libello non admittũtur Duen. li 1. reg. utr. iur. reg.13. actiones con . ariæ.

t *A*n autem. Foller. in prac. crim. cau. in 3. p. iud. c.35. uel abſolutio, nu.23. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum nu.1 . ext. de conſt. Tiraq in trac. de pœnis, cauſa 26. nu.4. & cauſa 28. nu.4.

u Exemplificat. Rip. in rub. ext. de cau. poſſ. & proprier. nu.26.

x Puniatur. Foll. in prac. crim. cau. in 2. par. iud. c.6. nu 39.

y Procurator. Feder. de Sen. conſ.23. *B*al. in l. non ſolum. §. fi. ff. de procu. infra nu.51.

z Beneficii. Foller. in d. prac. cri. cau. in 2. par. iud. aut inquiſitione formata ca.6. nu 61. Feder. de ſen ubi ſupra conſi.23.

& Mitius punitur. Foll. in pract. crim. cau. in 3. par. iud. & ſi confeſſi, c.33. n.147. tamen Tiraq. in trac. de pœn. cauſa 53. nu.1. dicit quod de iure ciuili eadem pœna punitur, ſiue procedatur per inquiſitionem, ſiue per accuſationem.

a Acrius punitur. *A*lciat. de præſump. reg.1. præſump.4. circa medium, l. itaque, in tracta. de pen. cauſa 30. per totum, & contra auctorem.

b Solemnitas. Rot. deciſ.36. fuit dubitatum, in nouis.

c Criminalis. Alex. in rub. C. de iud. & conſi. 133. nu 5. li.1. de communi Gom. in prin. inſt. de act. nu.18. *D*uenas lib.1. reg. utr. iur. reg.315. in 2. amplia.

d In dubio. *I*aſ. in §. ſupereſt, nu.17. inſtit. de actio.

c Mulier. Amplia, & limita pluribus modis. ut per Duenã. lib. 1. reg. utr. iur. re. 315. Femina. Deci. tamen, in l. Fœminę, nume. 54. de reg. iur. dicit, quod hæc opinio iure non probatur, Lucius Callen conſ. 161 ad oſtendendum, num. 4. quod eſt in primo Tho. conſi. crimi. diuerſorum collectorũ & impreſſorum induſtria & expẽſis Cla. V. I. D. Domini Ioan. Baptiſ. zilet. i, mihi maioris obſeruãdiſ. Viuius in tract. commu. opin. in prima par. opin. 383. teſtis idoneus.

f Aliquorum. Riminal. conſi. 51. nu. 19. Marſil. conſ. 10. n. 8.

g Non poſſet. Alciat. in trac. præſump. in 1. reg. præſumpt. 48. nu. 2. Dec. conſi. 363. n. 5. Rub. conſi. 165. nu. 2. Bert. conſi. 110. nu. 6. lib. 1. ſecundæ impreſſionis.

h Defectum Gram. conſi. crim. 1. nu. 3. in fi. & ſeq. Dec. in c. licet cauſam li. 9. nu. 8. ext. de teſti. uerſ. quid autem, ubi add. in litera K. Bar. in l. ſi plures, ff. de accu. Marſ. ſing. 477. in teſtibus limitat id nõ procedere in cauſa criminali, uel ciuili ardua.

i Clericorum copia Alc. conſi. 64. col. 1. libr. 1. Grã. conſi. crimi. 45. num. 20. Iaſ. in l. fin. col. fin. C. de his quib. ut indig. de cõmuni Viuius in prima par. cum opin. opin. 392. teſtificans.

K Procurator. Soc. in tracta. fallen. reg. 312. Tiraq. in trac. de nobili. c. 20. nu. 141. Cotta in memora. in uer. procurator in cauſa, Viui. in trac. com. opin. in prima parte. opi. 251. procurator in 1.

l Extendere. Intellige procedere in delictis conſumatis, nõ in attentatis tantum Bal. conſi. 443. colu. 2. lib. 3. Dec. in c. ex literis nu. 14. extr. de conſti. Alc. conſi. 111. lib. 1. & conſ. 13. n. 15. & cõſi. 12. nu. 9. li. 7. Grã. deciſ. 36. num. 12. & conſ. crim. 36. nu. 21. & cõſi. 39. Tiraq. in tra. de pæn. cauſa. 39. num. 2. & iſtud arbitrium regulatur a iure Foll. in prac. crimi. laicorum in prima par. in uerſi. ſtudeant ſe ornare num. 61. & ſeq. Ang. de Gambig. conſ. 51. num. 4. & conſ. 98. num. 12. & ſequenti quę cauſæ ſunt in primo lib. conſiliorum criminaliumdiuerſorum Doctorum. Caccialup. conſilio 92. numero 21. vſque ad finem & eſt in primo Thom. diuer. conſ. crimi. collectorum per Excel. D. Ioan. Bap. Zilettum.

m Pęna capitalis. Cora. lib. 3. miſcel. capitulo 17. numero 17. in dubio tamẽ intelligitur de mitiori ideſt deportationis. Iaſo. in l. ſi uis iniquũ, § hęc numero quarto, ff. quod quiſque iur. Dec. in l. imperium, numero 14. ff. de iuriſ. omn. iud & in leg. ſemper in obſcuris, ubi Cagn. ff. de reg. iur. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſump 14, in fin. Boer. dec. 254. numero 10. et ſeq. Afflict. deciſ. 404. numero 14. Viui. in tracta. con opi. in ſecunda par. opin. 152. pænes. De iure uero Canonico, uenit pæna excommunicationis, Abb. in capit. per uenerabilem, numero 20. ext. qui fil. ſint legi Add. ad Iaſ. in l. tranſigere numero quarto C. de tranſ.

n Non conſumatis. Deci. in ca. ex literis numero 14. extra de cõſt. di xi ſupra ſub nu. 1.

o Alapã officiali Iaſ. in l. 1. in primo not. Co. de precibus Imp. offer. pro ſing. refert, & Fel. in d. capitulo inquiſitionis, col. pe. Et id etiã habet locum poſt finitum officiũ, ideſt tempore Syndicatus, Tiraque. in tracta. de nullit. capitulo 28. numero 6. & 7. & infra n. 71.

p Affectos. Tiraqu. de pæn. cauſa 36. & ſeq. & vſque ad cauſam 41. in materia, Couar. in cle. ſi furioſus, in initio 2. par. numero 67. & ſeq. de homici. Duen. li. 1. reg. utr. iu. regu. 35. Afflictus. In crimine tamen læſæ maieſtatis punitur, affectus, licet nõ ſequatur effectus. Bello. conſi. 32. nu. 2.

q Tenetur. Et cauſa ta mẽ poſſet alterari pæna, & quæ cauſæ eſſe debeant poni. Cagn. in leg. ſi quis maior, numero 17. & ſequen. C. de tranſ.

r Arbitraria, Deci. in capit. de cauſis, nu. 4. extra de off. dele late Tiraq. in trac. in præfatione tracta de pæn. numero quarto, cũ multis ſeq.

ſ Doloſe. Catel. Cotta in memor. uerſicu. homicidium, ut poſſit Tiraq. in trac. de pæn. cauſa 13. numero i[illegible]t per totum Foll. in pract. crimin. laic. in ſecunda par. in verſi. dentur capitula, quod ſuffocauit uxorem numero quarto, & ſequen. Couarr. in relecti. clem. ſi furioſus, in ſecunda par. §. i per totum de homic. & Ioan. Brunell. in relec. capitulo primo, de hom.

t Lata culpa. Tiraqu. in tr. de pæn. cauſa, 14. num. 6. & 7. & per totum. Coraſ. lib. 4. miſcel. capitulo primo 2. & 17. Couar. in c. alma mater. §. 10. numero 14. Galcar. inter conſilia crim. diuerſ. Doct. conſilio 111. per totum.

Corporaliter. Contra per Dec. conſil. 482. & 522. & 134. nu. 4. de communi per Antonium Galeatium conſi. 11. quæritur nũ quid iuuenis, nu 22. & ſequ. & eſt poſitum in 1. thomo conſi. crim. diuer. Doct.

x Maritus Tiraq. in tract. de pæn. cau. 1. numero 3.

y Limita. Boer. deciſ. 216. num. 5. & ſeq. Foller. in fragmentis pract. crimin. laic. ca. de beneficiis, nume. 95. & ſeq. Couarru. in 2. lib. variar. reſol cap. in numero 10. & in 2. par. relecti. clem. ſi furioſus, §. 3. in prin. de homicid.

z Quia le. Tira. in præfat. tract. de pæn numero 10.

& Euaſit Paul. Ghirlan. in tract. de relaxatio. carcer. ca. de fuga in ver. carceratorum, numer. 13. Ang. de Aretio, conſil. 75. in prin. poſito in 1. hom. conſi. crim. diuer. Docto. Foller. in fragmentis d. pract crim. laic. c. de rerum cuſtodia. nu. 163.

a Cauſæ. Recurras ſemper ad And. Tiraq. in tract. de pæn. per totũ, vbi fere omnes cauſæ ponuntur, propter quas pænæ minuunt

b Interdum. Tiraq. in trac. de utr. retrac. lib. 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 221. col. 2. quia denotat regulam in contrariũ Bello libr. 4. ſup. iur c. 8. n. 1.

c Litem ſuam. Tiraq. in præfat. tract. de pæ. num. 4.

d Appellari. Tiraq. in d. præfat. trac. de pæn. nu. 4. col. 2.

e Aetatis. Tiraq. in trac. de pæn. cau. 7. per totum, & cau. 5. in prin Duenas li. 1. reg. utr. iur. reg. 259. Aetas, Ioã. Brunel. in releƈt. c. 1. de homi. in 4. par. numero 67. & ita dicit fuiſſe iudicatum in cauſa furti, Caccialup. in conſi. 92. in 1. art. & eſt in 1. thom. conſil. crimin. diuerſ. Docto. nouiter impreſſũ Marſ. ſing. 628. his temporibus, & licet diſtinguari, tamen in fine concludit pro hac parte. Idem Foller. in pract. crim. cano. in 2. par. iud. c. 16. & 19 & in 3. par. verſic. & ſi confeſſi, aut conuiti, capitulo 33. nu. 95. & 150.

f In faciendo. Tiraq in trac. de pæn. cau. 44. nu. 32. & ſeq.

g Negligentiam. Anch. conſi. 348. Bertran. conſi. 197. numero 3. libro primo. Affli. deciſ. 58. per totam. ubi add. Fran. Mar. quæſtione del fin. 61. per totam, Luc. de Curte conſil. 61. num. 15. & ſeq. & eſt in 1. thom. conſi. crimin. diuerſ. Doct.

h Leuiſſima culpa. Afflict. deciſ. 57. illo die, nume. 8. Tiraq. de pæn. cau. 44. num. 31. & ſequen.

i Mixtum. Veſtri. in ſua praxi Rom. Cur. li. 3. cap. 2. numero 2. Rip. in rub. extra de iudi. nu. 99.

K An actione. Couar. lib. 1. uariar. reſolu. ca. 11. numero 6. Dec conſilio 102. per totum quod eſt in 1. thom. conſil. crimin. diuerſ. Doctor.

l Anno de communi Deci. d. conſi. 102. nu. 19. ſupra citato. Ludouicus Alferius.

Iudiciorum II. Diſtinctio.

1 *Iudicium aliud capitale, & aliud non capitale.*

2 *Pœna perpetui carceris uel abſciſſionis membri an capitalis dicatur.*

3 *Capitalis ſeu capitis pœna a lege vel ſtatuto impoſita de mitiori intelligitur.*

4 *Iudicium capitale, actu, & aptitudine conſideratur.*

5 *Fuſtigationis pæna an dicatur capitalis, & in quibus ſeruetur, & nu. 9.*

6 *Relegatio, non eſt pœna capitalis.*

7 *Pœna banni, ubi bona non publicantur, æquitur pænæ relegationis.*

8 *Pæna ſtigmatis facie hominis eſt a iure prohibita, & ſtatutum illam imponens, non ualet.*

9 *Homo cum factus ſit ad inſtar diuinæ imaginis non debet pro delicti pœna in faciem bullari & cicatricibus informari.*

10 *Pœna banni ex conſuetudine hodie non irrogatur ſimul cum fuſtigatione pro furto.*

SECVNDA principalis diſtinctio iudiciorum eſt iſta, videlicet. 1 † Iudicium aliud eſt capitale, & aliud non capitale. Iudicium capitale, eſt illud, in quo agitur de aliquo crimine capitali, ſeu ubi uenit irroganda pæna capitali. Et ad ſciendum quod dicatur crimine capitali, 2 ſeu quæ dicatur pæna a capitalis, præmitte ſecundum Bal. in l. reos, columna ſecunda Cod. de accuſat. quod homo habet triplex caput. Primum, eſt caput capitale, et quando committitur crimen talem propter quod dictum caput abſcinditur, & ſic perditur uita, illud dicitur crimen capitale,

le, unde qualitercunque quis damnetur ad mortem naturalē, dr̄ pœna capitalis. Secundum, dicitur caput ciuile, ꝓut eſt libertas, qui a quādiu homo eſt liber, dicitur habere caput, ſed quādo efficitur ſeruus dicitur ſine capite, quia ſerui reputantur pro mortuis, l. quod attinet, l. ſeruitutē. ff. de reg. iu. & l. interdicit, ff. de cond. & dem. Sic ergo ubicunque quis committit tale crimē, pp quod efficitur ſeruus pœnę, puta quia damnatur in metallum adeo ꝙ amittit libertatem, illa dicitur pœna capitalis, q̄a perdit illud caput ciuile. Tertium caput dr̄ ciuitas, vnde quādo quis ex delicto amittit ciuitatē, ut quia deportatur, illa dicit̄ pœna capitalis, ita ēt hos terminos declarat Io. de Ana. ī c qualiter, & qñ. §. ad corrigēdos col. 6. in prin. de accuſ. & ideo dr̄ hæc pœna capitalis, quia caput eximitur de ciuitate, & ꝙ pęna capitalis accipiatur his tribus modis eſt tex. in l. 2. in prin. ff. de pœn. & l. 2. & ibi Bar. & *Imo*. ff. de pub. iu & l. ſed ſi quis §. 1. iūcta glo. ff. ſi quis cau. & dixi plene ſupra in præcedenti diſt. ſuper illa q. an pœna in arbitrariis extēdatur uſq. ad mortem.

2 † An autē pœna perpetui carceris, uel abſciſſionis mēbri dicatur capitalis, & de hac, & multis aliis pœnis, uide *Bart*. in d. l. 3. ff. de pub. iud. & B. l. in d. l. eos. C. de acc.

3 † Indubio autem, qñ lex, vel ſtatutum imponit pœnā capitalē. ſeu pęnā capitis intelligitur de mitiori. & ſic de exilio, ſiue deportatione. gl. eſt no. in l. 1. C. de iud. man. Chriſtiana, &c. & Bald. in l. fin. in fi. C. quę res ven. non poſ. & Alex. in conſi. 104. in 1. vol. vbi tract. de pœna facientis falſam monetam, quæ nō expenditur in illo regno, & Ang. in tract. mal. in uer. & ibi caput a ſpatulis, &c. col 6. & dixi in præced. diſti. in q. ſupra allegatat & tāgit plene Raph. Cu. cōſil. 238. & *Io*. de Imo. in d. l. 2. ff. de publ. iudi.

4 † Poteſt autem conſiderari iudiciū capitale actu, & aptitudine. Actu dicitur, quādo habet pœnam ordinariam, alterum de ꝑdictis tribus. *A*ptitudine vero omne iudicium, in quo uenit pœna arbitraria, poteſt dici capitale, quia iudex poteſt extendere pœnam vſque ad mortem, ita dicit Bald. in l. eos §. ſuper his ver. extra quæro, &c C. de appel. quod quādo ſit tetigi pleniſſime ſupra in præcedenti diſt. ver. vnum tamē, &c. Iudicium vero non capitalis dicitur omne iudiciū, in quo non irrogatur aliqua ex pœnis prædictis tribus, & ſic quādo caput nō eximitur de ciuitate, & per hoc hēmus quod omne iudicium capitale, eſt criminale, ſed non omne criminale eſt capitale, vnde iudicium criminale ſe habet, ut genus, capitale vero ut ſpecies, l. ſi quid earū, §. interemptum. ff. de leg. 3.

5 Sed iuxta hoc vltimo quæro, an pœna fuſtigationis dicatur *b* capitalis, uolui tangere hanc q pro utilitate frequēti, quia ī hoc regno extat ca. quod incipit. Ad hoc. ꝙ noſtrorum, &c. diſponens, vt is, qui furatur ab Auguſtali infra fuſtigetur, & ſignetur fronte, & ſæpe videmus in regno ingri cōtra fures ad pœnam fuſtigationis, cōis tamen conclusio eſt, quod nō eſt pœna capitalis, vt tenet *Bald*. in l. tranſigere, col. 4. & ibi etiam Sal. C. de tranſ & ex hoc, q̄ a iſta pœna non eſt capitalis. Hactenus ego ſemper tenui, quod in crimine furti ab *Au*. infra, non poteſt aliquis exponi torturæ, ex quo pęna fuſtigationis eſt minor relegatione, ꝙ probabam bona ratione, nam pœna relegationis, irrogat infamiam, ſecūdū Bar. in l. eius. §. ſi cui in fi. & in l. is cui, §. ſi quis ob carmen, ff. de teſ. ſed fuſtigatio nō infamat, l. ictus fuſtiū, ff. de his, qui no. iſ. Secundo, ponderabā Doc. & Bar. in l. imperiū, in 4. gradu meri imperij. ff. de iur. om. iu. vbi in vno, & eodem gradu ponit pœnā relegationis, & coercitionis perſonalis, ſeu torturæ datæ ad pęnā, ergo ſequitur quod fuſtigatio cū ſit coercitio pſonalis, & ſpēs torturæ irrogatæ ad pœnam, ꝑt poni in eodē gradu cum relegatione, & ſic æquiparatur relegationi, & hanc æquiparationē facit expreſſe Spec. in tit. de iu om. iu. col. 4. uer. quid de relegatione, &c. Imo illud minus continet fuſtigatio, quia non infamat vt ſupra dixi. Modo inducebā c. regni, q̄d incipit, Tormenta, & aliud quod incipit, *Si* iuſte, quib. cauetur. quod tortura ad eruēda veritatem non irrogatur, niſi in criminibus irrogantibus pœnā ultra relegationē,

6 & ſic in criminib. capitalibus, † q̄a relegatio nō eſt pœna capitalis ſcdm Ale. in add. ad Bart. in l. 1. ff. de pub. iud. in add. q̄ incipit, Vide Cyn. &c. Sequitur ergo, ꝙ cū pœna fuſtigationis non ſit ultra relegationē, non pōt in ea inferri tortura, & ita pluries patrocinando obtinui maxime, quādo aliquis

liquis inquiritur de furto, & non probatur valor rei ſubtractæ, & ſunt iudicia ſufficiẽtia ad torturam, nam dicebam, ꝙ non pōt torqueri etiam ſtantibus iudiciis, quia nõ probatur ualor rei, utrum ſi ultra Auguſtalem & in pœnis ſequimur mitiorem partem, quia poterat eſſe ualor infra Auguſtalem, unde natura delicti non patitur torturam, & ſic recurrendum eſt ad iuramẽtum purgationis, quo præſtitu reus abſolui debet, ut no. Iaſ. in l. 3. in prin. col. 5. ff. de iureiu. & ita pluries uidi iudicari me patrocinante, & ita ēt tenui alias legendo publice dictam legem imperium, in ciuitate Salerni. Et prædicta ēt de intellectu dicti c. tormenta, tenet Pariſ. in tra. ſynd. in uer. tort. in ea. an in cauſa pecuniaria, &c. Sed licet hactenus fuerim in iſta opin. tamen nunc melius diſcutiendo materiam, & põderando dictum c. regni, ad hoc, ꝙ noſtrum, &c.
c ſum in contraria opin. uidelicet, qđ imo hodie ubi uenit pæna fuſtigationis pro furto, poteſt irrogari tortura ſtantib. indiciis. Et pondero dictum c. ꝙ non contentatur ſola pæna fuſtigationis, imo irrogat tres pœnas copulatiue, ſ. ꝙ fuſtigetur, item ꝙ ſignetur in fronte. Tertio, ꝙ de tota prouincia banniatur. Et ſic ubicunque irrogaretur ſola pæna fuſtigationis, fateretur primam opi. eſſe ueram, quia non eſt ultra relegationẽ, ſed quia hic irrogantur tres pænæ, ſatis poteſt dici quod ſimul iunctæ faciunt pæna ultra relegationem, & hoc eſſe
7 uerum probatione euidenti. † Nam pæna banni, hodie ſecundum magis cõem opi.
d ubi bona non publicantur, d æquiparatur pænæ relegationis ita tenet And. de Iſer. in c. dño guerram, colu. 2. hic finitur l. &c. in uſi. ſeu & Bal. in l. 1. col. 4. C. de hær. inſt. & gl. in §. relega. inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſol. & Fel. in c. 1. col. pe. uer. 5. declaratio. de offic. deleg. tetigi aliquantulum in rep. mea, l. is poteſt, ff. de acq. hær. in prin. requiſito, ſuper gl. nu. 133. uer. quid aũt de bannito, &c. Quia ergo dictum c. ad hoc ꝙ noſtrorum, uult ꝙ furans infra Auguſtalem banniatur de tota prouincia, cenſetur per hoc quidẽ relegatus, in q̃tũ uero uult, ꝙ fuſtigetur ēt, hæc eſt pæna ultra relegationẽ.
8 † De ſigno in fronte, non curo quia illa pęna eſt contra iuris diſpõnem, & cõtra tex. in l. ſi quis in metallum, C. de pæn. ubi no-
9 tanter uult imperator, ꝙ † cum facies ho-
e minis, ſit facta ad inſtar diuinæ imaginis, non dẽt cicatricib. deformari, & ibi eſt gl. quæ uult, quod non põt aliquis pro pæna bullari in fronte, plus dicit ibi Ang. quod ēt ſi per ſtatutum imponeretur hmõi pæna ſtigmatis in fronte, non tenet nec ſeruari dẽt, per illam legem. Idem tenet Alc. in add. ad Bar. in l. cum in diuerſis, ff. de relig. & ex hoc teneo, qđ dicta pęna non dẽt ſeruari, non obſtante, quod ponatur d. c. & ita uidemus practicari, ſ. quod dicta pæna ſtigmatis nunquam irrogatur fuſtigatis, ſed aliæ duæ pænæ fuſtigationis, & banni ſũt in uſu, & ſeruari debent, & pp ſiue æquipararemus bannum relegationi, reperitur exceſſus in fuſtigatione ſiue æquipararemus fuſtigationem relegationi, reperitur exceſſus in banno, & ſic in omnem euentum, eſt pæna ultra relegationem. Et hanc ponderatiõnem in ſimili caſu reperio, qđ facit Alc. in conſ. 116 inc. Animaduerſis ſtatutis, &c. col. 3. & 4. maxime in uer. cum ergo bãnitus, &c. in 2. uol. ubi propriæ loquitur de bannito, cuius bona publicantur, & ſic q a patitur duas pænas, ſ. ultra bannũ, patitur confiſcationem bonorum, dicit ibi Alex. quod iſta pæna eſt ſupra legationem, unde non admittitur procurator, ita ēt eſt dicẽdum in caſu noſtro, ut rõne duplicitatis pęnæ dicatur ultra relegationem, & ſic habeat locum tortura, & nõ admittatur procurator in tali crimine furti. Et hanc ſecũdam partem nunc melius aduertens puto ueriorẽ & ita teneo, qđqđ alias tennerim.
10 † Siquis tñ uellet tenere primam partem, poſſet ſe fundare ſuper conſuetudine, quia ex quadam generali conſuetudine ſolent hoĩes committentes hmõi furta, & fuſtigari tm̃, & non banniri, & ideo pæna banni uſ ſublata, ſaltem ex conſuetudine, & ſic remanet ſolum pæna fuſtigationis, quæ nõ eſt ſupra relegationem, quæ conſuetudo multum attendi ut in pænis, l. ſi quis reum ff. de cuſt. reo, & l. hodie, cum ibi not. ff. de pæ. & Bal. in l. quicunq. col. 4. uer. ſcias tñ. C. de ſer. fug. & Abb. in c. inquiſit. in prin. col. ſi de acc. & Fel. in c. de cau. col. 1. de off. del. & Alex. in conſi. 5. col. ſi & conſi. 111. col. 4. in 1. uol. & Pariſ. in trac. ſyn. in ti. de off. ſynd. col. 4. & 5. an ſi poteſtas, &c. Rober. Mar. Ven. I. V. D.

A D.

ADDITIONES.

a Capitalis. Coraſ. li. 3. miſcel. c. 17. nu. 13. Ripa in l. 1. nu. 1. C. de eden. Duaren. lib. 1. diſput. anniuer. c. 27.

b Capitalis. Ale. in conſi 90 nu. 66. quod eſt in 1. thom. in conſi. crim. diuerſ. Docto. tenet partem affirmatiuam.

c Opinione. Ita etiam tenet Foller. in pract. crim. laicor. in 2. par. in uerſi. indurati torqueantur nu. 13. & ſeq.

d Aequiparatur. Alex. d. conſi. 90. nu. 22. in 1. thom. conſi. crim. diuer. & Iac. de Bellon. conſi. 9. nu. 33. & Rimin. conſi. 100. num. 16. & ſunt in li. 1. conſi. crim. diuer. Doc. diuerſo ab altero. Gramat. uoto 19. Cagn. in l. ea ſola, ff. de reg. iur. & in prœm. ff. §. hæc autem tria, nu. 261. latiſſime. Craue. in conſue. Burgun. tit de l. confiſcat. §. 1. uer. qui conſiſquelo corpus, n. 45. cum ſeq. Tiraq. in trac. de retract. lib 1. §. 1. gl. 9. nu. 28.

e Hominis. Limit. ut per Pet. Duen. li. 1. reg. utr. iur. regula 290. facies hominis.

Ludouicus Alſerius.

Iudiciorum III. diſtinctio.

1 *Iudiciū capitale, aliud perſonale, & aliud reale, & aliud mistum.*

2 *Actiones in rem ſcriptæ, an dicantur miſtæ.*

3 *Actio realis qualiter intentetur.*

4 *Rei uendicatione conuentus, ſi alienas lite pendente iudiciū cum eo finitur, & nu. 5.*

6 *Litigioſi uitium, an contrahatur ſi agitur poſſeſſorio.*

7 *Litioſi uitium, an contrahatur coram arbitratore.*

8 *Rei uendicatione conuentus ſi opponit exceptionem excommunicationis, dēt interim poſſeſſio cum fructibus ſequeſtrari.*

9 *Rei uendicatione conuentus ſi fuerit contumax quid fiendum. & nu. 10.*

11 *Rei uendicare an poſſit dominus ſoli aſtracum ſeu ſolarium ſuperius.*

12 *Actio in rem utilis quando detur ſuperficiario, & quando non.*

13 *Actio in rem utilis, q̃do detur emphyteutæ.*

14 *Actio in rē utilis, quando detur metū paſſo.*

15 *Actio in rem præiudicialis, quando detur.*

16 *Actio in rem præiudicialis de partu agnoſcendo, & quando detur.*

17 *Actio utilis in rem quando detur militi, & minori, quorū pecunijs empta sūt prædia.*

18 *Actio utilis in rem quando datur ei, qui cauſa mortis donauit.*

19 *Actio utilis in rem, quādo detur ad reuocādum, quod inofficioſe donatum eſt.*

20 *Actio utilis in rē, quando datur ad repetendum rem donatam propter nuptias.*

21 *Actio utilis in rem, quando detur ei qui uēdidit equum lege commiſſoria.*

22 *Actio utilis in rem, datur ei qui donauit ut alteretur & non eſt alitus.*

23 *Actio in rem cui detur, & contra quem detur nu. 24.*

25 *Vendicatio cur dicatur ita 25.*

26 *Actio in rem, nullam præſupponit obligationem, & quare.*

27 *Actio perſonalis aduerſus quem detur.*

28 *Dominij cauſa, non debet exprimi in actione reali.*

29 *Actio rialis fruſtra intentetur ſi reus non poſſidet.*

30 *Actio perſonalis, non requirit, quod conuentus poſſideat.*

31 *Actio in rem, debet concludere, ut res reſtituatur, ſed non ſic in perſonali.*

32 *Actio in rem ſtatim lata ſententia, habet executionem.*

33 *Actio perſonalis, an ſtatui habeat executionem lata ſententia.*

34 *Actio perſonalis nunquam intentatur ad extimationem.*

35 *Actio realis intentatur ēt ad extimationē.*

36 *Actio realis ēt fructuum rationē continet.*

37 *Actio perſonalis, regulariter non habet condemnationem ad intereſſe.*

38 *Intereſſe lucri ceſſantis, qualiter debet conſtare & num. 39.*

40 *Intereſſe quando peti poſſet.*

41 *Actione perſonali conuentus ſi eſt contumax actor mittitur in poſſeſſionem & qualiter.*

42 *Actio realis, & perſonalis qualiter differāt.*

43 *Actionum uarietates, eſt utile ſcire.*

44 *Condictio incerti, quando competat.*

45 *Præuentio, quando habeat locum.*

46 *Condictio certi, quando competat.*

47 *Agens actione perſonali, quid in libello probare, & deducere habeat, et quid agens actione reali.*

48 *Dominium qualiter probetur in rei uendicatione.*

49 *Dominium qualiter probetur, &c. nu. 50. 51. 52. 53. 54 55. 56. & 57.*

58 *Agens petitione hæreditatis non hēt neceſſe probare*

probare dominium.

59 *Hypothecaria agens quid neceſſe probare habeat*

60 *Pignoratitiæ actio an realis uel perſonalis dicatur*

61 *Hæreditatis petitio an ſit actio mere realis, uel perſonalis in rem ſcripta, & nu. 62.*

63 *Intellectus ad l. hæreditatis petit. h. t.*

TErtia diſtinctio principalis iudiciorũ eſt, † quia iudiciũ aliud perſonale, & aliud reale, & aliud miſtũ. l. inter reale, & perſonale, ad hoc ut differat ab illo miſto ĩter ciuile, & criminale, de quo tractaui ſupra in prima diſtinctione. Iudiciũ perſonale eſt illud, in quo agitur cõtra aliquem actione perſonali, ſiue ſit ciuile, ſiue criminale. actio aũt perſonalis, dr̃ illa, quæ dirigitur contra perſonam, & non põt ab oſſib. eius ſeparari, l. quis ergo caſus, ff. de pec. & l. 3. & ibi gl. ff. pro ſoc. Iudiciũ reale dr̃ illud, in quo agitur actione reali, puta rei uendicatione, vel hypothecaria, & hoc iudiciũ ſequitur rem penes quẽcunque uadat, & datur ẽt contra ſingularẽ ſucceſſorem, l. 1. C. de alie. iud. mut. cau. fac. & hẽtur plene Bar. in l. 2. creditores. C. de pig. & in l. rẽ alienã. ff. de pig. act. Iudiciũ miſtum dr̃ illud, in quo agitur actione miſta, q̃ ſapit naturam actionis perſonalis, & realis, † & põt poni exẽplum in rem ſcriptis, q̃ ſunt quædam actiones, quæ oriũtur cõtractib. uel quaſi, ex maleficio uel quaſi, & hoc reſpectu dñi perſonales, quia tñ datur cõtra quemlibet poſſeſſorem, hoc reſpectu dñr reales, & ſic habent miſtam naturã, ut eſt actio ad exhibendum, actio noxalis, actio quod metus cauſa & ſimiles, de quibus ponit bonam declarationem Iaſ. in rub. ff. ſi cer. pe. ubi idem dicit de interdictis, poteſt ẽt poni exemplum de illis trib. actionibus ſ. familiæ herciſcundæ, cõi diuidundo, & finium regundorum, quæ dicuntur miſtæ, ut in § quædam, inſt. de act. & quæ ſit ratio quare dicantur miſtæ, uide plene Iaſ. in d. §. quædam, & in d. rub. ff. ſi cer. pet. & utrobique tractat, quid de petitione hæreditatis, an dicatur mere realis, uel in rẽ ſcripta, & eſt tex. & ibi Bal. & Doct. in l. hæreditatis. C. de pet. hær. & dicam infra in fine huius diſtinctionis.

ADDITIO. Vt uides doctiſſimè ſe-

q Hypothecaria. Agens hypothecaria,quid probare debeat Iaſ.in §.item Seruiana n. 8 inſt.de actio.ponit Alexan.conſi.132. & 133.li.2.& lib.5.conſi.18 & in hac actione qūo ſit formandus libellus, quomodo concludendum,& quomodo formetur ſententia,uide Couar.li.1. uar.reſol.cap.8.in prin.And.de Alfer.conſi.54.nu.2.

r Ad intereſſe. Bellon.lib.2.ſupp.iur.cap.14. nu.4.& iſte actiones contrariæ,& directæ, cur ſic dictæ ſint,ponit Coraſ.li.6. miſcel. cap.6.

s Hæreditatis.Couar.lib.1. prac.qq.cap.12. prin.& per totum.

t Contrarium. Cum hac opinione ēt tranſit Nic.Bello.li.2.ſupp. iur.c.3.& 4.

Ludouicus Alferius.

Iudiciorum IV. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud uniuerſale aliud generale, & aliud particulare.*

2 *Differentia, quæ ſit inter iudicium uniuerſale,& generale.*

3 *Societas quid ſit.*

4 *Societas quadrupliciter contrahatur.*

5 *Societas tacita quando et inter quos contrahitur,& nu.6.7.8.9.10.11.12.& 13.*

14 *Secus ſi fecit maiorem impenſam, quam alter,an in diuiſione repetat.*

15 *Socius qui habebat maiorem familiam, quam alteram debebat habere maiorem partem.*

16 *Socius qui habuit plures filios qui operantur, & an debeat habere maiorem partem.*

17 *Frater ſi negociatur de pecunia communi, an id quod lucratur, teneatur communicare.*

18 *Societas nunquid licite contrahatur, ut unus ponat operam alter pecuniam.*

19 *Socij an poſſint paciſci, ut unus habēt duas partes lucri & damni et alter tertiam.*

20 *Paciſci an poſſit inter ſocios, quod capitale ſit ſaluum.*

21 *Pactum an ualeat, ꝙ unus ſociorum habeat duas partes lucri,& tertiam damni.*

22 *Pactum ut unus habeat tres partes lucri, alius quartam,an ualeat.*

23 *Socij, quorum unus poſuit capitale alter operā tantum,et capitale perdatur an damnum ſit commune.*

24 *Socius proficiſcens ex cauſa ſocietatis an extrahat ante omnia expenſas itineris.*

25 *Societatis ſignum an remaneat panes ſuperſtites in ſocietate.*

26 *Societas initia ut duret qnquēnio,& uxr i...*

poſue*

poſuit capitale alter operam, an ſit prima anno perditum ſit capitale, debet cogi ad ponendum aliud.

27 *Societas contracta ad commune lucrum, et de lucro ita quod debeat infra menſem reddi ratio an ſit reddita an ſit infra menſem audiatur.*

28 *Socius, an teneatur conſocio reddere rõnem de geſtis, & adminiſtratis, & quid ſi non reddit rationem ad quid teneatur, n. 29.*

30 *Vendita res communis an cenſentur de uoluntate ſociorum, & quid ſi dicatur rem pluri precio uendita. & nu. 31.*

32 *Pater ſi dedit pecuniam filio, ut ex ea lucretur an lucrata per filium communicetur alijs filijs.*

33 *Ceſſio occaſione ſocietatis an ducatur ex cauſa neceſſaria.*

34 *Socij diuidentes ſocietatem, qualiter conſer uabuntur in omnes a contractib. nitis.*

35 *Lucrum inter ſocios qualiter diuidatur, ſi nihil ſit de eo conuentu.*

36 *Aequaliter inter ſocios an conſideretur nedum reſpectu numeri pecudum ſed & bonitatis.*

37 *Emptio & uenditio, quando dicatur perfecta & nu. 40. 41. & 45.*

38 *Emptio qualiter ſolo conſenſu perficiatur, & nu. 39.*

42 *Venditio an intelligatur facta per hæc uerba uidelicet, uoi me uendere il tuo cauallo ſi ille dixerit che ſi, & che ne uolea cento fiorini & ille dixerit chende uolea dare cento fiorini bolognini, & ille dixit tu mei has inteſo.*

43 *Emptorum quis præferatur ſi unus emit a domino, altera diſcipulo.*

44 *Venditio an ualeat ſi dicatur uendo pro decem, & illo pluri quo Titius extimabis.*

46 *Fides de precio quando dicatur habita, & nu 47.*

48 *Emptio per teſtes qualiter probatur.*

49 *Arra facit rẽ deſinere eſſe integra, et quando & niſi pars ſe pœniteat, ultra duplicationem arrarum poſſit agi ad intereſſe, & nu. 50. & 51.*

52 *Emptio, & uenditio, quando dicatur perfecta in rebus, quæ pondere numero, uel menſura conſiſtunt.*

53 *Signantur facta in uigete uini an transferat dominium.*

54 *Periculum diminutionis, precij rei empta ad quem ſpectat.*

55 *Promittens tibi uendere, an ſi nolueris emere, tenearis.*

56 *Vendere mihi offerentem, an poſſem cogere ut uendat.*

57 *Venditio equo, cenſetur uenditus cum freno, & ſella.*

58 *Venditio equo ſi moritur infra triduum, an poſſit agere redhibitoria.*

59 *Venditor animalis ſi expreſſe proteſtatur ſe nolli tenere de uitijs, an nihilominus tenetur, & nu 62.*

60 *Emptor agẽs redhibitoria ſi pẽdente iudicio res eſt effecta ſana an iudicium procedat.*

61 *Vendeas rem pluri precio quam in conſilio fueris ſtatutum an uenditio ualeat.*

63 *Redhibitoria ſi in una tantum rehabuerit locum, & duæ res ſint uẽdita, an pro ambabus competat.*

64 *Venditio facta ad certam menſuram quæ non praſtatur an agatur quãto minoris.*

65 *Emptorũ meritũ qui præferatur, & nu. 66.*

67 *Emptorum ſi unus offert præcium & inſtat ſibi ut partem rei emptæ in communi, tradatur, an repellitur.*

QVarta principalis diſtinctio iudicio-
1 rum eſt. † Quia iudicium aliud eſt uniuerſale, aliud generale, & aliud particulare, iudicium uniuerſale, dr̃ illud, in quo agitur actione uniuerſali. prout eſt iudiciũ
2 petitionis hæreditatis nã hæreditas a continet uniuerſum ius l. nihil, ff. uer. ſig. Itẽ, iudicium dotis, nam ſimiliter dos cõtinet ius uniuerſale, ut no. *Bar.* in rub. ff. ſol. ma. col. fi. idem in peculio, & aliis ſimilibus. Iudiciũ generale eſt illud, in quo deducitur actio generalis, prout eſt actio tutelæ actio pro ſocio, & ſimilis, & ideo appellatur generalis, quia ſub una actione comprehẽdit plura capitula, puta adminiſtrationem uini, olei, frumenti, & aliorum negociorũ, ita declarat Spec. in tit. de actione, ſeu petitione, §. ſequitur, col. 2. uerſi. & not. & uer.
2 differt. † Quæ autem ſit differentia inter iudiciũ uniuerſale, & generale, ponit Spe. in d. uerſi. differt, & tangit etiam aliqua in d. §. ſequitur in prin. Et in effectu iudiciũ uniuerſale comprehendit unum corpus uniuerſum, quod plura iura habet ſub ſe. Generale uero comprehendit plura capitula ſeparata, & uide ibi plenius per eum

iudiciũ particulare eſt illud, quod comprehẽdit unã tm̃ rem prout eſt rei uendicatio, actio ex empto, ad unã rẽ, uel ex depoſito, uel ſimilis, ita hæc oĩa declarantur per Spe. in d §. ſequitur & ibi uide Rub. Ven. V. I. D.

ADDITIO. Exemplificat (ut uides) dominus Auctor hic iudicium generale inter alia in actione pro ſocio, & iudicium particulare in actione, ex empto, quæ quidem actionis ſunt in iudiciis frequentiores cæteris aliis, nihil tamen de eis dicit. Quare aliqua dicenda ſenſui, & primo in actio
3 ne pro ſocio. † Illud præ ceteris ſcire oportet quid ſocietas, & cuius naturæ. In quo tex. in leg. uerum, ff. pro ſoc. inquit ſocietatem eſſe quandam fraternitatem, ſed ſecundum Grãmaticos ſocietas eſt fortunæ, & periculi participatio, quæ fit cum ſocium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus Ci. in Verr. Video enim per multa eſſe crimine, quorum ubi ſocietas cum uerte eiuſmodi eſt, ut item in accuſando attingere non audeas. Liu. 8. bell. Maced. decreuerunt renunciandum ſocietatem Acheis li. 1. ab ur. infida regni ſocietas nam ſocius ille proprius dici poteſt, qui pari cõſilio Spec. & periculo, rem aliquam cum altero aggreditur. Cic. 5. uerſi. nam ſocii putandi ſunt, quos inter res cõicata eſt, & inter negociatores quoque ſocii dñr, qui lucri damniq; te cõionem inierũt, Cic. pro q. 5. Roſc. qui ſociũ fallit, in uirorum bonorũ numero nõ eſt habendis, ſocietatis itaque coniunctio fortunarum etiã periculi cõionem importat, eiuſque naturæ eſt, ut partes ſint æquales, niſi aliud ſit dictum, nam agi, & paciſci põt ꝙ ad unum ſpectent duę partes lucri, ad alium tertia, ſi is q̃ plus debet habere plus contulit ſocietati, uel pecunię, uel operis, uel. nõ fuerit, ff. pro ſoc. alias ſecus dr̃. n. ſocietas quando lucra, & damna cõicantur, ſecundum Bar. in l. quis in prin. ff. pro ſoc. & ad prædicta quæ ſit natura ſocietatis? Vide Soc. conſi. 294. col. 7. uerſ. 5. & ultim. & quod pacta debent eſſe æqualia, alias nõ ualet ſocietas, ſcd̃m Soc. in conſ.
4 29. colu. 4. uerſ. 2. not. in 2. lib. † Illud prædictis prope eſt, quotuplex ſocietas contrahatur? & certe dupliciter contrahi ſocietatem inquit tex. inſt. pro ſoc. in princip. & l. con ſenſu, ff. de actio. & oblig. tacite uidelicet, & expreſſe. Item contrahitur ſocietas uniuerſorũ bonorum, & unius negociationis tãtum, l ſocietas cõtrahitur, ff. pro ſoc. de quo plene per Dec. conſi. 66. in 1. lib. 2. col. & ex hoc infert Bar. Soc. in conſi. 87. 16 lib. in ult. col uer. tñ in minime obſtantibus, ꝙ ad præſumẽdum cõtractum ſocietatis ſufficiũt actus qui ſolent fieri inter ſocios etiam ſi non inferant neceſſario ad inducendũ ſocietatem, exemplum ſm̃ eum ementes rem cõem pro indiuiſo, ait cõtrahere ſocietatem, l. nihil. ff. comm. diuid. & ibi Bar. & Bal. in l. cũ proponas. C. pro ſoc. & tamen cõſtat ꝙ talis actus fieri põt citra rius, & nomen ſocietatis, l. ut ſit pro ſocio act. ff. pro ſoc. Itẽ præſumitur contracta ſocietas ex librorum intitulatione ſociorũ, & ſi uis uidere quãdo, & ex quibus actibus uideatur contracta ſocietas, uide Bartol. in l. Tit. §. alter. ff. de adm. tut. & Ale. in conſil.
5 36. in 4. uol. † Cõſequen. eſt uidere nũquid tacita ſocietas intelligatur contrahi inter aliquos quorum alter tantũ negociatur alter uero non? in quo Barto. in l. ſi patruus. C. cõia utriuſ. iur. in fine dicit, ꝙ non uidetur cõtracta ſocietas, quia ille qui negociatur magis dr̃ donare q̃ ſocietatem cõtrahere l. 5. ff. pro ſoc. & hoc dicit ipſe procedere etiam ſi cõicantur lucra, quod & repetit in l. Titium, §. altero de adm. tut. cuius dicti rationem reddit, quia non uſ contracta ſocietas, ex quo alter qui nõ negociatur nihil ponit l. 1. in fi. ff. pro ſoc. At. Bal. in d. l. ſi patruus in fi. col. inquit, ꝙ etiam ſi alter nõ negociatur uſ contracta ſocietas, dummodo ille alter qui nõ negotiatur oĩa quecunque ſibi aliunde obuenerit ponat in cõmuni (puta ſi aliquid ſibi obuenit ex redditu præbẽdæ, uel ex donis, uel ex dote) ſicut dicimus de iis quorum unus negociatur in una arte, alter ſi quidem in alia, (ut puta unus in mercantia alter in aduocatione) & tñ lucra in ſimul cõferũt, & cõicãt, & iſtud dictum Bal. ſequitur Soc in conſ. 160. in 2. col. uer. ex factis autem in 2. lib. & ſic iudicio meo ut ſaluetur dictum Bar. dicẽdũ eſt eius dictũ procedere qñ alter qui nõ negociatus, nihil ponit in cõi, & ſic utrũque dictũ ſaluatur, & ſequitur dictõ Bal. Alex. in conſi. 49. li. 1. & refert. ita tenere Pet. de Anch. ĩ cõſ. 289. materia de qua q̃rit & ad hoc uide Soc. in cõſ. 192. in uer. circa. 2. q. in li. 2. & Lud. de Ro. in cõſ. 19 l. incip. cũ iſti fratres,

treslucra eis,& conſ.470.cũ iſti ſres.† Sed
ut perfecte ſciatur ueritas iſtius hæſitatio-
nis Bar.in d.l.ſi patruus ponit quatuor ca
ſus,quorũ primus eſt,qñ plures sũt fratres
quorũ alter eſt pupillus,alii maiores. Quo
caſu ſcdm eũ inter eos non uidetur cõtra-
cta ſocietas,l.ut in conductionibus,ff pro
Soc.ſequitur Ang conſulendo in cõſi.60.
in prin.& Bal.& Sal.ibid. & Pau.de Caſtr.
in conſ.183. ubi ponit qñ fratres mortuo
patre hẽnt fundicũ cõem,in quo ſe exerce
rẽt,& eorũ alter frater eſt in minor pupil-
lus & tñ ipſe ẽt ſe exercet in fundico,nã ẽt
iſto caſu non intelligitur contracta ſocie-
tas inter eos,& Lud.Ro.in conſi.182.inc.
omnipotentis Dei in caſu propoſito ꝑmit
tendũ,idem ſequitur Bar. Soc.in conſi.60.
in 2.li.in 4.col.uer.nec præmiſſis,& cõſ.
87.in 1.li.1.bene uerũ eſt,ꝙ idẽ soci.in d.
cõſ.160.in 5.col.uer.rñdetur, cõſuluit,qđ
ſtãte dicta opinione ꝓ uera põt reuocari,
b & b tacite cõtrahi ſocietas inter eos quorũ
unus eſt pupillus cũ tacita auctoritate tu-
toris ipſius pupilli puta,quia ipſo p̄ſente,
& uidente fuit pſeueratum in ſocietatẽ,&
fuerunt facti actus ſociales ex quib.infer-
tur ſocietas,& iſtud ẽt ſequitur Pau.in cõ
ſi.87.2.uol.& ſequitur De. in conſ.21 1.li.
in princ.de quo per Bar.Cæp.in conſi.40.
in cõſiliis ciuilibus,quod procedit opinio
Bart.de qua ſupra etiã ſi tractaretur de uti
litate pupilli,ſecundũ Bal. in l.cũ oportet
in princ in 3.col. C.de bon.quæ li.ẽt ſeq-
tur Iaſ.in l.1.C.qui teſt.fa.poſſ.num.6.ſed
in hoc contrarium tenuit Lud. de Rom.ĩ
conſ.453.viſa principali conſtitutione, &
ſequitur Soc.in conſi.160.in 2.lib,4 colu.
uerſ.ſed ad hanc,ubi dicit quod opi. Lud.
ſuſtentabilior eſt, cum pupillus poteſt ſi-
bi acquirere ſine auctoritatis tutoris.§.pu
pillus inſt. de inutil.ſtip. unde quod pupil
lus non poſſit obligari in eius fauorem
inductũ eſt,ergo aduerſus pupillũ intelli-
gi non dẽt ut dicit tex.in l.3.§.diuus,§.de
carb.edic.de quibus uide Caſſ. in conſil.
Burg.in tit.de ſucceſſione rub.7. fol.244.
nu.24.cum plurib.ſeq.& per Ro.in conſi.
413.n.8.uidetur igitur tenere Caſſ.in loco
de quo ſupra, quod ſi expedit pupillo,be-
7 ne intelligitur contracta ſocietas† In caſu
uero quo pupillus habuerit tutorem qui
cõicat aliis ſocii,et alii ſocii ipſi, uidetur
tunc inter eos licite contracta ſocietas, ut
ſupra dixi,& uř firmare Bal.in d.l.ſi patru
us in ult.col.& in l.mandatũ in 2.app.C.
8 mand.† Et ſi pater mãdet ĩ teſtõ, cõi noĩe
exerceri mercantiam,& negociationem ẽt
ꝙ unus ſit pupillus uidetur tunc cõtracta
ſocietas,ut eſt tex.in l.q negociationem in
prin.ff.dã.tut.& ita dicit Bald.in d.le.cum
oportet motus ꝑ tex.i d.l.q negociationẽ.
9 Sed in adulto qui exceſſit pupillarem æta
tẽ licet nõ habeat curatorem uidetur con-
trahi ſocietas,ut dixit do. *Ale.*in conſ.59.
in 1.uol.inc.maturę 4.col.& in conſil 32.
10 in 2.li.† Et ſimiliter ſi pupillus poſtquã ex
ceſſit pupillarẽ ætatẽ ſi habuit ratã ſocieta
tem manebit rata ſocietas et ualida eſt, ſe-
cundum *Ale.*in conſi.2 3 2. col.lib.2.& ſe-
quitur Iaſ.in d.l.qui teſt.fa.poſſ.ſed quan-
tus allegat Ale.in conſ.23. uoluit allegare
11 in conſ.36.in 4.lib.† Diuerſus tamẽ eſt ca
ſus cũ oẽs fratres sũt maiores natu, & neu
ter eorũ negociator, quia forte ſunt nobĩ
les,tunc.n.dicit Bar.qđ quamuis hæredita
tem paternã indiuiſam poſſideant,tñ non
præſumitur inter eos cõtracta ſocietas, ni
ſi expreſſe ſit dictum,& cum Bar. tranſeũt
Raph. Pau.de Caſ.& Ful. in d.l.ſi patruus
in pe.col.circa ſi.& ibi Sal. contrariã uero
opi.tenuit Bald.ibid. in pe.col.inquiẽs,ꝙ
licet nobiles non faciant mercantiã tamẽ
omnia quæ eis obueniunt dona, & ſalaria
& quaſcũque dotes conferunt, & cõicant,
uidetur ex iis inter eos contracta ſocietas,
& hãc opi.Bal.atteſtatur eſſe ueram Ale.in
cõſ.49.in 1.libro inc. maturæ ponderatis
& cõſi.36.4.li.& *Ang.*in conſi.112.incip.
Vanucius,ſed Phi.deci.in conſ. 21.in 1.li.
in antep.col.uidetur tenere opi.Bar.Iaſ.ve
ro in d.l.1.nu.7.Poſt relata opiniones cõ-
cludit quod facienda eſt regula ꝙ ſi ſunt
plures fratres maiores nata quorũ neuter
negociatur,mortuo patre quãuis hęredita
tem indiuiſam teneãt,nõ tamen inter eos
cenſebitur contracta ſocietas, & hoc mo-
do procedat opi.*Bar.* limitatur iſta regula
niſi interueniſſent,alii actus cões, & ſocia
tes licet non quæſtuarii nec mercantiles &
hoc modo procedat opin. *Bald.* & ſequa-
12 cium.† Alter diſſimilis caſus proponitur
quando unus negociatur alter uero mini
me,iſte ſiquidẽ cauſa dicat Bar.quod non
intelligitur contracta ſocietas,quod non
proce-

iudiciũ particulare eſt illud, quod comprehẽdit unã tm̃ rem prout eſt rei uendicatio, actio exempto, ad unã rẽ, uel ex depoſito, uel ſimilis, ita hæc oĩa declarantur per Spe. in d. §. ſeqtur & ib. uide Rub. Ven. V. I. D.

ADDITIO. Exemplificat (ut uides. dominus Auctor hic iud cium generale inter alia in actione pro ſocio, & iudicium particulare in actione, exem pto, quæ quidem actionis ſunt in iud ciis frequentiores cæteris aliis, nihil tamen de eis dicit. Quare aliqua dicenda ſenſui, & primo in actio

3 ne pro ſocio. † Illud præ ceteris ſcire oportet quid ſocietas, & cuius naturæ. In quo tex. in leg. uerum, ff. pro ſoc. inquit ſocietatem eſſe quandam fraternitatem, ſed ſecundum Grãmaticos ſocietas eſt fortunæ, & periculi participatio, quæ fit cum ſocium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus Ci. in Verr. Video enim per multa eſſe crimine, quorum ubi ſocietas cum uerte eiuſmodi eſt, ut item in accuſando attingere non audeas. Liu. 8. bell. Maced. decreuerunt renunciandum ſocietatem Acheis li. 1. ab ur. infida regni ſocietas nam ſocius ille proprius dici poteſt, qui pari cõſilio Spec. & periculo, rem aliquam cum altero aggreditur. Cic. 5. uerſi. nam. ſocii putandi ſunt, quos inter res cõicata eſt, & inter negociatores quoque ſocii dñr, qui lucri damniq; ie cõionem inierũt, Cic. pro q. 5. Roſc. qui ſociũ fallit, in uirorum bonorũ numero nõ eſt habendis, ſocietatis itaque coniunctio fortunarum etiã periculi cõionem importat, eiuſque naturæ eſt, ut partes ſint æquales, niſi aliud ſit dictum, nam agi, & paciſci põt ꝙ ad unum ſpectent duę partes lucri, ad alium tertia, ſi is q̃ plus debet habere plus contulit ſocietati, uel pecunię, uel operis, url. nõ fuerit, ff. pro ſoc. alias ſecus dr̃. n. ſocietas quando lucra, & damna cõicantur, ſecundum Bar. in l. quis in prin. ff. pro ſoc. & ad prædicta quæ ſit natura ſocietatis? Vide Soc. conſi. 294. col. 7. uerſ. 5. & ultim. & quod pacta debent eſſe æqualia, alias nõ ualet ſocietas, ſcđm Soc. in conſ.

4 29. colu. 4. uerſ. 2. not. in 2. lib. † Illud prædictis prope eſt, quotuplex ſocietas contrahatur? & certe dupliciter contrahi ſocietatem inquit tex. inſt. pro ſoc. in princip. & l. con ſenſu, ff. de actio. & oblig. tacite uidelicet, & expreſſe. Item contrahitur ſocietas uniuerſorũ bonorum, & unius negociationis tãtum, l. ſocietas cõtrahitur, ff. pro ſoc. de quo plene per Dec. conſi. 66. in 1. lib. 2. col. & ex hoc infert Bar. Soc. in conſi. 87. 16 lib. in ult. col uer. tñ in minime obſtantibus, ꝙ ad præſumẽdum cõtractum ſocietatis ſufficiũt actus qui ſolent fieri inter ſocios etiam ſi non inferant neceſſario ad inducendũ ſocietatem, exemplum ſm eum ementes rem cõem pro indiuiſo, ait cõtrahere ſocietatem, l. nihil. ff. comm. diuid. & ibi Bar. & Bal. in l. cũ proponas. C. pro ſoc. & tamen cõſtat ꝙ talis actus fieri põt citra rius, & nomen ſocietatis, l. ut ſit pro ſocio act. ff. pro ſoc. Itẽ præſumitur contracta ſocietas ex librorum intitulatione ſociorũ, & ſi uis uidere quãdo, & ex quibus actibus uideatur contracta ſocietas, uide Bartol. in l. Tit. §. alter. ff. de adm. tut. & Ale. in conſil.

5 36. in 4. uol. † Cõſequen. eſt uidere nũquid tacita ſocietas intelligatur contrahi inter aliquos quorum alter tantũ negociatur alter uero non? in quo Barto. in l. ſi patruus. C. cõia utriuſ. iur. in fine dicit, ꝙ non uidetur cõtracta ſocietas, quia ille qui negociatur magis dr̃ donare q̃ ſocietatem cõtrahere l. 5. ff. pro ſoc. & hoc dicit ipſe procedere etiam ſi cõicantur lucra, quod & reperit in l. Titium, §. altero de adm. tut. cuius dicti rationem reddit, quia non ur̃ contracta ſocietas, ex quo alter qui nõ negociatur nihil ponit l. 1. in fi. ff. pro ſoc. At. Bal. in d. l. ſi patruus in fi. col. inquit, ꝙ etiam ſi alter nõ negociatur ur̃ contracta ſocietas, dummodo ille alter qui nõ negotiatur oĩa quecunque ſibi aliunde obuenerit ponat in cõmuni (puta ſi aliquid ſibi obuenit ex redditu præbẽdæ, uel ex donis, uel ex dote) ſicut dicimus de iis quorum unus negociatur in una arte, alter ſi quidem in alia, (ut puta unus in mercantia alter in aduocatione) & tñ lucra in ſimul cõferũt, & cõicãt, & iſtud dictum Bal. ſequitur Soc in conſ. 160. in 2. col. uer. ex factis autem in 1. lib. & ſic iudicio meo ut ſaluetur dictum Bar. dicẽdũ eſt eius dictũ procedere qñ alter qui nõ negociatus, nihil ponit in cõi, & ſic utrũque dictũ ſaluatur, & ſequitur dictũ Bal. Alex. in conſi. 49. li. 1. & refert. ita tenere Pet. de Anch. i cõſ. 289. materia de qua q̃rit & ad hoc uide Soc. in cõſ. 192. in uer. circa. 2. q. in li. 2. & Lud. de Ro. in cõſ. 191. incip. cũ iſti fra

tres,

g tres lucra eis, & conſ.470. cũ iſti frẽs.† Sed ut perfecte ſciatur ueritas iſtius hæſitationis Bar. in d.l. ſi patruus ponit quatuor caſus, quorũ primus eſt, qñ plures sũt fratres quorũ alter eſt pupillus, alii maiores. Quo caſu ſcđm eũ inter eos non uidetur cõtracta ſocietas, l. ut in conductionibus, ff pro Soc. ſequitur Ang conſulendo in cõſi.60. in prin.& Bal.& Sal. ibid. & Pau. de Caſtr. in conſ.183. ubi ponit qñ fratres mortuo patre hẽnt fundicũ cõem, in quo ſe exercerẽt, & eorũ alter frater eſt in minor pupillus & tñ ipſe ẽt ſe exercet in fundico, nã ẽt iſto caſu non intelligitur contracta ſocietas inter eos, & Lud. Ro. in conſi.182. inc. omnipotentis Dei in caſu propoſito ꝑmittendũ, idem ſequitur Bar Soc. in conſi.60. in 2.li. in 4. col. uer. nec præmiſſis, & cõſi. 87. in 1. li. 2. bene uerũ eſt, ꝙ idẽ soci. in d. cõſ.160. in 5. col. uer. uidetur, cõſuluit, qđ ſtãte dicta opinione ꝓ uera põt reuocari,
h & b tacite cõ trahi ſocietas inter eos quorũ unus eſt pupillus cũ tacita auctoritate tutoris ipſius pupilli puta, quia ipſo pſente, & uidente fuit pſeueratum in ſocietatẽ, & fuerunt facti actus ſociales ex quib. infertur ſocietas, & iſtud ẽt ſequitur Pau. in cõſi.87.2. uol. & ſequitur De. in conſ.21 1.li. in princ. de quo per Bar. Cæp. in conſi.40. in cõſiliis ciuilibus, quod procedit opinio Bart. de qua ſupra etiã ſi tractaretur de utilitate pupilli, ſecundũ Bal. in l. cũ oportet in princ in 3. col. C. de bon. quæ li. ẽt ſeqtur Iaſ. in l.1. C. qui teſt. fa. poſſ. num.6. ſed in hoc contrarium tenuit Lud. de Rom. ĩ conſ.453. viſa principali conſtitutione, & ſequitur Soc. in conſi.160. in 2. lib. 4 colu. uerſ. ſed ad hanc, ubi dicit quod opi. Lud. ſuſtentabilior eſt, cum pupillus poteſt ſibi acquirere ſine auctoritatis tutoris. §. pupillus inſt. de inutil. ſtip. unde quod pupillus non poſſit obligari in eius fauorem inductũ eſt, ergo aduerſus pupillũ intelligi non dẽt ut dicit tex. in l.3. §. diuus, §. de carb. edic. de quibus uide Caſſ. in conſil. Burg. in tit. de ſucceſſione rub.7. fol.244. nu.24. cum plurib. ſeq. & per Ro. in conſi. 413. n.8. uidetur igitur tenere Caſſ. in loco de quo ſupra, quod ſi expedit pupillo, be-
7 ne intelligitur contracta ſocietas† In caſu uero quo pupillus habuerit tutorem qui cõicat aliis ſocii, et alii ſocii ipſi, uidetur tunc inter eos licite contracta ſocietas, ut ſupra dixi, & uĩ firmare Bal. in d.l. ſi patruus in ult. col. & in l. mandatũ in 2. app. C.
8 mand.† Et ſi pater mãdet ĩ teſtõ, cõi noie exerceri mercantiam, & negociationem ẽt ꝙ unus ſit pupillus uidetur tunc cõtracta ſocietas, ut eſt tex. in l. q. negociationem in prin. ff. dã. tut. & ita dicit Bald. in d. le. cum oportet motus ꝑ tex. ĩ d.l. q. negociationẽ.
9 Sed in adulto qui exceſſit pupillarem ætatẽ licet nõ habeat curatorem uidetur contrahi ſocietas, ut dixit do. Ale. in conſ.59. in 1. uol. inc. maturę 4. col. & in conſil 32.
10 in 2. li.† Et ſimiliter ſi pupillus poſtquã exceſſit pupillarẽ ætatẽ ſi habuit ratã ſocietatem manebit rata ſocietas et ualida eſt, ſecundum Ale. in conſi.131. col. lib.2. & ſequitur Iaſ. in d.l. qui teſt. fa. poſſ. ſed quantus allegat Ale. in conſ.23. uoluit allegare
11 in conſ.36. in 4. lib.† Diuerſus tamẽ eſt caſus cũ oẽs fratres sũt maiores natu, & neuter eorũ negociator, quia forte ſunt nobiles, tunc. n. dicit Bar. qđ quamuis hæreditatem paternã indiuiſam poſſideant, tñ non præſumitur inter eos cõtracta ſocietas, niſi expreſſe ſit dictum, & cum Bar. tranſeũt Raph. Pau. de Caſ. & Ful. in d.l. ſi patruus in pe. col. circa fi. & ibi Sal. contrariã uero opi. tenuit Bald. ibid. in pe. col. inquiẽs, ꝙ licet nobiles non faciant mercantiã tamẽ omnia quæ eis obueniunt dona, & ſalaria & quaſcũque dotes conferunt, & cõicant, uidetur ex iis inter eos contracta ſocietas, & hãc opi. Bal. atteſtatur eſſe ueram Ale. in cõſ.49. in 1. libro inc. maturæ ponderatis & cõſi.36.4. li. & Ang. in conſi.112. incip. Vanucius, ſed Phi. deci. in conſ.21. in 1. li. in antep. col. uidetur tenere opi. Bar. Iaſ. vero in d.l.1. nu.7. Poſt relata opiniones cõcludit quod facienda eſt regula ꝙ ſi ſunt plures fratres maiores nata quorũ neuter negociatur, mortuo patre quãuis hęreditatem indiuiſam teneãt, nõ tamen inter eos cenſebitur contracta ſocietas, & hoc modo procedat opi. Bar. limitatur iſta regula niſi interueniſſent, alii actus cões, & ſociales licet non quæſtuarii nec mercantiles & hoc modo procedat opin. Bald. & ſequa-
12 cium.† Alter diſſimilis caſus proponitur quando unus negociatur alter uero minime, iſte ſiquidẽ cauſa dicat Bar. quod non intelligitur contracta ſocietas, quod non

proce-

procedit, ſi ille qui non negociatur ponit
oīa quęcunq. ſibi obueniunt in cōi, & in
hoc uideatis ſcripta Decii in cōſ. 23 in 2.
13 col.& dixi ſupra. † Inſuperque non obmit
tā aliū dari caſum in quo oēs fratres mor
tuo parte negocientur, & tunc abſque du-
bio oēs admittunt contractā eſſe ſocieta-
c tem, dicit tñ Bar. ꝙ cēſetur contracta c ſo-
cietas illius negociationes tantū. q̄ gerunt
& non aliarum quod quidē intelligit Bal.
in d.l. patruus in ult. col. procedere in acti
bus, & negociationibus uniformibus, ut
puta ſi oēs iſti fratres ad ſimul ĩgerūt mer
cantiam lanæ. Tunc.n. uerum eſt quod nō
uidetur cōtracta ſocietas niſi in illa nego-
ciatione, adeo quod ſi unus emerit fundū
nō eſſet cōis, licet emiſſet ex pecunia cui,
ſed in actibus difformibus, & uarietatem
habentib. credit Bald. quod oia bonorū in
telligitur contracta ſocietas, ſed opi. Bart.
ſequitur ſimpliciter Pau. in conſil. 66. inc.
attingam breuiſſime 1. lib. & Ale. in conſ.
72. in 4. lib. & idem Ale. in l. cum duob. §.
Papinianus, ff. pro ſo. de quo per Socin. in
cōſ. 162. in 2. li. uerſi poſtremo & in conſi.
191. incip. capio difficultatem uer. circa ſe
cundā, ſed ſi bene aduertatur opi. Bald. eſt
de mente Bar. in d.l. ſi patruus, & in §. alte-
ro, nec ipſe negat id quod dicit Bald. dum
dicit, quod ſi cōicant lucra unius negocia
tionis tñ illius, vī contracta ſocietas, quaſi
uelit quod ſi per eos fierent actus diſſimi-
les, q̄a non ſolū cōicant lucra in illa nego-
ciatione, ſed undecunq. obueniūt, & nego-
ciētur in plurib. reb non ſolū illius nego-
ciationis, ſed oīum bonorū, iure cenſetur
cōtra ſocietas, & iſtā limitationē Bal. uide
tur ſequi Lud. de Ro. in conſ. 291. & ſequi
14 tur Iaſ. in d. l. 4. † Sed illud conſequens eſt
uidere, nunquid ſi ſunt duo ſocii quorum
unus fecit maiorē impenſam quā alter in
domo, an in diuiſione poſſit hācimpēſam
repeteret, & negat Bald. in l. pen. C. de col-
la. bo. ut Iaſ. Ale. Fran. Cur. in add. & Ang.
in lec. Flor. diſtinguit, ꝙ aut ſunt ſocii om
nium bonorū, & bene dicit Bal. aut unius
tantū negociationis ſunt ſocii, & iſto ca-
ſu ſi unus ſociorū facit maiorum impen-
ſam quam alter pōt ab eo repetere per l. ſo
ciū qui in §. fi. & l. ſi unus § quid. ff. ꝓ ſoc.
Bar. C. ff in conſue. Burg. in tit. de ſucceſ-
ſiones. rub. 7. fol. 245. n. 17. ſequitur hanc
diſtinctionem, ſed eā limitat uno caſu niſi
impenſa q̄ fieret nō eſſet neceſſaria neque
d utilis ſocietati quia tunc imputabitur d in
parte illius ratione cuius facta eſt impēſa.
15 † Prædictis nō modica affine eſt, quod ſi
unus ſociorū habet magnam familiam, cū
alter eſſet ſolus, at ille qui habebat magnā
familiam habebat curā totius domus rei
domeſticæ, & familiaris, non dēt ex hoc
ſocius qui fuit ſolus habere maiorem par-
tē habita rōne ad expenſas factas per ſuū
ſocium in ſua familia, ſcđ m Pau. de Caſt.
in l. pe. C. de colla. quod & repetit in l. ſi pa
terno. C. de neg. ge. & idē ſequitur Iaſ. in d.
16 l. pe. n. 5. † Sed ſi duo ſint fratres mercato-
res, & negociatores quorum unus hēt plu
res filios qui tota die lucrātur. Alter uero
nō hēt filios ſi quæratur nunquid in diui-
ſione debebit habere maiorem partē ille
qui plures filios habebat, indubitanter eſt
reſpondendum quod ſi nō ſunt ſocii om-
nium bonorū debet haberi rō operarum
filiorū. & ſic plus debet habere, ſecundum
Ange. in l. ex duobus. ff. de neg. geſt. & idē
tenet Bal. in d.l. ſi. patruus in pe. q. & Bald.
in l. 1. in 11. qu. C. pro ſo. & ſequitur Iaſ. in
d.l. pe. in fi. ſed tu uide Ang. in conſi. 112.
in c. Vannucius qui loquitur in ſocii uni-
uerſorū bonorū, & cōcludit ꝙ habetur rō
operarū filiorū, pro quo uide Soc. in conſ.
3. col. 10. in 4. lib. & Ale. in conſ. 99. per to-
17 tū in 2. li. † Sed finge quod unus fratrum
de communi pecunia facit mercantiā ad
id quod lucratur ueniat cōicandum Bar.
in d.l. ſi patruus dicit quod aut gerit mer-
cantiā noīe proprio aūt cōi, ſi noīe ꝓprio
non uenit cōicandum, ſi non erat tutor al
terius fratris, ſi uero cōi nomine puta quia
intitulatio libri dicebat hic eſt liber mei,
& fratris, & iſto caſu cōmunicādū id quod
lucratur, & idem dicit Bal. & Sal. ibidem.
18 † Nunquid licite contrahatur ſocietas ut
unus ponat totam pecuniam, altero uero
operam tantum, dicendum eſt quod ſic tā
ſecundum ll. quam ſecundam canones l. 1.
C. pro ſo. & l. 5. ff. eo. tit. & in c. per ueſtras
de don. inter uir & uxo. & Bald. in d.l. 1 C.
pro ſoc. & ſi non erit dictum, pro qua par
te debeat lucrū, & damnum diuidi intelli-
gitur tamen quod æqui portionibus diui-
e datur, adeo ꝙ lucrum, & e damnū debet eſ-
ſe cōmune, l. ſi nō fuerit, ff. pro ſo. & Bar. in
l. vnius.

19 l. unius. ff. eo. ti. † Sed an paciſci inter ſocios
poſſit ut unius ferat duas partes lucri, & dã
ni, & alter tertiã ſi ille qui plus habet, plus
cõfert ſocietati in pecunia, opere uel indu-
ſtria quod correſpondeat illi pluri? dicas
quod ſit, ut in l. ſi non fuerit in prin. & leg.
quod cum in ſi. ff. pro ſoc. alias ſi plus non
confert eſſe pactum illicitum, ſecundum
Azo. quem ſequitur Accurſ. in d. l. ſi nõ fue
20 rit. † Sed an paciſci liceat quod capitale ſit
ſaluum, & cũ ponenti reddatur, qđ lucrũ di
f uidatur? Bald. in l. 1. C. pro ſo. tenet *f* quod
non, & ſequitur ibi Sal. & cet. doc. & Hoſt.
in ſumma de uſur. & firmat do. Amb. de ui
gna in rep. c. ſalubriter de vſur. conc. 4. nu.
166. & hoc uerum eſt, ut tale pactum non
poſſit fieri per eum qui ponit pecuniã, ſed
bene fieri poteſt per eũ qui ponit operã, tan
tum, ſecundũ doc. ſed idem. Amb. ubi ſup.
concludit quod etiã iſto caſu ſi hic talis uel
let lucrum eiuſdem rei in qua nõ uult dam
num ẽt quo ad eum non licet, miror tamẽ
quod Gram. in conſ. 80. in ciuilibus teneat
quod ualeat pactum quod capitale ſit ſal-
uum & lucrum diuidatur, ſed Ro. in conſ.
500. in c. sũmarius quæſtioni. tenet tale pa
ctum nõ ualere quia capit uſuram, ſed ego
g teneo cum d. Gram. in caſu propoſitis *g* de
pecudibus, & ouibus, cum conſuetudo paſ
21 ſim admittant illum contractum. † Sed an
poſſit fieri pactum quod unus ſociorũ ha-
beat duas partes lucri, & tertiam dãni, uel
econtra duas partes damni, & tertiã lucri?
& dicas quod non ut eſt text. in l. lucius, ff.
pro ſoc. & concludit idẽ do. Amb. ubi ſup.
dicens, quod tunc ualeret tale pactum, ut
unus habeat tres partes alias quartam, uel
quintã, aut ſextam, ſi modo ille qui plus ha
bet plus ſocietate poſuerit, alias pactum
h eſſe *h* illicitũ & ponit Bal. in l. 1. C. pro ſoc.
22 † Item nõ ualet pactũ ut unus habeat tres
partes lucri alias quartã & periculum capi
talis ſit cõe, quia lucrum ſentiret pro trib.
partibus, & damnum ſentiret pro dimidia,
ut concludit doc. Amb. in d. c. ſalubriter in
7. concl. & ibi ẽt quærit, an ualeat pactum
ut ponẽs capitale habeat lucrum ad diſcre
tionẽ alterius ſocii, & dicit quod ualet ut
23 in 8. concl. † Quid enim ſi unus poſuit ca-
pitale pecuniæ, alter uero operã tñ accidit
quod capitale caſu fortuito deperditum
eſt an illud damnum debeat eſſe cõe, regu-
la eſt quod non ſecundum gl. in l. ſi nõ fue
rit, ff. pro ſo. licet teneat contrarium in l. 1.
C. eo. ſed primã opinionem approbat Bar.
in d. l. 1. & Ang. de Pet. in trac. de ſoc. in 12.
artic. rõnem reddit Bal. in d. l. 1. quia ſufficit
quod ille qui poſuit operã, ſuſtineat damnũ
i ipſorum operarum, & hæc eſt cõis *i* ſnĩa, ut
concludit do. Amb. in rep. d. c. ſalubriter in
12. conclu. nu. 174. limitatur tñ ſecundum
eũ iſta cõis opinio. Primo niſi per pactum
aliud eſſe conuentũ, quia ſeruandum eſſet
pactũ, de quo oĩno uideas Bar. Soc. in cõſ.
295. in 2. li. in 2. difficultate, ubi copioſiſſi-
me ubi tãdẽ cõcludere uĩ, quod dicere ſim
pliciter quod ualet pactũ quod dãnũ capita
lis ſit cõe, & dicere quod nõ ualet sũt falſiſ
ſima, ſed iudicanda ſunt prout ipſe ibi cõ-
ſiderat Bal. uero conſi. 65. incip. uideamus,
quæ ſocietas ex lib. 4. uĩ ſimpliciter tenere
quod ſi perditum eſt capitale damnũ dẽt
eſſe cõe, & idẽ Bal. in conſ. 493. inci. multi
loquium in 4. lib. tenet tale pactum ualere,
& quod ſi tale pactũ minime oppoſitũ re-
periatur tunc dicẽdũ eſt quod ſi capitale ſit
cõicatum inter ſocios, & uterq. eſt dñs ꝓ
parte, tunc capitali perdito damnum erit
cõe, ſed ſi dñium non fuit tranſlatum exẽ-
plum (ut in inſtitore) nam ſi ſocius qui im-
mittit operam eſt inſtitor principaliter ſed
in quæſtu eſt ſocius, & tunc periculũ capi-
talis eſt dñi, & ita dicit dicere intelligi con
trariũ opin. Sed cogitandũ caſus euenerit.
Secundo limitatur dicta concluſio niſi cõ
ſuetudo eſſet quod danum capitalis eſſet
cõe. Tertio limitatur, ut non procedat quã
do pecunia eſſe ſtatim deperdita ante poſi
tionẽ operarum & ante eas poſitas, uel pa-
rũ poſt præſtitas, ſecundũ Ang. nam eo ta-
li dãnũ capitalis erit cõe, & ita dicit Amb.
24 in loco, de quo ſup. † Nec incõuenit quod
unus ſociorum ex cã ſocietatis proficiſcẽt
expẽſas quas dicit ex corpore ſocietatis ex-
trahat, quia non dicitur lucrum, niſi dedu-
ctis expenſis, ſm Iac. de Aret. & Cyn. in l.
C. pro ſoc. & ibi ſequitur Bal. & do. Amb.
25 ubi ſupra. † Illud ẽt inueſtigatione dignũ
eſt nunquid ſi plures mercatores fuerunt
ſocii in aliqua mercantia, & minor pars ip
ſorum recedit a ſocietate maior uero rema
net in ea an iſta maior pars poſſit uti ſigno
ſolito ſocietatis quod erãt ſoliti omnes ap-
ponere in libro, & ballis? & Bal. qui omnia

uoluit

noluit inueſtigare in d.l 1.C. pro ſoc. in 2. col. uerſic. item quæro decidit poſt multa quod nõ poteſt maior pars ipſorum ſociorum in ſocietate remanſorũ uti ſigno prædicto, & hæc uera dicit ipſe in iis quæ poſſent trahi ad captionem, alterius, in aliis uero quæ nemini nocent (puta in armis nobilium) retinent arma domus principales, & idem tenet ipſe in l. fi. C. pro ſoc. reperio tamen Bar. in tract. de in. & arm. dicentem q̃ ſi unus ipſorum ſociorum erat in ſocietate capitaneus, & quaſi magiſter ſocietatis tũc apud eum remanens ſigna, quia ipſe erat inter cæteros maioris honoris, argu. ff. de fund. inſtr. l. 3. ſi uero nõ erat aliquis inter eos capitaneus tunc apud eum remanebſit ſigna qui erat ſocius maioris partis, ut. ff. cautiones, ſi uero omnes ſunt æqualis partis ſorte dirimendum eſt d.l. ſi q̃ cautiones, & ſi diſſoluta ſocietate unus ex ſociis remanet negociator debet remanere ſignum pęnes eum, hoc ideo quia aliorum non intereſt. Itẽ quia quamuis ſit diſſoluta ſocietas tamen negociatio remanet pœnes eum, ergo iniquum eſt quod ſignum quod erat acceſſorium negociationi ſeparetur ab ea, & hæc dicit procedere de ſignis mercatorum ſed quid de ſignis artificii ſeu peritiæ? *In* quo dicit eſſe aduertendum, quia quandoque ſunt ſigna artificii in quibus principaliter operatur qualitas loci (exemplum in Marchia Anconitana eſt quoddam nobile caſtellum cui nomen Fabrianum ubi artificium faciendi cartas de papiro principaliter uiget) ibique ſunt multa ædificia ad hæc, & ex quibuſdã ædificijs meliores cartæ ueniunt (ut uidemus ĩ folio cartæ quod habet ſuum ſignum) per quod ſignificatur cuius ædificii ſit carta. Iſto enim caſu dicit quod ſignum remanebit apud illum apud quem remanebit ædificium quocunq. modo, quædam uero ſunt inſignia artificii in quo principaliter operatur bonitas artificis (ut uidemus in ſignis quæ apponuntur ĩ gladiis, aliis operibus metallorum) & iſto caſu omnes qui ſtant in una ſtatione poſſunt uti ſigno, quaſi magiſter principaliter iſtius ſtationis approbet illa opera, ut in aut. de tab. §. nos autem, ſi uero ſeparentur dicti ſocii, ſignũ debet remanere apud eũ qui principaliter erat in ſtatione, arg. l. fi. de fun. inſtr. ſed ſi omnes æquales niſi inuicẽ ſe conueniant ſorte dirimetur apud quem ſignum remanebit d.l. ſi quæ cauſationes fam. her. Additio cum opin. *Bar.* antea ſimpliciter concurrebat tunc autẽ reperi Benue. ſtrach. in trac. de merc. in 2. part. n. 99. qui poſt relatas opiniones adherendum potius putat opin. Bal. recedendum eſſe puto nam ſi recte inſpiciantur doctrinę, & rationes quæ Bal. mouent, & *Benuen.* eum ſequẽtem procedunt uigentque quando illi ſocii quorum ſocietas diuiſa eſt, & tunc prætendunt uti ſigno ſocietatis non eſſent ſocii illius artificii, & profeſſionis quorum occaſione ſignum erat inter ipſos ſocios adinuentum, nam ſi erant plures ſocii in uno artificio (ut puta in faciendis enſibus) qui durante ſocietate unico ſigno mercabant enſes ſi poſtea diuidatur ſocietas non inconuenit dicere qđ maior pars ſociorum poſſit uti ſigno, & alius prout Bar. bene diſtinguit, nulla enim captio alterius eo caſu cõſiderari poteſt, cum ſocii illi qui remanſerunt in ſocietate, licet noua capitula feciſſent adeo ut noua ſocietas uideatur, remãſit tamen pœnes eos eadem peritia artis, & idẽ artificium, adeo ut emptores minime decipiantur ſub confidentia, & fama interſigni. Idem enim artifices ſunt, idem collegium artificium eſt nõ diuerſum, nam collegium in uno ſolo, & in uno loco remanet ſecundum Inno. in c. præſente de iure par. l. ſicut §. in decurionibus cum gl. & Bar. ff. quod cuius uniuer. no. per Inn. in c. ex nuncio de ope. nou. nunc. & ſi bene inſpiciatur tex. in d. §. in decurionibus optime probat opi. *Bar.* ibi enim dicitur quod ſi uniuerſitas remanſit ad unum ſolum ille poteſt facere, & expedire quidquid poterat tota uniuerſitas, quia eadem uniuerſitas cenſetur, licet in uno ſolo conſiſtat, ceſſat enim eo caſu ratio prohibitionis de nõ utendo ſigno alterius de qua per tex. in c. dilecta extra de exceſ. præl. (quæ eſt ut quis non decipiatur colore interſignii & ne alius qui non ſit de collegio poſſit fraudare collegium utendo ſigno) de quo ad plenum per do. Gul. Bened. in rep. c. Rai. in parte 1. num. 59. fol. 5. in uno tamen caſu procedere do. Bald. ubi apud ſocios qui remanſerunt in ſocietate nõ eſſet eadẽ peritia artificii illius (ut quia minus periti ſunt, quam alii ſocii qui diuiſerunt ſocietatem) tunc enim quia decipe-

rentur

mutur emptores, & fama illorũ, qui diuiſerunt ſocietatẽ, diffameretur, licite poſſẽt ꝓhiberi ne illo ſigno utãtur, ꝓ rõnes de quibus per Guliel. in loco ſupra citato, & ita tenendũ puto quidquid dixerit Ben. in tereſt n. reip. ꝙ ſigna bonorũ magiſtrorũ cognoſcantur, ne interdũ unus imperitus pro perito aſſumatur, aut peritus per imperitũ in ſuo opere diffametur, & ne populus decipiatur, & hæc q̃dẽ de plano (dices tu.) procedũt inſignis artificii, ſed quid inſignis mercatorũ, quibus utuntur mercatores ipſi nõ ad denotamdum artificiũ, ſeu opus, ſed ad ſignificãdã ſocietatẽ? in quo q̃dẽ adhuc dico tenẽdũ eſſe opinionẽ Bar. q̃a licet & mutata ſit ſocietas quo ad aliquos, qui diuiſerunt ſocietatẽ, remãſerunt tñ alij in eadem ſocietate, quo caſu ſuccedit cõis cõcluſio q̃ debẽt, ꝙ in ijs q̃ formantur ex corporibus diſtãtibus, ꝙ ſeparatis licet tot ex ipſis corporibus pereant, ꝙ pereat forma, quę ex eis tempore diſpoſitionis perficiebatur, diſpoſitio tñ durat in eo, quod remanet, licet nõ ſit potiſſima pars, ut patet. in l. ſi greg. ff. de leg. 1. & alıis exẽplis poſitis per Alb. Bru. in trac. de mut. & transfor. in 10. concl. n. 58. ſic ergo licet aliqui ſocii receſſerũt a ſocietate, ſi alii remanſerunt maiores numero in eadem ſocietate, uel remãſit capitaneus, aut magiſter, & alios prout dicit Bar. debet remanere ſignum penes ſuperſtites, nec aliqua captio conſiderari põt iudicio meo nõ eorum qui receſſerũt a ſocietate, quia ſi dicamus ſignum accedere ſocietati, nulli ſit iniuria, ſi remanet ſignum apud eos, qui remãſerunt in ſocietate, poſtq̃ illud ſignum in caſu iſto ſit ad inuentum, non ad denotãdam excellentiam hoĩs, ſed ſignificandam, & pacificandã ſocietatẽ, qđ probatur, arg. ter. in l. ſi eſt, & l. ſi id quod in prin. ff. ꝓ ſo. ubi ſocietas contracta in pretio quadrigæ uendẽdæ perit mortuo uno æquo cum pretiũ quadrigæ uendendæ haberi non poſſit facta ſocietas, at ſecus ſi ſocietas facta fuerit in quadriga, quia uno æquo perempto, nihilominus durat ſocietas, ex eo quæ eſt iam ſocis quæſitum, & ſocietas contracta ita in caſu nr̃o, ſi eſt contracta ſocietas in emẽdis, & uedendis pannis licet aliqui recedẽs a ſocietate, eſt iã eis quæſitum, & remanet eadẽ ſocietas in 1., b. ãtia, quod ab aliquos ſuperſtites, nec mercatores accedentes dicere poſſunt, ꝙ rõne ſigni qđ erat cõe, dãno afficiũtur, & mercatores ſuperſtites in ſocietate lucrãtur magis, q̃ ſi nõ haberent ſignũ illud, q̃a ſignũ in caſu iſto nõ dat eſſe ſocietati, nec maius emolumentũ tribuit, tantummodo ſpecificat, & denotat ſocietatem, ſignũ, quod maius lucrum tribuit, eſt ſignũ artificij (ut dixi) nec ẽt eorũ qui contrahũt cum mercatoribus ſuperſtitibus in ſocietate captio conſiderari põt, quia ſi cõtrahunt non eſt pp ſignũ, ſed pp illa mercantiã q̃ gerunt, cogita tamen ſuper prædictis.

26 † Finge ulterius, ꝙ fuit inita ſocietas inter aliquos mercatores duratura per quinquenniũ, vnus poſuit ducatos mille pro capitali, alter operam durante quinquennio, & in primo anno perditum eſt capitale, an iterũ poſſit cogi ille ad ponendũ aliud capitale? Bal. in d. l. 1. in 6. q. dicit ꝙ nõ, quia finita eſt ſocietas. Item quia vr̃ actũ deponendo ſemel tãtum, & non plus allegat. l. ſi ſocius pro filia. uerſ. nec ſi prior, ff. ꝓ ſo. ſed quid ſi perdita eſt pars capitalis, quo caſu operarius non uult ponere operã, in re quæ eſt magna, in re quæ eſt parua, niſi ſuppleatur capitale quid iuris? Idẽ Bal. ibidem in 12. q. dicit, quod fouet æquitatem, arg. ff. de admi. tut. l. ita autẽ. in princ. & ita dicit Sal. in d. l. 1. in 4. q. ſed in 1. caſu propoſito dubitandum puto, qñ fuit cõtracta ſocietas in aliqua mercantia per quinquenniũ, ita ꝙ unus habeat ponere capitale alter operã, ita ꝙ nulla fuit habita conſideratio ad certũ capitale quod tunc ponebatur ſed tãtummodo fuit dictũ, quod dicto tpe perdurãte teneatur ponere capitale, quod n. poſitum fuit, & non durat nullũ poſuiſſe uidebitur diceren tantũ dictum Bal. procedere, ubi inita eſt ſocietas habito reſpectu ad certum capitale, quod tunc ponebatur, nã illo perempto perit ſocietas.

27 † Quid n. ſi contracta fuit ſocietas, ita quod unus poſuit capitale ad cõmune lucrum, & delucrũ cum pacto quod ſi delucrũ, ſeu ex capitum fuerit factum teneatur infra menſem reddere rõnem, & probare dictum ex capitum, an ſi intra menſem minime fuerit reddita rõ, nec probatum excapitũ audiatur finito mẽſe ſi uult probare? Bal. in cõſ. 62. in 2. uol. inc. in iſta q. in 2. dubio cõſuluit ꝙ auditur poſt mẽſem ad probãdũ nõ obſtãte pacto pd. cto, motus quia ſi iudex de termi-

terminum alicui partiũ ad aliquid probandum auditur etiam poſt tertium, ſi ius aduerſarij non ſit effectum deterius (puta q̃ a ei ſalue ſunt defenſiones) ut l. Mancipiorũ. ff. de opt. le. & ibi per Bar. & per Cyn. in au
28 thẽn iubemus. C. de iu. † Nunquid ergo ſocius teneatur conſortio reddere rationẽ de geſtis, & adminiſtratis? & dicendum eſt, ꝙ ſic, ut dicit Bar. in l. Mutius. ff. ꝓ ſo. ubi dicit, ꝙ rõ ſociorum debet reuideri de anno in annum amicabiliter nõ dictato iudicio niſi aliud in pactis eorum caueatur, uel debet reuideri q̃ncunque ſine calumnia petitur, ut dicũt Bal. & Sal. in rub. C. de ꝓ ſoc. & habetur in l. tandiu, eo. ti. & ſeqtur Bar. Soc. in conſ. 213. in 3. col. in 2. li. verſ. 1 cõcluſio, & in cõſ. 193. col. 5. verſ. circa q̃tã eo. li. ſed q̃uo eſt reddenda rõ? tex. in l. cum ſeruus ff. de ma. teſt. dicit, ꝙ ꝑferendæ ſunt rões q̃uo proferri ſolent, i. offerendæ legẽdæ, explorandæ, cõputandæ, an probæ, uel improbe, referãtur, recte, vel nõ recte, accepta, & data, tex. in l. qui ſub conditione reddendarum rationum, ff. de cond. & dem. dicit ꝙ qui tenetur reddere rationes debet fidẽ facere de omnibus, quæ ab eo geſta sũt tex. uero in l. ſtatu lib. §. vlt. ff. de ſtatu li. dicit uolumina rationũ. tradenda ad percuntandas, ſciendas, & examinandas rationes, & ſi latius uis uidere qualiter ſocius teneat̃ reddere rationẽ vide Bal in cõſi. 152. in 3. lib. inci. ad euidentiam præmittendum eſt, & ibi etiã dicit, q̃d ſocius tenetur conficere libros rationum, alias ſi non conficit iuratur in litem cõtra ſocium, & pleniſſime de prædictis omnibus uide Mod. Pariſi. in cõſu. l'ar. in tit. 1. de mat. feu. in § 6. num. 15.
29 fol. 101. cũ plu. ſeq †. Et an Arrendator in ſocietate res alterius adminiſtrans, qui de negocijs geſtis non reddidit calculum, dicatur furtum commiſiſſe, & an conueniri poſſit ad rationem reddendam & per quantum tẽpus poſſit peti, ut reddatur ratio adminiſtrationis, & q̃uo petatur, & an ſocius conuentus ad reddendam rationem debet in expenſis, condemnari, ſi nõ fuit interpellatus extraiudicialiter, ut reddat rationem? & de multis alijs, uide Bertr. in conſi. 152.
30 in 3. lib. † Et quid ſi uendantur res communes per aliquem ex ſocijs, demum tempore redditionis rationis ſocio, qui uendidit ſit dubium, ꝙ res nõ debuerat uendi, & q̃d de uoluntate ſociorum minime fuerit diſtracta, an in dubio præſumatur rem uẽditam de uoluntate ſociorum? Bald. in l. familiæ. C. fam. & hærciſcũdæ, dicit quod ſi res quę uẽdita fuit erat expoſita uenalis, & quæ rõ tenebatur, ut uenderetur (ut ſunt mercãtie) & tunc res illa diſtracta cenſebitur de uolũtate omnium, at ſecus dicit in caſu contra
31 rio. † Sed finge in redditione rationis fieri dubium ꝙ res uendita fuerit maiori precio quam aſſeritur uẽditam eſſe per conſociũ, quid iuris? Idem Bal. ubi ſupra, dicit quod ſuper hoc debẽt recipi probationes utriuſque partis, & ſi neutra pars probauerit ſtandum eſt iuramento uendentis, ſi eſt homo bonæ conditionis uitæ, & famæ, arg. l. ſi q̃s pro redemptione. C. de do. & ſequitur Lu. Rom. in le. in illa 1. colum. ff. de uerborum
32 obligation. † Quid enim ſi pater quo ad uixerit dedit pecuniam filio ſuo, ut cum ea lucrari, & negociari poſſet, qui uiuente patre, ex dicta pecunia mercãtiam geſſit multaque exinde lucratus extitit, omniaque ponebat uiuẽte patre rationem, & compotũ paterni nominis, an mortuo parte dicta lucra ſint cõmunia cum alijs fratribus? Ang. in conſ. 85. inc. ex themate cõſuluit, ꝙ oĩa lucra quæſtuſque dicti fratres uiuente patre quæſita ſunt æqualiter diuidenda cum alijs fratribus, & ſimiliter ſi decendente patre perſeueraſſent in mercãtia cũ dicta pecunia æqualiter lucra debent diuidi inter in
33 ter eos mortuo patre, alias ſecus. † Illud ẽt ſcire intereſſe, ecce facta eſt diuiſio inter ſocios, & occaſione ſocietates unus ſociorũ alteri ceſſit nomina debitorũ ſocietatis, & dum hic ceſſionarius ageret cõtra debitores ceſſos opponitur, q̃d nõ poteſt agere ſtãte ritu magnæ curiæ uicariæ (quo diſponitur nõ poſſe agi iure, niſi ceſſio probetur facta ex cauſa neceſſariæ, quid iuris) pro reſolutione illud diſplicendum eſt, nunquid ceſſio inter ſocios, ex cauſa neceſſaria, vel lucratiua dicat̃? & certe tenendũ eſt ex cauſa neceſſaria, non lucratiua cẽſendum eſſe ex doc. Bar. in l. ꝑ diuerſas. C. man. circa fi. ubi ęquiparat ſocios cohæredibus. Sed ceſſio facta inter cohæredes dicit̃ cauſã expediens & neceſſaria, ut tradit Pau. de Caſ. in d. l. per diuerſas. 3. col. uer. & in effectu, ubi congerit omnes cauſas neceſſarias, & expedientes, & tamen ponit ceſſionem factam

inter

inter cohæredes ex cā neceſſaria, ergo idem
dicendum eſt de facta inter conſocios, ſeq.
tur Bal. ibid. 1. col. uer. & in textu cohære-
des, ſequitur do Abb. in c. 2. de alie. iur. mu
ta. cau. fam. nec ipſa ceſſione reqritur alius
titulus, quam ipſa diuiſio inter eos, quæ p
titulo habetur, ut tradit Pau. de Caſt. in lo
co ſupra citato, nec requiritur aliqua nomi
natio precii, cum ipſe diuiſio habeatur pro
precio cedendarum act. ut tenet Bal. ubi ſu
pra 1. col. uerſi c. 2. quæ eſt ratio, confirma
optima rōne, nam diuiſio æquiparatur trā
ſactioni, ut no. glo. in l. tres fratres ff. de pa.
& Bar. in l. qui Romæ, §. ſi duo fr. ff. de ver.
obl. in 2. q. quod confirmat Iaſ. in d. l. qui
Romæ, d. §. duo fratres 14. col. in fi. ſed qñ
aliquid fit ex cā tranſactionis non dr̄ uolū
tarium, ſed neceſſarium. ut euitentur lites,
ergo &c. Accedat prædictis, quia ut pluri-
mum in iſtis ceſſionibus ſociorum ſolet
fieri pactum de cedendo partem ſuam. Ita
tamen ſoluere habeat omne illud, ad quod
erit debitor occaſione ſocietatis, & tūc trā
ſit in contractum innominatum do, ut fa-
cias. & ſic eſt neceſſaria, ſecundum Pau. de
Caſtr. in d. l. per diuerſas 5. col. um. verſi. 2.
pone. & ſequitur Bal. ibi 1. col. uerſi. 2. quæ-
ro Item diuiſio cenſetur uera alienatio ſe-
cundum Iaſ. in d. §. duo fratres, in antepen.
col. uer. nam licet, ergo ceſſio facta ex cau
ſa diuiſionis v̄r facta ex cauſa neceſſaria.
Item inquit Bart. in d. l. per diuerſas, quod
nihil aliud eſt titulus, quam cauſa contra-
ctus, ſed hic interuenit cauſa diuiſionis, er
go non pōt dici, ꝙ ſi ſine cauſa ſeu titulo,
34 † Sed prædictis conſequens eſt, ecce duo
mercatores diſtrahunt inter ſe ſocietatem,
& uni aſſignantur mercantiæ, quæ forte
ſunt Venetiis alteri mercantiæ, quæ ſunt
Peruſii cum ſuis emolumentis, qualiter er-
go unus conſeruabit alterū indemnē a cō-
tractibus initis, dicit Bal. in l. certū eſt, C.
ſi certe pen. col. uerſ. vlterius q̄ro, qđ ſecū-
dum pet. ſi unus iſtorū eſt obligatus, & cō-
demnatus cōſeruabitur indemnis per cau
tionem, verum Cy. dicebat ſi cōdemnatus
non eſſet, ſed eſſet obligatus per inſtrumē-
tum varentigiatum, debet conſeruari indē
35 ſoluendo non cauendo. † Vbi autē ni-
hil conuentum fuerit, qualiter inter ſocios
debet lucrum diuidi, nec adeſt conſuetudo
tenet Bal. in l. i. C. pro ſocio. q. 2. & Ange. in
tract. ſociet. dicunt, quod ſi unus ex ſociis,
poſuit centum, & alter operas, & de lucro
habent ducenta detrahit primo, qui poſuit
centum capitale ſuum, & reliqua ducenta
que ſunt de lucro diuidentur inter omnes
ita tamen quod qui plus poſuit in ſocieta-
te puta propter operas, & pecuniā uel duas
partes pecuniæ, reſpectu illius, qui ſoluit v-
nam partem poſuit, non reſpectu eius, qui
operas poſuit, quia opera ualent tm̄ ſicut
pecunia quæ ponatur, habebit plus de lu-
36 cro arbitrio boni uiri † Sed qđ ſi ſunt duo
ſocii, qui inierunt ſocietatē inter eos ī cer-
tis pecudib. (puta unus poſuit centū pecu
des, alius centum triginta pp bonitatē,) an
in diuiſione dēat haberi rō, & æqualitas
dēat conſiderari non ſolum reſpū numeri,
ſed ēt reſpectu bonitatis, ualoris, & extima-
tionis, pecudum hanc qōnem ſemel in ſa-
49 tis. † Hæc, hactenus dicta ſunt procedunt quando actor agit poſſeſſorio, & reus vult reconuenire. Quid autem econtra, ſi actor agit petitorio, & reconuentio fit de poſſeſſorio? iſte eſt proprie caſus capit. cum dilectus. de ord. cog. & uera cõcluſio eſt, quod reſpectu diuerſæ rei procedit reconuentio, ut dca. cum dilectus. & no. Abb. in cap. fin. colu. 2. verſiculo venio. & c. de ord. cog. & Car. in cl. 1. colu. 4. uerſic. ſi vero vnus, & c. de cau. poſſe. & proprie, ſed pro eadem re ſimiliter tenent Doct. quod præcedit reconuentio, ſecundum Abb. in d. c. fin. colu. 2. & in c. ex conq. colu. 3. in princ. de reſt. ſpol. in hoc puto aduertendum, quod ſi intelligis de poſſeſſorio retinẽdæ, clarũ eſt, quod procedit reconuentio, quia iſta ſe compatiuntur. ſed quod ad poſſeſſorium adipiſcẽdæ & recuperandæ, neſcio quomõ poſſet concurrere reconuentio in petitorio pro eadem re, nam ſi conuenis me rei uendicatione ad fundum, præſupponis me poſſidere ſi ego uolo te reconuenire poſſeſſorio recuperandæ, vel adipiſcendæ, non cadit reconuentio in eodẽ fundo, quia ſi poſſideo, non competunt mihi dicta remedia. In uno ſolo caſu poſſet procedere, ſc. licet in terminis dicti c. ex conquæſtione, & de prædictis uide plene Spec. in ti. de poſ. & pet. §. 1. Super hac materia eſt etiam ſciendum; quod intentato petitorio per actorem, poteſt reus deducere poſſeſſorium altero de duobus modis, ſcilicet per uiam actionis, ut per reconuentionẽ, ut modo dixi, & per uiam exceptionis, & de utroq. modo loquitur text. & ibi Abb. in d. c. cum dilectus. de ord. cog. & gl. & Abb. in d. c. fin. co. ut. et ibi dicitur,
50 quid eſt utilius intentare. † Et not. pulchrã practicam ex d. c. cum dilectus. Nã ſi tu cõuenis me petitorio. puta actione reali, uel perſonali ad aliquam rem, ego poſſum te

conue-

conuenire, quod ſpoliaſti me quadam alia re, uel poſſum excipere cõtra te ſpolio alterius rei petendo quòd, non audiaris in petitorio tuo, niſi prius reſtituas mihi dictam rem. Et differentia eſt iſta, quia ſi deduco ſpolium per modum reconuentionis, non repellitur actor ab agendo, ſed proceditur ſuper utraque cauſa, tãquam ſuper mutuis petitionibus, quia ex quo deducitur ſpoliũ per modum actionis, actio non eſt excluſio alterius actionis, & ideo ſuper utraque proceditur, ſed ſi deduco ſpolium per modum exceptione, ſuſpenditur petitorium actoris, & proceditur ad dationem termini ad probãdam exceptionẽ ſpolii, qui terminus, & quindecim dierum, ut in ca. frequens de reſt. ſpo. li. 6. & no. Abb. in d. ca. cũ dilectus in 5. no. Qua exceptione probata interponitur decretum, ꝙ actor nõ audiatur in petitorio ſuo niſi prius reſtituat, non tñ condemnatur ad reſtituendum, quia exceptio eſt ſolum actionis excluſio, unde non operatur reſtitutionem, quia illa uenit per uiã actionis, iux. tex. in d. c. cũ dilec. & ibi Ab. in 6. no. Sed qñ venit ſecundum primũ modum per uiam actionis, tũc uenit reſtitutio ut ibidem, & hæc eſt differentia inter unũ modũ, & alium, unde reus poteſt deliberare, quod magis ſibi expediat, nam ſi melius eſt incumbere rei actoris aduerſarii, opponat exceptionem, quia interim non procedetur ſuper petitorio, & ipſe detinebit rem petitam. Si vero magis expedit ei hẽre reſtitutionem ſpolii, agat per uiam reconuentionis, quia per eam obtinet reſtitutionem rei ita declarat gl. in d. c. fi. de ordi. cog. Sed qñ proponitur poſſeſſorium ſuper eadẽ re, ſemper eſt vtilius illud deducere per uiam actionis ſecundum Abb. in d. c. fi. col. 2. de ord. cog. & in c. ex conquæſtione, col. 3. in
51 pri. de reſt. ſpo. † Quid aũt & ſi actor deducat poſſeſſorium recuperãdæ ſuper una re, & reus excipiat de ſpolio alterius rei, an ſuſpendat poſſeſſorium actoris? Ratio facit, quòd non, quia ſunt duo pariter priuilegiata, tamẽ ueritas eſt in cõtrariũ quia proceditur exceptione, quæ eſt fauorabilior, ſuſpẽſo primo poſſeſſorio, & nunquam auditur ea probata niſi prius actor reſtituat, ita dicit gl in d. c. fi. de or. cog. & ibi Abb. col. 3. circa fi. Prædicta tamẽ limita ꝓcedere quãdo exceptio ſpolii opponitẽ cõtra ipsũ ſpoliatorẽ, quia tunc repellit eum ab agendo. Secus, ſi contra eum, qui non ſpoliauit, ſed eſt tertius poſſeſſor ita dicit Abb. in d. cum dilectus, colu. 3. in ca. in literis. colu. fin. de reſt. ſpo. & habetur in deci. 19. conſ. Nea. & in l. ſi te bonis. C. de iure delib. ubi habetur de intellectu dicti c. frequẽs de reſt. ſpol. li. 6. ut procedat etiam de iure ciuile, ut not. Iaſ. & communiter Mod. in d. l. ſi te bonis reprobata ibi opin. Bar. qui aliter dicebat.
52 † Item ex prædictis uerificabitur illud quod dicit Spec. in titu. de cit. § 1. col. 5. verſi. itẽ quòd eſt ſpoliatus, quòd is, qui eſt ſpoliatus, ſi citatur per ſpoliantem in alia cauſa poteſt opponere contra citationem, ut nõ teneatur reſpõdere nec comparere propter dictũ ſpolium, maxime quãdo eſt notoriũ,
53 ſecundum eum. † Quinto principaliter ſuper iſta parte q̃ro, an in cauſa clerici poſſit fieri reconuentio coram iudice laico, ut ſi clericus agit contra laicum coram iudice
q ſeculari, an poſſit ibidẽ q reconueniri. Iſta longa quæſtio, quã plene examinant Abb. & Fel. in cap. at ſi cler. de iud. Breuiter quid quid dicat Abbas ibi, ueritas eſt, & magis communis opin. quod poſſit clericus recõueniri. hanc opi. tenet Bar. in d. auth. & conſequẽter, col. fi. C. de ſen. & gl. i c. 1. de mut. pet. & Bald. in l. 2. §. ſed ſi agant. de iud. ubi plus dicit, ꝙ iſta eſt prorogatio legalis. Et hæc opi. eſt hodie exp[illegible]ta in regno per ritum magnæ curię uicariæ, in num. 135. qui incipit. I é, quod clericus, &c. & hr̃ in deci. 173. conſ. Neap. & ita cõmuniter ſeruatur. Et hanc opi. tenet Spec. in ti. de reconuẽ. §. nunc dicamus, uerſic. ſed pone clericus, &c. vbi limitat hoc nõ procedere in tribus caſibus. Primus, ſi reconueniretur de cauſa ſpirituali, cuius eſt incapax iudex laicus. Secũdus, ſi reconueniatur de cauſa criminali, quę infamat. Tertius caſus eſt, ſi laicus data opera iniuriatur clerico, ad hoc ut conuentus coram iudice laico, ibidem cũ reconueniat, ſecundũ Spec in eo. tit. §. 1. ver. quid ſi laicus, & prædictis adde Bald. in d. auth. &
54 conſequenter colum. pen. † Quod facit ad id, quod in ſimili dicimus de clerico agente cõtra laicum coram iudice laico, nam ſi ſuccumbit cauſa, poteſt eum iudex laicus condemnare ad expenſas, ut tenet Fely. in
55 c. at ſi clerici. colum. 7. in fin. de iud. † Sed ſi clericus vel alius agens, ſi fuerit reconuentus

tus uellet renunciare iudicio ſuæ conuen-
tionis,ad hoc vt non reconueniatur, utrũ
poſſit dic,quod ſi fuit per reconuentionem
præuentus,non poteſt renunciare, ex quo
ſemel eſt acquiſitum ius aduerſario,ſecus,ſi
res eſſet integra.ita tenet Bal.in d.auth. &
conſequenter colum. pen.& Spec. in tit. de
recun § fi.& habetur in deciſ.173.conſilio
Neap.facit tex.in l.ſi poſt mortem §. fi.ff.
de bon.poſſeſſ.contra tab.& quod no.*Iaſ.*
& *Doct*.in l.3.in prin.colum.fi.ff.quod q ſ
que iur.Bal.in l.petendæ.C.de temp. in in-
teg.reſt.ubi habetur,quod omnis dilatio,
quæ datur in cauſis, eſt communis reo, &
actori vnde ſi datur reo, eſt communis ẽt
actori, & econtra, adeo quod non poteſt
reus renunciare illi dilationi iam præſtitæ
in præiudicium actoris, cui fuit ſemel ius
56 quæſitum,ſecundum Bal.ibi.† Sexto quæ
ro,an in cauſis criminalibus habeat locum
reconuentio. Hanc quæſt.plenius, quam
alius tangit Abb.in c.1.colum.9. cum tri-
bus ſequen.de mut.per. Ego. autem men-
te Abb.& *Bar*.in d. authen. & conſequen-
ter.& reaſſumendo communem,& ueriorẽ
opin Doct.declarabo hanc q. per quatuor
membra, & in ſingulis membris ponam
ueras concluſiones,cum fallentiis, quoniã
iſta q.eſt ualde ardea,difficilis,& intricata.
Vnde facio primum membrum principa-
le,uidelicet.quandoque accuſatus quis me
re criminaliter,& ipſe reus uult reaccuſare,
accuſatorem de alio crimine, & ſic tam ẽt
cauſa conuentionis, quam reconuentionis
eſt criminalis,ſuper quo firmo iſtam con-
cluſione,uidelicet, Accuſatus criminaliter
r poteſt ſuum accuſatorem r reaccuſare cre-
minaliter,& ſic concludo, ꝙ in criminali-
bus habet locum reconuentio,ſicut in ciui
libus,ita tenet gl.in d.auth.& conſequẽter
& probatur in l.1.& leg.neganda.C.q ac-
cuſ.non poſ. Iſtam concluſionem limita
primo, dummodo reaccuſans proſequa-
tur ſuam,vel ſuorum iniuriam, alias reac-
cuſare non poteſt,ut d l neganda, & in ibi
no.& l.is,qui reus,& ibi gl.in uerſ.accu. &
Bar.ff.de pub iud.& procedit tunc recon-
uentio indiſtinctè, ſiue ante nomen rece-
ptum in reos,ſiue poſt,ut colligitur ex di-
ſtinctione Bar.in d.l.is qui reus,col.2.in fi.
& ſequ. item,ẽt,ſi uterque proſequatur ſuã
iniuriam procedit reconuentio,ſecundum
Bar.in d.l.is.qui reus,col.3.& Bal.in l.1.co
57 lum.5.& 6.C.qui acc.non poſ. Et hoc in-
fertur,quod ex quo hodie in regno nullus
admittitur ad accuſandum,niſi ſuam, uel
ſuorum iniuriam proſequatur, ut eſt ritus
magnæ curiæ uicariæ,num.14.qui incipit
item,quod nullus laicus,&c.ſequitur quod
tanto facilius in criminalibus habet locũ
reconuentio,quod intelligo cum aliis, de-
clarationibus quas infra ſubiiciam. Secun
do,limita prædictam concluſionem proce
dere indiſtincte, antequam nomen rei ſit
receptum inter reos,nam tunc poteſt fieri
ſ ſ reaccuſatio, ſiue proſequatur ſuam iniu-
riam,ſiue non,& hoc eſt de mente Abb. in
d.c.1.col.9.de mut.per.ibi 1.caſu,per d.l.is,
qui reus,& licet Bar.in d.l.is, qui reus, di-
ſtinguat,aut de maiori crimine,aut de pa-
ri,uel minori,& Bal.in d.l.1.col.6.uerſicu.
venio ad ſecundam, &c.C qui accuſ.non
poſſ.tamen uidetur uerior opi.Abb.ut pro
cedat indiſtinctæ,quia ſi recte inſpiciantur
uerba *Bar*.non videtur differentia in effe-
ctu,inter nomen receptum,inter reos,& nõ
receptum,& quam differentiam iura face-
re uidentur,ſed opi.Bar.eſt tex.in d.l.negã-
da.poſt uero nomen receptum inter reos,
ſit reaccuſatio de maiori crimine præiudi-
ciali,ut d.l.1.C.qui accuſ.non poſſ. nõ au-
tem de pari uel minori,ſecundum Bar. in
d.l.is qui reus,& Gaud.in tract.male.in tit.
de fil.osſa.& utrum.poſſit accuſare,&c. co
lum.2 & 3.quod intellige ad effectum pro
ſequendi,poteſt tamen præſantari,l.Sellus
& ſuperſedere uſque ad ſententiam primæ
cauſę,ut d.l.neganda,ſecundum *Doctõ*.in
locis præall.
58 † Verum,ſuper iſtis differentiis non ſatis
ſatiſfio,quia in regno ſunt nullius utilitatis
propter dictum ritum magnæ curiæ,ſecun
dum quem nullus accuſas, niſi ſuam, uel
ſuorum iniuriam proſequatur, quo caſu
ſemper habet locum recuſatio,ut ſupra di-
xi.Similiter in regno eſt correcta diſpoſi-
tio,d.l.1.C.qui acc.non poſ.per conſt.quæ
incipit,ſi ciuiliter agens ut no. ibi gloſ. &
And.de Iſer.& Matt.per quã conſtit.eſt no
uiter intellectum,quod ſiue accuſator recẽ
ſet ſe maiori crimine, ſiue non, procedi-
tur indiſtincte ſuper utraque cauſa, & per
unam non ſit præiudicium alteri,& ſic ho
die in regno per illam conſt.omnia præiudi-
cialia

cialia ſunt ſublata in iudiciis, per quã cor-
rigitur etiam l. fi. C. de ord. iud. adeo, quod
omnes cauſæ, quarum una ſic ſe habet an
aliam, ut per eam fiat præiudicium alteri,
& de iure communi propter præiudicium
fit impeditio proceſſus ſunt hodie reductę
ad æqualitatẽ, vt pariter procedatur in eis,
& per hoc multæ leges iuris communis re
periuntur correctæ, ut plenè declarat Mat.
de Affl. in d. conſt. ſi ciuiliter agẽs, in 6. no.
59 †Quando autem dicatur nomen rei rece
ptum inter reos? veritas eſt, vt d. Bar. in d.
l. is qui reus, col. 3. in fi. & ſeq & Abb. in d.
c. i. colum. 9. de mut. pet. uidelicet, quando
iudex non obſtat exceptionibus dilatoriis
pronunciauit eſſe procedendum ſuper ac-
cuſatione, ſi autem nihil fuit oppoſitum,
adeo quod non fuit opus tali pronuncia-
tione, tunc per lit. conteſta. dicitur nomen
receptũ inter reos Et declarat hoc plenius
Bal. ĩ d. l. 1. col. 9. in fi & ſeq. & Bar. l. adulte
rii, C. de adul. & Bal. in l. quamuis. C. ſi pẽ.
60 app. mors interue. †Tertio limita dictam
concluſionem procedere, quando iſta re-
conuentio in criminalibus ſit coram iudi-
ce ordinario ipſius reconuenti. Si. n. eſſet iu
dex incompetens reſpectu reconuenti, vel
quia non poterat aliter cognoſcere de cau
ſa criminali tunc reconuentio de cã crimi
nali nõ procedit, tex eſt in l. 2. §. ſed ſi agãt,
ff. de iud ſecundum Bar. in d. auth. & cõſe
quenter, colum. 3. ubi aſſignat rationem,
quia agens criminaliter, agit ex neceſſita-
te propter iniuriam ſibi factam, non autẽ
ex uoluntate ſicut in ciuili: Vnde ceſſet ra
tio l. cum Papinianus, in fi. C. de ſent. & ſic
non fit prorogatio iuriſdictionis per recõ
uentionem in cauſa criminali ſicut in ciui
li, ſecundum Bar. ibi, & tenet And. de Iſer.
in c. 1. col. 2. de contro. feud. apud pares, &
eſt de mẽte Bal ĩ l. 1. circa fi. C. de iuriſ. om.
iud. & Alc. in add. ad Bar. in d. l. is qui reus
61 col. 2. † Et per hæc inferri pulchre Bald. in
d. l. 1. col. 3. in 5. oppo. C. qui acc. non poſ.
quod ſi Papa delegaret alicui delegato ali-
quam cauſam criminalem, non poſſet co-
ram eo habere locum reconuentio de alia
cauſa criminali, quia iuriſdictio delegati
ad eã ſe non extendit, nam in criminalib.
ſecundum eum non dicitur proprie recon
entio ſicut in ciuilibus quia non proroga
tur iuriſdictio, & hoc etiam innuit Bald. in
d. auth. & conſequenter. col. 1. uerb. 2. quæ
ro &c. ſecus eſſet, qñ delegatus impetrare-
tur per ipſum accuſantem, quia tunc habe-
ret locum reconuentio, ſcdm Bar. in d. aut.
& conſequenter col. 3. & hoc rõne impetra
tionis, quia vr̃ eligere impetrãdo, ſcdm eũ.
62 †Adde tñ in hac materia, ꝙ in regno habe
mus tres ritus magnæ curię, diſponẽtes de
hac materia. Quorum primus eſt in n. 69.
& incipit. Item ſi quis, vel ſi qua, &c. p quẽ
diſponitur, ꝙ accuſatus non põt accuſantẽ
reaccuſare, nec eius matrem, aut filios, uel
fratrem, uel nepotes, niſi eadem die, & ex
nouo delicto, & ſic per dictum ritum ur̃ eſ
ſe reſtricta poteſtas recuſandi ſolum in illa
die, in qua fit accuſatio, & ſolum in nouo
63 delicto. †Quod aũt dicatur nouum deli-
ctum, declaratur notabiliter per Bar. in l. is
qui reus, col. 3. verſi. cõiter ſeruatur, &c. ff.
de pub. iu. ubi qñ plura delicta ſunt facta v-
nico contextu, in eadem rixa, oĩa illa repu
tatur ꝓ uno facto. vnde ſi tu accuſas me de
delicto facto in rixa, & ego reaccuſo te de
delicto facto in eadem rixa, illud delictum
non diceretur nouum, rationem connexi-
tatis. Sed ſi tu accuſas de delicto commiſſo
hodie, & ego reaccuſo te de delicto com-
miſſo heri, illud diceretur nouũ. & ita colli
gitur ex uerbis, & mente Bar. ibi. Et aduer-
te, quia ille ritus loquitur copulatiue, & dũ
dicit, & niſi ex nouo delicto, &c. unde in-
nuit, ꝙ utrunque copulatiue interueniat
ad hoc, ut procedat reaccuſatio, ſ. qđ fiat ea
dem die, & ex nouo delicto, & non aliter.
l. ſi is qui ducenda, §. utrum. ff de reb. dub.
& l ſi quis ita ſtipulatus fuerit aureos 10.
ff. de uerbo. obl. Secundus ritus magnæ cu-
riæ eſt in nu. 180 & incipit. Item ſeruat ip-
ſa curia, quod accuſator &c. quo cauetur,
quod accuſator non poteſt pendente accu
ſatione in aliqua curia accuſare, dum tamẽ
ſit paratus reſpondere in eadem curia, accu
ſatione durante, vel præſtet fideiuſſionem
de reſpondendo in quacũque curia cõpetẽ-
64 ti finita accuſatione. † Tertius ritus eſt in
ultimo tit. in n. 324 & hoc uidetur ius no
uiſſimum in regno, quia cum ſit ultimũ,
derogat oĩbus prioribus quantus cõtra di-
carẽt, ut in §. poſteriore. inſti. q b. mod. te ſt.
infir. & leg. ſi quis in princ ff de leg. 3. & l.
hac conſultiſſima, § fi C de teſt. & l. pacta
nouiſſima, C. de pact. & per hunc ultimum

ritum eſt correcta l.1. qui acc. non poſſ. & ſimiliter eſt correcta illa conſtitutio, ſi ciuiliter agens, quam ſuperius allegaui. Vult n. ille ritus, quod accuſator, vel eius coniux, aut filii, parentes, vel fratres utrinque coniuncti inſimul habitantes, non poſſint aliquomodo reaccuſare de aliquo crimine, etiam maiori, pendente accuſatione per accuſatum, vel eius coniugem, filios, parentes, aut fratres, inſimul habitantes, ſolum ꝑſona reaccuſata tenetur præſtare fideiuſſoriam cautionem de ſtando iuri, finita prima accuſatione, & procedit illa diſpoſitio, etiam ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, ut ibi expreſſe dicitur, & ſic videtur etiam correcta d. l. neganda, C. qui acc. non poſ. Aſſignatur enim ibi ratio, quod iſta reaccuſatio præſumitur calumnioſè fieri, ex quo non eſt uerisimile, quod accuſatus ſi fuiſſet offenſus, uoluiſſet tardare ad accuſandum, donec ipſe accuſaretur prius, unde præſumitur fieri iſta reaccuſatio, ut perturbetur accuſans, & ſi calumnioſè ſequitur ergo, quod hodie in regno ceſſat omnino reconuentio, uel reaccuſatio in criminalibus, etiam ſi ſuam, uel ſuorum iniuriam quis proſequatur, per diſpoſitionem dicti vltimi ritus, qui in hoc derogauit diſpoſitioni iuris communis, & conſtitutionis regni.

ADDITIO. Nunquid diſpoſitio ritus procedat in blaſphemia? & uidetur dicendum quod non, per Doc. & Bar. in l. Lucius. in fi. ff. ad Turp. q̃ ſequitur Marſ. i l. vnius §. cogniturum, ff. de quæſtio. & Anch. in c. 1. extra de conſt. & adde quod quando cauſę procedunt ex eodem fonte, poteſt ſuper utraque procedi, vt hr̃ per Gram. in deciſ. 54. Dum magnificus. Pet. Foll. V.I.D.

65 † An autem cum iudex inquirit cõtra aliquẽ, ad inſtigationem alterius, poſſit inquiſitus petere a iudice, quod relinquerat contra illum inſtigantem ab alio crimine. uide Spe. in tit. de inqui. §. 1. uer. itẽ nunquid, &c. ubi tenet, quod non. Reliqua uero, quo ad hoc primum membrum principale, proſequere de iure communi, vt per Bar. in d. l. is qui reus. & d. auth. & conſequenter. col. 3. & Bal. in l. 1. C. qui accu. non poſ. & Abb.

66 in d. c. 1. col. 8. & 10. de mut. peti. † Secundum membrum principale eſt, quando aliquis eſt accuſatus criminaliter, & uult reconuenire ciuiliter ſuum accuſatorem, in quo firmo concluſionem, qđ non põt fieri talis reconuentio, & hoc tam de iure cõi, per l. fi. C. de ord. iud. & ꝑ Abb. in d. cap. 1. col. 11. uer. 2. &c de mut. pet. quam ẽt ex diſpoſitione dicti ritus vltimi, ibi per quamuis uiam in iudicio euocare, &c. & hoc per rationem quia accuſator non elegit ſponte iudicem, ſed ex neceſſitate propter iniuriã ſibi factam, ſecundum Abb ibi. & Bar. in d. auth & conſequenter, col. 3.

Tertium membrum eſt econtra, quando conuentus ciuiliter, vult conuenire criminaliter. In quo breuiter dico, quod hodie procedit reconuentio in regnó, nec ſuperſedetur in ciuili. pp præiudicium cauſæ criminalis, etiam ſi eſſet crimen læſæ maieſtatis, ita ꝓprie dicit tex. in illa conſtitutio. ſi ciuiliter agens, & ita ſeruatur in regno, quidquid dicat Abb. in d. c. 1. col. 11. c. 1. fi. & Bar. in d. auth. & conſequenter, col. 3.

67 † Quod tamen limita procedere, quando talis reconuentio fieret coram iudice competenti ipſius reconuenti, alias ſecus ſi eſſet incompetens, quia non prorogat ad cauſam criminalem, ſecũdum Abb. ibi, & Ale. in additio ad Bar. in l. is qui reus, col. 1 ff. de pub. iud. & dixi ſupra in 1. membro. in tertia limita. Et quod in criminalib. non habeat locũ prorogatio, tenet Bal. in l. ſi qui ex conſenſu, col. 2. in fi. verſi. reuoco, &c de epiſ. aud. & Bal. in l. 1. in fi. C. ubi de cri agi

68 oportet. † Quartum membrum eſt quando conuentus de crimine ciuiliter vult reconuenire de alio crimine ciuiliter, quod quomodo, & quando ſit, declaraui plene ſupra in prima diſt. huius partis ſuper quo firmo concluſionem, quod procedit reconuẽtio coram iudice competenti, ſcilicet, qui eſt iudex reconuenti, & hoc patet ſenſum, quia ſi qñ agitur mere criminaliter, procedit reconuentio, vbi reconueniens proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, vt ſupra fuit concluſum de iure communi, multo fortius, qñ agitur ciuiliter, quia magis adhæret naturæ reconuentionis, quæ procedit regulariter in ciuili, per d. l. cum Papinianus, & auth. & conſequenter. Nam tũc ſuum proprium intereſſe quia proſequitur quando ciuiliter agit, ſed uel & reconuenire actorem coram iudice non ſuo, ut prorogetur iuriſdictio propter reconuentionem

hoc

hoc non poſſet, quia nõ obſtante, quod ci uiliter agatur, poteſt dici, quod actor agit ex neceſſitate propter delictum ſibi commiſſum. & ſic non ſponte eligit iudicem, unde ceſſat reconuentio, per ea, quæ ſupra dixi. & no. *Bart.* in d. aut. & conſequenter, col. 2. ita tenet Abb. in d. c. 1. col. 12. in fi. extra de mut. pet. Rob. Mar. V. I. D.

ADDITIONES.

a Reconuentio. Reconuentio quid ſit, vide per Deci. in c. cum inter, il 5. num. 4. extra de excep.

b Compenſatio. Nec ẽt de debito iurato ad non iuratum admittitur compenſatio, & eſt cõis. Iaſ. in l. eum qui. §. ſi iurauero nu. 2. ff. de iureiur. Afflic. dec 163. limita aliis modis, ut per Soc. in trac. fall. reg. 61. compenſatio. Beninten. dec. Bonon. 37. nu. 22. Hæc etiam admittitur compenſatio in actione iniuriarum, & eſt cõmunis de qua per Viui. in ſuis commu. opi. in 2. par. opi. 5. actione iniuriarum in fi.

c Reconuentionali. In materia reconuentionis vide quæ ſcripſit Dominus meus Dominus *Mar.* Mantu. in c. ex literis, per totum extra de mut. petit.

d Simultaneus. Reconuentioni nõ eſt locus quoad effectum ſimultanei proceſſus aliquo pacto, qñ una cauſa reperitur ſummaria, altera uero plenaria, Iuno & omnes in c. 1. extra de mut. pet. Aug. in l. ſed & hæ. §. non ſolum, ff. de procu. & Doct. in auth. & conſequenter. C. de ſent.

e Iudicibus. Soc. in trac. fall. reg. 332. Reconuentio li. 11. l. & ſi mutui, ff. de iu. om. iud. ubi Cotas.

f Reconuentio. Reconuentio reconuentionis non habet locum in delegato Man. in c. cum dilectus, nu. 2. ext. de arbi.

g Locum. Et eſt cõmunis, de qua per Gome. in c. diſpendia nu. 33. de reter. li. 6.

h Arbiter. Mantua in d. c. cum dilectus, nu. 1. extra de arb.

i Venor. Contra per Mantuam in d. ca. dilectus, num. 17. & 18.

K Appellari. Belleozin. in trac. de clari. ſubti. quæſtioni 53. in fi. Mantua. d. ca. cum dilectus, nu. 43.

l Prorogari. Prorogatio iuriſdictionis corã delegato non fit. Fran. Mar. quæſtione del 5. 13. nu. 3.

m Clerico. Clericus nõ prorogat iuriſdictionem alterius ſine licentia ſui Epiſcopi, Capic. deci. 9. nu. 12.

n Prorogatio, Deci. in c. cęterum. in prin. ext. de iud. Cagn. in l. 1. nu. 41. ff. de iud. Grau. in add. ad prac. Veſtr. li. 8. c. 2. nu. 14. vbi late in mat. prorogationis.

o Infra dicendis. Et etiam D. Marc. Mant. in d. c. ex literis nu 22. cum multis ſeq.

p Poſſeſſorii. In hac materia uide quæ docte ſcribit Menoc. in tract. recup poſſ. remed. 1. nu. 382. cum ſeq.

q Reconueniri. Si ciuiliter agit, reconuenire poteſt. Cur. iun. in l. 2. nu. 48. ff. de iuriſdi. om. iud. Duenas lib. 1. reg. vtr. iur. reg. 102. Clericus.

r Reaccuſare. Accuſatione pendente non poteſt Foller. in pract. crim. cau. in 2. pa. iud. in ver. accuſatione porrecta nu. 76.

ſ Reaccuſatio. Per. Duen. li. 1. reg. vtr. iur. reg. 39. accuſatus. Ludouicus Alferius.

Iudiciorum VII. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud petitorium, & aliud poſſeſſorium.*

2 *Poſſeſſorium iudicium triplex eſt, & quod dicatur.*

3 *Poſſeſſio non tranſit ad hæredem, niſi apprehendatur fallit tamen quãdo defunctus poſſidebat per colonum*

4 *Agens interdicto quorum bonorum quid narrare & porbare debeat.*

5 *Poſſeſſorium adipiſcendæ non datur heredi, & qui quandoque habuit poſſeſſionem, et ab ea cecidit.*

6 *Hæreditatis pe[illegible] non datur ei qui quãdoque poſſeſſionem habuit & cecidit ab ea.*

7 *Interdictum, quorum bonorum, reperitur utile, & directum & habet ſimilitudinẽ cum petitione hæreditatis, & quando locum habeat, num. 8.*

8 *Petitio hæreditatis non ſolum datur ad uniuerſam hæreditatẽ ſed etiam ad rem particularem.*

9 *Interdictum quorum bonorum in aliquo eſt utilius quam hæreditatis petitio*

10 *Interdictũ. quorum legatorum. eſt poſſeſſorium adipiſcendæ, quãdo habeat locum.*

11 *Interdictum Saluianũ eſt poſſeſſorium adipiſcendæ, & quando locum habeat.*

12 *Poſſeſſorium adipiſcendæ. eſt etiam remed. in §. C. de edic. diui Adr. tol.*

13 *Poſſeſſorium adipiſcendæ et dicitur quando beneficiatus implorat iudicis officium ut mittatur in poſſeſſionem beneficij noui ter acquiſiti.*

14 *Poſſeſſorium retinendæ quod dicatur, & quando locum habeat, & nu. 15.*

15 *Turbatio poſſeſſionis qualiter probetur.*

16 *Criminaliter an poſſit agi proui turbatiuæ.*

17 *Poſſeſſoriū retinendæ datur ei, qui extra iudicium moleſtatur, ſecus ſi in iudicio.*

18 *Poſſeſſorium retinendæ non datur contra deiectum turbantem ſuum deiectorem*

19 *Poſſeſſorium retinendæ duob litigantibus, ille obtinet qui de antiquiori poſſeſſione probat, et ſi aduerſarius probaret de titulo: uerum dēt articulare ꝙ habens titulū poſſideat clam reſpectu ſuæ poſſeſſionis.*

20 *Turbare quis quot modis dicatur.*

21 *Tempus & locus an declarari debeant, in interdicto retinendæ.*

22 *Operarij an teneātur de turbata poſſeſſione.*

23 *Poſſeſſio de præſenti, an arguat poſſeſſionem de præterito.*

24 *Poſſeſſio antiqua an pſūmatur continuata.*

25 *Poſſeſſio antiquior non prodeſt agenti poſſeſſorio retinendæ, quando ab ea cecidit facto ſuo ex propria alienatione.*

26 *Articulus de proprietate an admittatur, quando poſſeſſorio retinendæ agitur.*

27 *Poſſeſſorium retinendæ datur etiam pro iuribus incorporalibus.*

28 *Poſſeſſorium recuperādæ, quod dicatur, & quando habeat locum & nu. 22.*

29 *Interdictum unde ui, datur uiolenter expulſo de poſſeſſione rei immobilis.*

30 *Interdictum unde ui competit pro iurib incorporalibus, & annis præſtantionibus.*

31 *Interdictum unde ui, an detur ei, qui ſuſpicitur poſſe repelli.*

32 *Interdictum unde ui, datur ſolum intra annum utilem.*

33 *Interdictum unde ui competit deiecto poſſidenti tempore ſpolij.*

34 *Locus & tempus ſpolij, requiritur in libello in quo intentatur interdictū unde ui.*

35 *Turbationis qualitas an ſit exprimenda.*

36 *Interdictū, unde ui, non datur contra ſingularē ſucceſſorē ſed cōtra uniuerſalē ſic, et datur hæredi, & non poſſidenti, & n 37.*

38 *Interdictum unde ui, datur ſpoliato, qui uere poſſidebat tempore ſpolij, ſecus ſi tātum detinebat.*

39 *Conditio triticaria datur etiam ad poſſeſſionem, & eſt remedium recuperandæ, & quando locum habeat.*

40 *Conditio incerti ad recuperandam poſſeſſionem dari poteſt*

41 *Indebiti conditio datur et ad poſſeſſionem recuperandam.*

42 *Actio in factum poteſt dari etiam ad recuperandam poſſeſſionem.*

43 *Officium iudicis competit etiam ad recuperandam poſſeſſionem.*

44 *Conditio ex l. ſi me & Titium. ff. ſi cert pet. habet locum pro recuperanda poſſeſſione.*

45 *Conditio ex l. ſi coloni. C. de agr. & cenſi datur ad recuperandam poſſeſſionē, & quæ requirantur ut competat.*

46 *Seruus fugiens facit furtum ſui ipſius.*

47 *Conditio ex l. auctoritatem. C unde ui. eſt remedium poſſeſſorium recuperandæ, & quando habeat locum. (nu. 48.*

Itē conditio ex lege, meminerint. C. unde ui,

Item conditio ex lege, ſi quis conductionis, C. locati, nu. 49.

Item conditio, l. inuaſor. C. unde ui nu 50.

Item cond. l. ſi quis in tāta C unde ui. n. 51.

Itē conditio ex l. conditores. C. loc & l nemo ab re C. unde ui, num. 52.

Item conditio ex l. cum a te, ff. de ui & ui arma nu 53.

Item conditio ex l ſi. C unde ui. nu. 54.

55 *Conditio ex c ſæpe, de reſti. ſpol eſt remediū recuperandæ.*

Item cond. ex c freq. de reſt ſpol li. 6. nu. 56.

& 57 intellectus d. c. frequens remiſſiue

58 *Conditio ex canone reintegran 3. q. 1. eſt remedium recuperandæ, & eſt plenius cæteris, et quando locum habeat.*

59 *Conditio ex l ſi C. de acq poſ. eſt remedium recuperandæ, & quando habeat locum, & quæ utilitas reſideat ex ea.*

60 *Creditor agere poteſt aſſiſtentia cōtra tertiū poſſeſſorem uigore precarij uſq ad 30. an.*

61 *Poſſeſſoria duo recuperādæ, ſunt nouiter inducta in regno. Vnū per conſtitutionē circa uioletias, et aliud per tria capitula regni, & q̄do hæc habeant locum, & n. 62.*

SEptima principalis diſtinctio iudiciorum eſt, † quia iudicium aliud petitorium, & aliud poſſeſſorium. a Petitorium dicitur illud, in quo principaliter agitur de proprietate, ſeu dn̄io alicuius rei, puta ubi agitur rei vendicatio. l. cum fundum

fundum. §. fin. & ibi gl. ff. de ui & ui arma.
cap. paſtoralis de cauſa poſſeſ. & proprietat.
Idem ſi agatur publiciana. quia dicitur in
terdictum petitorium, l. eum, qui. §. ſed ſi
quis. ff. de pub. Item, ſi agatur petitione hę
reditatis, ut no. gl. in l. 2. in gl. pe. C. de ed.
diu. *Adr.* tol. Eodē mō, ſi agatur ad uſum
fructum, uel uſum, uel aliam ſeruitutē, di-
citur petitorium, quia agēs ad iſta iura in
corporalia. cēſetur dominus iſtorū iurium
ſecundum Ale. in l. naturaliter. §. nihil cō-
mune, co. 2. & 3. circa fi. ff. de acq. po. & pa
tet ex his, quæ no. spec. in tit. de cauſa poſſ.
& proprie. §. ſequitur, et § nunc dicendum.
Itē, quando agitur actione perſonali ad rē
dicitur petitorium, ſecundum *Bal.* in conſ.
2 449. in 3. uol. et colligitur ex præall. † Poſ
ſeſſorium iudicium eſt ubi agitur de mera
poſſeſſione, & iſtud iudicium poſſeſſoriū
b eſt triplex uidelicet, b poſſeſſorium adipi
ſcendæ, poſſeſſorium retinendæ. & poſſeſ
ſoriū recuperādæ poſſeſſionis. Poſſeſſoriū
adipiſcendæ, exemplificatur ī trib. iudiciis
uidelicet, in interdicto, quorum bonorum
quod competit ei, cui delata eſt hæreditas
ex teſtamento, uel ab inteſtato ꝓ acqren-
da poſſeſſione rerum hæreditariū, & ipſi⁹
hæreditatis. Et ad hoc ut competat hoc in
terdictum ſunt cōſideranda aliqua ex par
3 te actoris, & aliqua ex parte rei. † Et ꝓſup-
pono id, quod habetur in l. cum hæredes,
ff. de acquirenda poſſ. ſcilicet quod hæres
nō acquirit poſſeſſionem hæreditatis ꝑ ip
c ſo iure, ſicut dominiū; unde non c trāſmit
titur poſſeſſio a defuncto ad hæredē ipſo
iure, niſi actualiter hæres apprehendat, ut
ibi. Quod tamen fallit, quando defunctus
poſſidebat aliquā rem per colonum ſuum
quia per medium eiuſdem coloni trāſmit
titur poſſeſſio ad hæredem ſine aliqua ap
ꝓhēſione: Ita notabiliter tenet Al. in l. qui
uniuerſas, quod per colu. ff. de acq. poſſ. et
habetur in deci. 117. conſ. Neapo. Si. n. hæ
res uult acquirere poſſeſſionē rerū hæredi
d tariū, habet duplex d remedium adipiſcen
dæ poſſeſſionis, ſ. unum per iſtud interdi-
ctū quorum bonorum, et aliud ex l. fi. C.
de edi. diui *Adr.* tol. de quo aliquid inferi⁹
4 dicā. † Requiritur ergo in hoc interdicto
ex parte actoris, ꝙ ei ſit delata hæreditas,
ꝙ eam adiuerit de iure ciuili, uel agnoue
rit bonorum poſſeſſionem de iure ꝓtorio,
ut eſt tex. in l. 1. 2. C. quorum bon. per hoc
patet, quod actor, qui agit tali interdicto,
debet in ſuo libello narrare qualiter hære-
ditatē adiuit, uel bonorum poſſeſſionē ſi-
bi delatā agnouit, et tunc agit ad auocādā
effectualem poſſeſſionē. ut no. Spe. in ti. de
teſt. §. nunc dicendum, colu. 1. ex parte rei
requiritur, ꝙ poſſideat ti. pro hærede, uel
pro poſſeſſore, & in hoc æquiparatur peti
tioni hæreditatis, quæ nō datur cōtra poſ
ſidentē alio ti. l. regulariter, ff. de peti. hær.
de hoc eſt tex. in l. 1. ff. quor. bo. no. et in l.
5 2. C. eo. ti. et inſt. de interd. §. ſeq. † Item, ad
hoc ut cōpetat, eſt neceſſe, quod hæres nū
quā habuerit poſſeſſionē hæreditatis. uel
illius rei, quam petit. Secus eſt, ſi qn̄que ha
buit poſſeſſionem, et deinde ab ea cecidit,
quia nō competit ſibi ulterius poſſeſſoriū
adipiſcendæ, et ſic hoc interdictum tex. eſt
in §. pro hær. inſt. de interd. unde tunc de-
bet recurrere ad poſſeſſorium recuperādæ
de quo infra dicitur, et hoc eſt generale in
omnibus poſſeſſoriis adipiſcendæ, ut eſt
glo. in c. 1. in fi. de confeſ. libr. 6. et Iaſ. in l.
6 eius, qui, §. fin. col. pen. ff. ſi cer. pet. † Et in
hoc habet ſimilitudinem aliam cum peti
tione hęreditatis, quia illa ſimiliter nō cō-
petit hæredi, qui ſemel acquiſiuit poſſeſſio
nem rerum hæreditariarum, et poſtea ab
ea cecidit. ut eſt gl. et ibi *Bar.* in l. fi. ff. de fi
deic. hær. pet. tenet Pet. Phil. Corn. in conſ.
254. colum. fin. in litera H, in 4. uolu. et ra
tio patet ad ſenſum, quia poſtquā hæredi-
tas eſt ſemel acquiſita, deſinit eſſe hæredi-
tas. & appellatur patrimonia hæredis, un-
de nō cōpetit ei ulterius petitio hæredita-
tis, quæ non eſt. l. ſed ſi plures, §. filio. ff. de
vul. & pup. et no. Lud. Ro. in conſi. 5. col.
1. Ex quibus nota pulchrā practicā pro reo
conuento petitione hæreditatis, uel inter-
dicti quorum bonorum, ut nitatur proba
re, quod actor qn̄que fuit in poſſeſſione
rei petitæ, et poſtea ab ea cecidit, quia ſic
7 facit actorem ſuccumbere. † Eſt ſciendum
etiam, quod hoc interdictum reperitur di-
rectum et utile, directum datur bonorum
poſſeſſori de iure prætorio, ex quo interdi
ctum eſt petitorium. Vtile uero datur hæ-
redi de iure ciuili. ut no. glo. in rub. ff. quor.
bon. et in l. in prin. eo. tit. et Bal. in rub. C.
eo. ti. *Itē* directum datur ei, qui agit ad vni
uerſam hæreditatem, quia ad hoc principa

lite

liter fuit inductum, ut dicit tex. in d. l. 1. §. fin. ff. quo. bõ. Utile uero datur ei, qui agit ad unam rem particularem, ita tenet Soc. in ti. de teſt. § nũc dicẽdũ. uerſi. quid ſi res,
8 et nõ in d. §. fi. et in hoc habet ſimilitudinem cum pet. hære. quæ non ſolum datur ad uniuerſam hæreditatem, uerum etiã ad unã rem particularem, l. regulariter. in fi. et l. licet, ff. de pet. hæred. & no. Spe. in ti. de tutore, § fin. uerſ. quid ſi quaſi, et ad prædicta adde Abb. in c. paſtoralis co. 3. cir. fi. de cauſa poſ. et proprie ubi declarat materiã huius interdicti. Concluſiue igitur illi cõpetit petitio hæreditatis præterquã in uno caſu, ſ. quia nõ datur cõtra debitorem hæreditarium, ſed tãtum contra poſſeſſorem alicui rei particularis, ut eſt text. in l. 2. ff. quo. bon. ſed petitio hæreditatis datur et contra debitores hæreditarios, ut eſt text. in l. etiã. § fi. ff. de pet. hære. et multas alias differentias inter hoc interdictum & petitionem hæreditatis, uide per gl. & Doct. in
9 rub. C. quo bo. † Unam tñ utilitatem nota tu aduocate, qui uis formare libellum pro hærede actore, quia utilius eſt intentare interdictum quorum bo. ex quo remedium poſſeſſorium & a ſnĩa lata ſuper eo non appellatur ad effectũ retardãdæ executionis, per ea q̃ hñr in l. 1. & ibi Bal. C. ſi de mom. poſſ. fue. ap. & per Car. Alexan. in c. 1. co. 1. uer. ſi ergo quæris, & c. quid ſi inueſtit. in uſibus feu. Quod ſecus eſſet in petitione
e hæreditatis, quia illud remediũ petitoriũ, & a ſentẽtia lata ſuper eo appellatur, uerũ per petitionem hæreditatis acquiritur pinguius ius, quia per eã auocatur proprietas
10 ſed per hoc interdictum ſola poſſeſſio. † Secũdo, poteſt exemplificari poſſeſſorio adipiſcendæ in interdicto, quorum legatorũ, qđ competit hæredi ad reuocãdã poſſeſſionem legati a legatario, qui occupauit illã propria auctoritate, nã de iure prohibetur legatarius accipere poſſeſſionem legati ꝓpria auctoritate, ſed dẽt illa capere de manu hæredis, alias cadit a iure ſuo, qñ illam caperet non uacantẽ, & ſic cũ uitio, l. ñ eſt dubium, & ibi Bar. & Do. C. de le. puta, qñ hæreditas erat adita, ſed nondum adita hæreditate, ſi legatarius occupat poſſeſſionẽ uacantem, non cadit a iure ſuo, ſed tenetur per hoc interdictũ reſtituere poſſeſſionẽ hæredi, ut poſſit detrahere falcidiam, & deinde ipſe debet hæredẽ conuenire, l. 1. § rediguntur, & ibi gl. ff. quorum leg. & Bar. in d. l. non eſt dubium, & dicit Bar. in d. l. 1. in fi. illius prin. ꝙ nõ aliter datur hæredi hęc actio niſi qñ uult detrahere falcidiã idẽ tenet Pet. Phil. Corn. in conſi. 37. col. antep. in 3. vol. Et ſic nota, ut ſcias libellare in hoc interdicto, de quo uide Ab. in d. c. paſt. col. 4. in princ. de cã poſ. & proprie, & Spe. in tit. de teſt. §. nunc dicendum, uer. uerũ quia. & ad hoc ut competat hoc interdictum, eſt neceſſe ꝙ reus poſſideat in tit. pro legato, l. 1. §. qui autem, ff. quorũ leg.
11 † Tertio, poteſt exemplificari poſſeſſoriũ adipiſcendæ in Saluiano interdicto, ꝙ hẽt locum qñ conductor intulit bona in ꝓdiũ
f collectum, nam illa ſi inuecta & illata cenſetur tacite obligata pro penſione domus conductæ l. item quia, & ibi per Doc. ff. de pac. & habetur plene in §. item ſeruiana, & ibi per Iaſ. inſt. de act. Sed ſi conductor dicta bona inde extraheret, põt conueniri ꝑ dñm prædii conducti, remedio poſſeſſorio, ſuper ſaluianum interdictum, ut reſtituat poſſeſſionem dictorum bonorum ꝓ ſi creditori, ut poſſit incũbere ſuæ hypothecæ, & ſic eſt remediũ adipiſcẽdæ poſſeſſionis, & datur et contra tertios poſſeſſores ut eſt tex. in l. 1. ff. de ſalui. interdic. & not. Ab. in d. c. paſt. col. 4. uerſ. 3. de cã poſ. & ꝓprie. & ſpec. in ti. de loc. §. poſtquã. co. pen.
12 uerſ. ad hoc. † Quarto, põt exemplificari poſſeſſorium adipiſcendæ in remedio l. fi. C. de edic. diui. Adria. toll. Qđ cõpetit hæredi tantũ ſcripto in teſtõ, qui producit teſtamentum in forma publica nõ abolitũ,
g neque cancellatum, cuius uigore poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionẽ hereditatis, & eſt remedium executiuum, ꝙ qualiter, & qñ procedat, traditur plene ꝑ Bar. & do.
13 in d. l. fi. † Quinto põt exẽplificari poſſeſſorium adipiſcendæ generaliter in officio iudicis, ꝙ imploratur per eum, cui facta eſt collatio alicuius beneficii, ut mittatur in poſſeſſionẽ dicti beneficii, quã nũquam habuit, & hoc procedit, & ſeruatur generaliter de iure canonico, ſecundum Ab. in d. c. paſto. col. 4. uer. & ſcias de cauſa poſſe. & proprie. & habetur in c. accidens, & ibi per
14 Abb. et Doc. de acc. † Scđm principale, poſſeſſorium eſt, quod appellatur retinẽdę poſſeſſionis, ꝙ exemplificatur in duob. tãtum inter-

interdictis, uidelicet, interdicto uti poſſidetis, & utrobi quæ differunt in hoc, quia interdictum uti poſſidetis, datur pro reb. immobilibus, interdictum, ut ubi, pro rebus mobilib. ut declarat gl. & Abb. in d. c. paſt. colum. 4. uerſ. 1. de cauſa poſſ. & proprie. & Specu. in titu. de cauſa poſſ. & proprie. §. 1 i col. pen. & fi.
h *h* Cōpetit. n. illud poſſeſſoriū retinendæ ei, qui poſſidet, & turbat in poſſeſſione per aliquē, nā pōt petere, quod imponatur turbanti perpetuum ſilentium, ne de cętero perturbet eū in ſua poſſeſſione, & quod teneatur ad intereſſe turbationis factæ. Hæc tria dēt in cōprehendere libellus in hoc poſſeſſorio, per quod petitur qs conſeruari, & manuteneri in poſſeſſ. ut plene decl. Bar. in l. 1. §. interdū, ff. uti poſſid. ubi ponit. formam libellandi.

ADDITIO. In poſſeſſorio retinendæ quādo prætextu turbatæ poſſeſſionis agit.

15 † Illud ante omnia probandū uenit (uidelicet turbatio poſſeſſionis) quod probetur inter alia ſi conuentus reſpondeat accuſationi, & dicat ſe poſſidere, ut uoluit Bar. in l. ſi prius, in §. contrario 1. partis, ff de nou. ope. nunc. & Bal. in l. ord. C. de rei uend. & Cy. in l. unica, C. ut poſſid. in 4. coll. & in l. ſi duo in princ. ff. uti poſſid. de quo perdo. Pet. Phil. Corn. in conſi. 110. in cauſa uertente. 2. lib.

16 † Et eſt aduertendum, quod pro ui turbatiua, non reperitur proditum remediū criminale, niſi iudiciū iniuriarum, prout uolunt *Iacob.* de Are. in l. hoc iure de re. iud. & in l. tereus. §. in omnib. per illū tex. ff. de actio. & obl. & Bar. ī l. extat. ff. q me. cau. & Ang. in l. cum filius. §. 1. ff. de uer. obl. & per Phi. Cor. in d. conſ. 100. & per eundem in conſ. 139. uiſo libello, in 1. li. & in cōſ. 94. in 3. li. ubi pulchre inſ. qñ competat remedium turbatæ poſſeſſionis, & quænā debeāt probari, & conſ. 345. in i. lib. & conſil. 80. 4. lib. ubi multa pulchra ad hanc materiam. Per. Foll. V I. D.

17 † Limita tñ, & declara hanc materiā procedere, qñ aliquis turbatur iniuſte, & extraiudicialiter, ſecus ſi aliquis turbaretur iudicialiter ut quia ſibi moueretur aliqualis ſuper re, quam poſſidet, quia per hoc non datur ſibi interdictū, uti poſſidetis ex quo is, q utiť iure ſuo per uiā iudiciariā non facit ſibi iniuriam, ita notabiliter declarat *Abb.*

18 in caud. col. 3. cit. fin. de reſt. ſpol. † Item limita non procedere in eo, qui fuit deiectus de poſſeſſione ſua, quia pōt qñcunque turbare deiectorem impunè in dicta poſſeſſione, & non pōt conueniri prædicto interdicto, & eſt ſingularis deciſio, & menti tenenda, quia licet alias deiectorē poſſit quis deiicere incontinenti, non autē ex interuallo, l. 1. §. eū igitur & ibi not. ff. de ui, & ui ar. tñ turbare poteſt quandocūq. etiam ex interuallo, ita tenet Bar. in l. 1. §. quod ait prætor col. 1. ff. uti poſſid. & Ale. in conſ. 36. col. 2. uer. nō obſt. q dicti & c. in 1. uol. Vnde nota bonā practā ad excludendum aliquē ab iſto poſſeſſorio quia poteris obiicere exceptionē ſpolii pro eadē re per prædicta. Poteris ēt reconuenire eū de ſpolio eiuſdē rei, per tex. in c. ueniens & ibi Ab. in 4. notab. de præſcri. & dixi ſupra in præcedenti diſ.
19 in 4. queſtio. † Si uero eſſent duo, qui litigarent ad inuicē ſuper hoc poſſeſſorio, & quilibet prætēderet ſe poſſidere, tunc obtinet ille, qui probat de antiquiori poſſeſſione,
K quia poſſeſſio *K* iunior præſumitur iniuſta & clandeſtina, tex. eſt & ibi Abb. in 4. colu. in c. licet. de prob. & Bar. in l. ſi duo. col. 2. ff. uti poſſid. & Ale. in conſ. 35. colu. 4. in 4. uol. & in conſ. 110. in prin. in 1. uol. & Petr. Phil Cor. in conſ. 130. colu. 1. in 1. uol. & in conſ. 172. in fin. col. in 3. uol. Quod procedit, etiamſi habens poſſeſſionem iuniorē, probaret de titulo, quia præfertur habens antiquiorem ſine titulo, nam ille titulus pſumitur habitus ab iniuſto auctore ſtante poſſeſſione antiq. ita tenet Paul. de Caſt. in conſ. 443. col. 2. in 2. uol. ubi plus dicit, q id quod dicitur in hoc poſſeſſorio obtinere eū, qui probat de titulo, intelligitur ſtante probatione ęquali in tempore hinc inde, ſecus quādo unus probat de antiquiori poſſeſſione, quia tunc nō curamus de ti. Idem tenet *Ale.* in conſ. 88. colu. 3. & conſ. 89. & 130. in 5. uol. Verum in iſto caſu, quādo antiquior poſſeſſor uult obtinere, debet allegare in ſuis articulis, quod eius aduerſarius poſſidet clauſula reſpectu ſuæ poſſeſſionis, iſta fuit ſingularis doctrina Bar. in l. ſi de eo. §. ſi. ff. de acqu. poſſ. & ibi ipſum ſequūtur Alexa. & Ioan. de Imo. & in fi. & Alexan. in prealleg. con. maxime in d. conſi. 88. col. 4. in 5. uolum. & idem *Alexand.* in conſi. 55. colum. fina. uerſic. fateor, in 3. uolum. alias

ſi hoc

ſi hoc non articularet, ſuccumberet, quia præfertur his, qui probat de tit. ſecundum Doc. in locis præallegat.

20 ADDITIO. †Legato Bal. in conſ. 446. in 3. lib. ubi ponit quot modis dicatur turbare, & an procedat querela cõtra eos, qui
1 dicunt ſe actum feciſſe ad l mandatũ domini, & an qui olim poſſidebat præſumatur hodie poſſidere, & quid ſi aliquis dixerit eo ſono ſuo, quod non relaxe poſſeſſionem Titio, alias proteſtatur de ſuo intereſſe, an ex hoc uideatur turbare dominium in ſua poſſeſſione, & poſſit accuſari? vide Bald. in conſ. 447. in 3. li. & de principali quæſtione domini auctoris uide eundem Bald. in
21 conſi. 448. in 1. parte. †Et an agens interdicto retinendæ poſſeſſionis teneatur exprimere locum, tempus, & alias circunſtãtias, per eundẽ Bal. in cõſ. 489. in 3. parte, nu. 2. & uide de princ paliqõne domini auctoris per eundem Bal. in cõſi. 488. ſupra allegato, uide Bal. in conſ. 468. 1. parte.
22 † Et an teneantur operarii pœna turbatę poſſeſſionis? per eundem in conſil. 463. 3. parte, & de principali quæſtione uide Bele. in conſ. 192. 2. li. & cõſ. 373. in 2. lib. & de principali qõne auctoris uide Soc. in cõſil. 166. col. 6. uer. 2. eandem. concl. 1. lib.
23 †Et an poſſeſſio de præſenti arguat poſſeſſionẽ de præterito per eundẽ in cõſ. 89. co.
24 fi. 1. lib. †Et an poſſeſſio antiqua præſumatur cõtinuata? per Boer. deciſ. 239. nu. 7. in 2. parte, ſed de principali quæſtione domini auctoris hic pleniſſime, uideas oĩno per Boer. in dec. ſup. allegata, ubi refert uarias opiniones in hac quæſtio, & uide Affl. in deciſ. 239. & 277. & 323. & tũc iunior poſſeſſio præſumitur clãdeſtina, probata antiquori poſſeſſione, quando uitium clãdeſtinitatis fuit allegatum, ut per Affl. in dec 330. & quid dẽat probare agẽs remedio uti poſſidetis per eundẽ in deciſ. 393. quid ſit fiendum quãdo uterque prætẽdit ſe poſſidere, & nullus eorum vult ſuſtinere actoris partes? vide Capici, in dec. 13. in cauſa Illuſtriſ.
25 Marchion Petr. Foll. †Quod tamẽ limita, niſi is, qui probat de antiquiori poſſeſſione, cecidiſſet ab ea facto ſuo, puta per propriam alienationem, quia tunc nõ prodeſt ei antiquior poſſeſſio, ita tenet Phi. Dec. in conſ. 56. col. fi. & ex hoc ſume bonam practicam articulandi contra eum, quem ſuſpicatis probaturam de antiquiori poſſeſſio-
25 ne.† An autem in m[i]ſto poſſeſſorio reti- 26
m nendæ admittatur articulus de proprietate? Dic, ꝙ ſic quia non dicitur impertinẽs, imo pertinens ad cauſam, ex quo facit obtinere eũ, qui probat de titulo, ſtantib. probationib. equalibus, unde non poteſt repelli ita determinat Phil. Dec. in con. 161. col. 3. in prin.
27 †Cõpetit ẽt, hoc interdictum retinendæ ꝑ iuribus incorporalibus, puta pro ſeruitutibus, & annuis præſtationib. in quibus agitur de quaſi poſſeſſione, ſecundũ Bar. in l. 1. in princ. ff. uti poſſideris, & Bart. in l. fi. ff. quor. bo. & Spe. in tit. de cauſa poſſ. & propric. §. 1. verſ. cæterum, & uer. ſi quæritur. & per Doc. in c. querelam de elect. & Bald. in cõſ. 415. ĩ 3. uol & Ph Dec ĩ cõſ. 156. col. 1.

ADDITIO. Hanc quæſtionem tetigit Io. Fab. in §. præiudiciales. inſti. de action. 9. colum. & uidetur concludere, ꝙ ubi præſtatio annua præſtatur ratione certæ rei, datur poſſeſſorium, ſed quando datur ſimpliciter, tunc nõ poteſt agi poſſeſſorio, ſed in hoc ſecundum eum Legiſtæ, & Canoniſtæ contrariãtur, quia Canoniſtæ tenet, quod poſſeſſorio, at Legiſtę contra, ſed ſecundũ eum præualet opi. Canoniſt. in curiis, & ſequitur Caſſa. in conſ. Burg. in ti. des cenſes rubr. 11. §. 2. fol. 351. numer. 27. & habetur plene per dec. Capp. Tholoſ. 59 & Ludoc. Rom. in conſ. 311. u[i]de tamen Tiraquel. in tract. de utroque retract. in uerbo reſtes, §. 1. glo. 6. num. 11. & 12 & in §. 32. in gloſ. 1. & unica, nu. 79. & per Aff in deciſ. 3[?]5. ubi refert non omnes Dominus fuiſſe deciſum nemine diſcrepante, quod licet pro annua præſtatione perſonali non ſit dare poſſeſſorium, tamen eſt dare quædam ſtatum ad quem poteſt peti, ut fiat reſtitutio, & ita loquitur d. c. quærelã, & uide per Guid. Papi. in deci. 551. in materia, colu. & Steph. Bert. in conſi. 243. quidquid, in prin. lib. 1. & per eundem in Affl. in conſt. circa uiolentiam. col. ult. Petr. Foll. V. I. D.

28 †Tertium principale poſſeſſorium eſt, ꝙ
n appellatur recuperandæ poſſeſſionis, in quo duo requirũtur copulatiue, ad hoc ut competat. Vnum uidelicet qđ actor quandoque poſſederit, & nunc a poſſeſſione eiecit. Secũm, qđ poſſeſſio ſit penes aduerſarium, uel qđ dolo deſierit poſſidere. Idẽ ſi non

nō dolo, quādo ſumus interdicto unde ui,
ſecundū Abb. in c. ſæpe col. 3. de reſt. ſpol.
Primū probatur in c. conſultationib. & ibi
Abb. in 2. no. ff. de off. deleg. & idē Abb. in
c. cum ad ſedem, col. 7. de reſt. ſpol & in §.
olim, el 3. in 5. & 6. no. co. ti. ꝙ tamen intel
lige, ſ. ut poſſideat tempore ſpolii, l. 1. §. in
terdictum autem hoc. & §. hoc interdictū.
ff. de ui, & ui arm. alias nō ſufficit probare
olim poſſediſſe, niſi præcisè tempore ſpolii
probetur, ut tenet Spec. in tit de poſitio §.
7. uerſi. 2. conſiderandum. Secundū proba-
tur in l. cum a te. ff. de ui, & ui arm. & ꝑ ea
quæ no. Bal. in l. ſi de proprietate. col. 3. cir-
ca fin. C. ſi a non compet. iud. Hoc tñ nunc
ſuccinctè attingo in genere, quia melius
declarabo infra, in ſingulis remediis poſſeſ
ſionum ea, quæ ſunt ſpecialiter requiſita
in eis. Sciendum eſt igitur, ꝙ in hoc poſſeſ
ſorio recuperandæ plura fuerunt remedia
a iure introducta. de quibus ſingulis deſpi
ciamus, quia hic congruentius cadunt.
29 † Primum igitur remedium fuit interdi
ctum unde ui, de quo loquitur totus tit. ff.
de ui, & ui arm. & C. unde ui. quo remedio
prouidit prætor uiolenter ſpoliatis, ut recu
perent poſſeſſionem ſuam, in quo interdi-
cto ad hoc, ut competat, plura requirūtur.
Primo. n. requiritur, quod res, pro qua agi-
tur, ſit immobilis, l. 1. §. & gñaliter. & §. il-
lud, ff. de ui, & ui ar. nam pro re mobili nō
competit aliqđ interdictū poſſeſſoriū recu
perandæ, ſed datur actio in bonorum rapt.
dantur ēt alia remedia poſſeſſoria, q̃ non
ſunt interdicta, de quib. habetur per Bart.
Ale. & Doc. in l. rem, quæ nobis, ff. de acq.
poſ. de quib. infra dicetur. Quod tamen in
tellige principaliter, ſed acceſſoriè datur
hoc interdictum ad mobilia, quæ erant in
illo loco, unde qs expulſus eſt l. 1. in princ.
& §. ſi fundus. ff. de ui. & ui ar. & not. Alex.
in l. uendicatio, ff. de rei uend. & habetur in
l. ſi qñ. C. unde ui. † Cōpetit etiam hoc in
terdictū pro iuribus incorporalibus, & an
nuis præſtātionibus ſecundū Bal. in conſil.
425. in 3. uol. Secūdo requiritur quod ſit il
lata uiolentia perſonę pro re, & ſic, quod
quis ſit uiolenter expulſus de poſſeſſione.
l. 2. §. 1. & 2. ff. de ui, & ui ar. & Ale. in conſ.
94. col. 5. in 5 uol. & l. 1. §. qđ ſi ui. ff. qđ.
ui, aut clam, & hoc patet, quia interdictum
hoc accipit denominationem a uiolentia,
quia dicitur, unde ui, quis expulſus eſt, re-
ſtituā, &c. unde ubi non interuenit uiolen
tia non cōpetit, ſed nunquā dicitur cōmit-
ti uiolentia, niſi contra perſonam, unde eſt
neceſſe, ꝙ perſona ſit præſens, alias non di
ceretur cōmitti uiolentia, ita declarat Pau.
de Caſt. in conſi. 105. col. 1. in fi. 2. uol.

ADDITIO. Ad materiam iſtam addo
uidendum Afſt. in dec. 85. & Aymo. Gra.
in conſi. 140. nu. 1. li. 1. Pet. Fol. V. I. D.

31 † Sed quid ſi aliquis non fuit ui expulſus,
ſed ſuſpicator poſſe repelli, quo caſu perdit
poſſeſſionem ciuilem, l. clam. poſſidere. §. q
ad nundinas. ff de acquir. poſſ. Dic, qđ non
competit ſibi hoc interdictū, unde ui. ſ. di-
rectum, ſed utile ſic ſecundum gl. & Bart.
in l. 1. §. ſiue aūt. ff de ui, & ui ar. & Ale. in
add. ad Bar. in l. 1. §. interdictum. ff. uti poſ.
32 in add. quæ incipit, & ſic. † Tertio requi-
ritur, quod intentetur intra annum utilem
nam elapſo anno non competit niſi ad id,
quod peruenit ad deiectorem, l. ui pulſos,
& ibi per Doc. C. unde ui, & l. 1. in prin. &
§. annua, & ibi glo. ff. de ui, & ui ar. quod in
tellige agendo, ſed excipiendo eſt perpetuū
ſecundum glo. in d. l. ui pulſos, per tex. in l.
plures, §. ſi. de doli except.
33 † Quarto requiritur, quod deiectus poſſi-
deat tpe ſpolii, ut d. l. 1. §. interdictum au-
tem hoc, ff. de ui, & ui ar. & habetur in c. cō
ſultationibus, de offic. deleg. & ſupra dixi.
34 † Quinto requiritur, quod in libello, ī quo
intētatur hoc interdictū, exprimatur locus
modo ex ea poſſit diſcerni, quid actor uelit
& reus poſſit deliberare, ita dicit Pari. in tra
ctatu ſyn. in d verſi. ſententia, colum. 4. & 6.
& Bar. in d. verſ. & figura, & per hoc eſt cor
rectum in regno illud, quod not. gloſ. inſti.
de obl. in princip. in uerbo ſecundum in fi.
quæ dicit, quod ſententia lata ſuper libello
d inepto d non ualet, & Bal. in l. actori, circa
fin. C. de rebus credit & Bald in l. ex hoc iu
re, colum. pen. verſiculo ſecundo quæritur,
&c. ff de iuſt. & iur. & Cyn. in l. unica. C. ut
quæ deſunt ad hoc. & Alexan. conſilio 136.
colu. 1. in 2. volu. Nam hodie ex quo cauſæ
ciuiles

ciuiles in regno ſunt ſummariæ, admittitur libellus ineptus, ut ſupra, & valeat ſententia ſuper eodem, ita declarat Alexandr. in l. uinum, colum. ſi in fi. ff. ſi cer. pet. & ibi eſt gl. idem tenet Bal. in l. ſi fine in uer. oppono libellus. &c. C. ad Treb. per glo. in d.
15 l. unum. † Plus dicit Lanf. in d. cl. ſæpe. in ver. libellus, poſt prin. quod de iſta tali quali petitione nō datur copia reo ſumptibus actoris, ſed ipſe reus debet illam capere ſuis ſumptibus, & in hoc differt a libello ordinario, cuius copia datur, ſumptibus actoris, ut eſt gloſſ. in clé. quamuis. in uer. oblatos, de appel. Tamen de illo dicto Lanf. nō facio cauſam, qui hodie, hoc eſt expeditū in hoc regno in contrarium, ſc licet, quod etiā talis petitio debet edi ſumpt. bus actoris per regiam prag. quæ incipit, Comparente, & ita practicatur. Poſſet autem illud dictum Lanf. procedere in cur a eccleſiaſtica, ubi non ſeruantur regiç pragmaticæ, ſi forte in ea agitaretur aliqua cauſa ſumma-
16 ria. † Item procedit libellus, etiam ſi in eo petatur primo cogi, & compelli alquē ad ſoluendum, & non dicatur condemnari ſecundv Lanf. in d. l. ſæpe. in uerſ. libellus in quarta concl. & Bar. in d. ver. & figura, & p hoc apparet eſſe correctum illud, quod dici Barto in l. 1. C. de exec. rei iud. ubi dicit non ualere talē libellum, in quo nō petitur
17 cōdēnare, ſed cogi, & cōpel. † I. ē procedit libellus, in quo intentatur iudicium ex una cauſa & poſtea probatur ex alia, nam ſequitur condemnatio ſuper cauſa probata, maxime, qñ procedit ſola facti ueritate inſpecta, ſicut per c. de teſtante. ita tenet Alex. in l. ſi ita ſtipulatur. §. Chryſogonus. col. 5. in fi ff. de uer. obl & Iaſ. in l. certi. conditio §. ſi nūmos, col. 7. ff. ſi cer. pet. & per hoc patet eſſe cōtractam in regno, l. habebat. ff. de inſt quæ uult, ꝙ agens ex una cā, & probās de alia ſuccūbit, ut is, ꝙ agit ex numeratione, ſi probat de cōfeſſione, ſm Bar. in d. §.
18 nummos † Secūdo operatur dicta clauſula ſine figura iudicii, ꝙ pt ꝓcedi in cā ſine aliquo libello, & ſine petitione, pōt & cām incipere ab articulis, & articuli hñr loco petitionis, ita tenet Old. in cōſ. 144. in prin.
19 & Rota in dec. 13. in nouis. † Tertio operatur, quod non eſt neceſſe ſeruari ferias inductas ob honorem hoīum, ſecundū Bart. in d. extrauag. ad reprim. in uerſ. & figura uerſic. item an procedi, &c. & eſt text. in d. cl. ſæpe, & Per Phi. Cor. in conſ. 102. col. fi. in 1. uolu. prout ſunt feriæ uindemiarum, & meſſium, & hoc eſt expeditum in regno, per gloſſ. in conſt baiulos, quæ expreſſe dicit in regno non ſeruari ferias uindemiarum & meſſium, & per hoc apparet in regno eſſe correctam l. 1. C. de feriis.
20 † Quinto per illam clauſulam cenſetur ſublata litis conteſtatio, quia non requiritur de neceſſitate, ut eſt tex. in d. cl. ſæpe. & Bart. in d. uerſi. & figura, & per hoc patet in regno eſſe correctam l. 1. C. de litis conteſt. Quo caſu ille actus, qui immediate ſequi ſolet in cauſis ordinarijs poſt litis conteſtationem, habet uim litis conteſtationis, in cauſis ſummariis, & eſt præcluſiuus exceptionum dilatoriarum, & aliorum actuum qui non poſſunt fieri poſt litis conteſtationem, & habet uim litis cōteſtationis, ſecundum Bar. & Bald. in leg. nulla. & in l. nihil, C. de pro. & Card. in cl. conſtitutionem. §. fin. in fi. de electio. & Lud. Roma. in conſil. 124. & Abb. in ca. inſinuante in fi. de offic. deleg. & Fel. in cap. olim, de accuſ. & Par. in tract. ſyn. in uer ſent. col. 4.
21 † Quinto operatur circa dilationes, q̃a debet iudex breuiare cauſam inquantum poteſt, & dare breuiores dilationes, & eas amputare inquantum poteſt, ut eſt text. in d. cl. ſæpe. Item, non debet admittere exceptiones, & appellationes fruſtratorias, ut
22 ibi habetur † Sexto operatur, ut non requiratur publicatio in cauſis ſummariis, unde valet proceſſus etiam ſine publicatione, licet magis communis opi. ſit, quod etiam in cauſis ordinariis publicatio non eſt de ſubſtantia proceſſus, vnde eius obmiſſio non uitiat proceſſum, ſecundum Barto. & Alexand. in l. prolatam, C. de ſen. pro hoc eſt tex. in cap. cum I. & A. & ibi Abb. in 3. colum. in fi. de re iud ubi dicit Abb. quod publicatio non eſt de ſubiecta, ſed de iuſtitia, unde ſi omittitur, eſſet contra ius litigatoris, & non redditur proceſſus nullus propter hoc, ſed imputatur litiganti, qui non petiit publicationem, & ſi petit, & iudex nō vult illam facere, debet appellare alias ualet ſententia ſine publicatione proceſſus, idem tenet Bal. in d cto cap. cum I. & A. in 1. & 2. colum. & Phil. Cor. in conſilio 102. colum. fin. in literarum in 1. uolum. & Bal.

in cap.primo,col.3.ſi de inueſt.inter dom.
& uaſallis ori.licet Bar.in d.verſiculo & fi-
gu.in 3.colum.uideatur velle, quod publi-
catio etiam in ſummariis ſit neceſſaria,q̃a
reſpicit defenſionem, tamen eius dictum,
ita ſimpliciter intellectum,non eſt uerum,
ſed eſt contra communem o pi.vnde ut ſal
uetur,debet intelligi,quod eſt neceſſaria,ſi
petatur,ita ut ſi non concedatur poſſit ap-
pellari, non autem ut reddat proceſſum
nullum,ita proprie intelligit Fel. & ſaluat
illud dictum Bar.in dict.capit.cum I.& A.
13 columna ſecunda.† Septimo operatur,ut
g non requiratur g concluſio propter cauſã
ſummariam licet Abb.in d.capit.cum I.&
A. in quarta colum.teneat, quod etiam in
cauſis ordinariis concluſio non eſt de ſub-
ſtantia proceſſus, & idem Ab in c.cum di
lectus in 3.not.de fide inſt.ubi dicit, quod
eſt de iuſtitia, unde eius obmiſſio non vi-
tiat.Verũ dicit ſpeciale eſſe in ſummariis,
ut nõ requirantur in eis concluſio,pro hoc
eſt tex in d.cl.ſæpe,§.ſentẽtiam,dicit tamẽ
Card.in d cl.ſæpe.§.quia,in fi.19.q.quod
in cauſis ordinariis concluſio eſt de con-
ſuetudine, unde ratione conſuetudinis te-
netur iudex illam facere,ſed in ſummariis
eſt in electione iudicis,an uellit illã facere,
14 uel non.† Et quod non requiratur conclu-
ſio in ſummariis,habetur in dec.172.conſ.
Neapol.& tunc ille primus actus,qui ſolet
fieri poſt concluſionem,habet uim conclu
ſionis.ita tenet Phil.Cornel.in conſil.135.
15 colu.3.in litera F.in 3.uol. † Octauo ope
ratur, ut ſi aliquis litigauit per procurato-
rem,poteſt iudex in ſententia condemna-
re dominum, & non procuratorem, & ua-
let ſententiam,ſecundum Bar.in d.uer.& fi
gura in fin.& per hoc eſt correcta in regno
diſpoſitio l.1.C.de ſent. quæ vult non vale
re ſententiam,in qua dominus condemna
tur,& non procurator.

16 † Nono operatur,ut iudex nõ habeat neceſ
ſe pronunciare ſup emergẽti ſeu incidenti,
ſed põt incidens decidere ſimul cũ princi-
pali,& non eſt neceſſe, q̃d ſeparatim ſuper
eo pronunciet,ita dicit Bal.in l.ait prætor,
17 promittitur,ver.item no.ff.de min. † Deci
mo operatur, ut ſi lata fuerit ſnĩa pro abſẽ
te non citato,ualet ſnĩa,& poteſt per abſen
tẽ,ratificari,ſecũdum Bar.in d.uer. figura,
in fi.quem in hoc ſequitur Alex.in l.furio-
ſo,col.2.ff.de re iu.& Pet.de Anch.in d. cl.
ſæpe,& per hoc eſt correctũ in regno illud,
q̃ tenet glo.in l.ea quæ,C quomodo,& q̃ñ
iud.& gl.in d.l.furioſo,& ibi Alex.& Doc.
ubi dicunt, q̃d non valet ſnĩa lata in fauo-
18 rem abſentis non citati.† Vndecimo ope-
ratur,ut iudex ẽt ad inſtantiam partis poſ-
ſit interrogare principalem, & teſtes poſt
cõcluſum in cauſa,gl eſt ſingularis in d.cl.
ſæpe.in uer.interrogabit.Pro veritate tamẽ
iſtius dicti,quia eſt ualde notãdum,& quo
tidianũ,uideamus quid obſeruatur in ordi
nariis,& poſtea quid in ſummariis. Et pri-
mo in ordinariis reperio Spec.in ti.depoſi
tio,§.4.uer.quidam tamẽ dixerunt, & uer.
ſed ſi ante,& ibi Io. And.in add.ĩ uer. inter
rogare,ubi tenet,quod iudex ex officio,nõ
ad inſtantiam partis, poteſt partes interro
gare ſuper declaratione antiquorũ c. & ſic
ſuper iã actitates,non aũt ſuper nouo c. &
hoc ẽt poſt concluſionem in cauſa ubicun
que ſibi equũ uidebitur, per l. ubicunque,
ff.de interrog.act.idem tenet Lud.R.in cõ
ſil.20.in fi.ſed ſimpliciter loquitur, non li-
mitando ſe ad declarationem retro actita-
torũ ſed Inn.in c.cũ Ioan.de fi.inſtr. dicit.
Idem,quod Spe. quod tantum ad declara-
tionem retro actitatorum poteſt iudex ex
officio interrogare, quem in hoc ſequitur
Lu.R.in l 4.§ hoc ãt iudiciũ,ff.de dam.in
fect.& Bal.in l.per hãc.col.2.uer.dicit Spe.
&c.C.de temp.& repa.appell.hanc opin te
net Fel.in d.c.cum Ioan.col.5.vbi dicit,q̃
iſta opin eſt in practica ſubſtentabilior p̃-
pter auctoritatẽ Inn.& Fel.in c.1.col.2.de
iu. Tñ alia opi ſequens dicit, q̃ eſt æquior
ſ.quod indiſtincte poſſit interrogare ſu-
per nouo capitulo ad fundandam intentio
nem partis ad priuatam utilitatem,& hãc
ſecundam opi.tenet Alex.in d.§ hoc autem
iudiciũ,col.4.ſequendo Ant. de Butr.in ca.
cum cãm,de iu.cal.hanc ẽt opin.tenet ſim
pliciter Ab.in d.c.cum Io.col.4.uer.no. &
tene menti,&c.& Bal.in l. ſi accuſatoribus
col.ſi uer.item pp aliud,&c. C.de accu. &
iſta ſecunda opi.vr̃ magis cõis.ſ.ut etiã ad
fundandam intentionem actoris poſſit iu-
dex ex officio partes interrogare poſt con-
cluſionẽ in cauſa indiſtincte,nõ aũt ad pe-
titionem partis,quam opi.tenet Alex.in d.
§.hoc aũt iudicium,col.4.& Ioan.de Ana.
in c.ad petitionem,colum.3.de ac.& hoc
ubi cun-

ubicunque ſibi æquum uiſum fuerit, per d.l.ubicunque.ff. de interrog.act.
29 †Quod corroboratur ex eo, quod in ſimi
h li dicimus de iuramento h ſuppletorio, quod non poteſt deferri ad petitionis partis poſt concluſum in cauſa, niſi fuerit petitum ante concluſionem, & tñ iudex ex officio poteſt illud differre, & etiam poſt concluſionem, nemine illud petente, ubicunque ſibi æquum uiſum fuerit, ſecundum Alexã. in conſi. 54. colum. fi. in 1. uolum. & Bal. in d. l. ſi accuſatoribus. colu. fi. uer. item poſſet. &c. C. de acc. de qua materia uide plene Ia. in l. admonendi. in rep. colu. 154. & ſequ. ff.
30 de iureiu. † prædicta autem procedunt in cauſis ordinariis, uerũ in ſummariis, hoc eſt plus, quia põt iudex poſt cõcluſionem interrogare partes, & teſtes non ſolum ex officio, uerum etiam ad partis inſtantiam per illam gloſſ. in cl. ſæpe. in uer. interrogabit, ita tenet Car. in d. cl. ſæpe. §. & q. 2. in 4. oppo. & Fel. in d. c. cum Ioan. colu. 5. de fi. inſt. & ibi etiã Abb. in 4. col. ver. no. & tene menti, &c. & Fel. in c. cum dilectus, col. 3. ver. 7. limitat. &c. eo. tit. & Lud. R. in cõſi. 179. col. 5. & Fel. in c. inquiſitionis § ad petitionem, col. 5. de acc. Vnde quia in regno cãæ ciuiles ſunt ſummariæ, ceſſat illa difficultas verum iudex poſſit ad interrogare ad inſtantiã partis, quia eſt expeditum,
31 quod ſic per prædicta. † Adde tñ, quod in oĩb. caſibus, in quib. ſupra dixi iudicem poſſe ex officio interrogare debet, hoc intelligi ſi uult. nã non põt cõpelli ad hoc ne faciat litem ſuam, ſi non interrogat, quia poſſet dicere, quod non ſibi beſt equitas. Ita tenet Bar b. in add. ad Abb. in d. c. cum Ioa. in add. quæ incipit. De hoc uide &cæ. circa fi. per l. non quidquid. ff. de iud. & per hæc habemus expeditã materiam primæ clau-
32 ſulæ. † Secundo quæro, quid importat illa clauſula, ſola facti ueritate inſpecta de qua loquitur capitulum regni, deteſtantes. Dicit Ant. de But. in c. 2. de iur. cal. quod iſta clauſula plus importat, quam omnes illæ clauſulæ, ſũmariæ, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii, &c. Adeo quod cenſetur ſublatæ omnes ſolennitates iuris poſitiui. idem tenet Fel. in c. olim. colum. pe. de acc. in tãtum, quod dicit pulchre Fran. d. Are. in c. dilecti, colu. 3. de iud. quod per iſtã clauſulã iudex põt procedere, ut Deus qui ſoli ueritati innititur, & illud dicit Ant. de But. ſequitur Alc. in cõſ. 6. col. 2. in pri. in 3. uol. unde ſequitur ex hoc, quod dicta clauſula importat oĩa illa, quæ importat clauſula, ſine figura iudicii, & ſi oẽs illi undecim effectus, quos ſupra retuli, includuntur ſub iſta clauſula. Idem declarat
33 Iaſ. in l. inſt. col. 1. ff. de iuſt. et iur. † Duodecimo operatur aliud, quia p dictũ clauſulã põt ferri ſnĩa non conformis libello, et ſic ſuper aliis, quã ſuper petitis ſcdm Iaſ. in l. uinũ, col. 17. ff. ſi cer. pe. licet per alias clauſulas hoc nõ eſſet prouiſũ. ut pbatur in d. cl. ſæpe. §. verũ, de verb. ſig. ibi, iuxta petitionis formã, &c. & per hoc patet correctã eſſe in regno l. ut fundus. § cõi diuid. & l. fi. C. de fideic. li. idem tenet Lanf. in d. cl. ſæpe, col. antep. quã correctionẽ intellige ſolum quo ad regulam, quæ ſumitur illis legib. quod ſnĩa debet eſſe conformis libel-
34 lo. † Decimotertio operatur, ut iudex poſſit adhibere fidem teſtib. aſſignantib. cãm uerſimilem, licet de iure nõ concludentẽ ſecundum Franc. de Are. in l. eum qui. §. filius. in 2. not. ff. de acq. hær. Itẽ põt admittere teſtes infames, & alios de iu. ciu. reprobatos ſecũdũ Abb. in c. dilecti col. 2. in fi. & ibi ẽt Fel. de iu. & Bar. in l. filiusfamilias colu. 1. ff. de don. ubi idem dicit de teſtib.
35 non iuratis. † Decimoquarto operatur, quod iudex poteſt ferre ſententiã diffinitiuã ſtãdo, & ſic abſque eo, quod ſedeat pro tribunali, quia hoc etiã operatur aliæ clauſulæ, de quib. ſupra, ut eſt tex. in d. cl. ſæpe §. ſnĩam, ergo a fortiori iſta clauſula, eſt maioris importãtiæ, & per hoc patet in regno eſſe correctum. §. ſedebunt in Aut. de iu. &
36 c. fi. in fi. de reg. iu. lib. 6. † Decimoquinto operatur, quod põt procedere ad diffinitiuã ſententiã contra contumacem, lite non cõteſtata, ſm Fe. in c. olim. col. pe. de ac. & per hoc ẽ correctus ĩ regno §. ſi uero etiã quidã inueni in Aut. de exhi. reis, ibi iudicẽ aliquid facere nõ valentem, &c. in eo quod uult iudicem ñ poſſe procedere ad diffinitiuã ſnĩam lite non conteſtata, & hr in l. properandum. § ſiquidem. & ſeq. C. de iud. & in toto tit. extra ut lite nõ conteſt. et per So.
37 in conſ. 47. colu. 1. in 4. uol. † An ãt poſſit ferri ſnĩa ſine ſcriptura ĩ cauſis ſummariis. Dic qđ nõ, quia ita requiritur ſcriptura in ſũmariis, ſicut ĩ ordinariis ſcdm Ab. in c.

Alb.

Abb.in 1.op.& ibi etiam Fel.in pri.de teſ.
& in ſpecie dicit Franc.de Aret in d.c.Al.
col.2.uerſi.ex quibus patet &c. ꝙ ubi ꝓce
ditur ſine figura iudicii, dēt ferri ſententia
in ſcriptis per ea quæ habētur in cl.diſpen
dioſam de iud. Et per ea, quæ dicam infra
38 in ult.parte,in uerſi.ſententia. † itē in cau
ſis quamuis ſummariis ſemper requiritur
legitimatio perſonarū ſicut in ordinariis
ſecundum Lanfr.in d.cle.ſæpe in uerſic.&
ſig.co 1.circa fi.& Iaſ.in rub C.qui adm.
39 co.1.& Alc.in l.iud. C.de iud.† vnum ta-
men eſt ſcribendum pro cōplemēto huius
clauſulæ,ſola facti ueritate inſpecta. Quia
intelligi debet de ueritate,cui ius patroci-
natur,unde uigore iſtius clauſulæ non poſ
ſet iudex oriri facere actionē ex pacto nu-
do,licet ueritas ſit.quod pactum fuerit nu
40 dum,ita tenet Bal.in l.nemo. C.de ſent.†
Itē ubicunque cā principalis eſt ſummaria
oēs articuli illius cāæ debeat ſummarie ex
pediri,ita dicit Bar.in extraua. ad repr.in
uer.ſummariæ.col.3.& Iaſ. in rub. C.quē-
41 adm.col.1.in fi.† Cognoſcitur autem cau
ſa ſummaria ab ordinaria, quando tractať
ſine ordine iudiciario,ut quia non interue
nit libellus,nec litis conteſtatio, uel q̄a in
cipit a principio de ſoluendo, ſic ut cauſæ
executiuæ,ita declarat Pau.de Caſt.in con
ſil.48.colum.1 in 3.uolum;et ſic hucuſq; te
habemus plene diſcuſſum primum modũ
diſcendi cauſam ſummariam. Secunda
42 principaliter dicitur cauſa ſummaria quæ
habet eccleſiaſtica,ubi agitur de electione
præbenda,canonicatu, uel alio beneficio
eccleſiaſtico,nam in huiuſmodi cauſis ꝓ
ceditur ſumarie,& ſine figura iudicii text.
eſt in cl.diſpendioſam,de iud.et ibi Car.in
31.q. Quod tamen intellige, quādo agitur
de titulo beneficii,ut quia ſunt duo, q̄ liti
gant ad inuicem de collatione ſibi facta,
ſecus,ſi ageretur de proprietate eccleſię, vt
q̄a epiſcopus uult uenire aliq̄ eccleſiā ſuæ
diœceſi, aſſerens illam eſſe de ſua diœceſi
uel dicat ſe habere tale ius in tali eccleſia
iſta enim non dicitur cauſa de beneficio ec
cleſiaſtico, ſed proprietate eccleſiæ, uel
iuris tunc talis cauſa dēt ordinarie tracta-
ri,ſedm Card in d.cle. diſpendioſam in 8.
q.& Bald.in l.cum ſeruum uerſi. item ſi a-
geretur.C.de ſeru.fug.& de iſta differentia
inter titulum, & proprietatem eccleſiæ, ui
de gl.in c.eum qui in uerſ.uitioſus de co-
mit.in poſſ.lib.6.& glo.in c.contingit.in
glo.magna.uer.ſed nunquid de do.& cōt.
& ibi Abb.in 3.colum.in fin.& gl.& Do-
43 cto.in cap.cura de iu.pat.† Tertio dicitur
cauſa ſummaria,quælibet cauſa poſſeſſo-
rii.l.momentaneæ.& ibi Bart.C. unde ui-
nam cauſa poſſeſſorii,dicitur minima, &
ſufficiunt in ea ſemiplenę probationes,ex
quo præiudicium poteſt ſeparari in petito
rio,ita tenet Phi Dec.in conſi.28.colum.
2.& in conſi.56.colum 1.& quod ſit cau-
ſa ſummaria,tenet Bar.in extra. ad rep.in
ver.ſummariæ colum.2.& Alex. in conſi.
60.colum.1.in 5.volum.dicit tamen Bar.
in d.uer.ſummariæ.quod imo in poſſeſſo
rio requiruntur plenæ probationes, quod
quomodo intelligatur uide Bart.in leg.1.
colum.fi.C.quorum bo.in eo tamē,quod
ſupra dicitur,quo cauſa poſſeſſorii, eſt mi
nima,et leuis præiudicii,reperio multas de
ciſiones contrarias,ſcilicet qđ imo eſt ma
gni præiudicii,quia magnum eſt cōmodū
poſſeſſionis,ita dicit al.in l. conſentaneū
in 6.no.C.quomodo et q̄ quando iud.et gl.
in §.retinendæ,inſt.de interd.et Abb.in c.
conſultationibus.§.1.circa fi.de offi.dele.
ubi pulchre dicit,quod magnum eſt com
modum poſſeſſionis,quia releuat ab one-
re probādi dominium, ꝙ eſt difficilis pro
bationis.et ibi plus dicit Ab.quod in cau-
ſa poſſeſſorii requiritur ordo iuris,et ipſum
ſequitur ibi Fel.in fi. colum.quæ uerba ui
dentur contraria prædictis, quia ſi requiri
tur ordo iuris, non uidetur quod ſit cauſa
ſummaria, & dicit Bar.in l.naturaliter. §.
nihil commune,col.pen.ff.de acq.poſſeſſ.
quod falſum eſt, quod cauſa poſſeſſionis
ſit utilis.in iuſta uarietate puto concorda-
ri poſſe iſtas opi. Nā quædā eſt cauſa poſ-
ſeſſorii, quæ eſt modici momenti. quæ po
teſt de facili reparari in petitorio.et iſta di
citur cauſa uilis,et modici præiudicii & in
iſta ſufficerent ſemiplenę probationes, po
teſt poni exemplum in poſſeſſione Carbo-
niana prout declarat Bar.in l.3.§.cauſæ ff.
de Car.edi. Similiter ī interdicto,quorum
bonorum,quod eſt modi præiudicii,unde
ſufficiunt ſemiplenæ probationes, ſecun-
dum Bart.in l.1.colu.fin.C.quorum bon.
idem in poſſeſſione,quæ datur uentris no
mine,l.1.§.ſi ea et ibi Bar.ff.de uen.in poſ.
mit.

mit. facit. l. 3. §. ſciendum, & ibi gl. ff. ad exhi. Quædam eſt cauſa poſſeſſorij, quæ parat plenum præiudicium, quæ non eſt reparabilis per petitorium, vt quia deficit petitorium, vel quia eſt impoſſibilis probationis, & iſta dicitur cauſa magna, & magni præiudicii, & in hac requiritur ordo iuris, & plena ꝓbatio. ita procedat op. Abb. & ſequacium, in d. c. conſultationibus, & quod habetur in deciſ. 364. conſilii Neap.

ADDITIO. *Domini auctoris dictis hic* addo plene cumulata per d. Lud. gl. In re. Cance. in reg. de non tolle. iu. quæſito in 5. q. vbi proponit pulchram quæſtionem ſi regula cancellariæ de non tollendo iure q̃ſito uendit uendicet ſibi locum in poſſeſſione? & relatis pluribus tandem dicit, ꝙ ſic, quia id quod dicitur, quod poſſeſſio eſt modici præiudicij habet locum in momentanea, & inſtrumentali poſſeſſione, at ſecus in poſſeſſione plena, ſucceſſiua, & effectuali quia talis poſſeſſio eſt maximi momenti, & illam perdere eſt damnum ſentire itẽ adde Capici. in deciſ. 55. inc. in cauſa mag. Pauli Brancatii, ubi habetur, quod tunc poſſeſſorium eſt modici præiudicii, quando eſt præparatorium ad iudicium poſſeſſorium ordinarium (ut quando tractatur quis debeat poſſidere pendente lite) quod ſecus eſt quando tractatur de poſſeſſorio ordinario, quia eſt maximi momenti. Pet. Foll. V.I.D.

44 † Iſtam concordiam opi. confirmo optimo ſimili, nã licet alia ſit in iure regula, qđ
K a ſententia lata ſuper poſſeſſorio, nõ K appelletur l. 1. & ibi Bal. & Doc. C. ſi de mom. poſſ. fue. app. tamen quando poſſeſſorium eſſet magni præiudicii, adeo, quod non eſſet reparabile per petitorium, tunc bene poteſt appellari, ſicut in petitorio, ita tenet Bar. in l. 2. col. 2. uerſi. quæro quæ eſt ratio, &c. ff. de appel. recip. & Bal. in l. 2. col. fina. uerſi. vlt. de epiſt. aud. intelligitur ergo illud in poſſeſſorio momentaneo & leuis præiudicii, quia in eo non appellatur, ꝙ tamen procedit de iure ciuili, per d. l. 1. ſed de iure
I re canonico, l ſecus, quia appellatur ab omni poſſeſſorio. ut eſt text. & ibi Card. in 2. col. in 1. oppoſi. in clem. 1. de ſeque. poſſ. & fruct. & gl. in c. cum ad ſidem. in gl. pen. in fi. de reſt. ſpol.

ADDITIO. Addo Bal. in conſ. 30. in 5. parte, & conſ. 131. in 1. parte, & conſilio 155. 1. parte, & conſ. 330. 1. par. & quod a mixto poſſeſſorio poſſit appellari? Vide eundem in conſ. 230. in 1. parte, & conſil. 331. 1. parte, & conſ. 369. 1. parte, & conſ. 217. in 2. parte, & conſ. 366. 3. par. & Soc. in conſi. 290. col. 2. uerſi. primum quali. 2. liq. Petr. Philip. Cor. conſi. 10. num. 1. in 4. & uide quæ tit. 1. in prac. cau. crim. in frag. part. in tit. de violentiis circa poſſeſſ. in fi. Pet. Foll. V.I.D.

45 † Dicit tamen notanter Ang. in conſi. 46. ꝙ licet alias ab interlocutoria non appelletur de iure ciuili, tamẽ ab interlocutoria lata in poſſeſſorio poteſt appellari, licet nõ poſſit appellari a diffinitiua, & eſt ratio, q a eius grauamen non poteſt reparari per appellationem a diffinitiua, ex quo a diffini-
46 tiua non appellatur ſecundum eum. † Secundo. iſtam concordiam confirmo per notabilem d. Bar. in l. 1. §. fin. colum. 1. ff. de præto. ſtip. ubi ponit regulam generalẽ, per quam declaratur tota hæc materia, nã quando aliqua cauſa eſt ſummaria ut quia lex mãdat procedi in ea ſummatim, diſtinguitur. Aut parat plenum præiudicium, & tunc requiruntur plene probationes, ſed dicitur ſummaria quo ad aliquas ſolemnitates iudiciorum. Si uero non parat plenum præiudicium, & tunc non requiruntur plenæ probationes & ſic eſt ſummaria, quoad ſolennitates, & quo ad probationes. Idem tenet Bart. & Bal. Ale & Iaſ. in l. iud. C. de iud. & Bartõ. in l. 4. §. cãæ. in fi. ff. de carb. ædi. ubi dicit, ꝙ in primo caſu dicitur cã ſummaria ex eo, quia dantur breuiores dilationes. Idem tenet Bar. in l. ſi qs a liberis, § ſi quis ex his. ff. de lib. agn. & Abb. in c. dudum. el 2. col. 8. verſic. in gloſſ. in uer. irritantur, &c. de elec. & Fel. in c. ueniens, el 2. col 6. de teſt. illud ergo, quod dicit Abb. in d. c. conſultationibus circa fi de off del. quod in poſſeſſoriis requiritur ordo iuris poteſt intelligi, q̃n eſt tale poſſeſſorium, in quo ſententia parat plenum præiudiciũ, & ponit ius finale in cauſa, ita tenet Bar. in extrauag. ad reprimendum in uerſic. ſummarie poſt Princ. & cum iſta declaratione
47 poſſunt dictæ opiniones cõcordari † Vnũ tamen ſcias pro complemento huius materiæ, quod licet cauſa poſſeſſorii ſit ſummaria, in qua admittitur libellus gñalis, put

dixi

dixi ſupra in princ. huius diſtinctionis, tñ
quando ſumus in poſſeſſorio retinendę, in
quo agens narrat in libello ſe fuiſſe turba
tum, uel ſe turbari, tenetur ad petitionem
rei conuenti, declarare modum turbatio-
nis, alias non procedit libellus, ſecundum
Bal. in l. ordinarii. colum. pen. uer. itē quæ-
ro, nunquid &c. C. de rei uend. & idem Bal.
in ſua diſputatione, quæ incipit. Accuſa-
tus de ui turbatiua in ult. char. & Bal. in c. li
cet cauſam, col. pen. in fin. uerſic. opponit
ille, qui intentat, &c. de probat. & Alexā. in
48 conſil. 71. in 1 colum. in 5. uolu. † Quarto
dicitur ſummaria, qualibet cauſa quæ uen
tilatur in curia mercatorum, in qua proce
ditur de mera æquitate obmiſſis ſolennita
tibus, & apicibus iuris, ut no. Bar. in l. fide-
iuſſor. § quædam. & in l. Quintus. ff. man.
& Bald. in l. ſi pro ea. col. pen. C. manda. &
Iaſ. in l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, col.
3. ff. de pact. & Bal. in conſi. 400. col. pen. &
conſil. 566. colum. 2. in 5. uolum. & Soc. in
conſil. 65. colum. fi. in 4. uol. & in hoc æqui
paratur curia mercatorum, curiæ eccleſia-
ſticæ, ubi proceditur de æquitate canoni-
ca, ꝙ patet, quia de æquitate canonica ex
pacto nudo oritur actio ut habetur in c. 2.
de pac. & not. plenè Iaſ. in d. §. ſed cum nul
la & ſimiliter in curia mercatorum agitur
ex pacto nudo. ſecundum Bar. in d. l. Quin
tus, & Bal. in d. l. ſi pro c. hinc dicit Spec. in
tit. de comp. iud. §. uerſi. 38. quod mercato
49 res dicuntur de foro eccleſiæ. † Et per hāc
ſimilitudinem poſſet inferri, quod in curia
mercatorum confeſſio extraiudicialis fa-
cta parte abſente, facit plenam probatio-
nem, contra communem regulam, & ratio
eſt, quia de æquitate canonica facit plenā
probationem, ſecundum Franc. de Aret. in
conſ. 40. incipiente excellentiſſime, &c. col.
1. & conſi. 84. col. 1. & Doc. in c. ſi. caut. de
fi. inſtr. Et prædicta ſunt notanda in iſtis
curiis nundinarum, quia ſunt curiæ merca
torum, & in eis proceditur ſummariè, unde
poteſt dici habere locum id, quod ſupra di
ctum eſt.

ADDITIO. Quia vidèro dominum au
ctorem incidenter hic aliqua dicere de cu-
ria nondinarum, quæ eſt curia mercatorū,
& alias compilaueram praxim (quam nun
dinarum vocabam) in qua de modo, & for
ma practicandi in curiis mercatorum late
diſſerui, congruum mihi viſum fuit eam ī
hoc opere Do. Rob. addere in locis oper-
tunis, & congruentibus, quare duas primas
partes ipſius nundinariæ praxis hic adden
das cenſui, cum hic congruere videantur,
cæteras uero in aliis locis ubi magis con-
uenire uidebuntur addam, ſunt hę [illegible] par
tes prædictæ, uidelicet prima qd dicantur
mercatores? quæ ſunt nundinæ, quæ merca
ta? qualiter differant? Secunda qui conueni
ri poſſint coram iudice mercatorum, & ꝓ
quibus cauſis, & qualiter conueniantur, &
de modo practicandi in curia mercatorū,
quare nundinariam praxim edocere pro
uiribus, quam iuris ueterum, & recentiorū
interpretum, nullus dum in medium attu-
lit (vt uidere potuit) ad communem legen-
tium utilitatem, & mei ipſius eruditionem
uolentes, primam ipſius in ordine partem
aſſumens perutile conſentaneumve vnicuī
que uideri propalam eſſe poterit ſi eorum
quæ principaliter hic pertractanda ueniūt
quidditatem quam primum diſſeramus.
50 † Quo circa illud magnipendendum non
ab re eſſe duximus, nundinas, & mercata
ad imparia a legibus iudicari. Nundinæ. n.
illæ proprius dici poſſunt, quę ſunt affida-
tæ, notabiles, & in priuilegium conceſſę, &
quæ nullibi propria ſiquidem auctoritate
celebrari queunt, ſed ex Principis permiſſu
tantum. At mercata illa dicuntur, quæ ubi
que ab libitum, nullo Principis permiſſu
præcedente paſſim celebrari uidemus, con
ſiſtuntque in facto, & per præconem affida
ta minime ſunt. De quibus ſi quidem con
cinit tex in auth. ut non fiant pig. (ut eſt vi
dere de mercato terræ S. Seuerini ſemel in
hebdomada ſingulis ſabbatis) talia. n. non
habent nūdinarum priuilegia, hinc. n. pro
debitis haud tuta ſunt, (ſicut ſunt nundi-
nę,) quæ ſunt tutæ pro debitis gabellis in
acceſſu, & receſſu, pro mora, licet bannitis
ēt ſi iniuſtè banniti extitiſſent, non ſint tu
tæ, teſte, & auct. Bal. in l. 1. C. de nū. & merc.
& ante eum Bar. in l. 1. ad l. Iu. ma. & in l. re-
51 legati. de pen. & ibi Ale. † Nundinę. n. a no-
no die dictæ ſunt, quaſi nouēdinæ inſtitutę
autem eo conſilio prohibentur, ut ruſtici
octo diebus in agris eſſent, & nono die re-
peterent urbem ad mercatum legum acci-
piendarum cauſa, & ut ſcita atque conſulta
frequentiore populo referentur, & trinue-
dino

dino propoſita, a ſingulis atque uniuerſis facile nocerentur, unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die apud Athen. promulgarētur, Cic. contra Rul. pro l. agr. illi Capuam, nundinas ruſti. horreum campani agri eſſe noluerant, Col. lib. 1. c. 1. uillicus non urbem, non nullas nundinas niſi uendendæ, aut emendæ rei neceſſariæ cauſa frequētauerit, mercatū aūt idem q̄ mercādi actus, Pla. in moſ. ædes filius tu⁹ emitte, ædes Tr. ædes te auge Philolaces patiſſat, & iam homo in mercatum abortitur, aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi uēdendique gratia conueniunt, quem etiam appellamus emporium, uel forum. Cic. lib. 1. off. Quo cum tanquam ad mercatum bonorum artiū ſis profectus, inane reddire turpiſſimū eſt. Item aliquando mercatum accipitur pro ipſo tempore, quo negotiatores ad emendum, & uendendum conueniunt, hoc
52 eſt pro ipſis nundinis. † Sicque nundinæ, & mercatum nonnunquam idem ſunt (im proprie tamen uidemus etenim nundinas appellari mercatum, & mercatū nundinas proprias, tamen ad imparia iudicantur (ut
53 ſupra diſſerui.) † Nundinæ etiam dictæ ſunt, a nundina Romanorum dea, a nono die naſcentium dicta, qui, & luſtricus dicitur, erat autē luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur, is autē erat in maſculis nonus dies, in puellis uero octauus, ſecundū Ma-
54 cr. li. 1. Satur. c. 16. † Nec te moueatur id, q̄ te ſcribitur in l. unica C. de nund. ibi in illis uerbis (qui exercendorū mercatuū, aut nundinarū licentiam) & ſic uidetur innuere, q̄ mercata, & nundinæ ex principis reſcripto celebrātur, & pari et priuilegio immunitatis decorantur, quia & ſi id prima facie innuatur, non eſt quin non remaneat differētia, de qua ſupra in genere, & in dubio eſt tamē bene uerū, q̄ ſunt aliqua mercata, quæ licet non ſint ſolemnia, & notabilia ſunt tamē obtenta, & impetrata ueterū in dulto, & Principis auctoritate, cū immunitatibus, & prærogatiuis, & de illis ibi diſſeritur, & tunc rediguntur ad inſtar nundinarum, uel uerba (mercatuum) ibi accipiūtur tanq̄ genus, & nundinæ, tanq̄ ſpecies (ut fieri pluries, abſolte) ut in rub. C. de ſer
55 ui. & aqua, latius habetur. † Sunt quoq. & nundinæ atq. mercata hominibus, & populis admodum utilia atq. neceſſaria, & cōſequenter mercatores, quorum opera, & traſicu ipſæ nundinæ fiunt perutiles, adeo quidem ut Plato ſummæ prudētiæ, & auctoritatis, cum inſtitueret quēadmodū ciuitas bene ac beate habitari poſſit, in primis ipſos mercatores neceſſarios eſſe dixit, ſic inquiens. Pluribus agricolis al iis artificibus ac miniſtris opus eſt, qui importet, & exportent ſingula, ſunt autem mercatores. Cui concinens Bal. in rub. extra de cl. pere. merc. inquit eſt amica populis, quia mundus nō pōt ſine mercatore uiuere, & ppea licet leges (ut ille ſubdit) nulla illis concedant priuilegia in corpore iuris clauſula, Principes tamē ſepiſſime plures eis tribuūt
56 immunitates atq. exēptiones. † Hinc non extra rē incidere eſt in illamq. an merc. ſit ars ſordida an honeſta, & an nobilitati derogetin qua prima ſiquidem facie non abſurdum eſſe uidebitur dicere, nō ſordidam ſed honeſtā, & a nobilitate haud deuiā reputandā fore, cui quidā opinioni adſtipulatur ſoūa Caliſt. i l. eos. ff. de dec. (inquit. n.) mercatores non prohiberi decurionatum, uel aliquem honorem ſua patria exercere, nec enim infames ſunt, neq. eos ut ſubdit tanq̄ uiles perſonas oportet negligi, hinc, Salus. qui & ſapiens unus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptē, cum eſſet admodum iuuenis, & eius pater ad beneficentiam propenſus, patrimonium immi nuiſſet, ad mercaturam ſe contulit, non tam lucri cupiditate impulſus, quam peri clitandi, uidendique, ſicuti retulit Plut. in uita illius, q & illud ſubdit ex Heſiodi ſententia, temporibus illis nullum opus ignominiæ fuiſſe, nec ullum artium delectum atque diſcrimen. Mercatura uero ad barbarorum neceſſitudines comparandaſque regum amicitias plurimum ualere putabatur, ex eaque homines multarum, & maximarum urbium extitiſſe, ut maſſalias primus, quia Celtis iuxta Hendanum (lege Rhodanum) maxime obſeruator Thaletem quoque mathematicum, & Hipp. exercuiſſe mercaturam aſſerit. Platoni etiam olei in Aegypto exportationem non peregrinationis uiaticū ſuppetiſſe, hinc etiam ſi uera ſcribit Suet. Veſp. Imperator nō ſolum ante imperium ad mangonicos quæſtus ſuſtinendæ dignitatis cauſa deceſ-

ſtitue requiri, primo quod ſit deſcriptus in matricula mercatorum ſecũdo ꝙ exerceat artẽ, non.n.ſufficit, quod ſit in matricula deſcriptus, niſi artem exerceat, citat tex.in l.qui ſub prætextu. C. de ſac.ſan.eccle.& l.ſcrinearios,& ibi Bart.& Bal.C.de teſt.mil.tur quidam aduerſatur id,ꝙ proximo ſuperiori loco dixeram,cum ſi vera hæc eſſent parum, aut nihil proficeret deſcriptio in matricula; ſed nequiuoce hęc ſcripta intelligas, ſcito eum mercatorem cenſeri,& mercatorum priuilegiis gaudere cuius matriculatio, vel profeſſio procedit, et ſi non conſtiterit autem exercerẽ ita tamen ſi ex aduerſo non probetur artẽ deſeruiſſe uel poſt deſcriptionem nõ exercuiſſe,eo etenim caſu procedunt, quæ ſupra pro mercatuli,ita.n.ſentire vr Alex. in add.ad Bar. in l.ſemper §.negot.ff.de iur.imm.ex ſnia tac. But.in proœ. ſtorum,& videat Ben.ſtra.in trac. de merc. in 1.par.n.65.in fi.qui & id intrepide firmare vide-
60 tur † Tertio dicit requiri, quod maiorem partem fortunarum habeat quis in negotiatione,ut recte dici poſſit mercator ꝙ & ante eum voluit Bar.in l. ſemper. §.negotiatio.ff de iur.imm.& in rub.C.de nauic.lib.11.& Alex.in conſi.108.in 4.li. Pau.de Caſt conſi.78.3.col.1 lib. & Fel.in proœ. decr.15.col.& Fran.Are.conſ.20.& Gem. in c.1. de ui. & ho.cl. in 6.in quo quidem e recentioribus noſtr.ſubtilis Phi. Dec in l.ſcrinearios C.de teſt.mil.num.16.abſurdum putat,& procul a ratione dictũ Bar. non enim congruere æquitati, & iure vr, ꝙ & is qui longo tpe in mercantiis verſatus fuerit, & matriculatus extiterit priuilegiis mercatorum non deberet gaudere,ea ſola ratione,ꝙ plus in bonis immobilib. haberet quam in mercantiis, Item ſi uerũ eſt,mercatorem dici quem ex ſola matriculatione,a fortiori aũt ſi longo tẽpore in mercantiis ſe exercuit,unde conſonũ non eſt dicere,non dici mercatorẽ,qui maiorẽ partem ſuarum fortunarum in mercãtiis non habuerit,quare dicit procedere dictũ Bar.in eo.qui diuerſas hẽt qualitates, quæ aliquo reſpectu repugnarent,tunc.n.attenditur illa qualitas.quę in eo uerſatur plus, argu.l.quæritur, ff.de ſta. ho. vel intelligi debet, quando eſſet præſumptio ſurdis ut quia quis fingeret ſe mercatorem,cum nõ eſſet. Idem & antea dixit in ca. i. de iud.in vlt.lec.in fi.quod & repetit in l.rogaſti,ff. ſi cert. pet. nec credo ab hoc diſſentiiſſet Bar.& vtiq. ſi toruo oculo non inſpiciatur tex.in d.l.ſemper in §.negociatores,& in §.D.Hadr.in ver.erant,& alii.& in §.negotiatio,ff.de iur.immu.non abſimilis intentionis Caliſtratum fore reperiatur, cũ poſtea quam immunitatẽ negociationibus, ꝙ nauicularis tribuendam eſſe conſtituerat,id procedere,ita tñ dixit, vt artem nauiculariorum quis exerceat,& naues hẽat & ampliorem partem ſubſtantiæ in nauigationibus,& in negociationib.habuerit, adeo ut illud ſemper exequendum erit nõ quid effugiendorum munerum cã imaginem nauicularii induat, vt ipſius Caliſtrati verbis vtar, ſicque vides intellectum ad verba Bart. datum per Dec. non abeſſe ab
61 ipſius Caliſtrati ſententia. † Nec pdictis & illud abſimile videri poterit,ꝙ & ſcholares non gaudent priuilegiis ſcholarũ ſi
n ſtudio minime n vacauerint,ſm Bart.per illum tex.in l.qui ſub prætextu. C de ſac.ſan.eccl. cum ſimilib. vt tradunt Alexã.& Moder.in l.ſcrinearios.C.de teſt.mili Pro quo facit tex. in c.cum ex eo.ff. de elect.in 6.(ibi literarum ſtudio inſiſtentes)idemq. no. Ang.in l.ex eo. ff. de teſt.mil ꝙ & no. Pan.in c.1.de iud. vnde latius exordiendo mentem Doctorum in hoc ſic puto diſtinguendũ.aut quis plures qualitates habuerit,quibus aduerſatur mercatur,licet,& is mercaturam exercuerit,non poteſt,nec debet mercatorem dici, ut gaudeat priuilegiis conceſſis mercatorib.quoad omnia, ac & prout alii mercatores gaudere dẽnt, qui ſoli mercaturæ vacant bene tñ putarẽ mercatorẽ dici,ut gaudeat priuilegiis mercatorum,quo ad illam mercaturam tantũ quam gerit, quæ conceſſa forent rõne ordinis,motus ex iis quæ no.Dom.in proœ. 6.in rub. proœ in fi. & in ſimil. no. B.l in d.l qui ſub prætextu,& Bar.in l.maximarum,C vacat.mu.li.10.dũ inferũt,ꝙ ſcholares non ſtudentes, licet non gaudeãt priuilegiis ſcholarium conceſſis, gaudent tñ priuilegio ordini conceſſo, & d gerati, dummodo ſint matriculati, ſic ergo d camus in hoc caſu, cũ ratio diuerſitatis reddi minime poterit. Sed ſi magis verſarẽ in mercatura,quã in aliis qualitatibus, li-

cet aduerſantib.iudicabitur, vt mercator,
vt potiatu priuilegiis mercatorib.conceſ-
ſis quoad omnia, aut quis eſt matriculatus
vt mercator, & gerit ſe pro mercatore, ſed
in fraudem, & ficte, & tunc nec mercator
cenſendus eſt, nec dici debet eum potiri
deberi priuilegiis mercatorib. conceſſis;
ſic itaque concludendũ eſſe puto, & vide
Benu.ſtrac.in trac. de merca.in prima par.
nu. 60. vbi multa verba effudit, tandem di
cit eſſe tenendum eum dicit mercatorem,
qui ampliorem ſubiectæ partem in mer-
cantiis minime habuerit, & pariter potiri
debere omnib.priuilegiis a lege municipa
li mercatoribus conceſſus, ſed quicquid ip
ſe dicat non diſſentio ab iis qui ſuperiori
proximo loco retuli, cum, & parua, cõclu
dant intellectus per eum dati ad l. ſemper.
in §.negociatores, & §. negociatio, quod
intelligãtur de negotiatorib. ad publicam
vtilitatem deſtinatis, & qñ certa forma im
munitatis tributa eſſet, non autẽ de aliis
mercatoribus, & negotiatorib. cum & hoc
ſit diuinare, lexque generaliter loquitur, &
ipſius non decitionis non plus in iis nego
ciatorib. quam in aliis verſatur, & iõ inde-
terminato & generalis comprehendit om-
nem determinationem, quæ põt adaptari
ad eam, l. metum aũt. §. aiaduertendum, &
ibi Bar.in 1. not.ff quod me.cau.quis ergo ſa
ni capitis, dicet iõnis eſſe eum dici merca-
torem, vt gaudeat omnib priuilegiis con-
ceſſis mercatoribus, qui plus verſatur in a-
liis qualitatibus, aduerſantib. mercaturæ,
quam in ipſa mercatura, ſeu qui gerit ſe, p
mercatore in fraudẽ tñ hercle nullus, ſicq.
61 dicendum eſt vt ſupra dixi. † Quarto re-
quirendum eſſe dixit, quod per ſe ipſum nego
ciationem exerceat non per factores, & mi
niſtros. Citat tex. & ibi Bar. in l. fi. ff. de exe.
tut. & Franc.de Aret. in d.l.ſer.de cuius tñ
veritate ſe remittit ad dicta per Alex. in l.
die functo ff.de off.aſſeſſo. in quo quidem
pũcto ſatius exordiendo Phi. Dec.in l.ſcri
nearius. C.de teſt. milit. dicit contrarium
tenuiſſe Io.de Pla.in l fi.C.de com.rei mi
li.li 12.& ad hoc dicit facere tex.in l.quiſ-
quis cen:bus, & in l.ad ſimilitudinem C.
de epiſ. & cler. & in l.neminem. §. ne tñ.C.
de decur.lib. 10. & dicebat (ſecundũ eum)
Io.de Pla.non obſtare tex. in d.l.fi. quia il-
lud officium piſtorum non vr̃ fauorabile,
ideo reſtringitur, quæ ſolutio non ſibi ſa-
tisfacit, dicens, quod imo eſt fauorabile,
quia reſpicit alimenta, quæ ſunt fauorabi-
lia, quare ipſe alio modo ſoluit (dicens) quod
ibi conſideratur, quod perſona principalis oc
cupata ſit, ideo habet excuſationem, quæ
ratio ceſſat, qñ facit per alium, & agitur
62 ibi de fauore pupilli. † Quinto, requiren-
dum eſſe dixit, quod non vnicum actũ mercã
di exerceat quis, ſed plures, de quo recolo
63 ſupra latius diſſeruiſſe. † Illud quidẽ con-
ſequens ſcire vtilitatis eſſe minime dici
poteſt, an locatores equorum mercatores,
ſeu negotiatores cenſendi ſint, in quo Bar.
ille auriga noſter in l.legatis ſeruis. ff.de le
ga.3. inquit text. illius ii nobis argũ præ-
ſtare, quod tales mercatores dicantur. quod &
ſequi vr̃ Pau.in c.1.pe.col.extra de iud. nec
diſſentiit Iaſ in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi
prætori.6.col.ff.de noui ope.nunc. & Bal.
in conſ.495.in 1. parte, & firmat ẽt Bart.
Caſſ.in loco ſupra allegato, ſed ſi Bart. re-
cte inſpiciatur, non dicit locatorem equo-
rum mercatorẽ dici, ſed poſſit dici. & Pau.
quem propio. Bart. citaui, contrarium in-
nuere videtur tamen in eo, quod Bar dicebat
locatorum equorum dici mercatorem,
nam & ipſius contrarium dicit notari in
l.mercis appellatione. iuncta gl. ff.de ver.
ſig.tum, & in eo quod dixit Bar. facere ad
ſtatutum, quo cauetur, quod credatur libris
mercatorum vſq. ad certam ſummã, quia
cum ſit immunitas a ſtatuto cor ceſſa hẽt
locum in eos tantum, qui propri ſit mer-
cator, quod non eſt dicendum ſecũ um eum
in locatore rõcinorum, cum mer catoid ci
non põt per predicta, & ẽt quia i i mercan
tiis, non habet maiorem partem iarũ for
tunarum, ſed tenendo opin. Bar. ico, quod &
Pan. in finalib. verbis non vr̃ di ſentire a
Bar. dum dicit, quod iudicis arb trio com
mittitur, an dicatur mercator, ſe undũ vul
gi opinionem, ſecundum eundẽ Bar. quaſi
ſentiat Pan. quod Bar. in d l.leg is ſeruis,
voluerit largo ſumpto vocabul & ſecun
dum vulgi opinionem locatore ratioci-
norum dici mercatorem. & pro ac parte
citat eum Bar.Caſſ.in loco ſupr allegato,
& ſic tenẽdum eſſe puto, quod pot ci merca
tor, & quod debeat gaudere immun ate con-
ceſſa a ſtatuto reſpectu illius n ociatio-
nis, & illa immunitate, & priuil is cõue-
ni tibus

nientibus illi exercitio, & non aliis, per ea quæ ſupra dixi, quia ut retuli ceſſat illa rō qua mouebatur Pan. ut diſſentiret a Bart. uidelicet, (ꝙ is dicatur mercator, qui ampliorē ſubſtantiæ partem in mercantiis habuerit) & uide Benu. in loco ſæpius Citato qui tenet contra Bar. & ita dicit Pan. tenere in num. 38. primæ partis, ſed ego teneo
64 ut ſupra. † Sed ex pdictis inferri poſſe minime putes (eum dici mercatorem uel negociatorem, qui locat poſſeſſiones ſuas, & alienas conducit) cum is & nec mercator, nec negociator dici recte poteſt, teſte Bart. in d. l. legatis ſeruis, citat in hoc tex. in l. ſi cum uillico, ff. de inſt. act.
65 † Quo circa infero iſtos Salernitanos cōducentes apothecas a uenerabili monaſterio S. Mariæ montis virginis, & a b aliis, & mercatoribus relocantes, mercatores, ſeu negociatores dici non poſſe, & ſic corā magiſtro nundinarum haud conueniri poſſe, & Benu. Strach. ubi ſupra complures opin. Barto. adhærentes citat, quos uide per eum ibi ſupra num. 48. ſed quantus in eo. loco dicat eum, qui agris colendis quæſtus cauſa operā dat, negociatorem dicit, minime ei adhæreas, cum & is potius agricola cenſendus eſt non negociator, quod patet, q a monachis religioſis prohibetur negociatio, & tamen non agricultura, ut in c. 1. de ui. & hon. cler. cl. 1. eo. tit. & in c. cl. in uerbo agric. 91. diſt. & in c. nunquam, ibi feratur ubi D. Hier. monet ruſticum monachum, ut ſeſe agriculturæ dedat, illi intendat in illam feratur, & in capit. 1. & ſi uoluerit, extat ad opus rurale, & ibi gl. & Pan. de cœlo mi. & in c. 1. §. cæterū, de uerb. ſig. lib. 6. & uoluit Spec. in titu. de cler. coniug. §. 1. uer. ſed quā dices honeſtā, ibi uerū tamen nō prohibeo, ubi per hoc dicitur, ꝙ clerici agriculturę uacantes non perdunt priuilegium clericale, ſicq. negociator dici nō po
66 teſt, cui & illud adſtipulatur. † Quod mercatura, & negotiatio derogat nobilitati, & tamen agricultura minime deroget, ut expreſſe firmat Guid. Pap. in deciſ. 41. & hoc refert fuiſſe concluſum in parlamento Delphinatus, & in deciſ. 396. nobilis etiā, col. vlt. uer. ſed vtrum nobilis, & deciſ. 392. ſed quid de nobilib. & plenius Tiraq. in tract. de nobil. in cap. 32. ſicque agricola nego-
67 tiator d ci non debet. † Nec negandum eſſet eum qui fructus prouenietes ex fundis quos colit uēdit negociatorem dici, ut negant Abb. in cōſ 6. in 2. dub. li. 1. & Dec. in c. eccle. S. Mariæ, co. pen. de cōſt. & Aymo. Crau. in conſ. 163. num. 3. & Dec. in conſil. 472. in fi. in 3. li. & ipſe quoque in loco ſuperiori (ſi opinione eius uerit ti conſona eſſet) cū is a fortiori dicendus eſſet negocia
68 tor, quā qui fundum colit. † Illud ēt a tergo relinquere utilitatis non eſt, an dicatur mercator ille, qui non exercet artē mercantiæ de præſenti, licet exercuerit de præterito, & deſcriptus ſit in matricula mercatorum, in quo Iac. Butr. in proœ. florū dicit ꝙ nō, niſi ſit ſolitus gerere, & animum gerendi mercantiā retinet (qđ in dubio præſumitur) niſi contrarium probetur, inſt. de rer. diu §. pauonum, & inſpicitur proxima conſuetudo non remota, ut ff. de ali. & cib. leg. l. mella. §. 1. & firmat Alex. in d. add. ad Bar. in l. ſemper §. negoc. ff. de iur. immu. Quare ſi quis ut mercator vult vti priuilegiis mercatorum, & probat de pterito exercuiſſe mercaturam, & eſſe deſcriptum in matricula obtinebit, niſi per aduerſam partem probetur, & deſeruit mercaturā, & animum gerendi non retinet, & cum hac opi. pertranſit, hoc idem approbat Benu. in lo-
69 co ſæpius allegato, num 65. † Sed & illud conſequens eſt uidere, qui dicatur proprie negociatores? in quo Bar. in rub. C. de naui. lib. 11. ſimpliciter tenet, quod negociator dicitur ille qui contrahit, citat l. legatis & ibi dixit, uidelicet frequenter, non ſemel tātum, idemque repetit in l. 1. §. 1. ff. de tri. Ioa. a Firmo in tract. gabellarum in 3. parte prin. q. 23. nu. 48. dicit, quod negotiator appellatur ex frequētia negociorum quæ gerit, & cōtrahit niſi conſuetudo regionis aliud induceret, ſed aduertendum eſſe puto, ut proprius intelligamus quid ſit negociator ꝙ proprie ille dicitur negociator, q rem emit, & integrā lucrando reuendit, nō mutata forma & hoc nō ſemel (qđ autem dixi, & integrā lucrandi reuendit, non mutata forma.) Dixi ex quo ſi quis emit rem, ut ſibi ſit materia lucrandi, cum ea ēt ſi de uenditione lucretur, non dicitur negociari 88. diſt. cap. eiiciens quæ eſt palea & tenet Gem. in c. 2. q̄q̄ de uit. & ho. cle. & Card. in cl. præſenti. de cēſ. & firmat Ioan. de Fir. in tract. gab. in 7. par. princ. nu. 11. dixi & pp

ees,qui rem emunt, & mutata forma rem
vendunt,vt ſunt,illi,qui emunt ferrum, vt
faciant enſes,& ſic de ſingulis, nam iſti nõ
dicuntur negociatores, ſed artifices, ut eſt
tex.in cap.paratum.88.diſt.& dict cap.ej-
70 tiens.† Subſequenter non extra rem puto
indagare, nũquid collegium mercatorum
poſſit ſtatuta facere?in quo omnes Docto.
quos uiderim in l.recept. C.de conſtit.pec.
concludunt ꝙ ſic, adeo ut ipſo facto cẽſea
tur confirmata per ius cõe, ſicq; non requi
rit,ut ſubſequat̃ cõfirmatio a iure cõi, uel
per l.municipalem, ut in d.leg.recept. & in
Auth de fideiuſſ § fi.& idem dicit Bal.in l.
fi.C.de iur.om.iu.& plene per Sal.in allleg.
lege recep.& Benu. ſtra.in ſuo trac.de mer.
in 8.par.num.8. ubi diffuſius tangit quæ-
ſtionem,& dicit procedere in ijs,in quibus
mercatores habent iuriſdictionem,& pertĩ
nentibus ad mercaturam , at ſecus in alijs
& recte,& Idem,Benu. ſtrac.in trac.prædi-
cto in vlt.parte,num. 13. in eo quod dicit
Bal in d.l.receptitia, quod quando ſtatutũ
mercatorum dirigitur ad conſules,& iudi-
ces mercatorum, nõ debent ſeruari coram
poteſtate, dicit ipſe, quod hoc eſt verũ, qñ
dictum ſtatutum ſe referret ad dictos cõſu
les per taxatiuã tñ,& dictionem ſolum, at
ſecus ſi ſimpliciter ſe referret.quia tunc di-
ctum ſtatutum ſeruandum eſſet etiam co-
ram poteſtate,ſed attẽta hac ſua diſtinctio-
ne dubitatio Bal.ullam habuiſſet heſitatio
nem, ſed de plano procedere, intelligo tñ
dictum Bal.ſiue ſimpliciter,ſiue cum taxa-
tiua tantũ ſtatutum ſe referrat ad conſules
mercatorum, & ſtatutum eſt mere concer-
nens mercaturã, & perſonas mercatorum,
& iudicium eorum,& non alias & ita uide
71 tur innuere Sal.ibi.†Sed exinde maiorem
uideo heſitationẽ inſurgere(an Talia ſtatu
ta in alia cura, quam mercatorum ſeruan-
tur)in qua Bal.in d.l receptitia dicit, quod
gloſſ ibi dicit, quod talia ſtatuta minime
in alio foro ſeruari debent,ea ſiquidem ra-
tione,quia mercatores aliis officialibus le-
gem imponere nequeunt, & prælertim ſu-
perioribus,cui quidem reſpondebat Bald.
quod ex quo per ius cõe talia ſtatuta con-
firmatur ,non ipſi mercatores aliis legem
imponũt ſed ius cõe l.i.§.oĩa, C.de uet.iu.
enu. & ideo dicit ipſe ꝙ Docto. dicunt, ꝙ
aut ſtatutũ mercatorum reſpicit actus eo-
rum fidemq. actorum (v.g.ſi ſtatutũ dicit
ꝙ mercator poſſit cõueniri ex nudo pacto
uel quod ſcriptura mercatoris plenam fa-
ciat fidem)& tunc in quolibet foro ſeruari
debet,ne dum ſeculari,ſed ẽt epiſcopali, ut
no.in l.ex ea. ff.de poſtul.intelligẽdo tamẽ
niſi ſtatutum ſe referat ad proprios iudices
(v.g.ſi ſtatutum dicere conſules mercato-
rum ſeruent pacta nuda, & ius reddant ex
eis)tũc enim ſeruaretur niſi inter eos,& co
ram cõſulibus tantum, ſi autem ſtatutum
reſpiceret modũ ꝓcedendi (puta extat ſta-
tutum, ꝙ procedatur de plano ſine ſtrepi-
tu & figura iudicii)tunc nõ ſeruaretur niſi
in eorum foro,& coram poteſtate ſeruabi
tur ordo iuris ſecundum Doc.in l.cunctos
72 populos,C de ſum. Trin.& fid.Cat.†Et ex
hoc alias inferebã,quod cauſæ quæ agitan
tur coram magiſtro nundinarum in nũdi-
nis Salerni de menſe Septembris , & finitis
feriis redeũt ad ſtratigotũ eiuſdem ciuita-
tis in terminis in quib reperiuntur debent
agitari ſecundũ formã iuris & non eo mo
do,ut fuerunt agitatæ coram dicto magi-
ſtro nundinarum,& cum hac opinione trã
ſit Bal. & hãc appellat cõem fore op. Sal.in
in d.l.receptitia, ſubdit tamẽ, ꝙ ſi actor, &
reus eſſent eiuſdem profeſſionis & ſic am
bo mercatores, & agerent coram poteſtate
ſtatutum mercatorum ſeruaretur etiam in
eo foro inter eos, at ſecus ſi non ambo eſ-
ſent mercatores , ſed alter eorum tantum
quia tunc non ſeruaretur,& ita dicit intelli
gi debere gl.in d.l. receptitia,ego aũt uidi
quotidie ſeruari,quod etiam ſi alter eorum
mercator foret ſeruator ſtatutum mercato
73 rum de conſuetudine † Illud etiam conne
xum huic dubitationi fore non extra rẽ ui
deo, (nunquid forẽſis mercator ratione cõ
tractus initi in territorio ligetur ſtatuto
mercatorum illius loci?)in quo Bal in cõſ.
457.incip. factum ſic proponitur in 4.lib.
dicit,ꝙ ſic p tex.in c.nos conſuetudinẽ. 1.
diſt.& c.illa & l.exigere dote, ff.de iud.& l.
ex ea. ff. de poſtul. & cap. cum uenisſent de
74 eo,qui mit. in poſ cum ſimil. † Solet hæc
non inconuenienter quæri,nunquid ſubſi-
ſtat ſtatutum mercatorum, quod cõtraſcri
pturas eorũ nulla opponi poſſit exceptio
præſcriptionis?in quo idem Bal. in l.citata
& d.l.receptitia,arguit pro & contra,& tan
dem ſubſiſtere inquit,quia poſſunt merca-
tores

tores aliter quam per ius commune fuerit diſpoſitum diſponere, vt per eum rationi-
32 rem, & nõ extra rem. † Idcirco ſciendũ eſt
& Ioã. de Nider. in trac. de contr. merc. tra
dẽdo regulam generalem, quot modis cõ
mittatur fraus in mercimoniis, inq̃t frau-
des committi per mercatores in ſubiecta,
in quantitate, & in qualitate. Cõmittitur
n. fraus in ſubiecta uendendo auricalcũ in
locũ auri, uel aquã pro vinũ, vel vinum mi
ſtũ cum aqua contra quos inuehit Yſa. in
c. argentũ tuum uerſum eſt in ſcoriam, ui
nũ tuum permiſtum eſt aqua quod. n. per
miſſum eſt patitur de defectu quãtum ad
ſpeciẽ, & ſic non ſine cauſa, inquit dom. au
ctor, ꝙ committit̃ fraus per mercatorem
vendendo cerã miſtam cũ farina fabarum
Cõmittitur etiã fraus in quãtitate, quę per
menſurã cognoſcitur. vtenda ſcienter de fi
cienti menſura per modum per virgam, &
pondus, & ſimilia deficiente menſurando
contra quos habetur Deuter. c. 25. non ha
bebis in ſacculo diuerſa pondera, maius,
& minus, nec erit in domo tua modius
maior, neq. minor, abbominabitur enim
Deus eũ, qui hæc facit, & aduerſatur om-
nem iniuſtitiã. Tertio caſu cõmittit̃ fraus
in qualitate, puta ſi qs ſciente, vendat ani-
mali infirmũ, uel vinũ corruptum dat, vbi
alter vult vinum ſaceum, ſeu putum, ſeu ꝙ
dat falſam monetã ſcienter pro bono. Põt
autem cõmitti fraus tribus aliis modis ſe-
cundum eundem) Primo ſi omni in exper
to circa rem, ſeu merces ſuperuendat rem
ſcienter. Secundo ſi uidit emptorem arcta
tum neceſſitate, uel inordinata affectione
g impulſum, & ob hoc 3 ſuperuenda. † Ter-
33 tio qñ vẽditor verbis, & allicita mentia rẽ
quæ vix valet vno donario exhibet, & ven
dit pro quatuor, cõtra quos inuehit Hoſt.
in ſumma de pœn. in tit. 8. dũ dicat, ꝙ ho-

dus

dic mercatores uix ſine fraude, & menda-
cio vendere poſſunt,& lucrari, & ideo (in-
quiunt) tenentur ad reſtitutionẽ, & ſic ani
33 ma eorũ eſt in maximo periculo. † Puniť
ideo in regno ille,qui pęnes eſt tenet aurũ,
& argentum vitioſum uel falſum, & uen-
dit uel non uendit pro prima uice pœna
vnius libræ auri, pro ſecunda uice manus
mutilatione punietur,habetur in tex.cõſt.
ſi quis campſor,& ibi declarat Aſſli. quod
erat de iure communi,uide Barto.in l.lege
34 Corn.ff.de fal. † Et ſi quis commiſerit etiã
fraudem in ſubſtantia, ut quia uendit pi-
cturas deauratas, & argẽteas cum nõ ſint)
punitur pro prima uice pęna unius libræ
auri, & ſi non poterit ſoluere, debet fuſti-
gari, & pro ſecunda uice debet pœna ma-
nus plecti, & pro tertia uice furcis ſuſpen-
di debet,ut habetur in cõſt. magiſtros me
chanicharum artium ſub titu.de ſi.mer.in
uend.mer. debet.n.qui talia facit certiora
re emptorem, utrum picturæ argento uel
35 auro ſuppoſitæ ſint. † Simili quoque pœ-
na plectuntur candelarii facientes cande-
las cum miſtura adipis,& non de bono ſe-
uo,ſeu de bona cera, & cum bono litigno
de bona bombice ſine alia miſtura. Cũ &
ſi hoc fecerũt debẽt notificare emptorib.
alias ſi uendant pro perfectis,& bonis pu-
36 niuntur. † Itẽ committitur fraus in ſubſtã
tia p eum, qui uendit pannos fracidos pro
bonis,nã iſto caſu habet locũ actio redhi-
bitoria,i.ut uendẽs ad ſe recipiat pannos,
& reſtituat pecuniat ut dicit Bald. in l. ob
quæ uic. §. ſed ſi uitium,ff.de ædi.edic.
37 † Itẽ cõmittitur fraus in ſubſtantia p eũ
qui uendit libros corruptos, & inutiles,nã
habebit locum redhibitoria? ut uenditor
ad ſe recipiat libros,& reſtituat pretiũ? ſe-
38 cundum Bal.in d.§ ſi uitium. † Vnuſquiſ-
que enim debet manifeſtari qualitatem
rei,alias eſſet in dolo, vt eſt text.in l.fin.&
39 ubi Bald.C.de litig. † Item cõmittiť fraus
in ſubſtãtia p caupones uendentes uinum
limphatũ pro puro (ut ſupra dixi) puniun
tur.n.per conſt.regni Magiſtros mechani
40 carum,ut dictum eſt in candelariis. † Item
committitur fraus in ſubiecta per eos mer
catores qui in eorum mercatura addunt
aliquid inutile (ut calcem in uino puluerẽ,
& arenam in blado,& gõma,ſeu aliquid ſi-
mile in cera, & cãmarantes ſpẽ tenendo in
loco humido gingibrem,piperem,crocũ,
& ſic de ſingulis) qui tenentur pœna falſi,
vt ff.de al. l.lege Corn.in princ.& ff.de ex-
traor.cri.l.ſaccularii.in princ.& l.ſi ſeruus
ſeruum,§.item ſi quis frum. ff. ad l.Aq.&
tales falſæ merces non debent permittere
iudices,vt vendantur,ſed potius eas cõcre-
mari facere debent,vt §.illud autem in pę-
ſſorum,& §. ſciturũ.arg.l.mathematicos.
C. de epiſc. aud. & l.damnatos,C.de hære.
& l.quicunque. circa ſi.eod.tit. & l.nullus,
C.de iud.& firmat. do. Iac. de Belu.in ſua
prac.cri in tit.de iniu.§.falſariũ inferẽdæ.
41 † Itẽ cõmittitur fraus in ſubſtantia per eos
mercatores,qui portant merces ad uenden
dum, & ſupra ſaccum ponunt bonas mer
ces,& ſubtus malas,nam iſti tales ſunt pu-
niendi pluſquã fures,vt eſt text.in l. ſacce.
ff.de extraord. cri.ſm ultimum intellectũ
42 gl.quod eſt notandum. † Item committi-
tur fraus per eos mercatores, qui emptore
venditionis demonſtrent emptoribus bo-
nas merces,& tempore traditionis tradunt
malas,nam iſti tenentur crimine ſtelliona
tus,vt l.3.ff.de cri.ſtell. & generaliter con-
cludendo ſemper dicitur cõmitti fraus in
ſubſtantia, & punitur ſaltim crimine ſtel-
lionatus, quando alia pęna non eſt deter-
minata,iuxta tex. in leg. 1.ff.de crim.ſtell.
43 † Sed illud pulchrum eſt, an ſi vendatur
vnũ p alio reſcindatur venditio,& puniať
vẽditor? & vĩ poſſe dici, q nõ reſcindatur
vẽditio,licet fieri debeat defalcatio pretii,
arg.tex.in l.domum,ff.de cõtrah.emp.ubi
vendita domo,q̃ pro parte erat cõbuſta in
ſciis contrahentib. nihilominus tenet uen
ditio,licet fiat defalcatio pretii,ut ibi & l.
Iulianus,§.ſi uenditor. uer. per contrariũ,
ff.de actio.emptio.ubi uendita hæreditate
ex qua ſubtractæ erant plures res,tenet ni-
hilominus uenditio, facit l.1.& l.tenetur,
in prin.ff.de actio.emptio. ubi ſi menſura
dicta non inueniatur in fundo uendito ni
hilominus tenent uenditio,licet pro parte
deficiente habeatur rõ,idem dixit Bald.in
l.1.C.de contr.empt.ad idẽ facit l. ſi poſt.
ff.de pari & com.rei uẽd.tibi dicitur,quod
ſi poſt inſpectũ fundum,quem emere uole
bã,arbores ui uentorum euulſa fuerint,ni-
hilominus tenet uenditio de fundo poſtea
facta,abſque eo quod arbores uenditæ in-
telliguntur,cum nõ ſint pars fundi licet ſi

emptor ignoraſſet, & uenditor ſciuiſſet,&
non dixerit debeat haberi ratio intereſſe
arborũ,l.ſed ſi cõia,ff.cod.tit.ſed prædicta
non procedunt, qñ dolus emptoris,ſeu uẽ
ditoris dediſſet cauſam contractui, quia
tunc non tenet uenditio,l.ſi dolo.C.de re-
ſcin. uend. Præterea prædicta non proce-
dunt,qñ contemplatione eius,quod ex di-
minutione abeſt facta fuiſſet uenditio,
quaſi alias non fuiſſet quis rem empturus,
quia ex toto tunc diſpoſitio cũ deficiat, ut
in eo quod remanet cõſenſus,l.arboribus.
ff.de contrah.empt.qui tex.uult hoc proce
dere quãuis uterque diminutionem igno-
raſſet, (ut quia arbores in fundo exiſten-
tes uẽto uulſæ uel ignæ combuſtæ eſſent,
quarum contemplatione quis fundum e-
merat) quod inducitur per Bald.in l.2.C.
de contrahen. empt. ut ſi quis emiſſet ho-
die piſcationem alicuius lacus, cuius piſces
heri fuiſſent deuaſtati me ignorãte, quod
non tenet uenditio,propter defectum con
ſenſus,& hoc modo intelligit gloſſ. in l. ſi
duos,ff.eo.tit. præterea non procedunt præ
dicta, qñ quis aſſeueraſſet partem,uel qua
litatem, quæ deeſt tẽpore emptionis licet
ambo ignoraſſent abeſſe rei præſentiã ha-
bentes (ut quia quis menſem lineam, uel
æneam argẽto coopertam uenderet mihi
ignorãti pro ſolida argentea, credens eam
ex toto argenteam)quia nulla eſt uẽditio,
l.cum ab eo in fin.ff.de contrah. empt.cui
fortiter obſtat tex. in l.qui tamen,ff.eo.ti.
dum dr̃,ꝙ uendita rẽ deaurata, quam am-
bo credebãt ſolidum aurum tenet emptio
quos text dicit Bal.in d.l.cũ ab eo.§.fi.nõ
poſſe contrarietate bene defendi, ſed eſt
aduertendum qđ in d. l.cum ab eo in fi.uẽ
ditor q̃ credebat purum argentũ licet fal-
ſo,& impudẽter uendebat menſam argen-
to coopertam pro ſolido argento, & tunc
nõ mirum ſi nulla eſt emptio,prout etiam
in d.l.quid tamen in fi.cũ æs pro auro uen
ditor in d.l.quid tñ uenditor uendens rem
deauratam non dicebat, quod uenderet il-
lam pro ſolido auro,licet ita crederet quo
caſu, ut dixi nulla fuiſſet emptio ut etiam
uult d.l.quid tñ; in ultimis uerbis,ſed rem
ſimpliciter uẽdebat, eſt bene uerum,quod
qñ quis rem deauratam pro auro uendit,
licet non teneat in illo corpore emptio,ta
men tenetur tantum auri præſtare, quan-
tis fuerit ignorãs,l. Labeo lib. poſteriorũ,
ff.eo.tit. Ideo caueãt,qui non habent rerũ
peritiam in talibus quõ aſſeuerant,& tutẽ
faciant rem ſimpliciter uendere. Ita prædi-
cta procedũt quãdo diminutio talis eſt,de
toto uel de maiori parte,l & ſi conſenſum
in prin.& l.domum,ff.de cõtrah.emp.q̃ l.
domum dicit,quod ſi domus uendita erat
tempore uenditionis exuſta in totum,ita
ꝙ ad aream redacta eſt,nõ tenet uenditio,
ſiue ambo ignoraſsẽt,ſiue emptor ſciuerit
& non uenditor,ſiue uenditor, & non em-
ptor,eo quia cum deficiat ſubiecta rei,quę
uenditor, non tenet uẽditio,quia defectus
corporis ſubiectę magis impedit uenditio-
nem quam rei uitium,l.in uenditionibus.
in prin. & p totam l.& l.alioquin,& l.ſeq.
& ſi conſenſum in pri.iuncta,l. Labeo,lib.
Poſteriorum eo.tit.quia defectus corporis
inducit defectum conſenſus d.l.& ſi cõſen
ſum in prin. ubi autẽ aliquid de domo re-
manſit dimidia pars,ſ.uel pluſquam dimi
dia,& tenet uenditio,ſiue ambo ignoraue
rint diminutionem, & deteriorationem,li
cet fiat defalcatio ualoris partis exuſtæ ſi-
ue uenditor tãtum ſciuerit,quo caſu tene-
tur præſtare non tantum ſimpliciter ualo
rem partis deficientis, ſed quãto emptoris
intereſt,ut ibi.& d.l. Labeo ſiue emptor tã
tum ſciuerit, uel ambo, quo caſu nulla fit
præiudicii falcatio d.l.domum cum uolẽ-
ti,& ſcienti non fiat iniuria,& fraus,etiam
re ipſa,l.1.de act. empt. quod ſi pluſquam
dimidia pars ſit exuſta.& diminuta,ſi am-
bo ignoraſſent non tenet uenditio,& ueri
ſimiliter defectu conſenſus emptoris, &
quia ſubiecta in maiori parte deficit,ut di
ci ibi tex. quod ſi uẽditor tantum ſciuerit
in eius odium tenet uenditio, ut teneatur
quanti intereſt emptoris domum integrã
eſſe,& exuſtam nõ eſſe, ut ibi,& d.l.labeo
quod ſi emptor tantum ſciuerit, tenet uen
ditio,ut dicit ibi text.& idem ſi ambo ſci-
uiſſent,ut,ſ. pro parte q̃ ſupereſt teneat em
ptio.ſecundũ gl.pen.& in reliquo non,ſed
dolus cum dolo in ea parte compẽſetur,li
cet innuat tex.uenditionem ex toto nullã,
quod etiam ibi Fulg.uoluit in ultimis uer
44 bis. † Nunquid uenditores carnium tenẽ
tes maiora pondera debeant puniri? uide
Bal.in conſ.155 in 1.lib.& adde quod iu
dex ſciens,& patiens ponderibus, & men-

ſuris illicitis, & non puniens tenetur, & pu
nitur, quia de ſuo emendabit. & etiã utens
illius punit̃ pęna falſi, & reddit qd extorſit
45 l. fi. C. de ſuſce. & arca. lib 10. † Et eſt tamẽ
aduertendum, quod ille, qui grauatur in
menſura, uel extimatione perperam facta,
poteſt, & debet infra annum de hoc con-
queri, ut C. decem cenſito, l. qui grauator.
lib. 11. poſt annum uero conqueri non po
teſt exceptis minoribus, & abſentib. ſecun
dum Bald. in conſ. 387. incip. ille qui gra-
46 uatur 3. lib. † Et ad quid agere poteſt de-
ceptus ex falſis ponderibus, uel menſuris?
Dicas quod ſi uult agere crimine extraor
dinario, cuius pœna eſt extraordinaria, ut
in l. annonam. de extraord cri. poteſt. Sed
de iure regni aliter cauetur quo ad pœnã
nam Imperator Feder. ſtatuit in cõſt. incl.
ad legitima pondera, quod quicunque fal-
ſitatem ſeu fraudem commiſerit in men-
ſuris, & ponderibus, & pannos tirauerit, de
bet per ſententiam puniri pœna unius li-
bræ auri quam ſi nõ poterit ſoluere debet
fuſtigari per totam ciuitatem, & appendi
in collo illud pondus falſificatum, uel mẽ-
ſura, & ſi ſecunda uice ſimilem fraudem
uel falſitatem commiſerit amputabitur ti
marius, & ſi tertio reiterauerit ſuſpẽdatur,
& mortis periculum ſubeat ſi uero uolerit
agere ciuiliter, & tunc agitur ad intereſſe,
ff. de act. empt. l. rem. aut uult contra ſecũ
contrahentem agere, & tunc aut eſt uendi
tor, qui deceptus eſt, & tunc aut uendebat
res in genere aut in quãtitate in ſpecie (pu-
ta uendebat fundum tamen uolebat ſcire
quot iugerem contineret, quot ardenta in
falſo mẽſuraſti quia dixiſti quod non erãt
ibi niſi 10. cum eſſet 20. iugera) & tunc po
teſt peti intereſſe in quo deceptus, ut l. ni-
hil § per contrarium, ff de act. emp. aut in
genere uel quantitate uendebat (ut puta de-
cem modios bladi, uel decem amphoras
uini) & tunc aut uendebat in genere gene-
raliſſimo (ut uendo tibi decem lagenas ui
ni) nec agebam quod tu haberes totum ui
num pro decem lagenis mẽſuraſti & ſunt
15. tunc repetam, quod plus habuiſti ſic in-
telligitur d. §. de eo. aut tibi uendebam in
genere ſpeciale, ita tñ quod totam rem illã
uolui) quod haberet ut uendidi tibi dolũ
& quamlibet lagenam pro 10. tamen ibi
erat aut 30. & dicis quod non ſunt niſi 20. &
menſuraſti pro 10. † & tunc non repetam
quod eſt ultra 20. de 10. lagenis precium
petam, ut l. 1. § ſi duobus, & §. 2. ff. ſi agri.
men. fal. mo. di. aut emptor deceptus eſt,
& eſt dicendum idem, & proſequere ad lõ-
gum ut per do. Ioan. Rogn. in ſuo paruu-
47 lo opuſculo de menſuris, in 8. q. † Item
committitur fraus in quantitate rei p mer
catores, qui menſurant pannos quos uen-
dunt, & tirant ipſos pannos, quia non de-
bet tirare, ſed debent uendere eos in tabu-
la plana cum canna abſque tiractione, ut
dicit text. in conſtit. mercatores, & ibi no.
Affl. 3. no. & quid de pannis lini, uide Bal.
in l. lega. C de lega. uide Benuen. ſtrach. in
48 trac. de merc. 2. parte, num. 8. † Item ut re
deamus ad propoſitum noſtrum cõmitti-
tur fraus in qualitate uendẽdo merces, &
occultando defectus, & uitia, uerum oſtẽ-
dendo apparentias, quæ non ſunt in eis, ut
inquit Affl. in conſt. magiſtros, nã uendi-
tor tenetur ſpecialiter certiorare emptorẽ
de qualitatibus rei uenditæ, propter quas
emptor eſſet minor empturus, l. quæro, in
uerbo ſpec. ff. de actio. empt. & ubicunque
uenditor ſcienter nõ certioraſſet emptorẽ
de qualitate rei, propter quam eſſet uendi-
ta minori, & tunc emptori ignoranti tene
tur ad omne intereſſe, l. 1. §. 1. & l. Iulianus
poſt prin. & l. quæro, ff. de act. emptio. & ſi
uenditor ignorauit tenetur quanti mino-
ris emptor fuiſſet empturus ſi ſciuiſſet, l.
quot. de ſer. l. Lab. ff. de contr. empt. & ple-
49 Alc. in cõſ. 93. in 5. lib. † Item magna eſt
fraus eorum, qui uadunt per plateã, & im-
ponunt precio rebus plus debito, ut alii ſic
emerent in alterius detrimento, nam pu-
niuntur crimine ſtellionatus, ut dicit Bar.
per illum text. in l. 3. §. item ſi quis impo-
ſturam, ff. de cri. ſtell.
50 † Et qua pœna puniantur aromatarii fa-
cientes eam fraudem, de qua per do. aucto
rem? & in hoc proditæ ſunt duæ conſtit. in
regno, altera incipit, in terra qualibet, & al-
tera. Quia nunquam, quibus cauetur pœna
publicationis omniũ bonorum mobiliũ,
& ſi pro medicus cõſeſſerit punitur ut ibi.
& uide Ang. in l. ex facto, ff. de neg. geſt.
51 † Item committitur fraus per eum, qui ut
emat merces alius quas quis tenet uena-
les, & ut non reperiatur alius emptor præ-
ter ipſum diffamãdi uadit, quod dominus
illarum

illarum mercíú eſt ipſius debitor, & quod dictę merces ſunt eidē obligatę, uel quod ſunt litigioſæ, uel aliter, propter quod emptores abſtrahuntur a propoſito emēdi dictas merces, nam tenetactione iniuriarū, & ad intereſſe, arg. text. in l. item apud Labeo. §. ſi quis non debitorem, ff. de iniur. cum §. præced. & not. per Iaſ. in l. dedi. §. quanis qui. ff. de cond. cau. da. cau. non ſecuat cū ſimilib. de quo uide glo. in l. ſi duo. §. alii in 10. in ult. glo. ff. uti poſ. & Bald. in conſ 249. inci. quidam mercator in 3. lib.

52 † Item committitur fraus per eū, qui ſurripuit ſignum de ſacro frumenti, ut non poſſit ſciri pondus ipſius, & ut non poſſit percipi quātum plus debito acceperit quis de molitura, & tenetur pęna falſi ſecundum Marſ. in l. qui rationib. ff. ad l. Cor. de fic.

53 † Itē committitur fraus per illos mercatores, qui uendunt pannos, & ut pluris precij vendant aſſerunt doloſe pannos eſſe Venetianos, ſeu Norcinos, & non ſunt, nam iſto caſu tenetur uēditor emptori præſtare quāti pluris pannos emiſſet, ſi ita eſſent, & nihilominus punit tanq̄ uendens unum pro alio, prout de primo eſt tex. in d. l. Iul. li. 15. §. uenditor, & de 2. eſt tex. in l. ſi quis in pignore. ff. de pig. act. & hæc ſufficiant ad materiam fraudi. Pet. Fol V. I. D.

54 † Vigeſimoprimo, poteſt iudex eccleſiaſticus excommunicare teſtes laicos nolentes deponere in curia ſeculari, quia tacere ueritatem eſt peccatum, & poteſt facere proclama, ſub pęna excommunicationis, vt quicunque ſcit ueritatem, ſuper tali negocio, compareat in iudicio ad deponendum, ita tenet Abb. in c. ad noſtram, el 2. colu. i. de iureiurando.

ADDITIO. Adde, quod tex. illius c. ad noſtram, extra de iureiu. el 2. eſt ſatis notabilis ad practicam hodiernam, quam in aliquibus partibus (& præciſe Salerni) uidi ſeruari, quod per uiam excōicationis etiā in criminalibus poſſunt moneri oēs ſcientes ueritatem de aliquo delicto, ut eam deponere habent nam tenentur teſtes eam reuelare corā iudice eccleſiaſtico, licet alias ſatis impugnaſſem. Pet. Foller.

55 † Vigeſimoſecundo poteſt iudex eccleſiaſticus, quando coram ſe eſt deductum aliquod incidens ſpiritnale, inhibere iudice ſeculari, q̄ in cauſa principali non procedat, durante dicto incidenti. Verum in ſu inhibitione debet adhibere cauſæ cognitionem., & citare partem aduerſam, ita tenet Ale. in l. 4. §. condem. col. 4. ff de reg. iur. & Abb. in c. tuam, mult. no. de ordine cognationum, & ibidem Abb. in 4. col. uerſ. quęro nunquid, &c.

56 † Vigeſimotertio, iudex eccleſiaſticus poteſt compellere laicum litigantem in foro ſuo, ad obſeruantiam iuris canonici. Ita tenet Card. per illum te. in cl. 1. in 8. no. de pē. & remiſ. per hoc eſt tex. in c. licet de iureiu. lib. 6. & in cap. decernimus, de ſent. excom. lib. 6. & in c. cum quidam de excep.

57 † Vigeſimoquarto, cognoſcit iudex eccleſiaſticus hodie in regno de cauſa ſuſpicionis iudicis ſecularis, nam quando iudex allegatur ſuſpectus, non auditur allegans, niſi proponat, & probet iuſtas cauſas ſuſpicionis corā dioceſano illius loci, ubi cauſa uētilatur, & ſic iudex eccleſiaſticus cognoſcet an ſit ſuſpectus uel non, ita de hoc eſt regia pragmatica, quæ incipit, Item, ſi contingat, & eſt poſita in 1. char. ritus magnæ curiæ uicariæ, & ita hodie ſeruatur.

ADDITIO. Adde dictis hic per do. auctorem, quod regia prag. allegata, per eum nō dicit ſimpliciter cauſa ſuſpitionis iudicis ordinarij proponendam fore corā dioceſano, ſed dicit proponi debere coram logotheca regni, uel prothonotario, licet in fine ſubdat, quod in aliquibus partibus regni proponitur coram dioceſano loci, quare puto, quod coram iuſtitiariis regionum debent ſimpliciter cauſæ ſuſpicionum proponi, & ita tempore meo uidi emanatam eſſe regiam prouiſionem iuſtitia, & præſidi huius prouinciæ principatus citatā quę hodie ibi eſt regiſtrata, & legi, & uidi. Petrus Follerius.

58 † Vigeſimoquinto, poteſt iudex eccleſiaſticus ſequeſtrare corpus mortuum alicuius uſurarii, & facere, quod non ſepeliatur, donec eius hæres caueat de uſuris reſtituēdis ita tenet Ang. in aut. ut defun. ſeu fun. &c. in princ.

59 SVCCESSIVE. † ſequitur uidere

h de iudice h ſeculari. circa quæ poteſt ſe impedire contra clericos, quia contra laicos non eſt dubium, unde decidamus hic aliquos caſus dubitabiles pro utilitate huius diſtinctionis. Primo igitur, iudex laicus impedit

pedit ſe contra clericos per uiam recōuen-
tionis, quia ſi clericus agit contra laicum
in foro ſeculari, poteſt ibidem reconueni-
ri, ſecundum magis communem opi. quā
tenui ſup. a in 6.d.5.q.3.part.

ADDITIO. Gl. in c. clericum nullum
videtur, tenere contrariū, ſed pro opinio-
ne domini auct. bene facit gl. in c. at ſi cle-
rici de iud. & ſequentur Inn. in c. 1. de for.
comp. & Hoſt. in ſumma eod. tit. §. quibus
verſi. licet. 9. col. & Io. And. in alleg. c. at ſi
clerici, dicens ita de conſuetudine ſeruari,
& eſt cōis opinio, quam limita niſi cleri-
cus in fraudem conueniſſet laicum coram
ſeculari, ut ibi recōueniatur, nam tali frau
de detecta non reconueniretur ibi, ſecun-
dum Ang. in l. 2. §. ſed ſi agat. ff. de iudi. de
quo per Afflic. dec. 173. Secundo limita niſi
Laicus in fraudem procuraſſet conueniri a
clerico, ad hoc ut ipſum potuiſſet ibi re-
conuenire, pro quo videtur bonus, text. in
c. relatum, iuncta gl. in uer. ſeculari, de iure
pat. & tenet Ant. de But. in cap. eccleſia S.
Mariæ, de conſti. Tertio limita niſi cleri-
cus conueniret laicum ſuper actione famo
ſa, uel pro iniuria ſibi facta, ſecundū Bald.
& Sal in auth. conſequenter, de iud. Quar
to, limita niſi reconuentio tāgeret cauſam
ſpiritualem uel illi annexam, tunc enim
nullo modo fieri poſſet coram laico, ſecun
dum Innoc. & communiter Doct. in cap.
3. de mu. pet. & Bal. Sal. in d. auth. & conſe-
quenter. Quinto limita niſi reconuentio
eſſet de crimine, quia ſiue ueniret imponē
da pœna pecuniaria, ſiue infamiæ, ſiue aga
tur de crimine criminaliter, ſiue ciuiliter
non poteſt clericos reconueniri coram lai
co, ſecundum Sicul. in c. at ſi cler. extra de
iud. & ibi Io. And. & in ca. 3. de mut. pet. &
Bal. in ca. 1. de contr. feudi apud par. termi.
Sexto limita niſi ageretur de diſtringendo
perſonam clerici uirtute reconuentionis,
quia illa ſemper eſt interdicenda iudici ſe-
culari, licet ei permittatur cognitio cauſæ
reconuentionis, ſecundum Arch. in c. uni-
co, de cler. coniug lib. 6. & adde quod ſi cle
ricus reconuentus appellabit ſi grauetur
ad ſuperiorem iudicis ſecularis, ſecundum
Arch. in c. non ita. 2. q. 5. & Imo. in c. ſigni
ficationibus de offi. del.

60 † Secundo, iudex laicus condemnat cleri-
cum in expenſis, quādo litigauit coram eo
contra laicum, & ſuccubuit, ſecundū Imo.
in c. at ſi clerici, & ibi etiam Fel colu. 1. ita
61 ſi. de iud. in 6. † Tertio, poteſt iudex laicus
citare clericum coram ſe, ſi ſua putauerit
intereſſe, & ſic in actu uoluntario, & ualet
citatio ſecundum Bal. Pau. de Caſt. & Ale.
in l. teſtamenta omnia C. de teſt & Ang. in
l. 2. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi pluſquā per l. fal.
62 † Quarto, quando eſſet factum ſequeſtrū,
ſeu depoſitum penes clericum per iudicē
ſecularem, poteſt idē iudex præcipere cleri
co, q̄ reſtituat, ſecundū Bal in l. ſi fideiuſſ.
§. fi. ff. qui ſatiſd cog. & Bal. in l. acceptam,
col. 2. C de uſu. ſequitur Iaſ. in d. §. fin. per
tex. in l. fi. §. pen. C. de bo. aut. iu. pol.
63 † Quinto, intromittit ſe iudex laicus con
tra clericum ſpoliantem laicum ſua poſſeſ
ſione in reſtituendo laicum ſpoliatum in
poſſeſſione, per uiam cuiuſdā defenſionis
extraiudicialis, citādo generaliter omnes,
qui ſua putauerint intereſſe, & iſta eſt no-
ua prouiſio inducta per capitula regni, ui-
delicet, per c. omnis prælatio & c. ad rega-
le faſtigiū & c. finis præceptis charitas, &c.
de qua materia habetur in deci. 2. 14. con
ſi. Neap. Et dixi ſupra in 7. di. iudiciorum,
64 circa ſi. † Sexto iudex laicus dat curatorē
ad litem clerico minori litiganti coram
ſe, ut eſt deci. Rotæ 207. in antiquis. Nam
ſemper talis curator datur per illum iudi-
cem coram quo lis uertitur, ſecundū Bald.
in l. fi. C. de admi. tut. pro hoc tex. in c. fin.
de iud.

ADDITIO. Adde Old. in conſi. 59. &
65 Gem. in c. ſi annum de iud. li. 6. † Imo, q̄
plus eſt ſecundum poteſt per iudicem lai-
cum dari ſacerdos in tutorem, ſecundum
Ang. Are inſt. de Attili. tut. §. ſed hoc iure,
alleg. in authen. presbyteri. C. de epi. & cle.
nam ut ait iudex ſecularis eſt iudex compe
tens cuiuſcunque etiam clerici petentis tu
telam, vt 11. q. 1. c. experientiæ, & c. ſi cleri
cus. & cap. cum ſit de for. comp. adijcit &
quod præſes, ſeu alius ſecularis iudex po-
teſt presbyterum dare in tutorē, quod vi-
detur probari in l. neque, C. qui da. tut. uel
cu. pol. & gloſſ. in authe. presbyteros. C. de
epiſ & cler. generaliter. C. de epiſ. & cle. no
luit q̄ exorciſtis & alii clerici inferiores cō
pelluntur per iudicem ſecularem ſuſcipere
tutelam legitimam, qui dati ſunt in lege,
ſed presbyteri & alii in ſacris uolētes poſ-
ſunt

ſunt eſſe tutores legitimi,non autem teſtamentarii,uel datur pro quo text.& gl.in c. peruenit.86.diſt.non tamen coguntur, ut in auth.presbyteros.C. de epiſc. & cle.ſed ad tutelam miſerabilium perſonarum omnes,presbyteri & monachi tenentur,ut 86. diſt.c.1.& c.epiſcopus gubernationem , & Spec.in titu.de tut.§.generaliter uer. Item opponitur contra tutorem,& in uerſ.illud autem dixit tamen ibi,quod forte non cogentur.Petrus Follerius.

66 † Septimo,iudex laicus poteſt compellere creditorẽ laicum ad remittẽdũ iuramẽtum turpiter receptũ a debitore, ita tenet Fel.in c 1.col.7.in fin.de iureiur. iſtud tamẽ putarem uerum antequam debitor incidat in periurum pro non ſolutione,putà ante diem ſolutionis,quia poſtquam uenit dies ſolutionis & debitor in periurium incidit,non poteſt illud periurium per partẽ remitti,unde illa coactio iudicis,nihil operaretur,ita tenet Bal.in authen.ꝙ eis.C.de nup.& habetur in deciſio.35.conſi.Neap.

67 † Octauo iudex laicus cognoſcit de cauſa ſpirituali incidẽte inter Iudæos, uel infideles,quia ex quo ipſi ſunt extra eccleſiam,ideo eccleſia non impedit ſe de eis, ita tenente Alc.in l. Titia,colu.5.uerſ.uel ſecundo.&c.ff.ſol.matr.& Petr.de Ancha.in ca.

68 ea quæ,in 5.q.de reg.iur.li.6.† Nono,poteſt iudex ſecularis cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento conceſſę per iudicẽ eccleſiaſticum,ſecundum Fel.in 1. colum.5.in fin.uerſ.poſſet etiam ſecularis &c.de iureiur.allegat Petr. de Anchara. in conſi.382.incip.retento ordine,&c.col.4.

69 † Decimo,poteſt iudex laicus,uel eius familia,capere clericum delinquentem deprehenſum in crimine uel rixa,non tamen ut ipſum detineat , ſed debet eum præſentare iudici eccleſiaſtico,ita tenet Bal.in l.ſi quis per calumnia,colum.2.in fin.uerſ.ſed quæro.C de epiſc.& cler.De qua materia habetur plene per Abb.Fel.et cõmuniter Doc. in c.cum non ab homine.de iud.et Bart.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur. et Io.de An. in cap.ſuper eo.col.2.de cri.falſi. Qđ procedit,quando clericus incedebat in habitu et tonſura,alias ſecus,quia non tenetur iudex laicus ipſum dimittere ad iudicem eccleſiaſticum,niſi prius conſtet ſibi de clericatu,ſecundum Bal.in d.l.ſi qua per calũ. uerſ.ſed ponamus,&c. Verum de iſto incidenti ſ.ſuper probatione clericatus nõ poteſt cognoſcere ſecularis ſed epiſcopus cognoſcet,ut ex. in cap.ſi iudex laicus,de ſent.

70 excom.li 6.† Sic dicimus in ſimili,ꝙ percutiens clericum non incedentem in habitu & tõnſura eſt excommunicatus ſecũdũ Bart.in l.item apud Labeonem. §.ſi quis uirgines,& de iniuri.& Bald. in d.l.ſi qua per calumniam,col.2 uerſic.deinde uenio, &c.& habetur in c.4.de ſent.excom. Adde prędictis Bal.in l ſi quis curialis. C de epiſco.& cler.& Soci.in conſi.122.col penul. in princ.in 1. uolum.& Ale. in conſil 8.in 1.uol.

ADDITIO. Adde hoc in regno non pcedere,quia clericatus probatio fieri debet coram iudice ſeculari,coram quo petitur remiſſio, ut dictæ ritus magnæ curiæ vicariæ inci.Ite ſeruat ipſa curia,quod nullus clericus. Pet. Foll.

71 † Vndecimo, iudex laicus põt punire,clericũ prius delegatum per epiſcopum,nam quando clericus delinquit taliter,ꝙ meretur mortem debet proceſſari per epiſcopũ & poſtea degradatur.& deinde traditur curiæ ſeculari puniendus,ut no. Bar.in. l.1.ff. de pænis,& eſt tex.& ibi Abb. in cap.nouimus,de uerb.ſig.& Abb. in c.cum non ab homine,col.8.& ſeq.& in c.at ſi clerici, de iud in §.de adulteriis,& uide plene p Spe. in tit.de acc.§.2. loco ubi tractat hanc materiam,uidelicet, quando clericus deponitur,& quando ſuſpenditur, & quando degradatur,et qualiter fiat degradatio. De quo ẽt eſt tex.in c.degradatio,et ibi p Ge. de pænis.lib.6.Et circa materiam degradationis hęc datur regula, ꝙ quando agitur de degradando epiſcopum , requiruntur duodecim epiſcopi una cum metropolitano.Si uero eſt degradandus ſacerdos conſtitutus in ſacris requiruntur ſex i epiſcopi

i in degradatione uero diaconi , uel ſubdiaconi requiruntur tres epiſcopi,in clerico uero in minoribus conſtituto ſufficit ſolus epiſcopus proprius,ita hæc omnia declarat Abba.in ca.non poteſt.et ibi etiam glo de re iud.et gl.in cap.1. in uer.canonibus.de hęr.lib.6.et glo.in d.c.de degradatio.& habetur in ſumma 15.q 7.et in c.felix,et c.ſi autem,eadem cauſa,et q.fallit in crimine hæreſis,in quo non requiretur ut

merus tot epiſcoporum, ſed ſolus eps pro-
prius poteſt degradare cōuocatus prælatis,
abbatibus, religioſis, & aliis literatis de ſua
diœceſi. tex. eſt in c. 1. de hær. li. 6. & Ioan.
72 de Ana. in c. pen. in 1. no. de hær. † Item di
ctus numerus epiſcoporū requiritur in uer
bali degradatione, ſed in reali, & actuali
non requiritur ſecundum Fel. in d. ca. non
poteſt. co. 4. in prin. & col. pen. & ibi etiam
Abb. Item, quando aliquis eſt degradatus
verbaliter, adhuc retinet priuilegium cleri
cale, quia nondum efficitur de foro ſecula
ri, ſecus ſi poſtquam eſt actualiter degra-
datus, ſecundum Io. de Ana. in c. ad abolen
dam. col. 6. in fi. de hær. Poſtquā igitur eſt
actualiter degradatus traditur curiæ ſecu-
lari puniendus. Verum debet iudex eccle-
ſiaſticus rogare iudicē ſecularem, vt proce
dat contra eum, citra pœnam ſanguinis, ut
73 eſt tex. in d. c. nouimus, de uerb. ſign. † An
autem clericus degradatus ſi de ſacro cele-
brat, conficiat corpus Chriſti, uide gloſ. &
Abb. in c. 2 de cle. excō. ubi tenet, quod ſic
idē tenet Ioā. de Ana. in d. c. ad abolēdam,
col. 6. in fi. & ſeq. de hær. Pro quibus autem
criminib. pōt clericus deponi, uel degrada
ri, uide Fel. in c. at ſi clerici in princip. col.
74 penul. & fi. de iud. † Vnū tū ſcias hic, quod
licet iudex laicus poſſit de mādato epi ca-
pere clericū, non tamen pōt ipſum torque
re, vel uerberare, ēt de mādatore epiſcopi,
alias incideret in excōicationem. ita tenet
Ioan. de Ana. in cap. ſuper, eod. column. 2. in
fi. de cri. falſi. & Petr. de Anc. & Abb. in ca.
vniuerſitatis, col. 1. de ſen. excom. & Arch.
& Gem. in ſum. 45. diſt. De materia autem
degradationis ſupra dicta uide plenè Fir-
mianum in ſuo tra. de epiſcopo in ultima
75 parte. † Duodecimo, iudex ſecularis exer-
cet iuriſdictionem clericum ratione feu-
di, quod tenet clericus ab eo c. cęterum, de
iud. & capit. extra ſmiſſa, & c. uerum, de fo.
compet. & in ca. . § item ſi clericus. & ibi
And. de Iſer. in 2. col. de cap. Corra. & Soc.
in conſ. 12. col. 8. in princip. in 1. volu. item
quando eſt auctor laudatus per l. uenditor
& ibi per Doc. de iud. & Abb. in cap. fin. de
empt. & vend.

ADDITIO. Intellige ſane hæc conclu
ſio ſcdm Inn. in c. uerum. extra de for. cōp.
& procedat qñ agere de cauſa feudari ciui
li, ſecus ſi ageretur contra clericū uaſſallū
ad amiſſionem feudi criminaliter aut ciui
liter pp crimē, q2 tunc ſcdm in eūdē Inn.
Sicu. & Io. And. in d. c. verū remittenda eſt
cognitio ad prælatū ſuū, ēt ſi feudum ſit pa
ternum, dicit tñ Inn. ꝙ ſi per prælatū ſuū
de proditione vel alio crimine pp quod
debeat feudum amittere fuerit condemna
tus, tunc dñs auferret feudū pro uelle ſuo,
& ſi fuerit abſolutus, tunc ulterius non po
terit dñs ei propter crimen auferre & ultra
dicit, ꝙ cum quilibet dñs feudi ſi iudex or
dinarius ſuas ſnīas exequetur ēt laicus cō-
tra clericos uaſſallos nec incidit in excōi-
cationem, ſi eos reſiſtentes compellat, arg.
c. olim. de teſt. ſpo. ſed cōiter doc. ī hoc cō-
tradicūt uolētes, quod dñs feudi prætextu
hmōi cognitionis in clericū uaſſallū non
habet diſtrictionem perſonalem, & expreſ
ſe tenet Io. And. & Sicu. in alle. c. uerum, &
in c. unico, de cle. coniug. li. 6. Pet. Foll.
76 † Decimotertio, iudex ſecularis pt punire
clericū de aſſaſſino, q2 ppter criminis e-
normitatē ipſo iure cenſet degradatus in
caſu iſto. ita tenet Lapus ī c. pro humani. de
hom. lib. 6. & Pariſ. in tract. ſynd. in uer. in
quiſitio, co. 7. in fi. Rob. Mar. Ven. V. I. D.

ADDITIO. Vide ad hæc Ant. Cap. in
77 decif. 112. nu. 1. & decif. 155. nu. 26. † Item
ultra do. auc. hic aliquos caſus applicādos
cenſeo utiliores cęteris, quare illud ſcire
non redeat, quod clericus cum agitur pro
poſſeſſorio retinēdæ, poteſt coram iudice
ſeculari trahi & conueniri etiam ab altero
clerico, de quo late per Ioann. Fab. inſt. de
inter. § retinendæ & per Barto. in l. 1. ff. de
inter. & pro hoc uidetur facere c. cauſam,
qui fi. ſint le. ibi (non attendentes quod ad
regem, & nō ad eccleſiam pertinet de talib.
poſſeſſionibus iudicare) propter ꝙ Ant. in
c. cum dilectus. de ord. co. dicit, quod ſi a-
gatur ſuper poſſeſſorio beneficii, cauſa pro-
pterea non dicitur eſſe ſpiritualis, & idem
tenet Nic. Miſ. in uerbo beneficium, &
expreſſe tenet Vinc. in c. ſi de iud. & de iu-
re ſpirituali poteſt agi poſſeſſorio coram
iudice ſeculari quod etiam uidetur ſentire
gl. in c. cū dilectus de elec. in uer. iuramen-
to, dicens, quod quādo agitur poſſeſſorio
de iure ſpirituali non agitur ſpiritualiter,
& ideo non eſt tractanda tanq̄ ſpiritualis.
Idem uolunt glo. in cap. literas de iur. cal.
& ſentit Inn. & allegat c. cum dilect. Arch.

& Io. And. in c. frequens de rect. ſpol. lib. 6. dicens, ꝙ cauſa non eſt mere ſpiritualis cũ agit' de poſſeſſorio de re ſpirituali, de quo plene per Guid. Pap. in deciſ. 207. & 87. & Boer. deciſ. 69. pri. lib. & Gram. deciſ. 88.

78 † Item poteſt clericus corã ſeculari iudice citari, & conueniri, ut auctor laudatus pro euictione, & defenſione rei uenditæ, nam ex perſona defenſoris ueniẽter ad cauſam non debet mutari forus, l. 1. C. ubi in rem actio. & vẽ caſus in l. uenditor. de iud. & ita uidetur tenere Bal. in d. l. 1 & Ang. in l. nõ ſolum, §. quod uulgo, ff. de uſuc. & tenet Per. de Anchar. in regula iuris ea quæ 17. q. Bal. in auth. clericus, C. de epiſc. & cler. & Idẽ habet' p do. Ant. Cap. in dec. 197 nu. 7. ſed uide do. Th. Gram. in deciſ 21. ubi refert contrarium ſeruari in ſacro Regio cõſilio Neap. & contrarium in pluribus cau-

79 ſis fuiſſe deciſum. † Item ſi contigerit clericum ſuccedere laico iam conuento coram iudice ſeculari ſuper aliqua cauſa, nã talis inſtãtia inchoata cum laico defuncto tranſit in clericum ei ſuccedẽtem, ſecundũ Imo. in l. ſi cum hominem, ff. de fideiuſ. & Paulo. Caſtr. in l. hæres abſens, ff. de iud. & Lud. & Paul. Caſt. in l. ſi conſtantes, §. ſi. ſolu. matr. licet contrarium tenuerint. Bal. in l. 1. C. ſi pen. app. mors, inter. & Angel. in l. eam ex contractibus, ff. de iud. & Bald. in cap. in præſentia. extra de pro.

80 † Item ſi clericus negociatur tenetur ad gabellas in concernentib. negociationem ſecundum Feder. de Sen. in conſil. 3. incip. quæſtio talis eſt, ult. col. per tex. gl. in c. præſenti. de cenſ. pro quo facit, c. 2. de cler. uel mon. & ſequitur Matth. Pau. Stef. Zab. & Imol. in clem. præſenti. & bene facit c. recolẽtes. de ſtat. mon. pro quo facit ad id quod dicit Petr. de Ancha. in conſ. 104. inci. contra fratres, & de iis hactenus Petr. Foller. V. I. D.

ADDITIONES.

a Famuli. Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 305. famuli, ampliat etiam in famulis ſcholariũ. Amplia etiam habere locum in colonis, & ruſticis Eccleſiæ. Alfer. conſ. 44. ego dico, num. 2. lib. 1.

b Denunciationis. Pariformiter agi poteſt per uiam denunciationis Euãgelicæ, agere ad dotem contra promiſſorem ſi 40. anni ſint decurſi, ita docet D. And. Alfer. conſ. 64. num. 3. & ſeq. inf. in 6 par. prin. in uerſ. denundiatione.

c Iudex. Carell. Cotta in memor. in uer. Iudex cauſæ. Couarru. lib. 1. uaria. reſol. ca. 4. nume. 8.

d Seculari. Poteſt etiam ſecularis iudicare, & remittere illo iuramentum, quando iuratum erit ſecordine nõ inter futurum, Couar. in relect. cap. quamuis, in 6. par. § 3. num. 12. col. 4. & ſeq. de pact. in 6. contra p̃taſ. in l. fin. in fin ff. qui ſatiſd. cogan. Cagno. in l. ſi quis maior. num. 56. C. de tranſac. Ferrat cuat. o. num. 4.

e Clericus in hoc articulo uideas Dida. Couar. in lib. 1. prac. qq. c. 34. per totum infra in 6. par. 1. par. 1. actu num. 304.

f Fraus. Fraus ſignificat etiam damnum, Tiraquel. in præfat. tract. de utroque retract. in 1. num. 66.

g Superuendat. Et peccat Couar. lib. 3. uaria reſolut. cap. 14. num. 5.

h Seculari. Videas Couarru. pract. qq. cap. 12. 2. & ſeq.

i Epiſcopi. Hodie per ſacrum Concil. Tridentin. eſt ordinatum, quod toti Domini Abbates uſu mitræ habentes, adhibeãtur, in ſeſſi. 15. cap. 4. de reform. generali.

Ludouicus Alferius.

Iudiciorum XII. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud ordinarium, & aliud prorogatum.*

2 *Prorogatio in iure multipliciter accipitur.*

3 *Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum.*

4 *Prorogatio iuriſdictionis de loco ad locum, an requirat expreſſum cõſenſum partiũ.*

5 *Prorogatio iuriſdictionis fit etiam de caſu ad caſum.*

6 *Prorogatio de tempore ad tempus, qualiter fiat.*

7 *Prorogatio de re ad rem, qualiter fieri debet.*

8 *Iuriſdictio propagata non extenditur, niſi in ipſas partes prorogantes.*

9 *Iuriſdictio prorogata in aliquem iudicem, an mortuo illo iudice poſſit per ſucceſſorem exerceri.*

10 *Iuriſdictio iudicis habentis illam de iure ſpeciali prorogari non poteſt.*

Proro-

11 *Prorogatio iuriſd. tacite & expreſſe poteſt fieri.*

12 *Prorogatio iuriſdictionis inducitur per exceptione dilatoriam oppoſitam, nō autem per petitionem copia libelli, neque per confeſſionem nu. 13.*

14 *Prorogatio tacita, non poteſt fieri in cauſa criminali, nec etiam expreſſa.*

15 *Prorogatio de loco ad locum tacite fieri non poteſt ſed expreſſe ſic.*

16 *Iuriſdictio per cōtumaciā non prorogatur.*

17 *Prorogatio per reconuentionem duplici modo inducitur.*

18 *Iuriſdictio limitata ad certam ſpeciem cauſarum non poteſt prorogari.*

19 *Iudex prorogatus non poteſt ſentētiam ſuā exequi.*

20 *Iuriſdictio delegati prorogari non poteſt.*

21 *Prorogatio an, & quando impeditur per errorem.*

22 *Prorogatio non poteſt fieri in cauſa appellationis, & quę ſit ratio.*

23 *Prorogari non poteſt iuriſdictio a Deo conceſſa prout eſt poteſtate excommunicandi uel abſoluendi.*

24 *Clericus iuriſdictionē alterius epiſcopi ſine conſenſu ſui epiſcopi prorogare non poteſt.*

25 *Prorogari an poſſit iuriſdictio alterius iudicis per laicos ſubditos baronibus ſine conſenſu ipſorum baronum.*

26 *Barones regni habent iuriſdictionem a Rege preſeruatarum priuilegio primarum, & ſecundum cauſarum, & ideo reuocaui prorogationes factas per eorum uaſſallos in alios iudicit.*

1 DVodecima principalis diſtinctio iudiciorum eſt † Quia iudicium aliud ordinarium & aliud prorogatum. Iudicium ordinarium eſt illud, quod agitatur coram iudice ordinario competenti, vel delegato a ſuperiore inter certas perſonas uel limitato in certo territorio, quando agitatur per ſubdito ſuæ iuriſdictionis, Iudicium uero prologatū, eſt illud, quod uentilatur inter partes coram iudice non ſuo principaliter tamen adito de conſēſu partium de qua materia tractatur plene in l. 1. & 2. ff. de iud. & in l. ſi conuenerit. ff. de iur. om. iud. & extra. ſignificaſti. de foro

2 comp. & in c. P. & G. de offic. dele. † Super hanc materiam eſt ſciendum, quod iſte terminus progationis accipitur in iure multipliciter. Quādoque enim refertur ad terminos, & dilatione, & tunc prorogationi hil aliud eſt, niſi dilationi labentis nondū lapſæ extenſio, ſecundū Bal. in rep. l. Aemilius, col. 6. in princ. uerſ. not. quinto & c. de mino. Exēplum datur dilatio alicui, & in medio uel in fine ipſius dilationis nōdum elapſæ prolōgatus ulterius, & tunc dicit eadē dilatio cum prima, l. ſed ſi manēte. ff. de preca. & Bal. in d. l. Aemilius, & Ale. in l. 4. in prin. ff. de damno inf. ubi facit drīā inter prorogationē, & reuocationē, & infert ad q. ſi finita dilatione fuerit dictum, ꝙ dilatio fuit prorogata an ualet prorogatio, ſaltem ad uim nouæ dilationis uide per eū. De qua materia habet ēt in l. cū ſtipulatus ſim mihi a Proculo. ff. de uerb. ob. Qn̄que iſte terminus prorogatio refertur ad compromiſſa & eſt materia de qua in l. diē pro

a ferre. ff. de arbit. & iſta a prorogatio poteſt fieri per arbitrū, quando eſt eis data poteſtas p partes & pōt fieri ēt partibus abſentibus, ut d. l. diē proferre, in prin. Verū dēt poſtea prorogatio notificari partibus, & alias, non aſtringet, ita tenet Ale. conſ. 34. col. fi. in 1. vol. & Bal. in l. 1. C. de ſenten. ex breui rect. & Fel. in c. cum olim, col. 9. uer.

3 no. 3. & c. de re iudi. † Quandoque iſte terminus prorogatio, refert ad iuriſdictionē & iſta eſt materia noſtra, ſuper qua dic, ꝙ

b prorogatio iuriſdictio ſitō quatuor modis uidelicet, quandoque de perſona ad perſonā quādoque de re ad rē, quādoque de tpe ad tps, quandoque de loco ad locū, ut not. glo. & Bar. in l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iud. & Bal. in l. 1. uer. 3. quæro C. de iuriſ. om. iud. & per Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de ep. aud. Exēplum primę prorogationis. ſ. quādo fit de perſona ad perſonā ponitur in l. 1 & 2. ff. de iud. & l. ſi conuenerit, ff. de iur. om. iud. ut quādo iudex habet limitatā iuriſdictionē una ciuitate, uel territorio, nā ſi alii de aliena iuriſdictione uolūt conſentire, ꝙ cauſa eorū iudicetur per illū iudicē cui nō ſunt ſubditi poſſunt hoc facere. Et ſic iſta iuriſdictio, quæ erat limitata inter illas perſonas illius territorij tātū, mō per cōſenſum partiū extenditur ad alias perſonas ſibi non ſubditas, & iſta dicitur prorogatio. Exemplum de ſecunda prorogatione, ſ. de re ad rem, puta ſi unus iudex habet limi-

limitatũ iuriſdict. ut non poſſit cognoſcere, niſi de cauſis a centum aureis infra, iuxta, l. ſi diem cum eodem, & le. cũ quædam §. quoties ff. de iu. om. iu. & in Auth. de defen. ciu. §. & iudicare, poſſunt facere partes habentes cauſam maioris ſummæ, quod ille iudex cognoſcat de tali cauſa, & ſic extenditur iuriſdic. de ſumma min. ad maior & ſic de re ad rem, text. eſt in l. de qua re §. 1. ff. de iud & Bal. in d. l. ſi qui ex cõſenſu, colu. 3. C. de epiſc au. Exemplum de tertia prorogatione, ſ. de tempore ad tempus, puta iudex habet limitatam iuriſdicti, finiẽdam certo tempore puta per annum, ꝑut communiter ſolent creari officiales in regno, poſsũt facere partes, quod ultra illud tempus iudex cognoſcat & iudicet, & ſic extenditur iuriſdictio de uno tempore ad aliud, tex. eſt in l. 2 § ſed ſi iudex, ff. de iur. quod procedit in iudice delegato, ſed in ordinario non procedit prorogatio in tempus ſucceſſoris. Ita pulchre declarat Bal. in d. l. ſi qui ex conſenſu, col. 3. uer. 2. ſpecies, &c. C. de epiſc. aud. & uide Bal. in tit. de pace Conſt. col. 14. in prin. ſuper uer. conſenſum. ubi tenet, ꝙ de conſenſu partiũ pñt ꝓrogari tempora appellationis. Exemplũ de quarta prorogatione. ſ. de loco ad locũ de qua tenent Doc. ꝙ non põt fieri, & ſunt aliqui, prout eſt Bal. in d. l. 1. verſic. 3. quæro, &c. C. de iu. om. iud. & in d. le. ſi quis ex conſenſu, col. pen. & ſi referendo Iac. Bu. tamen Bar. in l. quæro. ff. de ſol. tenet contrarium, ſ. quod ualeat prorogatio, & hãc opi. tenet Ale. quem cõiter ſequũtur ibi Mod. in l. ſi. ff. de iur. om. iud. cũ limitatione tñ. ſ. dummodo iudex illius territorii conſentiat huic prorogationi. Exemplum poteſt poni dupliciter, ſecundũ Bal. in d. l. ſi q ex conſenſu, col. pen. uerſ. quartum ſpeciem, &c Primo mõ quando iudex ex forma ſtatuti, uel conſuetudinis deberet ſedere pro tribunali in tali loco, puta in palatio, nam poſſunt facere partes, ꝙ ſedeat in alio loco eiuſdem ciuitatis. puta in platea, & ualet talis prorogatio ſine dubio, qa ſumus in loco eiuſdem iuriſdictionis. Secũdo mõ poteſt poni exemplũ extra locum iuriſdictionis, ut ſi partes cõueniunt, quod iudex Peruſinus cognoſcat & pronunciet in territorio bon. & iſta prorogatio eſt magis dubia, quam dicit Bal. ubi ſupra, fieri non poſſe. Sed dic, quod magis communis op. eſt quod ualeat, interueniente cõſenſu iudicis illius loci. puta Bononienſis, ſecundũ Ale. in d. l. ſi. arguendo de loco ad tempus, iuxta l. uinum. ff. ſi cer. pet. & hãc opi. tenet Abb. in c. nouit. col. 2. & c. excommunicatis, col. ſi de offic. deleg.

4 ADDITIO. † Vt uides præſtantiſſime lector) quatuor eſſe ſpecies prorogationis (ſcriptũ reliquit Dom. auctor) & illam inter alias cõnumerare uiſum fui (quæ fit de loco ad locum) quam dupliciter intelligendã fore diſſeruit, ſed quo ad ſecundum exemplũ (vt iudex vnius territorii iudicet in territorio alicuius iudicis) non aperit ſi in tali prorogatione iuriſdictionis de loco ad locum requiratur expreſſus conſenſus partiũ litigantiũ an ſufficiat tacitus, & in hoc Ang. in l. quæro. ff. de ſol. dicit ꝙ requiritur expreſſus conſenſus, & ad hoc citat. tex. in c. ſtatutum §. in nullo, extra de reſc. in 6. idem tenet Pau. de Caſt. in l. ſi. de iur. om. iud. & Doct. in d. §. in nullo, & uoluit Ang. conſ. 85. & idem firmat in d. §. in nullo. Phi. Franc ubi refert ita tenere Rotam in deciſ. 380. quæ incipit. Item ſi iudex, ſed contrarium tenuerunt (ſecũdum Ale. in d. l. ſi. ff. de iur. omn. iud.) Arch. & Io. And. in c. ut litigantes, de offic. ord. in 6. & Inno. in d. l. quæro inquirunt ou. prædicti, quod ſufficit tacitus cõſenſus, ſicut regulariter ſufficit in prorogatione, le. & ſi ſuſceperit, in princ ff. de iud. nec (ſecundum eos) obſtat tex. in d. § in nullo, quia ꝓcedit in iuriſdictione delegata, quę eſt odioſa, & reſtringenda, ut no in capit. 1. de offi dele. in 6. & cum hac opinione videt̃ tranſire Ale. in d. l. ſi. Sed pro prima opi. põt allegari text, in l. ſi. C. ſi a nõ comp. iu. ubi ſententia eſt ipſo iure nulla, & tamen ualeret ſi ſufficeret tacita prorogatio, et hanc ego tenerem, & utcunque ſit requirit̃ conſenſus illius iudicis, in cuius territorio alter iudex cognoſcere uoluerit ſecundũ gl. in c ut litigãtes de offi. ord. in 6. & ita tenuit Io. An. in nouella. ſed ſcđm Are. ĩ d. l. ſi. de iu. om. iu. cõtrarium tenuerunt. Pett. & Cyn. in l. q ex conſenſu. C. de epiſ. aud. & in d. l. ſi. & Are. in d. c. ut litigantes, & Paul. de Caſt. in l. 3. §. ſi. ff de cõd. ob. cau. uolentes, ꝙ non requiritur cõſenſus iudicis territorii, ſed ſatis eſt quod non prohibeat, ſed ad concordandũ

opi.

opiniones (dicit Alex.) qđ aut iudex territorii ſcit, & non contradicit, & procedit opi. Cy. quia uidetur conſẽtire, ex quo ꝓhibere poterat, & non prohibet, aut ignorat, & tunc procedit prima opinio, ſed ſi iuriſdictio competeret de iure ſpeciali etiam accedente conſenſu partiũ, & iudicis non poſſet prorogari, ſecundũ Ro. in ſing. 49.
5 † Adde etiam quintã reperiri ſpeciem prorogationis, quæ fit de caſu ad caſum, exemplum ſi aliquis eſt iudex cui ſub conditione eſt tributa poteſtas, & iuriſdictio, puta appellaui ab interlocutoria iudicis ad ſuperiorem, quo caſu ipſe ſuperior non poteſt cognoſcere de negotio principali, niſi pronunciet prius bene appellatum ab interlocutoria, ſed ſi pronunciet male appellatũ a grauamine tunc totum negocium principale reuertitur ad primum iudicem c. vt debitus honor, extra de appellat. nunquid ergo pendẽte diſcuſſione articuli appellationis poterit ipſe ſuper de conſenſu partium cognoſcere de negocio principali, & tunc licet, quidam ſimpliciter concludãt, qđ non eo q̃ pendẽte conditione non habent iuriſdictionem in habitu nec in actu concludendum tamen eſt, ꝙ aut ille ſuperior ad quem fuit appellatum eſt talis, qui poterat adiri per uiã querelæ ut Papa, uel Princeps ſecularis, & tũc ille ſuperior poterit de conſenſu partium de negotio principali cognoſcere c. cordi. §. 1. ibi (partium uoluntate) extra de appella. lib. 6. imo plus dicit do. Panor. in ca. vt debitus honor extra de appel. ꝙ hoc caſu ſufficeret conſenſus ſolius appellati ſi aũt eſſet talis ſupior, qui nõ poterat adiri per uiam querelæ, tũc obmiſſo articulo appellationis non poſſet cognoſcere de negotio principali, & ita ſpecifice cõcludit dom. Iac. de S. Georg. in
6 l. 2. §. ſi iudex. ff. de iud. nu. 8. & 9. † Et quãtus auctor cõcludit poſſe fieri prorogationem de tempore ad tempus, & exemplum dat in eo iudice cuius iuriſdictio anno durat, dicas procedere dicta ipſius exemplũ datum, quãdo iuriſdictio per lapſum anni non finiebatur ipſo iure, alias ſi finiretur elapſo anno, totaliter, & ipſo iure, & tunc nõ poterit eius iuriſdictio prorogari, quia fieret iniuria ſucceſſori hæc ſunt de mẽte Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſc. aud. ſequitur Paul. de Caſt. in d. le. 2. §. ſi iudex. ff. de iud. ut refert Iac. de S. Georg. ibidem & ſi nõ poſſet prorogari iuriſdictio magiſtri nundinarũ cũ elapſis nundinis totali-
7 ter eius iuriſdictio finit. † Ex quo ad prorogationem de re ad rem, adde, ꝙ eſt neceſſe, qđ iudex cuius iuriſdictio ꝓgatur de re ad rem ſciat eius iuriſdictio meſſe prorogatã, vt prorogatio teneat alias nulla erit, vt notabiliter dicit Iac. de S. Georg. in l. 2.
8 §. conuenire in fin. ff. de iud. † Illud tamen ſcire neceſſe eſt, quod iudex cuius iuriſdictio eſt prorogata habet ſolum iuriſdictionem inter ipſas partes prorogantes non autem contra alias perſonas ex hoc infertur ſecundum Ang. & Paul de Caſt. quod non poteris cogere teſtes alienę iuriſdictionis ad ferendũ teſtimoniũ, & minime poteſt cogere partem illius, prorogauit ſuam iuriſdictionem ad præſtandum cõſenſum filio iuxta l. cum nõ ſolum. §. neceſſitate. C. de bonis que lib. & firmat Iac. de S. Georg. in le. 1. ff. de iud. nu 3. & ſic minime põt ꝑ illum iudicem cogi auctorem laudatũ ad
9 defendendum emptorem in illo iud. † Sed finge quod iuriſdictio ordinaria iudicis in quem facta eſt prorogatio ſit finita, quia mortuus eſſet, uel eius officium eſt finitũ, an ſucceſſor in illo officio poſſit determinare cauſam inter partes, quæ prorogauerunt iuriſdictionem illius iudicis. Spec. in titu. de comp. iud. adi. §. 1. ver. q̃d ſi duo piſani diſtinguit, quod aut prorogatio facta eſt habito reſpectu ad perſonã ipſius iudicis, & tunc ſucceſſor non poterit determinare, aut habito reſpectu ad iuriſdictionẽ ſeu dignitatem, & tunc ſecus, ſed Pau Caſt. in l. 1. ff. de iud. dicit, ꝙ neſcit uidere quomodo potuerit fieri prorogatio habito reſpectu ad perſonam, quia perſona eſt de ſe priuata, & conſenſus priuatorum non tribuit iuriſdictionẽ l. priuatorum. C. de iur. omn. iud. & ſic ſemper partes videntur habuiſſe reſpectum ad iuriſdictionẽ, quæ nõ mutatur, imo eſt eadem cũ perſona ſucceſſorum ca. innotuit extra de electio. & ita ꝑtranſit Iac. de S. Georg. in d. l. 1. nu. 10. ego autem puto dictum. Specu. licet nõ poſſit uerificari in prorogatione tacita poteſt tamen uerificatione in prorogatione expreſſa, ut quia expreſſe partes prorogat iuriſdictionem alicuius iudicis habentes reſpectum ad eius perſonam, ut quia dixerunt

31 g † Quid autem ꝑ ſi impedimentum cauſetur facto iudicis, uel tertii? Vide Alexan. & Doct. in d. §. ſin autem vtraque, & Ioan. de Imo. in d. c. ex inſinuatiõe de app. & Phil. in c. ex ratione, col. 9. & 10. eo. tit. & Fel. in d. c. uenerabilis, colum. 2. & 3. Bart. & Bal. in auth. item ſi in appellatione, C. de tẽpo. appel. & Soc. in conſil. 31. col. 4. in 1. volu. Luc. de Pen. in l. 1. colum. antep. & pen. C. de nauf. lib. 11. in quibus locis magis communiter concluditur, quod currit inſtãtia non obſtante impedimento. Bonũ tamen eſt ſæpius proteſtari, vt ſaltẽ obtineri poſſit reſtitutio in integrũ aduerſus lapſum inſtantiæ, & licet Doct. in locis præallegatis hoc firment in inſtantia appellationis, in qua facilius datur reſtitutio ꝑpter maius præiudicium tamen in inſtãtia cauſa principalis aliter dicunt, ut no. Bart. in d. auth. Item ſi in appellatione, in fin. licet Bal. ibi teneat dari reſtitutionem præcedentibus proteſtationibus, tamen hoc dubium eſt hodie clarificatum, in regno per regiam prag. quæ incipit. Inſtantia quam cauetur, quod quãdo ſtetit per iudicem, reſtituitur ipſo iure tempus inſtantiæ. Tunc autem dicitur ſtetiſſe per iudicem, quãdo proceſſus fuit concluſus per duos menſes ante triennium cum petitione, & proteſtatione & ad expeditionem cauſę, tunc enim reſtituitur inſtantia ipſo iure, abſq; refectione expenſarum, ſi tamẽ currit inſtantia ꝑ negligentiã partis, tunc non reſtituitur niſi refectis expenſis, ut dicitur in d. prag. in princ. & ex hoc inoleuit practica in regno

32 † quod quando inſtantia eſt perempta, ſolet actor adire regem, uel ſacrum regiũ cõſilium, ut auctoritate regia inſufflet ſpiritũ uitę illi inſtãtię, & ſic rex. inſufflat ſpiritũ & facit inſtantiam reuiſcere, perinde ac ſi perẽpta non eſſet, & iſta reſtitutio in regno appellatur inſufflatio, ut no. Pariſi. in trac. ſynd. in verſ. ſententia, in c. reſtat vnũ &c. col. 1. circa fi. & ſeq. & ibi ponit iuſtas cauſas, ex quibus rex. concedit iſtam ſuſcitationẽ inſtantię abſque refectione expenſarum, puta quando ſtetit per iudicem, vel ob infirmitatem, uel neceſſariam abſentiã uel ob aliam ſimilem cauſam iuſtã, vt quia propter multitudinem cauſarũ fuit iudex impeditus, ſecundum Ale. in l. properãdũ, §. ſin autem vtraque, & in l. Senatus. ff. de offic. præſi. Sed quando allegatur aliqua cauſa colorata, ex qua perpenditur aliquã negligentia partis in proſequendo, uel in proteſtando, tunc conceditur inſufflatio cum refectione expenſarum, ut ibidem dicit Paris. & de hac inſufflatione facit mentionem Matt. de Afflictio. in cõſi. ſæpe cõtingit circa fin. ubi ponit unum aliud impedimentum reſtitutorium inſtantię ſine refectione expenſarum, videlicet, quando plures erãt iudices ſuper cognitione vnius cauſæ, & quia nõn potuerunt ſe in unum congregare, uel concordare, fuit lapſa inſtantia, quia ex quo non poteſt imputari parti, reſtituitur inſtantia, & nõ tenetur ad expenſas.

ADDITIO. Vide capi. in deciſ. 11. & in de-

deciſ.206. Petr. Foll. V.I.D.
33 † Duodecima limitatio colligitur ex præ
dictis, ſcilicet, ut non procedat regula, quã
do princeps inſufflauit inſtantiam, quia
tunc etiam poſt triẽnium poteſt ferri ſen-
tentia, & perinde habetur, ac ſi inſtantia,
perempta non eſſet, quod qualiter proce-
dat uide quæ proxime dixi. Ex quibus po
teris facere concluſionem, quod ſi forte ſa
crum conciliũ inſufflaret nulla facta [illegible]
tione de expenſis, poteſt pars aduerſa op-
ponere quod non audiatur actor, niſi refe
ctis expenſis, quando ex proceſſu arguere-
tur eius negligentia, per dictam regiam
prag. quæ incipit, inſtantia in prin. quia re
ſtitutio, & priuilegium principis debet in-
telligi ſine præiudicio tertii, lege ſecunda
§. merito, & §. ſi quis a principe. ff. ne quid
in loco public. ſecus ſi ex proceſſu uel ali-
ter legitime appareret de aliqua iuſta cau-
ſa. quibus adde deciſion. 70. conſil. Neapo
d lita.

ADDITIO. Et an ſemel reſuſcitata ite
rum poſſit reſuſcitari uide c. in deciſi. 165.
per totam P. Foll. V.I.D.
34 † Item per dictam regiam prag. potes in
ferre, quod quando inſtantia eſt lapſa facto
iudicis, cum proteſtatione de qua ibi, non
eſt neceſſe adire regem, nec ſacrum conſi-
lium pro inſufflatione, quia tex. illius pra.
vult quod ipſo iure cenſeatur inſtantia re-
ſtituta, unde inſtantia reuiuiſcit ex diſpoſi
tione legis, propter illud uerbum, ipſo iure
&c. & ſine facto hominis. ut not. gloſ. in l.
iubemus §. œconomus. C. de ſac. ſan. eccle.
& in c. 1. in princ. de reſcr. lib. 6. & l. in cri.
C. de iuriſd. om. iud. in quibus locis tangi
tur ſignificatio huius uerbi, *h* ipſo iure, vn
h de ſine alia inſufflatione regia poteſt tunc
iudex procedere ad ſententiam, etiam poſt
triennium.
† Decimotertio limita non procedere in
35 perſonis quibus iura, & regni conſtitutio
nes concedunt beneficia reſtitutionis in
integrum, prout ſunt mulieres minores, &
eccleſia, quia iſtis conceditur reſtitutio in
integrum aduerſus inſtantiam abſque in-
ſufflatione & reſtitutione expenſarum, ita
deciditur in dicta regia prag. quæ incipit,
inſtantia in fin. & licet ibi non dicatur ex-
preſſe de expenſis, nec de inſufflatione, be-
ne tamen colligitur ex litera ibi, quia in
principio ſui dixerat, quod quando periit
inſtantia per negligentiam, debent refici
expenſæ, & poſtea in fine facit illam exce-
ptionem, ergo non debẽt in exceptioni re
fici expenſæ, quia alias exceptio non eſſet
de regula, iuxta not. per Bart. in l. in his. ff.
de leg. & Fel. in c. quoniam frequenter, co-
lu. 4. & 3. ut lite non conteſt. itẽ quia dicta
prag. reſeruat beneficium reſtitutionis in
integrũ aduerſus inſtantiam illis perſonis
quibus alias de iure competit, ſequitur qđ
dictum beneficium poteſt peti coram eo-
dem iudice, & non eſt neceſſe adire princi-
pem.
36 † quia quilibet *i* iudex, ſiue ordinarius, ſi-
i ue delegatus poteſt de reſt. in integ. cogno
ſcere, & illam concedere, maxime inciden-
ter in cauſis, l. ſi. C. ubi & apud quem.

ADDITIO. Ego tamẽ uidi ſemper tẽ-
pore meo, etiam iſtis perſonis, quibus con
ceduntur beneficia, concedi reſtitutionẽ
in integrum aduerſus inſtantiam decurſã
per ſacrum regium conſilium abſq. tamen
ſolutione expenſarum Pet. Foll.
37 † Decimoquarto limita non procedere,
quando aliquis litigator poſt cæptã inſtã-
tiã fuit effectus familiaris, alicuius officia-
lis, qui præeſt illi tribunali, in quo illa cau-
ſa uentilari debebat, quia durante officio
dictus officialis non poteſt de illa cauſa co
gnoſcere & interim non currit inſtãtia vſ-
que ad aduentum ſucceſſoris, de hoc eſt
tex. in conſt. regni, quæ incipit, iuſtitiarii
per prouincias & ibi hoc not. Matth. in 6.
no. vnde etiam poſt triennium poteſt ſuc-
ceſſor illam cauſam decidere, ut ibi habe-
38 tur. † Decimoquinto limita procedere in
cauſa, quę debet principi conſultari, quia
donec expectatur reſponſio a principe, nõ
currit interim inſtantia, ita ſentit Luc. de
Pen. in le. 1. colu. 8. C. de nau. libr. 11. & hoc
tenet expreſſe Matt. in cõſt. ac l. in 3. not.
& in conſt. accuſatorẽ, in 2. not. & probat
proprie, quando coram iudice ſeculari ue
nit aliquod emergens, cuius cauſa fuit ſi-
bi inhibitum per ſuperiorem, uel per iudi
cem eccleſiaſticum, puta quando orta eſ-
ſet quæſtio vſurarum, vel alia ſimilis, iux-
ta ea, quæ habentur in capit. tuam, de ord.
cogn. nam tunc pro tempore, quo durauit
inhibitio, non currit inſtãtia, & ſic poteſt
in hoc caſu ferri ſententia poſt triennium
ita

Ita tenet Abb.in d.c.venerabilis,colu.4.in
fin uerſicul.ex hoc arguo, &c.de iud pro,
hoc uidetur text.in leg.intra utile.ff.de mi
norat.
40 † Decimoſeptimo limita non procedere
in caſibus in quibus aliquis impeditur age
re impedimentum iuris,ut quia reus con-
uētus eſt interim affectus priuilegiatus,ad
eo quod denegatur auctori audientia, ut
non poſſit reū conuenire, nec litem cœptā
coram eo proſequi, nam interim durante
dicto priuilegio,& iuris impedimento,nō
currit inſtantia ita tenet Fran.Are.in cōſi.
100.in prin.& Bal.in l.quoties.C.de preci
41 bus imp † Decimooctauo limita non pro
cedere,quando cauſa,& proceſſus conclu-
ſus eſt tranſmiſſus ad conſilium ſapientis,
quia interim donec ſtat penes conſultorē,
non currit inſtantia,ita conſeluit quidem
Fran.Viter.in quodam ſuo conſi.incipit.
Vtrum dies,quibus,&c Sed ego ſatis dubi
to de iſta deciſione,nam nos uidemus,qđ
quando ſtat per ipſum iudicem,uel proce-
dit impedimentū facto tertii,currit inſtan
tia,ut tenet docto communiter in dicta l.
properandum.§ ſin autem utraque,multo
fortius eſt idem dicendum,quando ſtat p
conſultorem, quia ſaltem poteſt dici ter-
tius. Præterea,conſidero unum dictum Fe
lyn in capit.cum uenerabilis,columna 17.
uerſic fallit tertio,&c.de except.quod etiā
tangit Paul de Caſt.in lege prima C.de re
latio. ubi dicit,quod quādo iudex uidet la
bi inſtantiam,& non poteſt habere cōſiliū
a ſapiente infra tempus, poteſt facere ſen-
tentiam.dicens,pronuncio, prout contine
bitur in conſilio ferendo per talem conſul
torem.Si enim eſſet uerum,quod inſtantia
non curreret interim,non eſſet opus ita ſē
tentiare,quia poſſet expectari conſiliū abſ
que lapſu inſtantiæ,ergo illud dictum pro
bat,quod inſtantia currit, unde concludo
uerius eſſe,quod in caſu iſto currat inſtan
tia per prædicta,ſed eſſet iuſta cā obtinen
di reſtitutionem abſque refectione expen-
ſarum,per ea quæ dixi ſupra in 11.& 12.
limitat.
42 † Decimonono limita nō procedere ī cau
ſis feudalibus,in quibus in regno inſtātia
durat tantum per annū,ut eſt ritus magnę
curiæ uicariæ,in nu.5.qui incipit,itē q in-
43 ſtantia, &c. † Vigeſimo limita non proce
dere in cauſa criminali alicuius clerici, q̄
deuoluta eſt ad iudicem ſecularem, ꝓpter
impedimentum epiſcopi, quia talis cauſa
debet expediri infra duos menſes, & eate-
nus durat inſtantia,& non ſe extendit uſq;
ad biennium,tex.eſt in authē.ut cle.apud
prop.epiſc.§. ſi tamen de criminalib.& ibi
hoc in terminis tenet Ang.in fi.uerbis,di-
cens per illū tex.eſſe correctam.l.properā-
dum in iſto caſu propoſito. Verū iſtud ꝓ-
cedit de iure ciuili.
44 † ſed de iur.can.eſt hoc correctum p ca.ſi
diligenti de for.cōp quo cauetur,q̄ ēt ꝓp
impedimentum epiſcopi nō pōt, iudex ſe
cularis cognoſcere de cauſa clerici cōuēti
corā eo,& hoc tenet Iac.de Bel.in authē.ut
cl.apud pro epiſ.in 5.opp. Quod ius cano
nicum ſeruat hodie,ꝓp libertatem eccleſia
45 ſticā. † Vigeſimoprimo limita non ꝓceda
re,qñ elapſo triennio,et ſic perempta inſtā
tiæ,partes de cōi conſenſu repeterent om-
nia acta uno cōtextu,porrigēdo libellum,
litē conteſtando terminum recipiendo,&
ſic de ſingulis actis quia per talē repiloga-
tionē actorum poſſunt inſtantiā reſtaura
re et habetur poſtea ac ſi perēpta nō eſſet,
ita tenet Bar.in d l.properandum,et ibi &
Ale.in 4.col.circa fina.& Bar.in l. Seius.&
Augerius.ff.ad leg. Falci.per ea,quę tradit
Bar.in l.quæ oīa, & in l mutari,& ibi Bal.
ff.de proc.idē tenet Feli.in c.uenerabilis,
col.5.uerſ.4.declaratio,& c de iud.et Ioā.
de Imo.in ca de cauſis,de off.del.et Soc.in
conſ.31.col.5.in prin.in i.uol. Et hoc unū
ſolum remedium cōſiderant. Doc.in locis
pręallegatis ad faciendum,quod inſtantia
per partes renouetur. Verum hęc nō eſt ꝓ
rogatio inſtātię ſed pōt potius dici inſtau
ratio.et renouatio de nouo.
46 † Vltimo pro reaſſumptione prædictorū
collige hic unam cōclutionem, ſ quod in
ſtantia perempta poteſt altero de quatuor
modis inſtaurari, Primo modo per inſuffla-
tionem principis ut dixi ſupra in 11.et 12.
limitatione et an tūc dēant reſici expenſæ
ubi dixi. Secundo p beneficium reſtitutio
nis integrum,ut dixi ſupra in 3.limitatio
ne. Tertio p repilogationē actorum de cō
ſenſu partium,ut modo dixi in 22.limita
47 tione. † Quarto, per inceptionem cauſæ
de nouo, quia perempta inſtātia nō perit
cauſa, neque ius partis,ſed poteſt actor de

nouo cauſam incipere, & nouam inſtantiã fabricare, ut d.l. Properãdũ § fi. & ibi gloſ. in uerſ. uigorẽ, & cõiter docto. & Bar. in l. petendæ, C. de temp. in integ. reſt. & differt iſte quartus modus ab aliis tribus præcedentibus, qui in primis tribus reſtituitur eadem inſtantia, quæ erat perempta, & illa acta, quæ erant celebrata, remanent in ſuo robore & non eſt neceſſe de nouo iſta acta reficere, ſed poteſt ferri ſẽtẽtia ex illis primis actis, ſed ĩ iſto quarto modo creat nouã inſtantia, ſed eſt neceſſe ꝙ de nouo teſtes producantur, & examinentur, vt dicit gl. in d. §. fi. in uer. uigore, & ibi per Doct. Item, in hoc quarto mõ, quãdo actor vult de nouo agere, tenetur indiſtincte ante omnia reficere expenſas, vt habetur in dec. 7. conſil. Neap. & probatur ex his, quæ infra dicã. quia perempta iſtantia, ſemper actor condemnatur ad expenſas, vt dicit Bal. in d.l. properandum, §. illo, in fin. & Lanfr. in rep. cap. quoniam contra, in fin. de probat.

48 † Limita tñ hoc, ꝙ dixi in hoc quarto modo, procedere tñ in cauſa ciuili, ſecus in criminali quia perempta inſtantia in cauſa criminali, per lapſum biennii, non auditur vlterius accuſator ad iterandum, ſcdm Al. in d.l. properandum, §. fin. & ibi etiam Sal. idem tenet Bal. in l. abolitionẽ, C. de adul. & probatur in cõſt. regni, quæ inc. Accuſatorem, & ibi hoc no. Matth. in 2. no. Ioan. de Ana. in c. licet col. fi. de accuſ. & in tantum hoc eſt uerum, ꝙ ẽt ſi offerat ſoluere expẽſas, non auditur accuſator ad inchoãdum nouum iudicium, ſecundum Sali. in l. 1. C. vt infra certum tempus, per ea, quæ habentur in l ſi is, & l. fi. C. ad Turp. l.

ADDITIO. vide omnino Capi. in deciſio. 206. Pet. Foll.

49 Venio † ad tertiam qõnem principalẽ, & quæro quis ſit effectus peremptionis inſtãtiæ, & quid poſſit facere iudex ea perempta Super quo præſuppono, quod inſtantia cauſarum põt duobus modis euaneſcere. Primo modo, ſcilicet per lapſum temporis, de quo plene dixi in præcedẽti q. Secundo modo, per ſententiã abſolutoriam latam ab obſeruatione iudicij, & hoc poteſt cõtingere multis modis: Primo, vt qñ actor fecit citari reum in cauſa ciuili, uel criminali, & in ultimo perẽptorio comparet reus, & non actor, tunc reus accuſat contumaciam actoris, & petit ſe abſolui ab inſtantia iudicii, & actorem condemnari in expenſis, & ita pronunciat iudex? per quã pronunciationem non poteſt dici uere ꝑempta inſtantia, ex quo incœpta non erat ante lit. conteſt. ſed potius eſt circumductũ edictum & ſic eſt perempta citatio Verum actor non poteſt iterum agere, niſi ante omnia reficiat expenſas, ſicut quando inſtantia eſt perempta ita tenet And. de ſer. in conſt. ſponte uolentib. per l. eum quem temere, ff. de iudi. Et quod actor poſſit iterum agere eſt text. in l. & poſt edictũ, §. circunductio ff. de iud. ubi dicitur, quod eſt perempta inſtantia, non autem totius cauſæ, niſi eſſet lata ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii, vt dicit ibi glo. & sic æquiparat hunc caſum peremptioni inſtãtiæ totius cauſæ, quando fertur abſolutoria, & hæc materia tractatur plene ꝑ Doc. in l properãdum, §. & ſi quidem, C. de iud.

50 † Secundo modo fertur abſolutoria ab obſeruatione in iudicii, quãdo fuit in iudicio præſentatus libellus ineptus, puta ex carentia actionis, iuxta l. ſi pupillis, §. uideamus, ff. de neg. geſt. vel ex defectu ſolennitatis ſubſtantialis, vel alio modo ſimili. De hoc eſt tex. & ibi Bar. in l. libelorum, §. quod ſi libilli. ff. de accu. & Specu. in titu. de offi. om. iud. §. deſeruit colum. 5. uerſic. in ſententia, &c. & gloſſ. in l. 1. in princ. in uerſicu. ſicut, nec tenere in fi. ff. ſi men. fal. mod. dixe. tunc fertur ſententia abſolutoria, & reſeruatur ius agendi ex alia cauſa apta, ſecundum Bald. in authen. ſed ſi quis, colum. 1. verſ. item illa, &c. C. de ſec. nup. & idem Bal. in leg. ſecunda, in 14. quæſtione, C. de reſc. uend. Ex quibus autem cauſis dicatur libellus ineptus vide Pet. Paul. Corn. in conſ. 121. colum. 4. in fi. in litera l. la 2. in 1. uol. Et procedit hoc tam ante lit. conteſt. quam poſt, quia ſi fabricatus eſt proceſſus inualidus ſuper libello ĩepto uel aliter ꝓceſſus eſt nullus ex aliquo defectu nõ poteſt ſuper tali proceſſu ferri ſnĩa ualida, per ea, quæ no. gl. inſt. de oblig. in princ. in verſic. 2. in fi. vnde iudex tunc pronunciat proceſſum nullum & abſolui reum ab obſeruatione iudicij, reſeruato actori iure iterum agendi tex. eſt in cap. examinata, & ibi Abb. & Fel. de iud. & Alexand. in Add. ad Bar. in d.l. 1. ff. ſi men. fal. mod. di. Et ex

hoc

hoc habes practicum, quod quando proceſſus eſt nullus ex aliquo defectu, licet probationes ſint receptæ, nõ tamen fertur ſententia diffinitiua, ſed abſolutoria ab obſeruatione iudicii per dictũ capitulũ examinata, K quæ abſolutoria dicitur interlocutoria, ex eo, quia non diffinit totum negocium, cum remaneat facultas iterum agendi gloſſ. not. in uerſicu. abſoluetur, quam ibi ad hoc ponderat Bart. in l. harum. ff. ſi ſeru. uend. Bart. in l. Titia. ff. de accuſa. hodie autem in regno ſaluantur proceſſus a multis nullitatib. per ca. deteſtantes, & per regiam prag. primam, quæ incipit. Diſpendia, ex quo proceditur ſine figura iudicii, & ſola facti ueritatem inſpecta in cauſis, ciuilibus, de qua materia uide Par. in tra. de ſyn. in uerſi. ſententia, ubi per plures colũ. ponit intellectum dicti capi. deteſtantes.

51 † Tertio modo fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicii etiam in cauſa appellationis ut quando iudex cauſæ principalis protulit ſententiam diffinitiuam ſuper proceſſu inualido, a quo fuit appellatum, nam iudex appellationis uidens ſentẽtiam nullam, ceſſat ipſam, & abſoluit reum ſaluo iure iterũ agendi, tex. eſt ibi gl. & Abb. in c. cum dilect. de emp. & uen. & no Bald. in l. 2. in 24. q. C. de reſc. uend. & Ale. in conſi. 79. inc. perſpectus uerbis, &c. in 2. volu.

52 † Quarto modo, fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicii, quando actor lite conteſtata ſe abſentat, & non proſequitur cauſam, nam tũc eſt in poteſtate rei proſequi cauſam & producere ſuas exceptiones, vel inſtare quod abſoluatur ab obſeruatione iudicii actore non proſequente quo caſu, ſi reus eligit hanc uiam, ut abſoluatur, iudex citabit actorem, ut ueniat ad proſequẽdum, quia ſi non uenerit, poterit reum abſoluere ab inſtãtiam iudicii, & actorem abſentem condemnare in expenſis. Si vero reus elegerit aliam uiam producendi ſuas defenſiones, & tunc ſi illis productis liquet iudicii de cauſa, vt pro reo, vel actore poſſit diffinitiuam proferre, & tunc abſoluet reum diffinitiue. Et ſi liquet pro actore, condemnabit, reum diffinitiue actori abſenti, & omnem euentum actor abſens condemnatur in expenſis, ſiue vincat, ſiue ſuccumbat. Si uero de cauſa non liquet, vt quia neque actor, neque reus produxit probationes ſufficientes, & tunc abſoluet reũ ab obſeruatione iudicii. Ita hæc omnia deciduntur per tex. & ibi Bar. Bald. Alexand. & communiter Mod. in d. l. properandum §. & ſi quidem. Cod. de iudi. Et vtilitas eſt iſta, quia quãdo reus abſoluitur ab inſtantia iudicii, poteſt actor iterum agere refectis expenſis, vt habetur in capi. examinata de iud. & in l. & poſt edictam, §. circumducto, ff. de iud. & patet ex his quæ ſupra, dixi. Sed quando abſoluitur diffinitiue, nõ poteſt ulterius agere actor, quia obſtat ſibi exceptio rei iudicatæ, vt declarant Alexand. & Iaſ. in quinta, & ſexta column. in dicto. §. & ſi quidem. Illud autem quod dixi ſupra, quod tunc dicitur de cauſa non liquere, quando probationes non ſunt productę intellige, quando non fuit datus auctori terminus probatorius, ut qui ſe abſentauit ante dationem termini ad probandum, nam tunc fertur abſolutoria ab obſeruatione iudici. Si autem datus eſſet terminus, & poſtea actor ſe abſentaſſet, nunc ſiue fiant probationes ſiue non poteſt ferre iudex diffinitiuam ſententiam pro reo, per l. qui accuſare., C. de eden ita declarat. Barto in dicto §. ſi quidem. in 5. oppo. & ibi etiam Iaſ. in quinta col.

53 † Hoc tamen ſingulariter limita non procedere, quando actor probaſſet ſemiplene, & reus nihil, quo caſu eſſet deferendum iuramentum ſuppletorium actori, quia ex quo propter eius abſentiam non poteſt iuramentum deferri, & reus minime poteſt condemnari, quia nõ eſt plene probatum abſoluetur reus non diffinitiue ſed ab obſeruatione iudicii, propter illam ſemiplenam probationem ita tenent Mar. Sil. & Sal. in dicto §. & ſi quidem quos ibi ſequitur Alexand. in 3. colum.

54 † Et inquantum ſupra dixi, quod abſolutoria ab obſeruatione iudicii, eſt interlocutoria, adde vnum caſum, in quo habet vim diffinitiuæ videlicet, quando reus ſolueret debitum pendente iudicio, quia tunc non abſoluitur diffinitiue, ex quo proceſſus habuit verum principium, & obligatio fuit ſublata per ſolutionem poſtea factam, ſed abſoluitur ab obſeruatione iudicii, quæ abſolutio habebit vim diffinitiuę, ſecundum Bartol. in leg. Titia. ff. de accuſ. & Iaſ. in dicto. §. ſi quidem. colum. penu.

55 † Iſti præ-

ſuppoſitis venio ad deciſionem huius tertiæ quæ. & dico, quod quando perit inſtantia ſecũdum primum modum, & ſcilicet p lapſum tẽporis, & effectus eſt ille, quia pereunt omnia acta iudicii non autem acta cauſæ, ſeu litis, ita dicit Abb. in c. venerabilis. colum. 6. verſi. quæro quæ acta, &c. de iud. Declarat iſtam differẽtiam. Acta iudicii dicuntur illa, quæ tendunt ad litis ordinationem, prout eſt libellus, litis conteſtatio, terminus pbatorius, ſatiſdatio, et alii ſimiles actus. Acta cauſæ dicuntur ea, quæ tendunt ad litis deciſionem prout ſunt depoſitiones teſtium, inſtrumenta, & cõfeſſiones, & alia ſimilia acta probatoria, ita declarat gloſſ. cle. ſæpe, in verſic. defenſiones, de verbo ſignificat. Iſta ergo eſt vera, & communis concluſio, quod per lapſum inſtantiæ pereunt omnia acta pendentia ad litis ordinationẽ, & omnes ſatiſdactiones receptæ in iudicio, vt dicitur in d. l. properandum §. & ſi quidem. Acta vero probatoria non pereunt. ita tenet. Spec. in tit. de iud. deleg. §. reſtat. verſic. ſed nunquid omnis, & Bald. in l. cum antea, circa fin. C. de arb. & Bar. plene in l. cum lite mortua, ff. iud. ſol. & Alexan. in conſil. 58. in 2. uol. & Bart. & Alexand. plene, in l. is apud quem, col. antepe. & pen. C. de eden. & Abb. in c. cũm, q̃ de teſt. & habetur in dec. 148. conſi. Neap. vnde ſequitur cõcluſio, quod quando inſtantia incipiunt, & de nouo poſſunt in vim probationis produci atteſtationes, & probationes receptæ in prima inſtantia perempta, facient plenam fidem, vt dicũt Doct. in l. locis præalleg. & Alex. in cõſilio 61. colum. 3. in fi. in ſecundo volum. Solũ ergo requiritur, quod lis de nouo ordinetur, incipiẽdo a libelli porrectione, & citatione, & proſequendo alios actus uſque ad

56 finem cauſæ † Prædicta tamen intellige & limita, dummodo acta ſint publicata in prima inſtantia, alias ſi non ſunt publicata, non facient fidem in alia, vt habetur in l. geſta. C. de re iud. & per Bar. in dict. leg. cum lite mortua. Alexan. in d. leg. is apud quem colum. 6. in fin. verſiculo & concluſio, &c. C. de eden. Sed reſtat dubiũ, an poſſit nopti publicari coram iudice ſecundæ inſtantiæ. In hoc eſt varietas inter Docto. quia Bartol. in d. l. cum in litem mortua, tenet, quod ſit, & multa alii Doct. tenent contrarium, quos refert Alexan. in d. l. is apud quem tandem Alexand. ibi concludit ſequ. opi. Ant. de Butr. in capi. Alb. de teſt. vt diſtinguamus, aut teſtes ſunt viui adeo quod poſſunt iterum produci & tunc non poſſunt publicari, iudicem ſecundæ inſtantiæ, & ſed debent iterum produci, & examinari. Aut ſunt mortui, adeo quod iterum haberi non poſſunt, & tunc poterunt publicari, & plenam fidem facient, & hanc opin. puto eſſe ueram, quam in effectu tenet expreſſe gloſſ. quæ non fuit ibi ponderata in leg. properandum. §. fin. in verſiculo rigorem. C. de iud. & cum hac diſtinctione pertranſeo.

57 † Prædicta tamen intellige ſolum procedere in cauſa ciuili, nam in criminali per lapſum inſtantiæ pereunt non ſolum acta ordinaria, ſed etiam probatoria, ita quod nullo modo poteſt iterum agi. ita declarat Mat. in conſt. accuſatorem. in ſecundo not. & probantur hæc, quæ tradit Sal. & Alex. in dict. leg. properandum. §. fi. & dixi ſupra, in ſecunda quæſtione principali, in fin. verſiculo limita tamen hoc, & c. De aliis autem actis ordinatiis, an pereant in totum in cauſa ciuili, & an remaneat aliquis effectus eorum, vide Alexand. in leg. is apud quem. C. de eden. in ſexta & ſeptima columna. & Bart. in l. cum lite mortua, ff. iud. ſolu.

58 † Alius effectus ſequitur ex per emptione inſtantiæ, quia ſententia lata poſt eam peremptam eſt ipſo iure nulla, & nullum habet effectũ ſecundũ Alex. in conſ. 136. col. 1. in 2. vol. & in conſ. 136. col. 1. eo. uol. & in cõſ. 42. in 3. uol. & Par. in tract. ſynd. in uerſ. inſtantia, col. 2. & gl. Bar. & Docto. communiter, in d. l. properandum, in prin. ubi hoc limitant, & maxime Alex. in pen. col. ut procedat in inſtãtia biennii, uel triennij inducta a iure communi, & idem in inſtantia ſtatuaria, quando ſimpliciter eſt inducta. Secus ſi eſſet adiecta pœna, iudici nõ pronunciãti infra tempus ſtatuti, quia tũc ſententia poſtea lata, ualet, licet iudex incidat in pœnam, & hoc tenet etiã Paul. de Caſt. in conſ. 18. col. pen. in 1. uol.

59 † Intellige tamen prædicta, quod iudex non poteſt ferre abſolutoriam, vel condemnatoriam in cauſa principali, tamen ab obſeruatione iudicij poteſt abſoluere reum.

reum, & condẽmnare actorem in expenſis, etiam poſt perempta inſtantiam, quia periculum expenſarum, ſpectat ad actorem, cuius negligentia petit, ita tenet Alexand. in conſilio 46. poſt princip. in 5. uolum. & idem Alexan. in dict. leg. properandum, §. illo circa fin. & ibi per Bald. & alios Doct. & Fel. in capitu. de cauſis, colum. 3. de offi. delegat. Et Lanf. in repet. capitu. quoniam contra. in fin. uerbis, de probat. & Ale. in conſilio 136. col. prima, & conſ. 138. col. 1. in 1. volum.

ADDITIO. Hoc probat tex. in l. fi. C. ſi intra cert. temp. l. ſi præſes quaſi deſertam. ibi gloſſ. C. quomodo, & quando, & Innocen. hoc voluit in capitulo fin. de iureiurand. Alexand. in conſilio 137. & 136. libro ſecundo, & Roma. in ſingula. 788. & Deciſ. conſilio 34. in fin. libro primo, & tenet Rot. in deciſi. 98. licet in nouis, & hoc etiam procedit ſi fuerit iudex delegatus eſt hoc ſit quoddam incidens in cauſa, ut tenet Rot. in deciſio. 163. auditor in nouis, & Angel. concluſ. 21. & conſilio 28. iudex Petr. Foll. V.I.D.

60 † Secundo intellige, & limita niſi ex proceſſu appareret confeſſio rei cõuenti, quia ex vi notorii poteſt iudex ferre ſentẽtiam contra confeſſum, etiam poſt peremptam inſtantiam, & ualet ſententia ſiue in ciuili, ſiue in criminali, ſecundum Baldum in dicta leg. properandum, in fine illius princip. & Abb. in capitulo ueneranilis, colum. penult. de iud. & Felyn. in dicto capitulo de cauſis. colum. 5. de offi. delegat. et Alexand. in addi. ad Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſt. reo. in additio. quæ incipit. An ex inordinato, et ex. in fi.

61 † Adde tamen hic, quando incipitur de nouo cauſa poſt peremptionem iſtantiæ, quod poſſunt in nouo iudicio opponi omnes exceptiones dilatoriæ, et declinatoriæ, perinde, ac ſi nunqua nullum iudicium fuiſſet, intentatum, ſecundum Angel. in conſ. 288. in fine.

ADDITIO. Corrupte allegat Ang. in conſilio 288. voluit enim eam allegare in conſi. 289. in fi. incip. uiſo facto, et ſtatutis prædictis. Petr. Foll.

62 † Vltimo ipſo complemento huius materiæ poſſet dubitari, quid ſi inſtantia pecit non per lapſum temporis, ſed alio modo, puta per abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, ut quia libellus proceſſus fuit nullus, quæ acta pereant tunc? Dic ſimiliter, quod pereunt ordinaria litis. Acta vero probatoria, non pereunt, quia poſſunt produci in alia inſtantia in uim probationis. Ita tenent Hoſtien. et Abb. in fi. verbis in capitulo cauſam, quæ, et ibi etiam Felyn. in penult. colum. in fin. et ſequen. de reſtit. reprobata quadam opin. Bald. aliter tenentes, ut ibi refertur. Plus etiam dicis ibi Felyn. quod eſt maioris efficaciæ iſtæ peremptio inſtantiæ per abſolutoriũ, quia tunc petit omnino effectus actorum ad litis ordinationem, etiam quo ad interrumpendam præſcriptionem, et quo ad alios effectus, in quibus durat, quando petit per lapſum triennii, ſecundum Alc. in d. le. is, apud quem, et Bar. in d. l. cum lite mortua. Rob. Mar. V.I.D.

63 † Sequitur modo uidere, de tertio termino, qui dicitur, lis ut ſequar ordinẽ præſuppoſitum in principio huius 5. partis. Qui terminus, lis, eſt magis generalis, uẽ quandoque ponitur pro inſtantia cauſæ, et ita accipitur dicta leg. properandum in princ. et in d. leg. cum lite mortua, ff. iudi. ſolut. quandoque ponitur pro ipſa cauſa deducta in iudicio, ut habetur in l. nullæ, C. de proc. et in le. litis nomen, ff. de uerborum ſignificatione, ita declarat Alexan. in leg. poſtquam liti. col. 1. C. de pact. et idem Alexand. in conſilio uigeſimoſecundo, columno. prima, in fi. in primo volumine, ubi per hoc infert, quod is, qui renunciat liti, cenſetur renunciare inſtantiæ et cauſę, adde gloſſ. in uerſi. litis, et ibi Gemin. in cap. primo, §. licet, de procur. lib. 6. et dec. 220. conſilio Neap. in fi.

64 † Quomodo autẽ dicatur incipere lis gl. in le. cauſas, C. de tranſa. et Bald. etiam ibi dicit, quod incipit ante lit. conteſt. Tamen ueritas eſt in contrarium, et illa gloſſ. in hoc reprobatur, unde non incipit, niſi a litis conteſtatione. Probatur in capit. ſuper quæſtio. poſt princip. et ibi gloſſ. in uerſic. litis exordium de offic. delegat. et in apertiſſimi. in prin. & ibi glo. in uerſic. inchoatur, C. de iud. et eſt text. in capitu. ex parte el. 3. de uerbor. ſignifica. et hanc opin. tanquã magis cõmunẽ tenent Cyn. Bar. Ang. Alc. et Iaſ. in d. l. cauſas et Fel. in d. c. ſuper.

65 qōnum, col 4 in fi. & ſeq. † Quod autē li-
mitat ibi Fel. quattor modis. Primo, fauo
re liberationis. Secundo quo ad inducen-
dum uitium litigioſi, Tertio, quo ad indu
cendam litis pendentiam. Quarto, quo ad
perpetuandam iuriſdictionem, quia in ca-
ſibus incipit lis ante litem conteſtatam, &
ſic a ſola citatione, ut ibi per eum.

66 QVARTVS terminis eſt † cauſa.
Proprie cauſa dicitur, ipſum ius deductū
iudicio, hinc dicimus cauſam ciuilem, uel
criminalem, ſecundo quod in iudicio de-
ducitur actio, uel accuſatio, ut declarat
Alexand. in dicta leg. poſtquam lit. colum-
na prima per allegata ibi per eum, & in di-
cto conſilio vigeſimoſecundo, columna
prima in fin. in primo uolumin. & incipit
cauſa etiam ante litem conteſt. & ſic tam
ante, quam poſt dicitur cauſa, ſecundum
Alexand. & Doct. in dicta leg. cauſas, C. de
tranſactio. & Angel. in §. omnem, colum-
na ſecunda, in authent. de litig. & habetur
in capitulo forus de verbor. ſignificatio. &
comprehendit tam ciuilem, quam crimi-
nalem, ſecundum Card. in cl. 1. in 18. quęſ.
67 de offic. vic. † Vnde autem dicatur cauſa,
vide Card. in cl. 1. §. ab olim, in 3. oppo. de
ſepult. vbi dicitur, quod cauſa dicitur a
chaos, quod fuit principium omnium in
mundo, ita cauſa poteſt dici principium
& materia ipſius iudicii, & ibi ponit i quo
differant cauſa ratio, & occaſio. quid ſit
cauſa, ponit Card. in cle. 1. in 18. quæſtio.
68 offi. uic. † Quæ autem ſit differentia inter
cauſam, & controuerſiam? Dic, ꝙ cauſa nō
eſt niſi in iudicio ut habetur in d. l. cauſa,
C. de tranſac. controuerſia uero poteſt fie-
ri in iudicio, & extra iudicium, & ſic po-
teſt eſſe ſine lite, ſecundum Bald. in d. l. cau
ſas, & ibi communiter Docto. Pro hoc eſt
tex. in l. Lucius, §. tres heredes, & ibi Bar. ff.
ad Treb. & dicitur fieri controuerſiam nō
ſolum agendo, ſed etiā exceptionem oppo
nendo, ut glo. in l. non ſolum, §. ſi ſtatus, &
ibi per Doct. ff. de proc. & dr controuerſia,
ſiue fiat de iure, ſiue fiat de facto, ſecūdum
Bar in d. §. tres hæredes, Item fit cōtrouer-
ſia etiam reſiſtendo, ſecundum Bal. in l. 1.
C. de teſtib. ubi idem dicit de hoc nomine
qōnis, ſ. quod ſit quæſtio etiam reſiſtendo,
& ſimiliter quæſtio dicitur extra iudicium
ſecundum Bald. in d. l. cauſas. Item dicitur
controuerſia ēt ante litem conteſtatam, ſe
cundum Bald. in l. diuus, in prin. in primo
uo. ff. de pet. hær. & Ab. in c. & ſi Chriſtus,
de iureiur. & Alexan. in l. ſtipulatio iſta. §.
ſi quis forte, ff. de uerbo. obliga. & uide ali-
qua de prædictis per Bar. in l. amplius. ff. rē
ratam hab. & Fel. in ca. ſuper quæſtionū in
princ. in 4. uolum. in fi. & ſeq. de offi. deleg.
& in quo differat cauſa in negocio, poni-
tur in c. forus de verb. ſig. & declarat Car.
in cle. 1. in 5. not. de proc. Nam cauſa non
dicitur niſi in iudicio, negocium uero di-
citur in iudicio, & extra. Vnde ꝓcurator
ad negocia poteſt agere in iudicio, & tra-
ctare extraiudicialia. Sed ꝓcurator ad cau
ſas non poteſt tractare extraiudicialia, ſe-
cundum eum, & uide de prædictis per do-
ctori. in l. ſi quis maior. C. de tranſac. & hęc
de iſta quinta parte dicta ſufficiant, Rob.
Mar. Venuſ. V. I. D.

ADDITIONES.

c Inſtantia. Octa. Veſtri. in prac. Rom. Cur.
lib. 3. cap. 5. nu. 1. & 6. vbi addit. Grauat. &
ibi, quod de iure canonico ſit perpetua per
Concilium ſacrum Tridentinum, in ſeſſ.
24 ca. 20. de form. generali, diſponitur, qđ
cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinen-
tes, biennio terminentur.

d Non contineat. Contra per Boer. deciſ. 69.
nu. 32. & Viui. in tract. com. opin. in 2. par.
opin. 48. clericus ubi dicit quod hic D. Au
thor ex ſemetipſo atteſtatur de magis com
muni. De hac re, & de ueritate uideas Co-
uar. li. 2. præc. qq cap. 8. per totum Villalo
bos in tract. com. opin. litera c. in uerſ. Cle
ricus num. 70.

e Excedentem. De veritate, & pro, & contra,
per Bene inten. dec. Bononien. 76. mota li-
te per totam.

f Aduerſarii. Nico. Ant. Grauat. in annot.
ad pract. Veſtr. lib. 6. c. fi. litera P, num. 25.

g Impedimentum. Iaſ. Iud. deci. Peruſ. 36. in
prima par. totum.

h Ipſo iure De [illegible] uerbis ſignificatione ui
deas etiā Bello lib. 1. ſuppo. iur. ca. 10. nu. 1.
Iudex. Coram, quo Iudice reſtitutio in in-
tegrum ſit poſtulanda uide Coua. lib. 1. va
ria. reſol. cap. 4. per totam infra in 3. par. 6.
princ. 2. actu. nu. 113.

K Abſolutoria. Et an ſententia abſolutoria,
ab ob-

ab obſeruatione iudicii ſit diffinitiua, uel interlocutoria, uideas Couar. lib. 1. reſolu. cap. . nume. 8. ubi etiam de materia huius quæſtionis infra in 6. par. princ. 2. par. 1. actu. num. 33.

l Peremptam. Alfe. conſilio 13. nu. 12. 34. & 38, infra in 6. parte princip. 3. par. 1. actu. num. 90.

m Lis. Et nomen lis ſignificat etiam omnem actionem, ſiue ſit in rem ſiue in perſonam Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune. num. 106. ff de acq. poſſ. Ludou. Alferius.

SEXTA PARS.

Iudicium trifarium partitum. Et cuiuslibet partis tempus, & vſus. Tũ decem membra, ſeu potius gradus ad iudicium, ordine, & loco diſtincti, doctè, & eleganter. In ſumma actuum, qui emergunt in iudicio, ſexdecim numero, inſignis, & compendioſa explicari. Poſtremò, iudicii deciſoria.

1 *Totum iudicium quo ad ſui ordinem, tres partes habet.*

2 *Acta omnia quæ fiunt a citatione, vſque ad litis conteſtationem incluſiue, in principio iudicij fieri dicuntur*

3 *Iudicium, quæ membra, ſeu acta in ſui prima parte contineat.*

4 *Quibus modis ad iudicij principium perueniatur.*

5 *Inquiſitio uel accuſatio præcedere debet, vt quis de aliquo crimine puniatur.*

6 *Inquiſitio prohibetur, niſi in caſibus a iure expreſſis.*

7 *Inquiſitio generalis, que dicatur quomodo, & qualitet fiat, & ad quam effectum.*

8 *Copia repertorum non datur hodie. in regno ſed tãtum capitulorum. quod procedit in foro ſeculari. ſecus eccleſiaſtico num. 9 & 10. & ibi ponitur intellectus ad cap. Regni quod incipit, ſubiungendo.*

11 *Inquiſitio generalis procedere debet, antequam conuenıatur uniuerſitas ad pœnã damni clandeſtini.*

12 *Inquiſitio ſpecialis contra certam perſonã, qualiter, & quot modis fiant.*

13 *Inquiſitio fieri debet per Eccleſiaſticum iudicem de idoneitate perſonæ eligendæ, vel ordinandæ.*

14 *Prælatus viſitans eccleſia de vita, & moribus clericorum inquirere debet.*

15 *Bona vacantia applicantur fiſco ſed contradictor comparent auditur & datur ſibi copia inquiſitioni ſeu defenſionis.*

16 *Ad validitatem inquiſitionis, quot requirantur.*

17 *Inquiſitio ſpecialis non procedit. niſi primo conſtet delictum eſſe commiſſum*

18 *Confeſſus occidiſſe hominem. non habetur pro veridico, niſi primo mittatur ad locũ ad inquirendum an ibi fuerit homo occiſus.*

19 *Fama inquiſitionem præcedere debeat alias inquiſitio non ualet*

20 *Iudici non creditur de fama. niſi ex actis appareat probata.*

21 *Fama niſi habuerit originẽ ab honeſtis perſonis & ſide dignis nihil operatur.*

22 *Inquiſitio formatur, extantibus indicijs ſine fama.*

23 *Dictum ſocij criminis, non eſt ſufficiens ad quirendum fama non præcedente.*

24 *Iudex inquirere poteſt ad denunciam officialis non præcedente fama*

25 *Inquiſitio formata de mandato principis, valet fama non præcedente.*

26 *Denunciatio criminis a uiro probo facta ſufficiens eſt indicium ad inquirendum de infamia denuncianti quæ inuenta de crimine inquiritur.*

27 *Inquiſitio formata non præcedente infamia ualet, exiſtente inquiſito præſente, & non contradicente.*

28 *Inquiritur contra officialem in ſyndicatu, non præcedente fama.*

29 *Inquiſitio generalis formatur, fama non præcedente*

30 *Inquiſitio ſpecialis quam proceſſit inquiſitio generalis ualet ſine alia famæ probatione.*

31 *Banna quæ faciunt officiales in principio ſui officii, an ſint ſufficientia, ut iudex inquirere poſſit in caſibus a iure non permiſſis.*

32 *Inquiſitio non ad puniendum ſed ad corrigendum pro animæ ſalute fama non præcedente, valet.*

33 *Inquiſitio formata ex neceſſitate officij non præcedente fama ualet.*

34 *Inquiſitio delictis non commiſſis dolo uel lata culpa, ſed per leuem aut leuiſſimam culpam non ualet.*

35 *Inquiſitio locum, & tempus commiſſi criminis continere debet.*

36 *Inquiſitio ſine ſolemnitatibus l. libellorū. ff. de accuſ. ualet. quando inquiritur de crimine cōmiſſi contra diuinam maieſtatem & de crimine læſæ maieſtatis.*

37 *Inquiſitio omnes delicti ſpeciales circunſtātias continere debet cum loco et tempore.*

38 *Offenſus citari debet ad accuſandum ante, quam iudex inquirat.*

39 *Inquiſitio uigore ſtatuti facta non tollitur ſuperuenientem accuſatorem, & remediū ordinarium dicitur.*

40 *Inquiſitio in quibus caſibus permittatur de iure communi, & per capitula regni.*

41 *Inquiſitio non ceſſat, inquiſitio affectante uel procurante ab aliquo accuſari coram alio iudice, ut impediatur inquiſitio.*

42 *Offenſus, qui iudici dixit nolle accuſare damum inquiſitione formatæ uult, non auditur.*

43 *Inquiſitio non impeditur per ſuperuenientē accuſationem, quando ex parte rei nihil fuit oppoſitum.*

44 *Inquiſitio non ſuperſedit, quando accuſās prius denunciat iudici ut procedat ad inquirendum contra aliquem, quem poſtea accuſat.*

45 *Colluſio inter accuſatorem, & accuſatum non facit ceſſare inquiſitionem.*

46 *Inquiſitio non tollitur, ſi accuſator fuit cauſa promouente inquiſitionem.*

47 *Probationes receptæ in proceſſu inquiſitionis non pereunt, ſuperueniente accuſatore ſed remanent in ſuo robore.*

48 *Inquiſitio de iure canonico ſemper eſt remedium ordinarium, etiam non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem.*

49 *Inquiſitio fieri non poteſt de crimine, de quo alias quis fuit accuſatum, uel inquiſitus & ligitimè abſolutus.*

50 *Inquiſitio non prohibetur, quando ſententia abſolutoria lata eſt per colluſionem, et præuaricationem.*

51 *Colluſio qualiter probetur, & contra num. 45. in fi. & nu. 55.*

52 *Sententia ab obſeruatione iudicii non impedit de eodem crimine inquiri.*

53 *Inimici de iure canonico repelluntur ab accuſando, ſecus de iure ciuili.*

54 *Accuſari poteſt abſolutus a tertio qui ſuā, uel ſuorum iniuriam proſequitur, & accuſationem ab alio inſtitutam ignorat.*

55 *Tranſactio criminis facta cum accuſatore, an impediat, quam alius poſſit accuſare; vel iudex inquirere.*

56 *Accuſatore remittente iniuriam pendente accuſatione, an poſſit iudex procedere ſtāte indultu principis præcedente.*

57 *Tranſactio in criminalibus quid operatur, maxime in caſibus permiſſis, & ſupra, numero 55.*

58 *Iniuria facta uni omnib. eius cōſanguineis facta cenſetur, & quamuis paſſus iniuriā remittat poſſunt tamen alii accuſare.*

59 *Crimen publicū in regno hodie non differt à priuato, quo ad accuſationem.*

60 *Conſanguineus accuſare poteſt de iniuria conſanguinei criminaliter tantum, non autem ciuiliter, niſi ſolus pater, & maritus, & num. 65.*

61 *Frater non agit ciuiliter pro iniuria fratris, ſed criminaliter ſit.*

62 *Conſanguinei uſque ad quem gradum admittantur ad accuſandum, & proſequendum ſuorum iniuriam.*

63 *Iniuria quæ ſit diuinæ religionis, uel patriæ propriè appellari poteſt, & quilibet poteſt eam proſequi, tanquam propriam.*

64 *Spurii non ueniunt appellatione ſuorum.*

66 *Libellus iniuriarum ciuiliter fieri non poteſt ad æſtimationem iniuriæ, quando coniunctus agit pro iniuria coniuncti.*

66 *Agens pro iniuria illata ſuo conſanguineo, qualiter libellum concipere debeat.*

97 *Pater remittere poteſt iniuriam factam filio eo inuito, nec alii fratres iniuriati accuſare poſſunt tanquam coniuncti.*

68 *Pater utilis, non poteſt iniuriam factam filio remittere.*

69 *Pater uilis non poteſt filio pupillariter ſubſtituere.*

70 *Pater dilapidator, priuatur adminiſtratione bonorum filii, & tunc filius poteſt agere contra patrem.*

71 *Iniuriam illatam a coniuncta perſona filio, non poteſt pater eo inuito remittere.*

72 *Coniunctus ultra ſextum gradū, uolēs age-*

ſſ

re de iniuria coniuncti, non admittitur.

73 *Transactio in criminalibus, de quibus caſibus eſt hodie permiſſa per Regni conſtitutiones, qualiter in hoc iure communi reſtringatur.*

74 *Transigentibus in criminalibus licitum eſt aliquid ab accuſato accipere, pro expenſis, & intereſſe, & pro xſtimatione dãnorum.*

75 *Iniuria enormes, & atroces, quæ dicantur & quæ leues.*

76 *Trãſactione facta in criminalib. an, & quã do iudex procedat.*

77 *Accuſator colludens, ſeu prævaricans cũ accuſato qualiter puniatur, & quando præſumatur colluſio.*

78 *Transactio in ciuilibus, quando ſit permiſſa per conſtitutiones regni, & qualiter tranſigens puniatur.*

79 *Transactio in ciuili cauſa facta per contumacem bannitum, & condemnatũ facit illum omnem pœnã euitare ſecus in criminali.*

80 *Accuſator non comparens, vel deſiſtens ante vel poſt litẽ conteſtatã qualiter puniatur*

81 *Iudex qualiter procedere debeat, quãdo accuſator ſe abſentat.*

82 *Accuſatur deſiſtere poteſt ante quã reus cõpareat, ubi non uertitur intereſſe fiſci.*

83 *Abolitio criminis, facit accuſatorẽ euitare omnem pœnam, & qualiter, & quomodo cõcedatur, & quis ſit oblationis effectus.*

84 *Legum correctio non præſumitur niſi expreſſe appareat.*

85 *Inquiri uel accuſari quis poteſt de crimine de quo per uiam exceptionis cognitũ fuit.*

86 *Inquiſitio fieri poteſt de crimine de quo primo cognitum fuit per uiam denunciationes euangelicæ.*

87 *Abſolutus foro animæ poteſt iterum accuſari in foro terreſtri.*

88 *Remittens iniuriam in foro conſciẽtiæ poteſt agere ad emendationem damni in foro cõtentioſo.*

89 *Agi an poſſit criminaliter ex eodem delicto ex quo prius fuit actum ciuiliter.*

90 *Accuſatus de ſola iniuria crimine homicidij an poſſit iterũ accuſari de homicidio ad pœnam legis Corneliæ.*

91 *Ingiuriarũ actione non poteſt quis agere contra homicidam, ſed homicidam, accuſare cogitur.*

92 *Accuſari non poteſt pluries quis de eodẽ crimine ab eadem ſed a tertio ſic, quando nõ fuit ſufficienter punitus alias a tertio minime & nu. 93. 94.*

94 *Accuſatus ab uno, an, & quando pendente accuſatione, uel finita, poſſit ab alio de eodem crimine accuſari.*

95 *Iniuriarum acti one non poteſt agere cõſanguineus offenſi, pẽdente accuſatione facta per ipſum offenſum.*

96 *Inquiſitio fieri põt de crimine, de quo alias fui actum ciuiliter.*

97 *Pœna irrogata per iudicem Eccleſiaſticum, an poſſit irrogari a iudice ſeculari.*

98 *Accuſatus de crimine, qui fuit cõtumax poteſt iterum de eodẽ crimine accuſari, & opponere non poteſt, quod alias fuit de eodem crimine accuſatus.*

99 *Debitor non ſoluens in termino inſtrumenti, cui fuit per creditorẽ prorogatus terminus poſt accuſationem ſi minus ſoluit in tempore prorogato, & iterum accuſatur an teneatur bis ſoluere pœnam.*

100 *Pœna reiterãda ei, qui non fuit ſufficiẽter ꝓ crimine punit⁹ qualiter irrogari dẽat*

161 *Pœna mortis, an, & quando ex cauſa mitigari debeat, quia quis fuit alter caſtigatus in corpus, uel diu carceratus pro eodẽ crimine.*

102 *Inquiſitio ab incompetenti iudice facta nõ ualet.*

103 *Proceſſus factus coram incompetẽti iudice an fidẽ faciat coram competẽti, & quid de confeſſione.*

104 *Conditio, qui dari ſolet inquiſitioni, an ſit de ſubſtantia & ad quẽ effectũ datur.*

105 *Inquiſitio formari debet in caſibus a iure permiſſis. ſed non prohibitis, ad hoc ut ualeat.*

106 *Vſurarius poteſt inquiri per iudicẽ etiam ad commodum priuati.*

107 *Vſurarius compelli poteſt per iudicẽ ad uſuras reſtituendo, & poteſt ante receptionẽ impediri, ne uſuras recipiat.*

108 *Vſuræ permiſſæ ſunt de iure ciuili, ideo iudex ſecularis non poteſt de illis inquirere, de iure communi ſed ſolum iudex eccleſiaſticus.*

109 *Vſurarius punitur per epiſcopum.*

110 *Vſurarius an poſſit hodie inquiri per iudicem ſecularem officio per conſtitutionem Rogari.*

Vſu-

111 *Vſurariꝰ de iure canonico, quas pœnas patiat.*

112 *Iudex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa ſibi uiſa poteſt adiuuare canones addēdo nouā pœnam, licet non poſſit totaliter contraria noue ſtatuere.*

113 *Pœnam poteſt exacerbari ut alij accipiant exemplum.*

114 *Vſuræ hodie multum frequentantur, ideo acrius puniri debent*

115 *Iudex eccleſiaſticus debet, & poteſt pœnam illā irrogare quæ magis timetur cuius timoris ratione cenſendum eſt delinquentē ceſſaturum a delinquendo.*

116 *Vſurarius nulla magis conuenienti pœna puniri poteſt, quā pecuniaria, propter eius auaritiam, & ideo merito cōſtitutio regni induxit pœnam publicationis bonorum.*

117 *Vſura dicitur crimen*

118 *Crimen dicitur, omnis operatio mala, quæ poteſt in hoc ſeculo puniri.*

119 *Vſura ſpecies eſt rapinæ.*

120 *Maius malum nō reperitur, quā ſit uſura.*

121 *Pœna arbitraria puniri debet, qui uenit cōtra præceptum legis.*

122 *Opinio illa in dubio eſt ſeruāda quæ fauet publicæ utilitati.*

123 *Vſurarius peccat recipiendo uſuras, etiā a ſponte dante.*

124 *Soluēs uſuras, uidetur tibi eruere oculum.*

125 *Intellectus ad c. cum tu de uſuris.*

126 *Vſurarum crimen eſt publicum, & pōt in regno iudex ex officio inquirere cōtra uſurarium & etiā quilibet de populo admittitur ad accuſandum de tali crimine.*

127 *Tortura ā poſſit irrogari i ī crimine uſurarū*

128 *Inquiſitio pōt fieri de officio iudicis de omni crimine, quod committitur per cōſpirationem ſeu conuenticulam.*

129 *Pœna quę ſit contra committentes conuenticulam ſeu conſpirationem.*

130 *Conuenticula licita, & illicita eſſe poſſunt & in dubio ſemper præſumuntur illicitæ.*

131 *Ancilla uendita ſub pacto, nec proſtituatur alias ſit libera, emptore pactum non obſeruante poteſt iudex inquirere, & illam exhiberi facere ut ad libertatem.*

132 *Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum ex officio procedit.*

133 *Pupillus, & uidua pauperes, inter perſonas miſerabiles numerantur alias ſecus.*

134 *Iudex poteſt inquirere in his quę notoriē ſibi linquent exactis, etiā parte non petēte.*

135 *Iudex tam Eccleſiaſticus quā ſecularis poteſt inquirere et ex officio, in omnibus cauſis pias & concernentibus animam.*

136 *Iudex Eccleſiaſticus inq̄rere poteſt de quolibet matrimonij impedimento ad faciendum ipſum ſeparari.*

137 *Iudex ex officio poteſt inquirere de iuribus principis.*

138 *In applicāda pecunia fiſco ſi iudex poteſt ex officio ſuo procedere.*

139 *Iudex poteſt ex officio inq̄rere ad magnum ſcandalum uitandum.*

140 *Iudex poſt generaliter inquirere contra omnes malefactores in prouincia uel ciuitate, quā regit, ut ipſam malis purget hominibus publica quiete.*

141 *Iudex ex officio inquirit de omni crimine, & iniuria commiſſa contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & de omni crimine in Eccleſia commiſſo.*

142 *Iniuria illata clerico eſt crimen publicum, & quilibet poteſt accuſare, & iudex ex officio inquirit.*

143 *Iniuria facta clerico dicitur facta Deo.*

144 *Inq̄ſitio fit ex officio iudicis de blaſphemia Dei & quilibet accuſare poteſt.*

145 *Hæres ſi fecit inuentarium, et creditores dicunt plus eſſe in bonis, quā ſit in eo conſcriptum iudex inſtātibus creditoribus inquirit, & accipit probatione de domo hæredis etiam hæredis ſeruos torquendo.*

146 *Iudex inquirit in cauſa naufragij, & in oīb cauſis ab eo dependentibus, & contra ſurripientes bona naufragorum, & inquiſitio talis fit leuato uelo.*

147 *Iudex inquirit in cauſa ſuſpecti tutoris, & inuentum ſuſpectum ab officio remouet.*

148 *Iudex inquirit cōtra producentem falſam ſcripturam, uel ſuſpecta in iudicio, & poteſt ipſum ex ſola ſuſpitione punire niſi pbet illam eſſe ueram.*

149 *Suſpitio ſola contra falſam ſcripturā in iudicio productam, habetur pro plena probatione.*

150 *Teſtes uacillātes ſed falſum deponētes poſſunt inquiri ex officio & p iudicē puniri.*

151 *Iudex de quolibet delicto commiſſo coram ſe incidenter inquirere poteſt.*

152 *Iudex poteſt inquirere de iuribus Eccleſiæ, & Eccleſiaſtico beneficio.*

153 *Iudex per inquiſitionem procedere poteſt in caſibus, in quib. accuſator excuſatur a pſumptione*

ſumpta calumnia.

154 *Iudex eccleſiaſticus inquirit contra tenẽtes bona quæ debent diſtribui pauperib. uel ad pias cauſas.*

155 *Iudex ex officio inquirit de probitate vitæ, de idoneitate & morib. alicuius eligendi promouendi, vel ordinandi.*

156 *Iudex inquirit de omni crimine ubi interuenit accuſator, q colludit, ſeu præuaricato.*

157 *Iudex inquirit contra calũniatorem, etiã nemine accuſante.*

158 *Iudex inquirit, quando incidenter de crimine cognouit.*

159 *Iudex ex officio inquirit de iniuria facta ſcholari.*

160 *Iudex quando inquirat de delicto commiſſo in officio per ſuum officialem.*

161 *Iudex inquirit contra facientem iniuriam ſuis officialibus, uel famulis, ſi crimen eſt notorium.*

162 *Iudex inquirit de omni notorio crimine.*

163 *Iudex ſpecialiter inquirit de omni crimine ſup quo primo generalis inquiſitio pceſſit.*

164 *Iudex poteſt cogere ſubditus ad faciendã pacem.*

165 *Filius iniurians, uel matri poteſt ex iudicis officio inquiri & puniri.*

166 *Iudex inquirit contra carceris cuſtodem pretio corruptum.*

167 *Lenones ciuitatum deuaſtatores dicuntur, & poſſunt per iudicem inquiri.*

168 *Iudex inquiri de crimine lenocinij ſine accuſatore.*

169 *Lenocinij crimen eſt maius adulterio.*

170 *Iudex an poſſit ex officio procedere in crimine adulterij accuſatore.*

171 *Iudex inquirit contra quicunque qui fuerit inuentus in flagranti crimine.*

172 *Iudex in regno inquirit contra omnes homines malæ uitæ.*

173 *Iudex ueniẽs in ciuitate, uel prouincia edictum facere poteſt quod omnes ſentiens ſe offenſos compareant ad querelandum & teſte deponendum.*

174 *Inquiſitio generalis non eſt ſufficiens deueniedi ad ſpecialem niſi in caſibus in quibus ſpecialiter inquiri poteſt, & non fit niſi ſemel in anno.*

175 *Inquiſitio procedit ex officio iudicis de crimine læſæ maieſtatis perpetrato contra perſonã principis uel ſuorum collateralium.*

176 *Iudex officio inquirit contra famoſos latro.*

177 *Iudex inquirit contra inobedientes, & iubentes ſuam iuriſdictionem & contra rebelles & contumace ad pœnas legitimas & mulctas imponendas.*

178 *Inquiſitio permittitur cotra ſocios criminis in caſibus in quibus permiſſa eſt de ſocijs interrogatio.*

179 *Iudex ex forma conſtitutionũ regni inquirit de homicidijs, & dãnis clandeſtinis vbi nullus accuſator apparet.*

180 *Accuſatore mortuo iudex proſequitur ex officio contra accuſatum.*

181 *Iudex inquirit ſuper neceſſitate ciuitatis, & ciuium ſubditorum.*

182 *Aduocati & procuratores calumnioſi poſſunt per iudicem inquiri, & interdici ne poſtulent.*

183 *Iudex inquirit de defenſionibus rei in criminalibus ex ſuo officio, & etiã ſi reus ſe non defẽdat. Et ad hoc tenetur ipſe iudex.*

184 *Iudex inquirit de facto etiam teſte producẽdo in omnib. caſib. in quib. procedere poteſt ad diffinitiuã ſententiã contra abſẽtem ſiue in ciuilib. ſiue in criminalibus.*

185 *Iudex inquirit de crimine falſæ monetæ, etiam nemine accuſante.*

186 *Pœna falſæ monetæ eſt ultimum ſupplicium cum publicatione bonorum.*

187 *Hæreticus inquiritur per iudicẽ et punitur ad cobuſtionẽ & bonorum publicationẽ.*

188 *Iudex inquirit in cauſis ciuilib. partem interrogando quando ſibi æquum uidetur.*

189 *Inſtrumenti producti in iudicio ueritas inquiritur per iudicem.*

190 *Iudex inquirit de conditione teſtis coram ſe producti.*

191 *Iudex inquirit ad denunciationem officialis ad hoc deputati.*

192 *Aduocatus dari poteſt pupillis, ut miſerabilibus perſonis ex officio iudicis, & ſimiliter furioſi.*

193 *Procurator adminiſtrãs negocia abſentis poteſt per iudicem remoueri ad ſuũ cõtẽptum & contumaciam.*

194 *Procurator compelli poteſt per iudicem ex officio ut de mandato doceat.*

195 *Crimen ſacrilegij & plagij poteſt per iudicem inquiri ex officio.*

196 *Decima non ſoluentes, compelluntur officio iudicis ad ſoluẽdum etiã nemine petente.*

197 *Tutor petitus dari põt inqri p iudicẽ an ſit idoneus, & an reperiãtur alij magis idonei.*

Hæres

198 *Heres compellitur ex iudicis officio ad ſepeliẽdum defunctum, quo negligendo pt iudex uẽdere res hereditaria pro ſepultura.*
199 *Agens ſine actione, poteſt ex officio iudicis repelli.*
200 *Iudex habẽs arbitrales literales literas, inquirit de omnibus caſibus, de quibus hic.*
201 *Syndicatores inquirunt contra officiales ſtantes ad ſyndicatum de commiſſis, & obmiſſis in officio.*
202 *Iudex inquirit contra frequentatores tabernarum, & alias de quibus hic.*
203 *Notoriũ dicitur, quod per decem teſtes probatur.*
204 *Inquiſitio an fieri poſſit ex officio iudicis in crimine priuato puta furto, uel iniuria.*
205 *Furtum an dicatur hodie crimen priuatũ ex quo eſt alterata pœna p capitula regni.*
206 *Inquiſitio poteſt fieri de omni crimine de iure canonico.*
207 *Inquiſitio criminoſorum, expenſis fiſci fieri debet.*
208 *Inquiſitio inepta, an validetur p cõfeſſionẽ*

SExta & ultima pars principalis huius tractatus eſt in quot partes diuidit iudicium, & quæ ſint eius membra. Et ſuper iſta 6. parte declarabitur tota tela iudicii, exordita per ordinem a principio vſq. ad finem.

1 † Sciendum eſt igitur quod totũ iudiciũ quo ad ſui ordinationẽ habet tres partes. Prima pars durat a citatione, uſque ad litis conteſta. incluſiue. Secunda pars durat a lit. conteſta. excluſiue, uſque ad concluſionẽ in cauſa incluſiue. Tertia pars durat a concluſione uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, ita declarat Bar. in lege ſecũda col. 2. ff. de furt. & quælibet iſtarum partium habet ſua membra diſtincta, quorũ unum ſequitur ſucceſſiue ad aliud.

2 † Prima igitur pars tota appellatur principium iudicij uſque ad lit. conteſt. incluſiue, & conſequenter omnia mẽbra, & acta, quæ fiunt in iſta 1. parte, dicuntur fieri in princ. iudicii, ſecundum Bart. in d. l. 2. qd patet, quia tunc dicitur eſſe cæptum iudicium, quando eſt facta litis conteſtatio, & ut eſt gloſ. in uerſi. inchoatam, iuncto tex. in l. 1. C. de plur. petit. & in l. 1. iũcta gloſ. 1. C. de iud. & in l. apertiſſimi, iuncta gloſ. uerſ. inchoetur, cod. titu. & tex. in §. ſi uero apud iudicem initium in Auth. de litig. facit tex. in l. ſi poſt acceptum, ff. de rei uend. & in l. amplius non peti. ff. rem ratã hab.

3 † Videatur ergo quæ membra ſeu quæ acta continentur in hac prima parte iudicij ſuper quo dico, quod poſſunt in ea conſiderari decem membra, ſeu decem actus, qui ſolẽt interuenire, uidelicet. Citatio, cõtumacia, libelli oblatio, recõuentio, auctoris laudatio, nominatio, interrogatio, ſatiſdatio, exceptio, & lit. conteſt. de quib. ſingulis diſpiciamus.

4 † Et antequam ad declarationem dictorũ membrorum perueniam, eſt ſciendũ hoc, quod ad principiũ iudicii peruenitur multis modis. Aut enim per uiam actionis, aut accuſationis, aut inquiſitionis, aut denunciationis, aut p implorationem officij iudicis. Primo modo, initiatur iudicium per uiam actionis, quando ſumus in cauſa ciuili, ubi quis proſequitur, id quod ſibi debetur ciuiliter agendo, quia tunc propriæ dicitur agere, ut not. gl. 1. in l. qui accu. C. de eden. & quando dicatur cauſa ciuilis ſeu iudicium ciuile, plena dixi ſupra, in 4. parte in 1. diſtinct. princ. Secundo modo, peruenitur ad iudiciũ per uiam accuſationis, ut quando aliquis deducit cauſam criminalem in iudicio accuſando aduerſariũ per libellum, ſeu querelam de aliquo crimine, de qua materia habetur plene in ſuis titulis, ff. & C. de accuſat. & dixi ſupra in 4. parte, in prima, & ſecunda diſtin. Rob. Maran. V. I. D.

De Inquiſitione,

5 TERTIO. † modo, peruenitur ad iudicium per uiam a inquiſitionis, & iſte modus habet locum ſimiliter in cauſis criminalibus regulariter, in quibus inquiritur ad publicam utilitatem, & procedit, vbicunque aliquis commiſit aliquod crimẽ, & nullus ipſum accuſat, nam tunc iudex ad hoc ne delictum illud pertranſeat impunitum, inquirit de illo ex mero officio, & ipſum inquiſitum repertum culpabilem punit pœna legitima, nam de iure nõ poteſt aliquis damnari de aliquo crimine, niſi præcedat accuſatio, uel inquiſitio, ſecundum Pau. de Caſtr. in conſil. 184. in 2. uolm. Super hac tamen materia

inquiſi-

inquiſitionis, quia eſt quotidiana, poſt
quam hic uenit opportunum ipſam attin-
gere, duas q. proponam examinandas. Pri-
ma quæſtio eſt quot modis, & ad quot ef-
fectus poteſt fieri inquiſitio per iudicem.
Secunda quæſt. eſt requirantur in inquiſi
tione ad hoc, ut valeat & fieri poſſit. † Ve-
6 nio igitur ad primã quæſt. Et ſuppono pri-
mo, quod inquiſitio eſt de generibus pro-
hibitorum, quia regulariter eſt à iure pro-
hibita, niſi in caſibus à iure expreſſis ſe-
cundum Bald. in conſi. 124. col. 2. in 5. uo-
lum. eſt enim contra regulas iuris, quæ ſe
habent, quod nemo ſine accuſatione dam-
natur, l. reſcripto. §. ſi quis ff. de mune. &
hon. & no. gloſſ & Doc. in l. 1. §. ſi pub. ff.
de adul. & Bar. in l. cõgruit, ff. de off. præſi.
& ſimiliter eſt contra ius diuinum proce-
dens ex ore Chriſti relati per Ioan. cap. 8.
dum dixit, Mulieri vbi ſunt, qui accuſant,
& deficiente accuſatore dixit. Nec ego te
condemno. Quod tamen intellige de ſpe-
ciali inquiſitione contra certam perſonam
quia illa eſt regulariter prohibita, tam de
iure communi, vt ſupra, quam etiam per
conſtitutiones regni, vt habetur in conſt.
hi qui. §. de ſpecialibus, & etiam per capitula
regni, vt eſt capitulum, quod incipit, Ge-
nerales, ſecus autem in inquiſitione generali,
quæ fit ad crimina inueſtiganda, non con-
tra certam perſonam, quia illa eſt à iure
permiſſa, ſecundum Barto in d. l. congruit.
7 † Hoc præſuppoſito, uenio ad ſolutionem
1. q. Et dico, quod multis modis, & ad va-
rios effectus ſolet fieri inquiſitio, quos ple-
ne examinat Bal. in l. iubemus. C. de prob.
b & primo modo fit inquiſitio *b* generalis,
vt quando præſes, vel alius nouus officialis ve-
nit ad gubernationem alicuius prouinciæ,
uel ciuitatis, ſolet ac poteſt generaliter in-
quirere de omnibus delictis ibi patratis, ad
hoc, vt purget prouinciam malis homini-
bus. tex. eſt & ibi Barto. in d. l. congruit, ff.
de offic. & præſ. & eſt cautum in regno, per
d. cap. generalis, vbi datur ex præcepto om-
nibus præſidibus, ut ſaltem ſemel in anno
dictam inquiſitionem faciant. Et in iſta
inquiſitione non citatur certa perſona,
c nec per eam aliquis condemnatur, quia
nullus fuit contradictor, nec citatus ad fa-
ciendas defenſiones. Sed iſta generalis in-
quiſitio operatur, vt deueniri poſſit ad ſpe-
cialem. & ſic eſt præparatoria, & tunc de-
bent teſtes repeti parte citata ex illa ſpecia-
li damnatione, ita hæc omnia tenet Bal. in
c. 1. §. iniuria, col. 5. uerſi. pone qđ inuenit,
de pace iur. fir. & Bart. in l. fin. in fin. ff. de
q. & in d. l. congruit. & Barto & Ale. in l. 2.
§. ſi pub. ff. de adul. & idem Ale. conſi. 183.
colum. 3. in 3. uolum. & in conſi. 95. col.
fi. in 1. uol. & Pet. Philip. Corn. in conſ. 58.
in 1. uol. & Fel. in c. inq. col. 4. de accuſ. ubi
plus dicit, quod iſta generalis inquiſitio fit
ad inueſtigandum, non ad puniendum, &
iſte eſt eius effectus, ſ. ut per eam poſſit de-
ueniri ad ſpālē, nec. n. in ea dantur capitu-
la, quia non eſt cui dentur, ſecũdum Abb.
in c. qualiter, & qñ, el 2. in 13. not. extra de
8 accu. † Ad unum tñ eſt aduertẽdũ, quod in
regno habemus unũ capitulum regni, qđ
incipit. Subiungendo, quo cauetur, quod ſi
ꝑ quatuor teſtes receptos inquiſitione ge-
nerali, quos non põt infamatus repellare,
cõſtet de crimine, de quo ẽt eſſet imponen-
da pœna mortis naturalis, uel ciuilis, uel
membri abſciſſio, põt informatus cõdem-
nari perinde ac ſi ordinaria inquiſitio facta
eſſet. Verũ diſponit, quod in primo detur
reo copia repertorũ, i. nominum, & dicto-
rum teſtium. Et per hoc innuit, quod dẽt
admitti reus ad defenſiones, ſed non fiet
proceſſus ordinarius, quia ſi reus poterit il-
los repellare non condemnabit, ſed reſer-
uãtur illæ diſpoſitiones, ut faciãt indũia in
alio proceſſu ordinario, ut ibi dr in fine il-
lius c. Si uero non poterit illos repellare,
condemnabitur ſine alio proceſſu, ſed ego
puto, quod hodie ex cõi obſeruãtia, & ſty-
lo curiarũ huius regni, non ſeruatur diſpõ
illius capituli, et quo non datur hodie in
regno copia repertorum, ſed primo fit in-
quiſitio gñalis, ſeu capitur informatio de
crimine, & reperto aliquo infamato, & ſu-
ſpecto, formatur contra eũ capitula ſpālis
inquiſitionis quæ capitula elicirũtur ab illa
informatione, & datur eorũ copia inquiſi-
to, qui ſi petit copiã repertorũ, põt iudex
ſibi dicere ego do tibi copiã capitulorũ, in
quib. cõtinẽtur oĩa reperta, ut poſſis ſuper
illis facere ſuas defenſiones, & ita cõmuniter
practicatur, ita declarat Parſ. in trac. ſynd.
3. uerſ. inq. col. 2. uerſi. & aduerte, &c. Per
hoc igitur quod nõ datur copia repertorum
cũ nominibus teſtiũ, dico, quod non procedet
diſpoſi-

diſpoſitio illius capituli, ſubiungẽdo, quia reus periret indefenſus, ſi ita ex tali proceſſu ordinato damnaretur, vnde datis capitulis, eſt neceſſe, quod fabricetur proceſſus ordinarius, quia ſuper illis ſit litis conteſtatio, & poſtea facta publicatione, admittatur repulſa, & diſputetur ſuper iudicijs, vt habetur in d. cap. qualiter, & quando. el. 2. de acc. & per Ang. in trac. in ver. fama publi. colum. 5. in fi. ver. Item aduertas, &c. Et cũ iſta obſeruantia huius regni reperio conformem deciſionem Ang. in l. ſi. ff. quæſt. quẽ refert, & ſequitur Fran. Br. in ſuo trac. de inditijs, & tortura. colum. 3. vbi dicit, quod iudex non debet dare copia reo de his quæ inuenit ex proceſſu informatiuo, quia illa non dicuntur inditia, niſi demum reperita reo citato, & tunc datur copia. Et hoc poteſt eſſe poſt publicationem, & ita practicatur.

9 † Puto tamen, quod ſi iudex, qui ex inquiſitione generali haberet quatuor teſtes conformes, uellet ſeruare diſpoſitionem illius cap. ſubiungendo, & daret eorum copiam reo, cum omnibus aliis repertis, poſſet eum condemnare ſine alio proceſſu ordinario, & ſic totum hoc dependeat ex arbitrio iudicis, an velit ſeruare dictum capitulum, uel ſtylum curiæ, quia illud capitulum non reperitur expreſſe correctum, unde cur ſtare prohibetur, l. ſancimus. C. de teſt. & l. præcipimus. C. de app. nec poſſumus dicere, qđ ſtylus contrarius ipſum correxit, quia ſtylus contrarius eſt, ut non dentur reperta, & ſi non dantur reperta, non eſſet conſeruare dictum capitulum, quia tolleretur reo defenſio, ſed ſi iudex in caſu illo ſpeciali, quando haberet quatuor teſtes, uellet dare reperta, non poſſet conquæri reus, quod ſit indefenſus, quia tũc iudex non ſeruando ſtylum, facit potius præiudicium curiæ, quam reo, & propterea poſſet reum condemnare ſine alio proceſſu, iuxta formam illius cap. Et iſta eſt noua conſideratio, & bona, pro intelligentia eorum, quæ dicit Pariſ. in d. uer. in q. co. 3. Et habes declaratam materiam cap. ſubiũgendo

10 † Reſtringere tamen prædictam obſeruantiam, ut procedat ſolum in foro ſeculari ſecus autem in foro eccleſiaſtico, uel in terris ſubiectis eccleſiæ in quib. ſeruatur ius canonicũ, quia in illis debet dari omnino copia repertorum, ex quo illud ca uetur expreſſe per d. cap. qualiter, & quando, el. 2. §. debet ubi iubet Papa dari inquiſitio ca. & ei publicari dicta & nomina teſtiũ, ut poſſit ſe defendere, & ſic non poſſe dicere tunc iudex eccleſiaſticus. Volo tibi dare copiam capitulorum, in quibus ſunt omnia reperta, quia sũmus Pontifex dicit expreſſe utrũq. dari, ſ. capitula & reperte, unde non ſufficit dare unum tantum.

11 † Secũdo modo ſit inquiſitio generalis, in regno, quando eſt agendum contra uniuerſitatem alicuius ciuitatis, ad æſtimationem, uel ad pœnam damni clandeſtini, ſecundum formam conſt. regni ſuper incisionibus, & conſt. ſi damna, nam antequã agatur contra vniuerſitatem requiritur pro forma, quod præcedat inquiſitio generalis contra auctores ſceleris, & demum illis non reperis, deuenitur contra uniuerſitatem. Alias ſi prius ita ex abrupto ageretur contra uniuerſitatem non ualeret proceſſus, nec condemnari poſſet vniuerſitas. Ita probatur in d. conſt. ſi damna per totam, & maxime circa fin. uer. quæ poſt inquiſitionis, &c. & ibi per And. de Iſern. colum. 8. & Matth. in 8. no. Et nota iſtud, quia plurie habui in facto, & feci quam plures proceſſus annullare, & uniuerſitatis abſoluti propter dictam inquiſitionem non factam.

12 † Tertio modo, ſit inquiſitio ſpecialis cõtra certam perſonam ad effectum puniendi de crimine pro publica utilitate, de qua loquitur text. in d. c. qualiter, & quando, el. 2. de accu. & d. l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. & ibi gloſſ. & Bar. & hf conſt. hi qui. §. de ſpecialib. & de iſta inquiſitione, quando, & in quib. caſibus fieri poſſit dicam intra in 2. q. princ. Et iſta inquiſitio ſpecialis ſit a iero de tribus modis uidelicet, quandoque ſit ex mero officio, vt quando iudex de ſe inquirit contra aliquem ſine querela, & denuncia alicuius, vt declarat Angel. in tract. mal. in uerſ. mero officio. Quandoq. ſit ad querelam alicuius, ut quando offenſus non uult facere partem in iudicio per uiam inquiſitionis, ſed ſolum exponit querelam iudici, & inſtigat ac ſolicitat curiã ad inquirendum, & de hac materia tractã plene Ang. in d. tract. in uer. nec nõ ad querelam. Quandoque ſit ad denunciam alicuius officialis prout ſunt iſti magiſtri camerari ciuitatum, & alij nuncij deputati ad

capien-

capiendum malefactores, & denunciandũ
curiæ, nam poteſt iudex inquirere ad de-
nunciam talis officalis, nulla alia fama
d d.præcedente, quia per talem denunciam
excuſatur iudex a cal.text.eſt,& ibi Bal &
Sal.in l.ea quidem.C.de accu.& no. plene
Ang.in d.tract.in ver. nec nõ ad denun.&
Pariſ.in trac.ſynd.in uer.inquiſitio in prin.
13 & Barto.in l.diuus.ff.de cuſt.reo.† Quar-
to modo fit inquiſitio ciuiliter ad utilita-
tem eccleſiæ, ut quando iudex eccleſiaſti-
cus inquirit prout inquirere tenetur de qua
litate,& idoneitate perſonæ eligendę ordi
nandæ,uel confirmandę.iux.tex.in c.cum
nobis.de ele.& ibi glo.& Abb.idem Abb.
in cap.1.in glo.1.de offi.ord.& Frã.de A-
re.in c.qualiter,& quando,el 2. colu.2.de
14 acc.† Quinto modo fit inquiſitio per præ
latum,quando uiſitat eccleſiam,nam ſimi
liter tũc inquirit ex officio de moribus &
idoneitate clericorum,& ita inquiſitio fit
ſolum ad correctionem, & pænitentiam
imponendam,non autem ad effectum pu
niendi,tex.eſt & ibi Gem.& Doc.in c.1.§.
ſane de conſ.lib.6.& tenet Franc.de Aret.
in d.capit.qualiter,& quando.in 3.colu.&
15 Abb.in cap.1.in gl.1.de offi.ord.† Sexto
modo fit inquiſitio de bonis uacãtibus fi-
ſco deuolutis, in qua inquiſitione ſi con-
tradictor apparet,audietur in ſuis defenſio
nib.& datur ſibi copia inquiſitionis, alias
bona fiſco applicantur,prout hæc omnia
plene declarantur in leg.ſi uacantia.& ibi
Luc.de Pẽ.C.de bon.uac lib.10.& de mul
tis formis inquiſitionũ,uide omnino Bal.
in d.l.iubemus.C.de prob.

16 SECVNDA† principalis q.eſt quot re-
quirantur ad utilitatem inquiſitionis.Iſtã
materiam plene examinat Ango.in d.le.ſi
uacantia,& Io.de Ana.in d.capit.qualiter,
& quando,el 3.§.id corrigendos,de acc.&
Bald.& Sal.in l.ea quidem. C.de accuſa.&
Bar.in l.2.§.pub.ff.de adul. Ang.in tracta.
mal.in princi.& in uerſi.fama publica, &
Pariſ.in trac.ſynd.in uer.requiſitio & Phi.
Dec.in cõſ.170.175.& 189.& Luc.de Pen.
in d.l.ſi uacantia,& Matth.in cõſt.hi qui.
Ego tamen recolligam non illa requiſita
magis quotidiana in practica ſuccincte,&
de reliquis remitto me ad Doc.in locis prę
allegatis. Vnde dico quod plura reqrũtur
17 † primo enim ad hoc ut poſſit ſpecialiter
inquiri contra aliquem,requiritur,ꝙ illud
delictum,de quo inquiritur,cõſtet ſaltem
in genere eſſe commiſſum, ſed neſcitur a
quo,ut quia reperitur homo occiſus, vel
vulneratus,item reperitur furtum factum
uel rapina,uel aliud ſimile, de hoc debet
ante omnia iudex capere informationem
& facere deſcribi in actis qualitatem deli-
cti,ita tenent Bart.in l.fi.colu.1.ff.de q.&
Barto.in l.1.§.itẽ illud ff.ad Syll.ubi mo-
net iudicẽ,ut faciat uideri mortuum, uel
uulnera,ad hoc ut poſſit poſtea inquirere
item tenet Ang.in trac.malef.in uer.fama
publica,colum.21.uerſicu.12.&c.et plene
per Pariſ.in tract.ſynd.in uerſi.confeſſio,
18 † vbi tantum dicit debere conſtare iudici
de delicto,ꝙ etiam ſi quis cõfiteatur ſe oc-
cidiſſe hominem in nemore,non debet ſi
bi credere,niſi prius mittat ad inquirendũ
ſi homo fuit ibi occiſus,& debet etiam fa-
cere exhumari hominem ad uidendum,ſi
fuit uulneratus, ſi homicidium eſt de re-
centi,uel ſi ſaltem reperiuntur ibi oſſa ſe-
pulta,facit,ꝙ in ſimili de hac exhumatio-
ne hominis dicit Bald.in l.ſi quis teſtibus
in fi.C.de teſt. unde nũquam debet iudex
formare inquiſitionem ſpecialem,niſi ple
ne cõſtet delictum eſſe commiſſum, alias
ſi faceret inquiſitionem, & extarent indi-
cia contra aliquem, non poteſt illum tor-
quere,ſi delictum patratum nõ cõſtat. ita
19 dicit Ang.in loco præall.† Secundo, prin-
cipaliter requiritur,ꝙ inquirendus eſſe ual
e de notatus per publicã famã de illo crimi
ne,ita qđ præcedat fama ita uehemẽs con
tra eum,qđ generet ſcandalũ,niſi fieret in
quiſitio,ita tenet Bart.in le.congruit.ff.de
offi.præſ.urb.et Ang.in trac.male.i 2.car.
uer.4.principaliter,et c.et Gãd. in trac.ma-
lef.in tit.quomodo de mal. cogn. per inq.
colum.2.et habetur pulchre per Phil.Dec.
in conſi.175.colum.1.verſic.2.principali-
ter,et conſi.189.colum.fi.uerſ.non omit-
to,etc.pro hoc ẽ tex.in cap qualiter et qñ,
el 2.de acc et c.licet Heli de ſimonia. Nã
fama præcedens ſuſtinet uicem accuſato-
ris in inquiſitione, alias iudex inquirere
non poſſet,ut d. cap.qualiter,et quando.et
ibi Abb.in 6.no.et Franc.de Aret.ul.no.
et Fel.in ult.not.et gl.in c. 1.in gl.1.de off.
20 ord.† Et nota,qđ non ſufficit quod iudex
in inquiſitione apponat illa uerba conſue

Mm v

ta, videlicet, fama publica præcedente, &c. ſed eſt neceſſe, ꝙ ex actis, & ex ipſa informatione conſtet de fama publica, alias inquiſitio poſſet impugnari, ſecundum Fulgoſ. in conſ. 136 & 108. ubi expreſſe dicit, quod iudici non creditur de fama niſi ex actis appareat probata, & ipſum ſequitur Phil. Deci. in dict. conſ. 70. columna 2.

21 † Tertio requiritur, ꝙ fama habuerit originem a perſonis honeſtis, & fide dignis, & non amaleuolis, alias nihil operatur, tex. eſt in d. cap. qualiter, & quando el. 2. & ibi Abb. col. pen. & Franc. de Are. in 6. not. & c. cũ oporteat, & c. cum in iuuẽtute, de præſum. Alias autẽ ſi iudex ſine fama inquireret, ultra quod inquiſitio impugnatur, tenetur ipſe iudex inquiſitio ad expenſas, & præſumitur contra iudicem de calumnia, vt declarat Pariſ. in tracta. ſynd. in uer. inquiſ. col. 2. & de hoc, quod debeat præcedere fama uide plene Felyn. in c. licet. de acc.

22 & Bal. in l. ſancimus, col. fi. C. de iu. † Limita iſtud primo, qñ extarẽt cõtra inquiſitũ inditia ſufficientia, nam licet nõ conſtet de fama põt tñ inquiri ex illis iuditiis, ſecundũ Bar. ibi d. l. congruit. ubi æquiparat ꝓceſſum inquiſitionis cũ iuditiis, & cum fama publica. & Pariſ. in d. uerſi. in q. co. 2. & Bald. in l. iubemus, col. pen. uer. 4. &c. C. de

23 prob. † Et per prędicta poteſt ſuſtineri illud, quod tenet Phil. Dec. in d. conſil. 189. col. fi. circa fi. ubi dicit, per dictum ſocii criminis nõ eſt ſufficiens ad inquirendum, fama nõ pręcedente, nam patet ratio ad ſenſum, quia fama debet procedere a perſonis fide dignis ſed ſocii criminis non ſunt perſonæ honeſtæ, nec fide dignæ, nec faciunt inditium ſufficiens ad torturam, & inquiſitio nõ fit, niſi pręcedente fama uel indiciis ut ſupra, & not. Bal. in l. ſancimus. col. fin.

24 C. de iud. † Limita ſecundo non ꝓcedere qñ iudex inquireret ad denunciam officialis, quia tunc põt inquirere ẽt non ꝓcedente fama, tex. eſt in l. ea quidẽ. & ibi Bald. & Saly. C. de ac. & Bart. in l. cõgruit, ff. de off. prę. & ĩ l. diuus. ff. de cuſt. reo. imo tenetur tunc iudex inquirere, alias facit litẽ ſuam, ſecundum Bal. in d. l. iubemus col. 1. uer. 2.

25 † Limita 3. non procedere, quãdo inquiſitio fieret de mandato principis, quia tunc poteſt fieri, etiã nõ præcedente fama ſecundum Bal. in l. nullus, C. ad l. Iul. maie. Qđ tñ intellige, & declarat, qñ princeps aſſ[...] ue dicit in ſua commiſſione, ſibi conſt[...] de crimine, uel quod fama deuenit ad e[...] aures alias ſi cõmiſſo fieret ſimpliciter [...] bet tacitã conditionem, ſ. dummodo [...] ma ꝓcedat, & tunc iudex debet ante o[...] nia inquirere de fama, alias non põt pr[...] derẽ inquiſitionem ita declarat Fely. i[...] cum oporteat in 4. not. de accuſ. & ibi [...] Ioã. de Ana. in 1. not. per gl. in c. ex ten[...] de fo. comp. idem tenet Phil. Dec. in co[...] 170. colu. 2. & cõnſ. 180. colu. fin. & Al[...] cõſ. 18 5. inci. in cauſa angelorum, &c.

26 ſi. uer. non obſtat ꝓdictis, &c. in 1. uol. [...] mita quarto non procedere, qñ aliquis [...] nunciaretur de crimine per aliquẽ ꝓb[...] virum, quia tunc iſta denunciatio ſoff[...] vt inquiratur cõtra eum ſuper infam[...] tum, & non ſuper crimine, ſed reperta [...] mia poteſt inquiri de crimine, ſecunc[...] Abb. in c. licet, in ult. not. de acc. & ibi

27 Pe. de Amã. & Fel. in 2. col. † Limita q[...] to, non procedere, qñ iudex proceſſit [...] quiſitionem criminis ꝓſente inquiſito [...] non contradicente, nec reclamãte, quia [...] ualet proceſſus, etiam ſi nõ probatur i[...] mia, & non poteſt ulterius opponi co[...] proceſſum tex. eſt formalis in ca. 2. de [...] lib. 6. & ita per illum tex. tenet Cœp. i[...] ſi. 66. quod not. & ſemper facias interp[...] proteſtationem pro reo contra inquiſ[...]

28 nem. † Limita ſexto, nõ procedere in[...] tione, quæ fit contra officialem in ſyn[...] to, quia poteſt cõtra eũ inquiri genera[...] & ſpecialiter, indiſtincte, etiam fama [...] ꝓcedente, & inquiri contra ipſum, & [...] familiam, & officiales, & miniſtros, ſe[...] dum Par. in trac. ſyndi. in 12. car. in fi. [...] proceditur autem ſyndicam, &c. & eſt [...] die deciſum in regno per regiam prag[...] inc. Regiæ dignitati, &c. ſed cõſidera, [...] in d. prag. nullũ uerbũ fit de fama, ſed [...] pliciter cõcedit procedi ad inquiſition[...] uide oĩes intelligi, ſecundum ius cõe[...] procedat infamia per ea, q̃ dixi ſupra [...] limitatione, & hoc expreſſe tenet Bal[...] iubemus. col. 2. uer. mõ reſtat &c. C. de [...] ubi expreſſe dicit cõtra officiales fieri [...] ſitionẽ, demum fama ꝓcedẽte. Sed ho[...] obſtãte, teneo hãc limitationẽ per d. p[...] Et cõſidero, ꝙ per ea ꝓmittitur inqui[...] neraliter & ſpãliter, ſed qñ fit inquiſiti[...]

neral

neralis non requiritur fama præcedens, vt dicam modo in ſequenti limitatione, & præcedente generali, minime requiritur in fama, in ſpāli quia hēt inquiſitionē gñalem, q̄ eſt ꝑparatoria ad ſpālem, ut no. Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, in 5. & 6. queſt. de offic. proconſ. & Bal. in d. l. iubemus, co. 2. ver. & eſt ſciendum, &c. & habetur in l. congruit. & ibi ꝑ Bar. & Bal. ff. de offi. pſ. ſequitur ergo firma concluſio, ꝙ contra officialem pōt inquiri ēt fama non præcedente.

29 † Limita, ſeptimo non procedere in inquiſitione generali, quia pōt fieri & ſine fama præcedente, ſecundū Abb. in c. 1. column. 2. in ca. 2. de offi. ord. & hoc eſt prouiſum in regno expreſſe, per conſt. q̄ incipit, inquiſitiones, & per capitulum regni, quod incipit, Generales, per q̄ iura municipalia conceditur facultas officialibus faciendi inquiſitiones generales ſine alia probatione famæ.

30 † Limita octauo, non procedere in caſib. in quib. præceſſit inquiſitio generalis, quia pōt perueniri ad ſpālem ſine alia probatione famæ, ex quo inquiſitio generalis eſt præparatoria ad ſpālem, q̄ alias fruſtra fieret, ſi per eam non perueniretur ad ſpālem ſecundum Bal. in d. l. iubemus, colu. 2. ver. & eſt ſciendū, &c. C. de proba. & probatur ex his, quę no. Bar. & Bal. in d. l. cōgruit & Pel. in c. inquiſitionis, col. 3. de accuſ. & l. 4. §. mandatis, & ibi Bar. ff. ad l. Iuliam de adul. & Bart. in l. 2. §. ſi publico, colum. 2. in fi. uerſicu. 3. regula, &c. ff. de adul. Et ex his datur bonus modus inquirendi de omnib. criminibus, etiā de his, de quibus alias de iure inquiri nō poſſet, uidelicet, vt primo præcedat inquiſitio generalis, & repertis per eam indiciis cōtra aliquem pōt contra eū deueniri ad ſpecialem.

31 † Et propterea officiales cōiter in principiis officii ſolent facere banna, & inquiſitiones generales, complectendo varia & diuerſa crimina, quib. poſtea emergentibus faciūt inquiſitiones ſpeciales, uigore bannorum, ꝙ facere poſſunt. Ita in ſpecie tenet Amodæus in ſuo tract. ſynd. co. 6. in fi. & ſeq. ver. inquiſitio generalis, &c. & co 7. ver. 3. &c. & ſic tenet quod vigore dictorū bānorū poteſt iudex ſpāliter inquirere ēt de criminalibus, de q̄bus alias de iure inquiri non pōt. Et certe ſi iſtud dictū eſſet verum, eſſet hæc magna ampliatio ad materiam inquiſitionis. Sed ego puto, quod iſtud dictū nullū cōtineat ueritatē, & ita eſſet, oīa iura prohibētia inquiſitionē ſpālem, ſentirent nobiſcū. e uēro cū cōiter oēs officiales ſoleāt facere hmōi banna generalia, per quę alterant legū diſpoſitiones & earū pęnas. Et hæc poteſtas daretur officialibus, ut deſtruerent multas leges, & ſic vendicarent ſibi ptātem principis, quod nō eſt dicendū, cum de facili per uiam obliquam fieret fraus legibus, unde melius in hac materia locutus fuit. Pariſ. in d. tract. ſynd. in ver. tortura, co. 1. ver. an in cauſa pecuniaria. circa medium ubi expreſſe dicit, quod officiales per eorū bāna non poſſunt ſtatuere contra ius, nec alterare pœnas iuris, ex quo iurant in principio officii ſeruare iura, & regni conſtitutiones & capitula, unde infert non ualere bānum officialis, quod quicunque iuerit de nocte, vel portauerit arma, puniatur ad quatuor tractus cordę, quia non pōt mutare pœnā iuris per pdicta. Iſtam opi. cōtra Amodæū ego confirmo eſſe veriſſimā in hoc regno per d. ca. generales. Quo cauetur, ꝙ officiales faciāt inquiſitiones generales ſemel in anno, & illis factis nullo modo deſcendāt ad ſpeciales, niſi de mandato principis, vel niſi in caſibus a iure permiſſis. Sequitur ergo, quod ſi banna uel generales inquiſitiones complectuntur aliqua crimina, de quibus ſpecialiter inquiri nō poteſt de iure, minime pōt de illis requiri uigore generalis inquiſitionis præcedenti, ne fiat fraus legi, & ita cū iſta declaratione intelligo hanc octauā limitationē. Do etiā aliā declaratione, ſ. ut procedat, q̄n per gñalem inquiſitionem inuenit iudex al qua indicia urgētia ſuper illo crimine, de quo vult poſt modū ſpecialiter inquirere, quia tum uigore illorū repertorum pōt deuenire ad ſpecialē, alias ſecus, imo teneretur ad dāna & intereſſe ipſi inquiſito, & præſumeretur omnem malū cōtra iudicem, q̄n ſine indiciis inquireret, ut no. Bal. in l. ſancimus, col. fi. C. de iud. & in l. iubemus col. 2. uer. 4. C. de prob. & Pariſ. in d. verſ. inq. colu. 2. & 6. in fin.

32 Limita nono, non procedere, q̄n fit inquiſitio nō ad effectū puniendi, ſed ad effectum corrigendi ꝓ ſalute animæ, vt q̄n eṗs viſitat eccleſiam, vel q̄n uult ſe informare de uita, & moribus eligendi uel conſecrandi, uel alicuius promouendi ad ordi

net, ſi eſt idoneus q a tunc ex officio inquirit, nulla fama præcedente, ſcdm Abba. in c. 1. col. 2. in gl. 1. de offi. ord. & Spe. ĩ ti. de inq. § qñ, ver. licet aũt, & viſo, col. ſi verſ. in ſumma, & probatur ex his, quæ hñt in ca. ad voſtrã el 2. de iureiu. & in c. cum nobis, & ibi glo. de elect. & in c. 1. §. ſane, de cenſ. lib. 6. & tenet Fran. de Are. in c. qualiter, & quãdo, el 2. col. 2. & 3. de acc. & Bal. in cõſ. 220. in princ. in 3. vol. & Abb. in ca. poſtq̃, in 3. no. de elec. & in c. 1. in fi. de poſth. pla.

33 † Limita decimo, nõ procedere quãdo iudex inquireret ex neceſſitate ſui officii, ut q a extare ſtatutũ, quod iudex teneatur inquirere de tali crimine, alias punitur, nam tũc põt inquirere ẽt ſine diffamatione. ita tenet Ang. in tract. mal. in 3. par. uerſ. 5. fallit, &c. Sed aduerte, quia puto hoc dictum ſimpliciter intellectũ, non procedere, nam certe cõſiderãdo ſtatutum, non põt loqui niſi de inquiſitione generali reſpectu pœnę. ſ. facienda contra perſonam incertam, quia de certa perſona non põt ſentire, quo caſu verũ eſt, quod iſta inquiſitio generalis põt fieri ſine diffamatiõe, ut dixi ſupra in 7. limitatione, & ita intelligẽdo iſta, nõ eſſet noua fallentia, ſed eadem cũ ſeptima, ſed ad hoc, ut fallentia ſit bona, & noua deberet intelligi de ſpeciali & tunc dico, qđ non procedit, quia tale ſtatutũ debet habere tãtam cõditionem. ſ. ſi præcedit infamia ſicut dicimus in commiſſione principis, vt dixi ſupra in tertia limitatione, alias ſtatutum eſſet cõtra ius & daret iudici materiã calumniandi, quia emergente crimine poſſet de facto vexare aliquem innocentem non diffamatum, & inquirere cõtra ipſum auctoritate ſtatuti. Poſſet tamẽ ſaluari iſta limitatio, vbi præcederẽt alia inditia contra aliquẽ, q a tũc vigore inditiorũ, iudex põt inquirere licet fama nõ præcedat, ut dixi ſupra in 1. limi. & ita debet intelligi dictũ Ang. in d. l. ſi uacãtia, quem refert Ange. in trac. mal. in uerſ. fama pub. col. 6. vbi dicit, ꝙ qñ inquiſitio permittitur a ſtatuto, eſt remediũ ordinariũ, & poteſt fieri, ẽt fama nõ præcedẽte: hoc intellige dũmodo adſint alia inditia, ne detur iudici materia vexãdi iniuſte, ut ſupra dixi. Et vide quę dicã infra in verſic. 7. requiritur, &c. Quarto

34 † principaliter requiritur, ad ualiditatem inquiſitionis, ꝙ delictum de quo inquiritur ſit commiſſum per dolũ, uel latã culpã ſecus ſi leuẽ, vel leuiſſimã, quia tunc inquiri nõ põt, ſecundũ Bal. in l. data opera col. 3. C. qui accuſ. non poſſ. quod intellige, & declara, ut ibi per eũ. Ego ãt hoc plene attingi ſupra in 4. par. in 1. diſt. uerſicu. ult. ſuper

35 hac, &c. † Quinto requiritur, qđ inquiſitio contineat locum, & tempus commiſſi criminis, ſecundũ formã le. libellorum. ff. de acc. alias redditur inepta, ſcdm Ang. in conſi. 178. & in conſil. 297. colu. 1. & Bar. in le. 2. §. publ. co. 7. ver. quæro, vtrũ, &c. ff. de adul. & Ang. in tract. mal. in 3. cal. uerſic. 5. principaliter, &c. & Bald. in conſil. 490. in 3. vol. & conſi. 429. in princ. in 5. uol. & idẽ Bal. in conſi. 297. in fi. 5. uol. & Alr. in conſi. 178. co. 1. in 2. no. & Io. de Ana. in c. qualiter, & quando. el 2. §. debet, colu. 2. in fin. de accuſ. & Abb. in c. fi. colu. pen. & fin. de pur. can. & Fely. in d. §. debet, colu. penu. Et hæc eſt ſolennitas cõfirmata in regno, per cõſt. hi, qui, §. de ſpecialibus verſic. in prædictis, ubi expreſſe dicitur ꝙ inquiſitionibus debent ſeruari ſolennitates inductæ ꝑ iura communia ſuper delationibus, & delatoribus, & ſic innuit de ſolennitatibus

g g accuſationum. † Limita hoc non proce-

36 dere, qñ inquiritur de crimine cõmiſſo cõ-

h tra diuinã maieſtatem, ut de h hæreſi, uel blaſphemia, quia tunc ualet inquiſitio ſine ſolẽnitatib. d. l. libellorũ, ſecũdũ Ang. in §. fi. in Auth. quo opor. epi. Idem in crimine læſæ maieſtatis, quia in eo procedit ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, unde non requiruntur aliquæ ſolẽnitates, ut habetur in extrauaganti, ad reprimendum. Et vide de prædictis unã add. poſt Ang. in tract. mal. in d. uer. 5. principa-

37 liter. † Sexto requiritur, ꝙ in inquiſitione ponantur in ſpẽ oẽs circunſtantiæ delicti, uidelicet, quo loco, quo menſe, & cum qua perſona cõmiſſum fuit, & cõtra quẽ, alias inquiſitio non ꝓcederet, q a tolleretur reo defenſio, ſecundũ Abb. in c. fi. col. penu. de purg. can. unde nõ procederet inquiſitio ſpãlis, qñ fierent capitula generalia, ſ. qualiter talis inquiſitus eſt ſolitus committere furta, homicidia, ſolitus blaſphemare, uel ſimil quia iſta non diceretur inquiſitio ſpãlis, ſed potius generalis, quo ad delicta, & reus nõ poſſet præparare ſuas defenſiones ꝑꝑ incertitudinẽ delictorũ. Debent igitur

fier-

i fieri i capitula in ſpē. ſ. ꝙ cōmiſit tale furtū
pecuniæ in tanta quantitate, contra talem
in tali loco, tali menſe, tali anno, & ſub ta-
li regnatione & ſimiliter de aliis ſimilibus
criminibus alias diceretur incerta, vaga, &
oſcura inquiſitio, & non procedere parte
opponente, per ea maxime, quę dixi ſupra
in præcedenti requiſito. Pro hoc eſt tex. in
l. prætor edixit, in princip. ff. de iniu. iūctis
his, quę not. Bar. in extrauag. ad reprimen
dum in ver. per inquiſitionē. ubi dicit, qđ
in inquiſitione requiruntur omnes ſolēni
tates quæ requiruntur in accuſatione, & di
xi in præcedenti requiſito, & ita proprię il
lum tex. extendit ad inquiſitionem. Baſ. in
conſilio 259. colu. 1. vol. 1. vbi dicit, quod
inquiſitio incerta, nō procedit per illū tex.
colligitur ex his, que plene not. Ang. in l. ſi
38 vacantia, C. de bo. va. lib. 10. † Septimo re-
quiritur, ꝙ ante quam iudex formet inquiſi
x tionem, facit x citari offenſum ad declarā-
dum, ſi vult producere accuſationem, quia
ſi cōparet accuſator, ceſſat iquiſitio, quod
eſt remedium extraordinariū, alias offen-
ſo declarante ſe nolle accuſare, tunc demū
iudex poteſt inquirere. Et ſimiliter dēt fa-
cere citari conſanguineos proximiores of
fenſi, quib. a iure permittitur ius proſequē
di ſuam, uel ſuorum iniuriam, gl. eſt no. in
ca. presbyter ſi a plebe, 2. q. 4. & Bald. in l.
ſenatus, col 1. C qui acc. nō poſſ. & Spe in
tit. de inq. §. viſo. col. 6. ver. porro ſi proce-
deretur, &c. & Cep. in cautela 24. quę incipit
Tuſcias, &c. vbi dicit debere ſtatui termi-
num ad deliberandum accuſare uolentib.
& Balb. in l. quauis adul. C. de adul. & Ale.
in addi. ad Bar. in l. 2. §. ſi publ. colum. 1. in
add. incipi. Not. materia, &c. ff. de adul. Si
enim iſta citatio prius non fieret, tunc qñ-
cunque ſuperueniente accuſatore ceſſaret
inquiſitio, quia remedium ordinariū pro-
ut eſt accuſatio, facit ceſſare extraordina-
riū prout eſt inquiſitio p ea, quæ habentur
in l. in prouinciali, ff. de ope. no. nun. ſecun
dum Cir. in cle. ſæpe, §. ſi in 3. q. de verbo.
ſign. ꝙ qñ procedat, & quid ſi ſuperueniat
accuſator poſt receptas probationes in in-
quiſitione vide Bartol. in l. 3. §. fina. ff. de
adul. & Cyn. & Saly. in l. ea quidē. C. de ac-
cuſ. & ibi etiam Bal. & Ioan. de Ana. in d. c.
qualiter, & qñ, el. 2. §. licet de acc & ibi etiā
Pel. in fin. qui dicit cōem opin. eſſe, quam
tenet Salyc. in d. l. ea quidem, & Angel. de
Are in trac. male. in uer. hęc eſt qdam inq.
col. 10. verſ. quæro, in inquiſitus, &c. Et in
tm̄ eſt hoc verū, ꝙ ēt corā alio iudice pōt
fieri accuſatio, & impedit inquiſitionem
cęptam coram alio ſecundum Bald. in d. l.
ea quidem. in fi. & Bart. & Alexan. in d. l. 3.
39 § fi ff. de adul. † Limita tm̄ hoc non proce
dere in caſib. in quibus ſpecialiter permit-
titur inquiſito de iure, vel per ſtatutum,
quia tūc inquiſitio eſt remedium æque or
dinariū, ſicut accuſatio, & non ceſſaret per
ſuperuenientem accuſationem, ſecundum
Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver.
denunciationem, poſt princ. & hoc infert
Ange. in d. ver. quæro an inquiſitus, &c. qđ
cum hodie communiter per ſtatuta pmit-
tatur inquiri de criminibus, non tollitur
inquiſitio per accuſationem ſuperuenien-
tem, quia vnū remedium ordinarium, nō
facit ceſſare aliud ordinarium, idem tenet
40 Bar. in d. l §. fin. col. 2. ff. de adul. † Ex hoc
igitur infertur, ꝙ in oīb. caſibus, in quibus
licitum eſt inquirere. de iure cōmuni put
eſt in crimine læſæ maieſtatis, & in aliis ca
ſibus, qui traduntur per gloſſ. & Doc. in l.
2. §. ſi publ. ff. de adul. accuſator ſuperue-
niens non facit ceſſare inquiſitionem. Itē,
quia in regno habemus literas arbitrales
impreſſas in capi. regni quarum vna inci-
pit Ne tuorum. alia incipit, Si cum quib.
cauetur, quod in omnibus criminib. irro-
gantib. pœnam mortis naturalis, uel ciui-
lis, uel membri obſciſſionem poteſt iudex
procedere ex officio per inquiſitionē, & in
oībus criminib. & iniuriis cómiſſis contra
perſonam eccleſiaſticam pupillum, uel ui-
duam, ſequitur quod ſi eſt incepta inquiſi
tio in caſibus prædictis per illos officiales.
quibus eſt facta conceſſio litterarum arbi
trariū, non tolleretur per ſuperuenientē ac
cuſatorē, quia tunc uigore d. c. ſeu ſtatuti,
inquiſitio dr̄ remedium ordinarium, & p
ea q̄ hñr in conſt. hi, qui licet alias regulari
ter dicatur remedium extraordinarium, vt
no. Barb. in addi. ad Ab. in c. inquiſitionē.
col. fi. de elect. & Bal. in l. 1. C. de li. & eod.
lib. & Abb. & Doct. in rub. de iud. & Dy. in
c. actus legitimi de reg. iur. lib. 6. & Car. in
conſ. 1. in titul. de pęnis, & ideo dicitur ex-
traordinarium, quia eſt contra iuris regu-
lis, vt dixi ſupra in princip. huius 7. partis,

in 2.colum.quod reſtringe,ut dicam infra
41 in 8.limitationem.† Limita ſecundo,non procedere, qñ inquiſitus data opera hoc affectaret,& procuraret quod ab al quo accuſaretur coram alio iudice, ad effectum impediendi inquiſitionem,quia tunc talis actus effectus, & procuratus ſibi non prodeſt,& talis accuſatio procurata non impediret inquiſitionem. Ita tenet Bal. & Ang. in l.ſi ſeruus plurium,§.6.ff.de leg.1. facit tex.in l.ſi ſpadonem,§ fi.de ex.tut. & inſt. eo tit.§.item,tria onera, & ꝙ tenent Bart. & Alc.& Doc.in l ſi vero.ff qui ſat.cog.
42 † Limita tertio,non procedere, quãdo iudex anteꝗ inquireret, interrogaſſet offenſum, an velit accuſare & ille dixiſſe, quod non, quia ſi iudex incœpit inquirere non poteſt poſtea offenſus accuſare,& impedire proceſſum inquiſitionis, ſecũdum Bal. in l.acc.col.1.C.qui acc non poſ.& Ale.in add ad Bar.in d.l.3.§.fin.ff.de adu. in add. quæ incipit Adde Inn.&c. & Ber. Land.in addi.poſt Ang.de male in ver.hæc eſt quędã inquiſitio,&c.col.10. in add. ꝗ incipit,
43 ordinariũ,&c. † Limita quarto nõ procedere, qñ fuit proceſſum ſuper inquiſitione, ẽt poſt ſuperuenientẽ accuſationem,& nihil fuit oppoſitũ ex parte rei, quia tunc valet uterque proceſſus,& illud qđ dr inqſitionem impediri ꝑ accuſationem intelligitur ſi opponatur, alias ſecus ita tenet Bald.in l.1.in finalibus uerbis.C.de furtis.
44 † Item limita quinto non procedere. qñ is,qui accuſat prius denunciaſſet iudici ꝙ procedere ad inquirendum contra talem quia hẽt ipſum ſuſpectum de tali crimine nã non põt poſtea ipſum accuſare, ex quo vr̃ elegiſſe illã uiam denunciationis, vnde nõ facit ſuperſedere inquiſitionem, ita tenet. Spec.in tit.de inq §. nũc videndum ve.
45 vlt.quærit. † Limita ſexto nõ ꝓcedere qñ iudex uideret accuſationẽ eſſe ſuſpectam puta de colluſione, quia nõ dẽt ceſſare ab inquiſitione ita colligitur ex no.per Ioan. And.in addit. Spec.in tit. de inq.§.viſo. in 6 cum.in add. incip. Terminum,&c poſt medium,& Ber. Landr. in loco ſupra allegato,in 3.limita. Et poteſt colligi colluſio in caſu iſto. ex cauſis, & perſonis, ſecundum Bal.in l.ea quidem.col.fi C.de accuſ. vbi plus dicit,quod iudex debet ſuper hoc interloqui,ſi uidebitur. Q̃uo aũt probatur colluſio,vide Abb. in c de his,col.fi.de ac-
46 cuſ. † Limita ſeptimo non procedere,quã do accuſator fuit cauſa promouẽdi inqſitionem,vt quia ad eius inſtigationem fuit formata inquiſitio nam tunc nõ admitti̾ ſi vult accuſare, ex quo promouẽdo inquiſitionẽ uidet illam uiam elegiſſe, ita tenet Bal.in d.l.ea quidẽ col.fi. verſ. tu dic,&c. C.de accu.& Bart. & l.3.§.fin.col.2.ff.de
47 adul.† Limita octauo non procedere,quo ad probationes receptas ſuper inquiſitione,quia accuſatio ſuperuenit poſt receptas probationes, non tollit effectum illarum probationum, ſed remanent in robore ſuo ad delictum puniendum. Ita tenet Ioan. And.in addit. Specul. in titul. de inquiſitio.§. viſo in d.addit. quæ incipit terminum &c & Gand.in tracta.male.ſub ti. quomodo de mal.cog.ꝑ inqui.col. penul.
48 in fi.& colum.fi.† Limita nono non procedere de iure canonico, quia ſecundum canones. inquiſitio eſt remedium ordinarium unde non tollitur per ſuperuenientẽ accuſatorem, quia iudex poteſt inquirere etiam nõ monito offenſo ad accuſandum. Ita tenet Card. in cle.ſæpe,§.fin.in 3.q.de verſi.ſing.& idẽ Card.in c. qualiter,& quãdo.el 2. de acc. de cuius dicti ueritate vidi
49 ibi per Ioan.de Ana. † Octauo principaliter requiritur,ut procedat inquiſitio,quod inquiſitus non fuerit alias de illo crimine accuſatus,uel inquiſitus,& abſolutus,quia ſi alias fuiſſet legitime abſolutus, non poteſt iterũ de eodem crimine inquiri tex.eſt & ibi Abb.& Doct.in c. de his de accu. & idem Abb & Io.de Ana.in c.fi.de coll. deteg.& tex.in l pen.§.fi.ff.nau.cau.ſtab.& l. ſi cui.§.idem,& ibi Bar.ff.de accuſ. & Alc. in conſi.2.col.pen.in 1.volu. & uide Cæp. in cõſ 66.& Lud.Rom.in conſ.243.& l.ſenatus.& ibi Bart. ff. de accuſ. idem ſi fuiſ-
f ſet ſemel *f* condemnatus, & punitus, quia nõ poteſt vlterius accuſari neq. inquiri ſecundum Alex.in d.conſ.11.co pe.per l.ſe-
50 pulchri.la.1 ff.de ſep uio.† Limita primo hanc regulam nõ procedere,qñ ſnĩa abſolutoria eſſet lata per colluſionem,& p̃uaricationem,quia tunc põt iterũ inquiri,tex. eſt & ibi Abb.& Ioan.de Ana. in d.c.fi.de coll. deteg. & l. 3. ff. de præuar.& l.ſi quis homicidii,C de acc.& Io.And.in ad. Spe. in tit.de inq.§.uiſo.col.5.in p.add. ꝗ incipit,

pit,

51 pit, terminū & c. circa mediū, † & Abb. in d. c. de his col. fi. de acc. ubi pulchre declarat, qūo probari poſſit colluſio, & dicit, ꝙ inter alios modos probandi colluſionem eſt ſi accuſator cōueniatur cum accuſato, præſumitur colluſio inter eos, idem tenet Bart. in l. 1. §. procuratorē, ff ad Turp. Itē, præſumitur colluſio, ſi poſt litem conteſt. non comparent nec accuſatus, nec accuſator in termino ſtatuto per iudicem, ut no. Matth. in conſt. ſæpe contingit colu. 1. & per illam conſt. eſt ſtatuta pœna in regno contra colludentes in cā criminali, poſt litem conteſtatā, & eſt pœna con tū auguſta
52 liū † Limita ſecundo procedere, quādo lata eſſet ſnīa abſolutoria diffinitiua ſecus, ſi eſſet ab obſeruatione iudicii, quia pōt tūc in iterū in inquiri, & iterū accuſari, quia talis ſnīa non parit exceptionem rei iudicatæ ita declarat Abb. in d. c. de his, colum. 1. de accuſ. per le. libellorū, ff. de acc. & Fel. in d. ca. de his, col. 1. contrarium videtur tenere Spec. in tit. de abol. §. 1. ver. porro, ubi non facit differentiā, an quis ſit abſolutus diffinitiue, vel ab obſeruatione iudici, nā vtroque caſu dicit non poſſe iterum accuſari; ſed dic, quod prima op. eſt verior, & dictū Spec. oportet ſaluari, & intelligi, ſecūdum limitationem Fel. in d. c. de his, colu. 2. vbi dicit, quod de iure canonico abſolutus ab obſeruatione iudici, non pōt iterum accuſari ab eodem, qui primo accuſauerat ex quo per primam accuſationem fuit effe-
53 ctus inimicus. † Et de iure canonico inimici repellūtur ab accuſando, ut habetur in c. repellūtur, & in c. cū P. man conella, & in c. oporteat de acc. Pōt tamē accuſari ab alio tertio, ſed de iure ciuili poteſt indiſtincte iterum accuſari tam a primo, quam ab alio, quia inimici de iure ciuili non repelluntur, ſecundum Fely. in d. c. de his unde pro ſaluanda opi. Specu. oportet ipſum intelligere de iure canoni. & ut non poſſit accuſari ab eodem, alias ita ſimpliciter male loqueretur p d. l. libellorū, §. quod ſi libel-
54 li † Limita tertio, prædictā regulam procedere, qn̄ quis accuſaretur ab eodem, qui primo accuſauit, uel inquirit facit. quia obſtat illi exceptio rei iudicatæ. Secus ſi accuſaretur ab alio tertio, qui ſuam, uel ſuorū iniuriam proſequeretur, & ignoraret accuſationem fuiſſe ab alio inſtituta, quia poteſt accuſare propter eius ignorantiā, non obſtante abſolutione. Secus, ſi ſciuiſſet accuſationem, quia etiam tertio obſtat exceptio rei iudicatæ, ita tenet Barto. per illum text. in d. l. ſi cui, §. eiuſdem ff. de accuſa. & Ab. in d. c. de his, co. fi. de accuſ. & Lud. Roma. in conſil. 213. & Alex. in conſil. 11. co. pe. in 1. uol. & ibi declarant, in quo proba-
55 bitur iſta ignorantia uel ſcientia. † Limita quarto non procedere, qn̄ quis eſſet abſolutus per tranſactionem factam cū patre & non per ſnīam, quia ſi trāſactio ualuit, licet ipſe trāſigens accuſare nō poſſit, tamē alius tertius poterit de nouo accuſare, uel inquiri facere, & ſi tranſactio non ualuit, pōt et ipſe idē primus accuſator iterum accuſare ita, tenet Fel. in d. c. de his, co. 1. uerſi. 2. limita, & c. de accuſ. & ibi ēt Ab & alii Doc. Multo fortius poteſt iudex inquirere non obſtante trāſactione in caſibus in quibus tranſactione fieri non potuit in præiudiciū fiſci, ut modo dicā. Et in hoc differt ſententia a tranſactione, quia ſententia facit ius, quo ad oēs, ut dixi in præcedenti limitatione, ſed tranſactio non facit ius, niſi quo ad tranſigente tātum, ita tenet Bal. in l. tranſig. in 4. & 5. oppo. C. de trāſ. vnde pōt alius accuſare, l. qui cætu. §. qui uacantem. ff. ad l. Iul. de vi. publi. & pōt iudex inquirere, ut habetur in c. de coll. deleg. & ibi Abb. in fi. col. ita declarat Alex. in d. l. tranſigere, col. 1. & ibi ēt Iaſ. in 2. col. in princ. Verū in hoc ſtat. dīa, q a quo ad illū proceſſum, & illam inſtantiam cœptam tranſactio facit ius quo ad omnes, ēt quo ad iudicem, ideo ꝙ tertius accuſator non poteſt eundem proceſſum proſequi, nec iudex inquirens pōt ex eodem proceſſu condemnare, ſed ille proceſſus remanet penitus extinctus per tranſactionem, vnde opus eſt incipere proceſſum de nouo, & hoc in caſibus in quibus trāſactio eſt permiſſa ſed in caſibus non permiſſis a iure pōt accuſator, & iudex proſequi eundē proceſſum, & iſte eſt effectus tranſactionis in criminalibus, ita declarat Bar. in d. l. tranſigere, colu. 1. in fi. & colu. 3. in 4. oppo. & ſeq. & ibi ipſum ſequitur Alex. in 4. col. & magis cōiter Doc. & Abb. in d. c. 1. co. fi. Sed quādo fit in caſibus non permiſſis, ꝙ iudex poſſit inquirere ex eodem proceſſu, ut eſt text. in l. 2. C. de abol. Qui aūt ſint caſus pmiſſi & qui n

56 habiti tradantur in d.l. tranſigere.† Quid
autem ſi princeps generaliter facit indultũ
de omnibus delictis præteritis, quod intel-
ligitur, ſ. parte offenſa cõcordata pone mo
do, quod offenſus accuſat, & pendente ac-
cuſatione remittit, an iudex poſſit ꝓſequi
ex officio, non obſtante indultu, uide Luc.
de Pen. tenentem, quod ſic in l. ſi quis, col.
57 25. in 5. q C. de deſertoribus libr. 12.† Re-
manet ergo concluſio, quod tranſactio
in caſibus permiſſis habet hunc effectum,
quia impedit proſequi eundẽ proceſſum
non alium initiari ad inquiſitionem iudi
cis, uel ad inſtantiam tertii accuſatoris, ſed
ipſe trãſigens penitus excluditur, ut ſupra
dictum eſt, & hoc eſt, quod ſupra dixi, qđ
tranſactio ita non poteſt fieri in præiudi-
cium fiſci, & reip. cuius intereſt, quod deli-
cta puniãtur, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui.
& ideo ĩ iudex pro cõmodo fiſci poteſt ue-
rum inquirere ex nouo proceſſu. Et prædi-
cta procedunt tam in delictis publicis quã
priuatis, nam licet in criminibus priuatis
principaliter uideatur priuatus offenſus &
non reſpub. tamen exitus. & commodum
poteſt ſpectare ad fiſcum propter pœnam
criminalem, unde tranſactio, quæ fit in cri
mine priuato, præiudicat tantum ipſo of-
fenſo tranſigenti, non tamẽ præiudicat fi-
ſco, & propterea iudex poteſt inquirere
poſt trantactionem, ſecundum Bart. in l. i.
§. uſque adeo, ff. de iniu. & Bald. in l. fallaci
ter, C. de abol.. Et ſimiliter alius tertius pu
ta cõſanguineus, qui paſſus fuit iniuriam
per offenſionem conſanguinei, poteſt ac-
cuſare, ita hæc omnia declarat Bar. in d. l.
tranſigere, co. pe in fin. & col. fi. & ibi etiã
Bal. qui magis clare loquitur in pe. co.
58 † Et ex prædictis infero ad unam pulchrã
& quotidianã concluſionẽ, quod ſi aliquis
paſſus fuit iniuriã in ſuã perſonam, & an-
te accuſationẽ uel poſt, trãſegit cum offen
dente, & remiſit ſibi omnem iniuriã poteſt
alius cõſanguineus offenſi, accuſare crimi
naliter illum offendentem, non obſtãte re
miſſione offenſi, illa ratione attenta, quia
iniuria facti uni cenſentur facta omnibus
de ſua cognatione, l. lex Cor. & ibi Bar. ff.
de iniu & Bald. in l. i. colu. 2. in princip. C.
de rap. uirg & Bald. in le. i. C. ſi quacunque
præd. pot. & Bar. in leg. cum ſeimus, C. de
agr. & cenſ. libr. 11. & Ab. in c. cum oporteat, colum. 2. de accuſ. unde tranſactio
remiſſio unius, non præiudicat alteri ac
ſare uolẽti per prædicta, ita in terminis
net Bart. in d. l. tranſigere, colum. fin. &
etiam Bal. col. penul. circa fin. Nec prod
accuſato dicere, quod ego habui remiſ
nem ab eo, qui fuit principaliter offenſ
quia iſte agnatus uenit pro iniuria ꝓpr
item non poteſt prodeſſe dicere, quod
fuiſti præuentus ab offenſo, quia prius
cuſauit, quia non dr̃ præueniſſe, qui de
tit per tranſactionem, ſecundum Bal. in
l. tranſigere, colu. fin. et hoc etiam tenet
Franc. de Aret. col. pen. in fi. & ſequendu
probat opin. Sal. ibi per text. in d. l. i. §.
que adeo. ff. de iniu. & prædictis adde B
59 in l. fi. ff. de princ. delic. † Item ex prædic
infero, ꝙ hodie in regno habemus ritu
magnæ curiæ, nu. 13. qui incipit. Item
nullus laicus, &c. quo cauetur, qđ nul
admittitur ad accuſandum, ſiue ad den
ciandum tãquam vnus de populo, niſi
vel ſuorum iniuriã proſequetur, per qu
ritum dico, quod hodie in regno quo
accuſationem, non fit differentia inter
mina publica, & priuata, quia ſolum pr
quens propriam, uel ſuorum iniuriam,
mittitur, unde omnia crimina publica,
ſetur redacta ad inſtar priuatorum, quo
accuſationem, & per hoc dico, quod eti
in crimine publico, ſi is, qui principali
offenſus, trantigit, uel remittit, admitti
ſuus conſanguineus tantum ad accuſ
dum, qui ſuam uel ſuorum iniuriam pr
quitur, ſicut in crimine priuato, et non
mitteretur quilibet extraneus, et ita de
hodie reſtringi, et intelligi diſpoſitio d
qui cætu, §. qui uacantem. ff. ad l. Iul. de
60 pub. † Limita tamen prædicta, quod cõ
guineus poteſt accuſare pro iniuria cõ
guinei, ſ. criminaliter tantum, non aut
ciuiliter, nam ciuiliter poteſt ſolum acc
re is, qui fuit principaliter offenſus, uel
qui habet offenſum in ſua poteſtate, u
ter pro offenſionem filii. Idem in mar
pro offenſione uxoris, quia pater, et m
tus cenſentur offendi per offenſione
lii, et uxoris, unde accuſando, uindic
propriã iniuriã, et proprio nomine ag
Tex. eſt in l. i. §. fi. cum l. ſeq. et ibi Bar
Doc. ff. de iniu. et probatur in d. le. i. §.
adeo, et tenet Bart. in l. ambitioſa, col.

Digitized by Goo

de decr. & ab ord. fac. Iſtæ ergo perſonæ poſſunt agere ciuiliter, & criminaliter ad earum libitum, prout plene tetigi ſupra in 4. parte in 1. diſt. col. 2. & 3. ſecus eſt in aliis conſanguineis collateralibus, puta in

61 frater, † quia pro iniuria fratris nõ poteſt frater agere proprio nomine, quia frater non dicitur proprie offenſus, ſed ſolet tantum de iniuria fratris, & prætendit aliquod intereſſe, ſaltẽ affectionis ut ſentit Alexan. in l. ſi fi. §. de uectigalibus colum. 10. ff. de damn. inf. & in l. ſi ita ſtipul. §. Chryſogonus, col. pen. ff. de uerb. obl. unde quia frater, & alii collaterales non agunt proprio nomine ut dicit Bartol. in d. §. Chryſogonus, in fi. & Bald. in c. 1. §. ſimiliter col. 1. in fi. quib. mod. feu. amit. ſequitur, ꝙ non poſſunt agere ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ, ita ſingulariter tenet Bartol. in d. l. lex Cor. ff. de iniur. ubi ita intelligitur, quod ipſemet Bar. dixit in l. fin. ff. de priu. del. & ſentit idem Bart. in d. l. 1. §. fin. ff. de iniu. in quibus locis dicit, qđ tantum criminaliter agere poſſunt conſanguinei, nõ autem ciuiliter, & iſtud ſequẽdo Bar. tenet etiã Fel. in c. literas, colu. 2. in fi. uer. 4. limi. &c. de præſum. Et per iſtam diſtĩonem puto poſſe reduci ad concordiã multas doctrinas, quæ uidentur ad inuicem cõtrariari. Nam Bar. Bal. Alex. & Franc. de Are. & omnes cõiter Doc. in d. l. tranſigere col. pen. & fi. tenetur, qđ offenſus remittat iniuriam, poſſunt alii conſanguinei accuſare. Idem tenet Bar. in l. fi. ff. de priu. del. ſed Bar. Alexan. & Fran. de Are. & Doc. in d. §. Chryſogonus, & Alexand. in d. §. fi. de uectigalibus. tenẽt, quod licet frater doleat de iniuria fratris, non tamen agit actione iniuriarum, quia non eſt de perſonis numeratis in l. 1. §. fi. ff. de iniur. nam per illas tantum perſonas iniuriam patimur, & non per alias. Idem tenet Soc. in conſi. 228. in 3. col. in fi. in 2. col. Et ſi iſta opin. ult. eſſet uera ſequetur, qđ facta tranſactione per offenſum, nullus alius cõſanguineus admitteretur ad accuſandum, niſi eſſet pater, uel maritus, & ſic penitus deſtrueretur id, quod dicunt Doct. in d. l. tranſigere, unde ego puto poſſe iſtas doctrinas concordari, ſecundum diſtinctionem Bar. in d. l. lex Cor. ſ. aut frater uult agere ciuiliter ex delicto, & non poteſt, quia offenſio nõ eſt ſua propria, ut dicit Bal. in d. c. 1. §. ſimiliter quib. mod. feu. amitt. unde illã æſtimare non poteſt, aut uult agere criminaliter ad uindictã publicam, & tũc poteſt accuſare q2 ſua intereſt fratrem non offendi, & tanq̃ pro ſequens iniuriam ſuorũ, admitti debet, et quod [illegible] fuerat intentio Alexã. et Doc. in d. §. Chryſogonus patet, q2 loquuntur per uerbum, agere & non p uerbum, accuſare, Dicunt enim quod frater non agit ex iniuria fratris, unde debet intelligi ciuiliter, quia hoc importat uerbũ, agere, ut no. in l. qui accuſare. C. de edend. alias autẽ fruſtra loquerentur leges dicentes licitũ eſſe proſequi ſuam, uel ſuorũ iniuriam, l. neganda. C. qui accuſ. non poſ. & quod diſponit ritus magnæ curiæ 14 incipiens. Item, ꝙ nullus laicus, &c. ubi prohibet omnes accuſationes, quæ non fiunt p proſequentes ſuam, uel ſuorum iniuriam. Illud ergo, quod diſponitur in l. 1. §. fi. ff. de iniur. loquitur de iniuria propria, q̃ poteſt in iudicium deduci ciuiliter, & criminaliter, & tunc dicitur, quis proſequi ſuã iniuriam. Sed conſanguineus proſequitur iniuriam ſuorum, & ratione intereſſe ſanguinis, p mittitur accuſare criminaliter, & petere uindictã contra offenſorẽ fratris ſui.

62 † Sed cadit opportunũ dubium, uſque ad quem gradum admittantur cõſanguinei ad accuſandum, & proſequendum ſuorũ iniuriã Bald. in l. pen. C. de adu. diuer. iud. per illum tex. dicit, quod appellatione ſuorum ueniunt coniuncti, uſque ad quartũ gradum. Alii dicunt, quod dñt ſui uſq. ad illum gradum, infra quem non coguntur teſtificari, qui eſt ſeptimus gradus, ut l. lege Iul. ff. de teſt. ita tenet Spec. in tit. de accu. §. 3. in prin. & ibi etiam Io. And. in ad. qui dicit, quod appellatione ſuorum, ueniunt illis, qui poſſunt agere ſine mandato, adeo quod Doctores multum uariant ſup hoc ut plene attingit Abb. in c. de cęt. colu. fin. & ibi & Fel. de teſt. & idem Fel. in cap. cũ dilectus col. fi. de acc. & Ale. in l. 2. ff. de accuſ. ſed Abb. in cap. cum oporteat co. 1. de accu. dicit attendendam eſſe conſuetudinem patriæ, ſcilicet uſque ad quem gradũ ſolet in illa patria durare affectio inter coniunctus, ſed Fel. in d. c. cum dilectus, dicit cõem opi. eſſe, quam tenet Abb. in d. c. de cætero. Ego puto dubium hoc poſſe clare decidi, per tex. in d. l. lex Corn. ff. de

iniur. vbi enumerantur perſonæ vſque ad ſobrinos. vnde dico, quod in materia accuſandi, appellatione ſuorũ veniũt cõiuncti vſque ad 6. gradũ, q̃a ſobrini ſunt in 6. gradu, ut inſtit. de gradi §. 6. gradu. & miror, ꝙ alii Do. nõ ponderauerunt ad hoc illum tex. per quẽ in propriis terminis deciditur iſtud dubium, & non eſt opus ire per ſimi-
63 litudines, & médicata ſuffragia. † Adde tamen hic vnũ pulchrum dictum, ꝓ ampliatione p̃dictorum, ꝙ oĩs iniuria, quę fit cõtra diuinã religionem, vel cõtra patriam, põt appellari iniuria ꝓpria, & quilibet põt illã proſequi, tanquã propriam, ita ſingulariter tenet Ang. in § fi. in Auth. quo opor.
64 epi. † Item, in terminis iſtis appellatione ſuorum non veniunt ſpurii. ſecundũ Ale-
65 xand. in conſ. 60. col 4. in 2. vol. † Ex prędictis modo infero ad nonnulla, vtiles ac quotidianas practicas in regno. Et primò, ſi aliquis fuit offenſus, certum eſt, quod poteſt formare libellum accuſatorium iniuriarum, æſtimando iniuriã, ſecundum formam conſt. varietates. Pone modo, ꝙ eius frater, vel alius cõiunctus collateralis vult facere aliũ libellum accuſatorium, & æſtimare illã iniuriam pecunialiter, utrũ poſſit, dico ꝙ non, quia non permittitur coniuncto agere ciuiliter ad æſtimationẽ, vnde talis libellus non procedere per illã auream doctrinam Bart. in d. l. lex. Corn. ſed debet formare libellum criminaliter, petẽdo eum puniri pœna iuris tradita in l. fi. ff. de iniu. vel alia pœn. ſecũdum delicti qualitatem. Et nota pulchrum modum reficiendi libellum nouiter ponderatum, quia non puto, quod fuerit hactenus per alios
66 Doct. conſideratus. Secundo infero, ꝙ in caſu prædicto, quãdo coniunctus vult agere pro iniuria cõiuncti, nõ debet mẽtionare iniuriam propriam, nec propriã offenſam, ſed debet dicere, ꝙ agit pro iniuria coniuncti ratione intereſſe ſanguinis, ad publicam uindictam quia alias libellus nõ procederet, per id quod dicit Alc. & Doct. in d. §. Chryſogonus, & Bal. ĩ d. c. 1. §. ſimiliter quib. mod. feu. amitt. in uſibus feu.
67 † Tertio infero, & hæc eſt quædam limitatio ad ea, quæ ſupra dixi de cõſanguineis, quod licet alias remittente offenſo poſſit alius cõiũctus agere criminaliter, ut ſupra pluries dictum eſt, tamen ſecus eſt in patre habente plures filios, quorum ſi unu[s] oſſenſus, certũ eſt, ꝙ actio competit pa[tri] ut d. l. 1. §. uſque adeo, & §. fi. ff. de iniu[r.] l. ſed ſi unus, §. filiofamilias, eo. tit. Et p[ater] põt ẽt filio inuito hanc iniuriã remitt[ere] vt d. §. filiofamilias, & eſt text. & ibi glo[ſ.] Bar. & Doc. in l. in perſonã, ff. de acc. & in l. contra iuris, §. ſi filius. col. 3. ff. de [...] adeo, quod ſi pater remitti, non põt fi[lius] adeo, ut no. gl. in c. cũ illorum. in uer. [...] ſus eſt, &c. & ibi Abb. & Doc. de ſent. [ex-] comm. vnde dico, quod in hoc caſu p[atre]
n n remittente non poſſunt alii filii, qui ſ[unt] fratres offenſi, agere de dicta iniuria, [nec] accuſare aliquo modo. Et licet hoc d[ictum] non reperiam ab alio dicisum, tamen i[d] firmo ratione ineuitabili, quia ſi patre [re-]mittente iniuriã filii, nõ poteſt filius a[ge-]re, & põt pater ẽt inuito filio remittere [ſe-]cundum Bart. in d §. filiof. & in d. l. in [per-]ſonam & gl. in d. c. cum illorũ. Certe, [ſi non] põt agere ille filius, qui fuit principa[liter] offenſus, multo minus debet poſſe ag[ere] frater illius, qui non fuit offenſus, & [qui] eſt ſub eiuſdem patris poteſtate. Nã ſi [pa-]tria poteſtas, eſt ſufficiens ad repellend[um] filium offenſum, qui ſuam propriam i[niu-]riam proſequeretur, multo fortius de[bet] operari ad repellendum filium, qui [alie-]num iniuriam proſequitur, & poteſt a[ddi] alia ratio, quia omnes filii cum patre r[epu-]tantur una, & eadem perſona, ut habe[tur] in l. in ſuis, ff. de liber. & poſt hu. unde ſi[cut] tranſigens non admittitur ad accuſan[dum] ut ſupra dixi, ita nec filius admitti de[bet] facta tranſactione per patrem, qui un[a &] eadem perſona reputatur cum patre.
68 † Limita tamen hoc non procedere, q[uan-]do pater eſſet uilis perſona, & filius ho[ne-]ſta, quia tũc pater uilis non poteſt remi[tte-]re iniuriam illatam filio, tex. eſt & ibi [...] in d. l. ſed ſi unius, §. filiof. ff. de iniu. & g[l.] in d. l. 1. in perſonam. & Bart. in l. Luc[ius] ſolu. matrimo. & gl. in d. cap. cum illor[um] facit text. in l. ſi cum dotẽ § eo aũt tem[po-]
69 re, ff. ſol. mat. † & per ſe hoc infert not[abi-]liter Barto. in d. §. filiofa. ꝙ pater uilis [non] poteſt pupillariter ſubſtituere filio ſuo [...] idẽ tenet Bar. in l. 2. ff. de uolg. & pup. [...] ſicut pater non habet adminiſtration[em] in uita ſuper filio, propter eius uti[lita-]tem, ita minime habebit illam in m[orte]

ſecun[...]

70 ſecundum Bar. ibi.† facit quod not. Bal. in
le. quāuis C. de fideicom. ubi dicit, quod ſi
pater eſt dilapidator, priuatur adminiſtra-
tione bonorum filii, & tunc filius poteſt
agere contra patrem. Idē tenet Soc. in con
ſi. 54 vol 9. ver. 3. concl. in 1. uolu. Et nota
pulchrum dubium annullandi ſubſtitu-
tionem pupillarem, quia quotidie euenire
71 poteſt.† Item limita non procedere, quan
do iniuria eſſet illata a perſona coniuncta
filio, quia tunc pater illum remittere non
poteſt, ita tenet Bar. Ang. Imo. & Lud. Ro.
in d. l. Luc. ff. ſol. mat. & Iaſ. in d. l. in perſo
72 num, ff. de pact.† Quarto infero, ꝙ ſi ali-
quis coniunctus vltra ſextum gradū age-
re vellet de iniuria coniuncti, non dēt ad-
mitti, quia non numeratur in numero ſuo
rum ſecundum opi. quam ſupra tenui, per
d. l. lex Cor. ff. de iniur. vnde obſtaret ſibi
dictus ritus magnæ curiæ, inc. Item, ꝙ nul
73 lus laicus, &c.† Vltimo, quia ſuperius tra-
ctatum fuit de transactione in criminali
bus, qñ eſt permiſſa & qñ prohibita ſecun
dum forma l. tranſigere. C. de tranſa. ſcias,
quod in regno ſuper hmōi tranſactionib.
& cōcordis eſt aliquid immutatum, & no
uiter prouiſum per conſtōnes & capitula
regni. Primo .n. ſuper hoc eſt quædam con
ſtitutio, quæ incipit, poſt citationem emiſ
ſa. Secundo, eſt alia cōſt. quæ incipit, priuſ
quam citatæ partes alias eſt in litteta, poſt
quam, ſed uerior litera, priuſquā, quia ita
concordat cum alia conſt. prædicta. Et pō
dero bene iſtas conſt. quæ videntur in aliq
bus cōtrariæ ad inuicem, & gloſſæ magis
confundunt intellectum ipſarum. Nam
conſti. poſt citatione emiſſam tota loqui-
tur in criminibus ingerentib. pœnam ſan
guinis, in quibus de iure cōi licita eſt tran
ſactio, ut d. l. tranſigere, & hoc expreſſe di-
citur ibi in fi. verſi. quæ omnia, &c. Et pro-
pterea duæ glo. quæ ſunt in d. conſt. una in
verſi. impartimur, & alia in verſ. perſoluat
faciunt variatæ intellectum dictæ conſti.
& puto quod male fuerunt ibi ſituatę, nā
per exceptiones, quas faciunt, dictæ glo. &
li mitationes, quas ponunt ad tex. innuūt,
ꝙ dicta conſt. in prin. ſui loquatur de iniu
riis leuib. quo non eſt verum, & eſt contra
illum tex. in d. ver. quæ omnib. ibi tex. ſeip
ſum declarat, per illud ſignum vniuerſale,
quæ omnia, &c. & dicit, quod omnia con-
tenta in d. conſt. procedunt in criminibus
in gerentib. pœnam ſanguinis, ergo non
eſt verum, ꝙ loquatur in delictis leuib. vn
de pro declaratione huius materiæ, & ad
ſciendum, in quib. corrigatur ius cōe per
conſtōnes regni capio ex d. conſt. tres con
cluſiones. Prima concluſio eſt, quod in
criminib. ingerentibus pœnam ſanguinis,
eſt permiſſa concordia inter partes gratis,
non per tranſactionē .ſ. aliquo dato, & iſta
permiſſio durat poſt citationem accuſati,
antequam partes compareant corā iudice
& non ultra. nā poſt comparationē accu-
ſari non permittitur ultra talis concordia.
Iſtud colligitur ex principio dictæ conſt.
Iſta concluſio eſt hodie correcta per aliam
conſt. quæ incipit, priuſquam citatæ partes:
qua cauetur ꝙ in enormib. & atrocibus
iniuriis non licet trāſigere ēt gratis, vnde
cum d. conſt. poſt citationem loquatur in
criminib. ſanguinis, & ſic in atrocioribus
ſequitur, ꝙ eſt correcta per aliam cōſt. quę
licet videatur prior in ordine conſti. tñ eſt
poſterior, & magis noua, ut dicit d. glo. in
ver. perſoluat, & And. de Iſer. in d. cōſt. poſt
citationē in primis verbis, vnde ex dictis
duab. conſt. ſimul iunctis cum dicta corre
ctione colligo nunc veram concluſionem
quæ eſt, quod de iure conſti. regni in atro-
cioribus iniuriis, & criminib. ingerentib.
pœnam ſanguinis, nullo modo licet tran
ſigere, neq; paciſci gratis, in quacunq. par-
te litis, & tranſactio uel pactum factū non
valet, ſi curia ipſam, vel ipſum nō acceptat.
hoc colligitur ex tota illa conſt. poſt cita-
tionem iuncta dicta conſt. priuſquam cita-
tæ partes. Et procedit indiſtincte iſta con-
concluſio, tam ante comparationem par-
tium, quam poſt, tā ante lit. cont. quā poſt.
Ex iſta concluſione ſequitur conſequētia,
ꝙ iudex non obſtante tranſactione poteſt
proſequi ex eodem proceſſu, & non eſt ne
ceſſe incipere proceſſum de nouo, ex quo
tranſacto nō ualuit, ut dixi ſupra in prin.
huius quartæ limitationis principalis ad
octauū requiſitū. Et per hoc apparet, ꝙ ho
die in regno eſt correcta diſpō l. trāſigere.
C. de tranſact. in eo, quod permiſit tranſa-
ctionē in pœnis ſanguinis. Secunda cōclu
ſio quæ percipit ex dicta conſti. eſt, ꝙ fiat
tranſactio in dictis criminib. aliquo dato
accuſatori, vt a lite diſcedat, ſi quidem fiat

ante

ante quam accuſatus citatus compareat,
punitur, accuſator ad duplum eius, quod
recipit, quam pœnam fiſco perſoluit. Si ue
ro fiat poſt comparationem accuſati, & an
te lit. conteſt. punitur accuſator ad decem
auguſtales fiſco applicandos. Si vero fiat
poſt lit. conteſt. tunc puniuntur ambo ſci
licet accuſatus & accuſator, d. 12. auguſta
les pro quolibet, & nihilominus iudex po
teſt cauſam proſequi, ut probatur in d. con
ſti. ibi, cauſa nihilominus ſuo ordine, &c.
Sed ſecundum formam ritus magnæ cu
riæ, ſi partes concordant ſine licentia cu
riæ, puniuntur ad 10. tarenos tãtum, ut eſt
ritus in num. 228. qui incipit. Item, quod
ſi partes, &c.
74 † Tertia concluſio ex d. conſtit. eſt, ꝙ lici
tum eſt tranſigentis in dictis criminib. ac
cipere aliquis ab accuſato, pro expenſis, &
intereſſe, & pro æſtimatione damnorum,
& tunc non incidit in pœnas prædictas,
ut probatur in §. 1. illius conſt. non tamen
intelligas, quod tunc ualeat in tranſactio
in præiudicium fiſci, quia nunquam valet,
ſed ſolum tunc euitatur pœna. Et per hoc
ſis cautus, quando fiunt huiuſmodi tranſa
ctiones in criminalibus aliquo dato, ut ex
primatur, quod illud datur pro damnis &
intereſſe, ad euitãdum pœnam. Quartam
concluſionem poteſt quilibet percipere ex
dicta conſt. in fin. uidelicet, quod in omni
bus criminibus publicis non ingerentib.
pœnam ſanguinis, non eſt permiſſa tranſa
P ctio, niſi in crimine ꝓ falſi, & in hoc cõcor
dat cum iure communi, ſcilicet, cum d. l.
tranſigere, in fi. Quinta concluſio percipi
tur ex alia conſti. quæ incipit, prius quam
citatæ partes, uidelicet, quod in omnibus
iniuriis leuibus permittitur, tranſactio &
pactum, ante quam partes compareant cõ
ram iudice poſt citationem, poſt vero com
paritionem, non permittitur, ut colligitur
ibi a contrario ſenſu, nam tunc quæſitum
eſt ius curiæ, & iudex poſſet poſtea proce
dere ex officio. ut per ea, quæ no. Bart. in l.
75 1. §. vſque adeo. ff. de iniur. † Quæ autem
dicantur iniuriæ atroces, & enormes, tradi
tur in §. atrox. inſt. de iniur. & in l. prætor.
§ fi. de iniur. & no glo. in c. tanta, de exceſ.
præla. & habetur in c. cum illorum de ſen.
excom. Et quæ dicantur iniuriæ leues, uide
Bar. in l. leuia, ff. de acc. & Matth. in d. con
ſti. priuſquam citatæ partes quæ conſ. quo
ad iniuriam atrocem & leuem, mitti ſe ad
76 ius cõmune. † Ex prædictis ergo caſuum
diuerſitatibus poteris facere ſingulis con
ſequentias ad ſciẽdum an & quando iudex
poſſit proſeq. uel inquirere ex officio, non
obſtante tranſactione partium. Et pro fina
li concluſione do iſtam magiſtralem regu
lam, quæ ex prænarratis recte colligi po
teſt, & eſt talis, quod in omnibus caſibus
in quibus prohibetur tranſactio poſt cita
tionem emiſſam, iudex poteſt procedere
ex eodem proceſſu, ſed ſi fit tranſactio an
te citationẽ, tunc diſtingue. Aut caſus eſt
talis, in quo poteſt iudex inquirere ſine ac
cuſatione ex diſpoſitione iuris communis
vel municipalis, & poteſt inquirere nõ ob
ſtante tranſactione. Aut non poteſt inqui
rere. & tunc ceſſat inquiſitione, quia non
fuit quæſitum ius curiæ, cum eã non fue
rit præoccupata ſaltẽ per citationẽ. In ca
ſibus uero in quibus tranſactio permitti
tur, iudex non poteſt procedere ex eodem
proceſſu, ſed debet nouum initiare, ſi ca
ſus erat talis, in quo poteſt ex officio pro
cedi, alias ſecus, quia trãſactio impedit iu
dicem penitus. unde in delictis leuibus in
quibus ex officio procedi non poteſt, &
trãſactio permittitur ante comparitionẽ
partium poſt citationẽ, ſi fuerit facta tran
ſactio, iudex nullo modo poteſt procede
re, ſecus poſt comparitionem, & ita habes
perfecte declaratam hanc materiam.
77 Quid autem, ſi accuſator non tranſigit,
ſed colludit cum accuſato, præuaricando.
Dic quod punitur pœna centum auguſta
lium, & præſumitur colluſio, quando in
termino ſtatuto per iudicem non compa
ret, nec accuſatus, nec accuſans, de hoc eſt
conſtitutio, quæ incipit. Sæpe contingit,
& ibi per Matth. in i. colu. in fi. ut dixi ſu
78 pra, in i. limita. † Eſt etiã & alia conſ. quæ
incipit, ſponte volentibus quæ loquitur in
cauſis ciuilibus, & dicit, quod ante lit. con
teſt. non licet tranſigere ſine licẽtia curiæ
alias reus tenetur fiſco ad tertiam partem
eius quod ſoluit actori pro trãſactione, &
ſi negat ſoluiſſe, quod conuincitur de men
dacio, punitur ad duplum dictæ tertiæ. Et
per illã conſt. corrigitur in aliquo lex poſt
quam liti. C. de pac. ut dicit gl. in d. conſti.
79 † Conſidera tamen unum pulcherrimum

di.

dictum ex verbis dictę conſt. ſponte uolentibus, ibi, Abſque ullius contumaciæ pœna, &c. quod in cauſa ciuili ſi reus citatus fuit, contumax, & accuſatus, & bannitus, & condemnatus ad tertiam partem mobilium ſi poſtmodum ante lit. conteſt. tranſigat cum aduerſario, eſt immunis ab omni pœna contumaciæ. Et ſic in cauſa ciuili ante lit. cont. poteſt fieri tranſac. in præiud. fiſci, cui fuerat ius quęſitum ad pœnam contumaciæ. Et ſic no. ſingulare dictum, quia quilibet diceret contrarium ſi non uideret ter. dictæ conſti. & ita ponderat illa verba Mat. ibi in 2. no. licet ſecus ſit in cauſa criminali, quia ſi reus eſt contumax, nõ fit tranſacta in præiud. fiſci, ut declarat idem Mat. in conſt. priuſquam citatæ partes, in 1. not. unde ſis cautus, ſi uis euitare pœnam contumacię, in cauſa ciuili, ut procures fieri tranſactionem ante lit. conteſt.

80 † Quid autem, ſi accuſator non colludit, ſed non comparet in ultimo peremptorio & accuſatus comparet, & eius contumaciam accuſat in hoc eſt alia conſt. quã incipit, Accuſatorum temeritatem, qua cauetur, quod accuſator condẽnatur ad 5. partem mobilium; & ad expenſas taxandas per iudicem præcedente iuramento accuſati. Si uero poſt lit. conteſt. in termino ſibi præfixo per iudicẽ accuſator non comparuerit ad proſequendum, punitur in tertia parte mobilium, & ſi poſtea ultra perſeuerauerit in deſiſtendo, punitur ad centũ auguſtales, & eãdem pœnam patitur, ſi expreſſe poſt lit. cont. renunciat accuſationi & de hoc eſt alia conſtitutio, quæ incipit, Accuſatorum. Verum iſta pœna eſt correcta per ritum magnæ curiæ, quia ſi accuſator deſiſtit ante lit. cont. punitur ſolum ad ſex tarenos, ſi deſiſtit poſt lit. cont. punitur ad tarenos 12. Sed in cauſa ciuili ſi actor deſiſtit ante lit. conte. punitur ad tarenos tres, ſed poſt litem conte. ad tarenos ſex, prout de his omnibus eſt titus in nu. 240. ſub rub. de deſiſtentibus. quia incipit itã ſeruat ipſa curia, quod ſi accuſator &c. & ad hoc ſunt redactæ pœnæ Turpiliani, ut dicit And. de Iſer. in d. conſt. accuſatorum

81 temeritatem. † Sed ecce, quia dictum eſt de pœna accuſatorum deſiſtentium, quod aut dẽt facere iudex circa proceſſum cauſæ, ex quo non apparet tranſactio, nec remiſſio accuſatoris, ſed ſtat in ſuſpenſa rẽ propter eius abſentiam? in hoc eſt prodita noua prouiſio per c. regni, quod incipit, ad conſultationem, & eſt in nu. c. 216. Quo cauetur, quod iudex debet ſubſtituere unum uirum idoneum in locum accuſatoris abſentis, qui cauſam accuſatoris proſequatur in terminis, in quibus reperitur & ita iudex quam citius poteſt, procedat ad proceſſus deci. per condemnationẽ vel accuſationem, & nihilominus contumaciam accuſatoris punire debet.

82 † Extat etiam aliud ca. regni, quod incipit, ad audientiam, el 2. nu. c. 203. Quo cauetur, quod in caſibus in quibus non vertitur intereſſe fiſci, licitum eſt impune accuſatori deſiſtere, antequã accuſatus compareat, ſicut per conſti. regni, prouiſum erat, & vult ſe referre ad illam conſtit. priuſquam citatæ partes. Sed ubi uertitur intereſſe fiſci propter aliquam pœnam iudex non admittit accuſatorem, niſi prius obliget ſecum iuramento de non deſiſtendo ſine licentia curiæ. Et ſi poſtea deſiſtit, punitur de periurio uerum de iſtoc. fit mẽtio in dicto ritu magnæ curiæ, ſub. rub. de deſiſtentib. ubi dicitur etiam, quod magna curia non ſeruat iſtud c. ad audientiam, & uere ſeruatur in practica.

83 † Vt ergo ceſſent iſtæ pœnæ impoſitæ tranſigentibus, & deſiſtentibus criminalibus, prouideant accuſatores impetrare abolitionem accuſationis, quæ abolitio nihil aliud eſt, niſi accuſationis peremptio conceſſa per interlocutoriam iudicis, ut declarat gl. in rub. C de abol. & Specu. in tit. de abol. §. 1. in princ. Quam abolitionem iudex concedit cauſa cognita, ut habentur in l. 1. & l. fi. C. de abol. & dicitur in conſt. Accuſatorum temeritatem, in fin. ubi ſentit. ter. quod iſta abolitio debet peti a ſolo rege, & dicit ibi Matt. quod alius inferior rege, non poteſt concedere abolitionem, per illam conſt. unde ſecũdum eum ceſſent correctæ omnes leges iuris communis cõcedentes iudicibus, & officialibus poteſtatem concedendi abolitionem, ſed ego nõ puto hoc eſſe uerum, quia dicta conſtitu. non dicit, quod ab alio inferiore concedi non poſſit abolitio, ſed tantum dicit, quod ſi petiiſſet a rege, illam conceſſiſſet ex iuxta cauſa, unde potius illa ſit accidẽ-

dentalis locutio legiſtratoris pollicentis ſe conceſſurum abolitionem ex cauſa, ſi ab eo peteretur, quam quod uoluerit tot leges iuris communis corrigere, uidelicet,
84 leges poſitas in ti C. de abolito † Legum enim correctio nũquam præſumitur niſi expreſſe appareat, l. præcipimus, in fi. & ibi Bar. C. de appellat. & l. ſancimus. C de teſt.
85 † Reuertor nunc ad alias limitationes ad iſtud octauum requiſitum. Vnde quinto principaliter limita non procedere, quando de crimine eſt diſcuſſum in iudicio per viam exceptionis incidenter vt in quęſtione ciuili opponatur cõtra teſtem exceptio falſi, & per viam exceptionis cognoſcitur de crimine falſi, nam tunc dato quod abſoluatur, poteſt nihilominus iterum accuſari uel inquiri ordinarie in caſibus, in quibus ex officio inquiri poteſt. Idem, ſi fuiſſet condemnatus de crimine per viam exceptionis, quia poteſt iterum ordinarie procedi contra eum & ratio eſt, quia quando per uiam exceptionis agitur de crimine, non irrogatur pæna ordinaria a lege inducta, ſed pæna extraordi. mitior. unde quia delictum non fuit ſufficienter punitum, propterea poteſt iterum agi, vt puniatur ordinarie. ita tenet Bal. in l. ubi falſi. C. de falſis, per Bald. in l. nullum. C. de teſt. & Fel. in c. de his, uer 3 limita, & c. de accuſ. & in c. quod olim. in fin. de iudeis, & Lud. R. in conſi. 375. illa enim pœna extraordinaria irrogatur ſolum pro contemptu iudicis, & non pro principali delicto, ſecũdum Bal. vbi ſupra, ſed quandoque ſolet irrogari pœna ordinaria, etiã per uiam exceptionis, & tũc non poſſet ulterius inquiri, vnde tunc ſtaremus ſub regula. Quod quando ſit, & quãdo tale delictum nullo modo eſt punibile. uide plene per Abb. in capit. cum dilectus, col. 11. & 12. de ord. cogni. & pleniſſime per Felyn. in cap. 1. de excep. ubi p. octo concluſiones examinat hanc mate-
86 riam. † Limita ſexto non procedere, quando quis eſſet abſolutus uel condemnatus de crimine per uiã denunciationis Euang. quia poteſt iterum inquiri, & condemnari ad pęnam ordinariam, & eſt ratio quia per dictam denunciationem agitur tantum, ut quis emendetur, non autem ut puniatur, ſi tamen iudex proceſſit ordinarie, & legitimam pænam impoſuit, tunc ſtamus ſub regula. ita tenet Fel. in d. c. de his, verſi. 4. limita, & c. de accu. & S. l. in l. ea quidem, C. de accuſ. & de materia huius denunciationis, & quis ſi eius effectus, tradit plene Abb. in d. c. nouit in pen. cha. de iud. & dicam infra in materia denunciationis.
87 † Limita, primo non procedere, quando
q quis fuit abſolutus in foro q pænitentiæ, nam licet confiteatur delictum ſacerdoti, & ab eo recipiat pęnitentiam ſalutarem, adhuc tamen poteſt accuſari, & puniri iterum de illo crimine. Et ratio eſt, quia per pęnitẽtiam fit ſatisfactio Deo & eccleſiæ: ſed per pęnam legitimam fit ſatisfactio reip. quæ per dilectum fuit offenſa. ita tenet Fel. in c. de his, verſic. 9. limit. & c. & ibi etiam Abb. aſſignat rationem prędictam, & probatur in l licitatio. §. quod illicite. ff. de publ. & in le. ancillæ. C. de fur. & l. ſi pro fure. §. 1. ff. de cond. furt. & ſic una per alia
88 non tollitur ut ibi habetur. † Idem etiam dicimus in remiſſione facta in foro animę ut ſi offenſus confiteatur ſacerdoti, & remitti iniuriam in foro aĩæ, nã non obſtante tali remiſſione, poteſt accuſare offenſorem ad pænam legitimam, quia cenſetur ſolum remiſiſſe odium & animi rãcorem, non autem ius accuſandi, ſecundum Bart. in l. non ſolum. §. iniuriatum. ff. de iniuriis & Abb. in cap. 1. de iniu. & Iaſ. plene in l. ſi tibi decẽ. §. quæ. ff. de pac. & Io. de Ana. in cap. 1. colum. antep. in fi. & pen. de maledicis, & Parſ. in trac. ſynd. in verſic. compoſitio colũ. 9. & Io. & Fel. in d. c. de his, col. fi.
89 † Limita octauo, niſi de crimine actum fuerit ciuiliter, puta ad rei reſtitutionẽ, ſeu damna, quia adhuc poteſt agi criminaliter ad pænam, niſi utrunque tenderet ad vindictam, quia tunc una uia tollitur per aliam tex. eſt in l. quod ſenatus, & l. prætor edixit. §. 1. & ibi Bar. ff. de iniur. & no. Fel. in d. c. de his, colum pe. verſi. 6. Limita, de accuſa. vbi limitat hoc niſi in cauſa ciuili reus fuiſſet abſolutus, ex eo, quia delictum non fuit commiſſum, quia tũc ab eodem criminaliter accuſari non poteſt, ſed a tertio ſic ſecundum eum. Et prędictis addo Bar. in leg. 1. C. quando ciu. actio. præiudi. crim. & plenius Bar. in l. 2. §. 1. vi. bo. rapt.
90 † Et ex prædictis poſſet formari quæſtio quotidiana. Quidam commiſit homicidium, uel aggreſſus fuit aliquẽ uiolenter adeo

adeo qđ de iure teneretur pęna legis. Cor. de ſicc. uel l. Iulia. de ui, uel alia ſimili pęna maioris, & offenſus accuſat ipſũ de iniuria ciuiliter, & ſic de crimine tantum priuato, utrũ per humõi accuſationem, & pęnã iniuriæ, quæ eſt extraordinaria, præcludatur pęna le. Cor. ſeu. l. Iuliæ. Rõ uidetur facere, quod ſic, ex quo utraque pęna tendit ad uindictam, per ea quæ ſuperius dicta ſunt contra uero vř dicendum, quod non, quia de facili reperitur uia fraudandi pęnas iuris, ſi homicida, uel alius grauiter criminoſus puniretur ſola pęna iniuriarum, & ſic delictum ſemper remaneret inſufficienter punitum, & eſſet cõtra publicã utilitatẽ, l. ita uulneratus, ff. ad l. Aquil. pro 1. parte eſt tex. in l. quod ſenatus, ff. de iniuris. Pro 2. parte eſt tex. in leg. pretor. §. 1. eo. tit. Quid dicendum? Dic quod prima pars eſt uera. ſ. quod ſi eſt actuum ad uindictã u[illegible] poteſt agi alia ad uindictã, per d. leg. quod ſenatus. nam ſententia lata in una, parit excep. rei iudicatæ in alia, ſecundum *Bart.* in

91 d. l. 2. §. 1. ff. ui. bõ. lap. Hoc tñ intellige cũ aliquibus declarationibus. † Vnde declara & limita 1. hoc non procedere in crimine homicidii, quia in eo non auditur uolens agere iniuriarum, & eſt in eo ſpeciale, vt non præiudicet pęnæ le. Corneliæ de ſicariis, imo iudex non debet pſtare audientiam taliter agenti. ita loquitur tex. in d. l. ptor edixit. §. 1. & ibi in ſpecie hoc tenet Bar. & idẽ Bar. in d. l. 1. C. qñ ciui. ac crim. præiu. imo poteſt iudex cogere offenſum, ut accuſet de homicidio, ut dicit Bart. in l. in eum, ff. de accuſ. ubi dicit hunc eſſe caſum ſpecialem, in quo iudex põt quẽ compellere ad accuſandũ, in aliis aũt criminibus eſt regulariter contra. Adde prędictis.

92 Bal in l. ſi quis homicidi. C. de accu. † Secundo declara & intellige pdicta procedere. qñ accuſatus de iniuria ad uindictam, accuſaretur iterum ab eodem quia tũc indiſtincte nõ admittitur, quia ſi eſt ſententiatum, obſtat ſibi exceptio rei iudicatæ, ex quo bis de eodem delicto nõ dẽt capi uindicta, imo ſi põderet adhuc prima accuſatio, obſtaret exceptio. ſ. q̃ de nouo accuſari non põt, ex quo fuit alias de eodem crimine accuſatus, quę exceptio impedit proceſſum ſuper noua accuſatione, ſecundum Bar. in l. ſenatus. ff. de accu. Itẽ, quia eligẽdo unã uiam tendentẽ ad uindictã cẽſetur renunciaſſe alteri tendenti ad uindictam, ex quo ius non patiatur huiuſmodi cõcurſum per ea, quę no. Bar. in l. 2. §. 1. ff. ui. bo. rapt. & in d. l. prætor, ff. de iniur. & in d. le. quod ſenatus eod. titu. & in l. 1. C. qñ ciui. ac crim. prçiu. & Abb. in c. tuæ de proc. Secus eſt, qñ delictus offendens accuſaretur ab alio tertio, quia ſuam, uel ſuorum iniuriã proſequeretur, & maxime, qñ ignoraſſet primã accuſationem, quia tunc põt tertius accuſare ad pœnã legitimam, & ordinariam, quæ deſcendit ex illo crimine, ut pbatur in l. q de crimine. & ibi gl. & doc. C. de acc. & per ea quæ dixi ſupra in tertia limitatione huius octaui requiſiti, & ſupra in prin. huius 8. limita. & not. Fely. in c. de his, uer. 9. limita. de accuſ. Verum in terminis huius q. dico quod ſiue ignorauerit, ſiue ſciuerit poſſet alius tertius iterũ accuſare, quando accuſatus fuit ſolum de iniuria leuiter punitus, quia ſi opponitur exceptio, ego fui alias de hoc crimine punitus, poſſem replicare, quod non fuiſti ſufficienter punitus, & ſic te accuſo, ut iterum puniaris ſufficienti pęna, q̃ delicto cõmenſuretur, ut no. Bal. in l. nullum, C. de teſtib. & in l. ubi, C. de fall. & Ale. in add. ad Bart. in l. lex. Cor. §. ſi quis lib. ff. de iniur. ubi dicit q̃ quando nõ irrogatur pęna integra, poteſt quis puniri iterũ, non obſtante, q̃ ambæ uiæ tẽdãt ad uindictã. Quod corroborã per ea, quæ dixi ſupra in 5. limitatione huius 8. requiſiti, & adde Fel. in ca. q̃ olim in fin de Iudæis. Ex his oritur 3. declaratio ad deciſ. q. prędictæ. ſ. ut procedat, quãdo quis fuit ſufficienter, & integre punitus, tunc. n. ſi actum fuit ciuiliter ad uindictam, non poteſt agi criminaliter, alias ſecus quia poteſt iterum agi. ſ. per tertiũ, nõ per eundem, quia electione excluditur, per prædicta. Et ſic tollitur obſtaculum, quod ſiebat in deciſione huius quæ. ſupra pro 2. parte ſ. de abſurdo, quod delictum remaneret inſufficienter punitum quia poteſt punitus poſtea ſufficienter per accuſationem alterius, uel per inquiſitionem iudicis ſi delictũ erat tale, de quo poterat inquiri

93 ut infra dicam. † item quia in propoſitione huius q. narraui, quod offenſus egit de iniuria ciuiliter, ſcilicet ad æſtimationem. Nam ſi egiſſet criminaliter de iniuria ad pęnam.

pœnã arbitrariã, eſt poſſibile, q delictum puniatur ſufficienter. quia iudex viden. delicti qualitatem poteſt arbitrari pœnã vſque ad mortem incluſiue, vt tenui, & declaraui ſupra in 4. parte, in 2. di. ſuper illa quæſt. an iudex in pœnis arbitrariis poſſit ſe extendere vſque ad mortẽ, vbi fuit hæc queſtio examinata ad ſaturitatem. Ex hoc ſequitur, quod ſi fuiſſet actum de iniuria criminaliter, & iudex arbitratus fuiſſet pœnam delicto conſentaneam, non poſſet vlterius ille offendens accuſari etiam per tertium, nec inquiri per iudicem, ex quo fuit ſemel ſufficienter punitus per ea, quæ dixi in prin. huius 8. requiſiti, & quæ no. Alex. in conſ. 11. col. pen. in 1. volum. Sed quando fuit actum ciuiliter per principalẽ offenſum, non impeditur, poſt modum alius puta conſanguineus, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur, agere criminaliter, quia ſolum agere criminaliter poteſt conſanguineus, vt dicit Bar. in l. lex Cor. ff. de iniur. & ſentit idem Bar. in l. 1 §. fi. eod. tit. & dixi ſupra in quarta fallentia huius 8. requiſiti, verſi. prædicta tamen limita, &c. & actio ciuiliter per alium mota non potuit
94 ſuo iuri accuſandi præiudicare. † Ex prædictis facio vnam nonam illationem, quæ quotidie euenit, quod ſi principalis offenſus accuſaret aliquem criminaliter de iniuria, & non pertranſegiſſet, non poſſet alius vllo modo eundem criminaliter accuſare Verum vt omnes deciſiones includam, diſtinguo tres caſus. Aut enim primo accuſatio, pendet, & non poteſt alius accuſare quia obſtat exceptio impeditiua proceſſus ſcilicet, ego ſum de hoc crimine ab alio accuſatus, ſecundum Bar. in d. l. ſenatus. ff. de accuſ. Aut fuit lata ſententia condemnatoria ad pœnam ſufficientem, & minime poteſt ab alio accuſari, quia ſemel ſufficienter punitus non debet iterum puniri, per ſuperius dicta. Aut fuit abſolutus ſciente nouo accuſatore, & minime poteſt accuſari, per ea quæ habentur in lege ſi cui §. eiſdem. & ibi Bar. ff. de accuſ. & dixi ſupra in tertia limitatione. Remanent ergo duo tãtum caſus, in quibus alius accuſare poſſet ſcilicet, quando non ſufficienter eſſe punitus. Item quando eſſet abſolutus ignorãte nouo accuſatore, vt colligitur ex prędictis, & ſemper loquor de nouo accuſatore, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur, quia de aliis non eſſet dubium, vt plene dixi ſupra in quarta limitatione.

95 † Nunc reducam iſtã illationem ad practicam. Quotidie euenit, quod vnus patitur iniuriam realem, uel uerbalem in corpus ſuum pluries fuit dictum ſupra, quod iniuriam facta vni cenſetur facta omnibus ſuis conſanguineis, modo iſte principalis offenſus porrigit querelam, ſeu accuſationem criminalem, contra iniuriantem, vadunt etiã conſanguinei, & porrigunt alias querelas criminales iudici de eadem iniuria contra eundem dico indubitanter, qđ iſtæ aliæ querelæ criminales cõſanguineorum, non debent admitti durante querela offenſi, ſed bene poterunt aſſiſtere in iudicio pro eorum intereſſe ſuper querela offenſi, vt ille iniurians puniatur ſufficienti pœna. Et moueor iſta cõſideratione. Nam per iniuriam, ex quo vnum eſt delictum, fuit ſemel tantum offenſa reſp. quando aliquis accuſatur criminaliter, agitur ut ſatiſfecit reip. per legitimam, vel ſufficientem pœnam, vt probatur in l. citatio, §. quod illicitæ, ff. de publica. l. ſi pro fur. §. 1. ff. de cõdictio. fur & l. ancillæ, C. de furt. & tenet Abb. in c. de his colum. 2. de accuſ. Sed eo ipſo, quod aliquis eſt ſemel accuſatus criminaliter per hanc unicam accuſationem non intenditur ad aliud, niſi ut ſatiſfiat reip. cuius intereſt, vt delicta puniantur, l. ſi operis, C. de pœn. l. ita vulneratur, ff. ad l. Aquil. vnde ſi iſta ſatiſfactio eſt facta per pœnam impoſitam, non debet alius accuſator idem petere, quia ſolutione eius, qđ debetur, omnis tollitur obligatio. Reus. n. eo ipſo, quod pœnã legitimam paſſus eſt ſoluit reip. quod debebat, vnde eſt a reip. liberatus. Idem ſi ſatiſfactio eſt in fieri, vt quia pendet proceſſus, nam omnes accuſationes tendunt ad unam pęnam, ergo tanquam ſuperuacuæ ſint repellendę, quia potius uexarent reum indebite in diuerſis litigiis, quam quod reip. aliquã vtilitatem facerent, ex quo pro eius ſatiſfactione vnicam tantum accuſatio ſufficit. Ad hoc facit l. ſi plures, ff. de acc. & quod not. Bal. in
96 l. ſi plurib. ff. de leg. 1. † Quarto declara regulam, & deciſionem prædictam, vt non procedat in præiudicium iudicis inquirentis, quia ſi delictum ſi tale, quo poteſt

inquiri

inquiri ex officio, non obſtante, ꝙ offenſus egerit ciuiliter ad uindictam: poteſt nihilominus iudex inquirere, & ipſum offenſorem pœna ordinaria punire, & rō. patet ad ſenſum, quia per actionem ciuiliter intentatam, non eſt ſatisfactum reip. ſed ſolum parti, vnde iudex habens poteſtatem inquirendi, poteſt delictū punire ſufficienter p̄ inquiſitionē per ea quæ habentur in c. 1. de colla. deteg. & per ea quæ dixi ſupra in 7. requiſito, in 1. & 5. fallentia. Quia ſicut per tranſactionem non poteſt pars impedire iudicis inquiſitionem, vt ibi fuit dictum, ita minime per actionem ciuiliter inſtitutam, cum non poſſit diuerſitatis ratio aſſignari. Secus autem eſſet, ſi criminaliter ageret de iniuria, quia tunc iudex poteſt irrogare pœnam legitimam illam arbitrando pro qualitate delicti, & ſic nō eſt opus alia, inquiſitione, per ea quę ſupra pluries dixi.

97 † Limita nono principaliter dictum non procedere qn̄ delictum eſt tale, de quo pōt cognoſcere, & punire iudex eccleſiaſticus, & ſecularis, vt de blaſphemia Dei, vel vſura, vel ſimili, quia licet fuerit quis accuſatus, & punitus coram iudice eccleſiaſtico, poteſt tamē adhuc iterum accuſari, & puniri per iudicem ſecularem, & econtra, & vna pœna pro alia non tollitur, text. eſt, & ibi Abb. in c. ſtatuimus, de maled. & in ca. felicis. §. ſi per hoc, de pœn. lib. 6. & Abb. in c. tuæ. de proc. & Bal. in l. placet. C. de ſacr. eccl. & in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cle. & Fel. in c. de his, col. fi. de acc. & Ludo. Ro. in conſ. 375. Ex quo enim diuerſæ pœnæ imponuntur per diuerſas leges vna pœna non tollit aliam, ſed ambæ concurrunt ſecundum Abb. in d. c. tuæ, & eſt materiam, quam plene ponitur Cy. Bal. & Sal. in l. qui ſepulchra. C. de ſep. viol. & Matt. in

98 conſt. multæ leges in 2. not. † Limita decimo non procedere, qn̄ aliquis fuit accuſatus de aliquo crimine coram uno iudice, & fuit contumax, nam ſi iterum accuſatur, non poteſt opponere ꝙ alias fuit de eodem crimine accuſatus, quia cōtumax non opponit exceptionem litis pendētiæ, ita plene concludit Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. uiol. & Bartol. in l. vbi cæptum. ff. de iud. & Ale. in l. quamuis. ff. de in ius voc. plus dicit Bar. in d. l. ſepulchri. in fi. quod ſi quis pro eodem delicto fuit citatus coram duob. iudicibus, & in vtroque foro fuit cō tumax, ſi fuit condemnatus ad pœnā contumaciæ per utrunque iudicem, poteſt bis exigi dicta pœna, & ſic pro eodem delicto patitur quis duas pœnas contumaciæ, licet contrarium uideatur tenere Bal. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 1. vbi dicit, quod ſoluendo ſemel pœnam liberatur. Mihi uī, quod opi. Bar. ſit uerior, quia dubium de duabus pœnis pro eodem delicto. procedit in delicto principaliter commiſſo, quod eſt unum. Sed nos loquimur in pœnis contumaciæ, & in rei ueritate duæ fuerunt cōtumaciæ, & ſic duo ſunt delicta, vnde non eſt mirū ſi duæ pœnæ exiguntur. Nec poteſt dicere reus, non debuiſti facere me contumacem in ſecundo iudicio, ex quo ſemel etiā præuentus fui in primo, quia cum lex deneget ſibi huiuſmodi exceptiones præiudiciales, ut ſupra dixi, ſequitur, ꝙ tenebat comparere etiam in ſecundo iudicio, vnde quia non comparuit, hic ſunt duo contemptus iudicum, merito duplici pęna pu-

99 niri dēt. † Et per illud dictum Bart. in d. l. ſepulchri, in fin. infero ad q. Quotidie euenit, quod debitor obligat ſe de ſoluēdo pecuniam ad certum tempus per publicum inſtrm̄, vel obligationem factam penes acta curiæ, & ambæ iſtæ ſcripturæ publicæ habent executionem paratam in regno. De obligatione penes acta tenent Alex. & Do. in lege cum pro quo, ff. de in ius uoc. & per Matt. in dec. 30. conſi. Neap. De inſtrumento liquido, eſt ritus magnæ curię, qui incipit. Item ſi qui in debitores, &c. Et in iſtis duobus caſibus eſt ſolitum ferre condem. in omnib. curiis huius regni, & exigi pœnas pecuniarias a debitoribus, qn̄ accuſantur iſtæ obligationes, vel inſtrumenta ad rōnem tarenorum pro quolibet vncia debita, pone modo. Debitor nō ſoluit in termino, creditor accuſat ſibi obligationem uel inſtrumentum, propter quā accuſationem fuit condemnatus ad pęnā prædictam, poſtmodum creditor progat terminum debitori, quo termino elapſo debitor non ſoluit, creditor iterum accuſat, quæro an teneatur iterato ſoluere aliā pœnam. Et dico quod ſic, ex quo bis deliquit contrauenīendo, unde bis debet pœnam ſoluere, per illud dictū Bart. in d. l. ſepul.

100 c pul.in ſi.† Vnum ſupereſt addere pro cō
plemēto prædictorum. Quoniam pluries
dictum eſt, quod quando quis non eſt ſuf
ficienter punitus poteſt aliud iterum pu
niatur. quo modo erit irroganda iſta pœ-
na ſufficiens, ut quis non ſentiat duplicē
pœnam? Bar. tangit iſtam q. in d.l. ſenatus,
col.fi.ff.de acc. ſuper illa q. ſi accuſatus ali-
quis fuit de crimine, non expreſſa qualita-
te, quæ crimen grauabat, utrum poterit
iterū accuſari cum illa qualitate, ut plus
puniatur? & tenet quod ſic. Et ſi fuit puni-
tus ex prima accuſatione, qualiter ſit pu-
niendus ex alia? Et diſtinguit, quod ſi pri-
mo fuit punitus in pecunia, & tunc uenit
ſimiliter puniendus in pecunia, ſed in ma
iori ſumma, debet in hac ſecunda pœna
ſuppleri, id quod defecit in prima, ſi tamē
ſecunda pœna eſſet corporalis, & tunc dēt
pecunia ſibi reſtitui, ſi ipſam ſoluerat, & ſi
non ſoluit, non tenetur eam ſoluere, ſed
ſolam pœnam ſubdit corporalem. Sed to-
tum dubium ſtat, quando utraque pœna
eſt corporalis, ut ſi pro ſecunda accuſatio
ne ueniret amputanda manus, & pro pri-
ma fuit fuſtigatus, quid erit agendum ex
quo prima non poteſt reſtitui. Bar. non de
cidit, ſed relinquit cogitandum. Ego pro
deciſione huius dubii, dico, quod tūc non
punietur in corpus ulterius, ex quo prima
non poteſt reſtitui per ea quæ not. *Bart.* in
l. eleganter. §. qui reprobes. ff. de pig. act. &
† al. in c. at ſi cl. de iud. & Paris in tra. ſynd.
in uer. executio, vbi dicunt de condemna-
to, ut eruatur ſibi oculus dexter, ſi fuit p
errorem erutus ſiniſter, non debet ſibi vl
terius erui dexter, non obſtante, quod nō
fuit ſufficienter punitus, ſecundum ſenten
tiā, ex quo prima executio reſtitui nō po-
teſt, ita etiam concludo in caſu noſtro. Et
hæc deciſio uidetur eſſe de mente Iaſ. in l.
Iul. col. 9. in fi. ff. de condi. ind. Puto tamē,
quod ſi illa pœna corporalis prius irroga
ta, fuit nimis leuis, attenta qualitate deli-
cti, iudex poſſet commutare ſecundam
pœnam corporalem in pecuniariā, adhoc
ut delinquens remaneat ſufficienter puni
tus, & hoc ex arbitrio ſibi a iure conceſſo
ex cauſa per tex. & ibi Bart. in l. quid ergo.
§. pœna grauior. ff. de his qui not. inf. & l.
hodie. & ibi gl. ff. de pœ. & l. reſpiciendum,
101 eo. tit. † Sed poſſet adhuc fieri dubium,
ſi ex ſecunda accuſatione ueniret irrogan
da pœna mortis mortalis, tunc uidentur
dicendum, quod non eſt curandum, quod
quis fuit corporaliter punitus, quia reus
non indiget in caſu iſto reſtitutione pœ-
næ, ex quo mors omnia ſoluit, & iſta ulti-
ma, & grauiſſima pœna; omnes pœnas ab-
ſorbet, unde videtur dicendum, quod de-
beat damnari uel mortem, non obſtante
prima pœna. In contrarium videtur quia
licet aliquis ueniat damnādus ad grauem
pœnam, ſi tamē paſſus fuit aliquid in cor
pus, puta longam carcerationem, iſta eſt
iuſta cauſa, ut pœna mitigetur, gl. eſt no. in
l. diutino. ff de pœn. in gl. magna ibi, quæ
eo dicunt, &c. & ſit hoc ex quadam mate-
ria, ut dicit ibi glo. unde ita eſſet hic dicē-
dum. ut illa pœna corporalis prius irroga-
ta, ſit iuſta cauſa alleuiandi pœnā mortis.
Puto tamē, quod totum hoc relinquatur
in arbitrio boni iudicis, attenta qualitate
delicti, perſonæ, loci & temporis, per l. aut
facta in prin. & §. fi. ff. de pœ. & per d. §. pœ-
na grauior, & d. l. hodie. Quid enim, ſi deli
quens eſſet aliquis homo facinoroſus, &
ſeditioſus, uel ſi fuit crimen deteſtabile, pu
ta læſæ maieſtatis, uel aſſaſſini, uel aliud ſi
mile? certe non eſſet tunc pœna mitiganda
contra huiuſmodi ſceleratos, non obſtan-
te, quod aliam pœnam leuiorem in corpus
paſſi fuerint, & econtra, ſi eſſet aliquis ho
mo bonæ uitæ, & caſualiter repertus fuit
in delicto puta homicidii, tunc iudex ex
cauſa prioris pœnæ corporalis, poſſet uti
miſericordia in mitigando pœnam mor-
tis per gl. in d. l. ſi diutino.

102 Nono principaliter requiritur ad uali-
ditatem inquiſitionis, quod fiat per iudi-
cem competentem, alias non ualet, ut in
toto titulo, ſi a non comp. iud.

103 An autem ualeat talis proceſſus coram
incompetenti & quid de confeſſione vide
Bar. Alb. de Roſ. & Iaſ. in l. magiſtratib. ff.
de iur. omn. iu. & *Bar.* in l. diuus, ff. de cuſt.
reor. & Abb. & Doc. in c. at ſi cle. de iud. in
quibus locis dicitur, quod confeſſio facit
inditium ad torturam coram competen-
ti, & idem tenet Ale. in conſi. 13. col. 4. in i.
nolu. Quod qualiter & quando procedat,
uide Iaſ. in d. l. magiſtratibus.

104 † Sed iuxta hoc moueo unum dubium
Quotidie quando iudices formam huiuſ

modi

modi inquiſitiones, ſolent addere vnum coadiutorem ex parte curiæ eligendo vnũ miniſtrum, ſeu nuncium, vel executorem curiæ, quia aſſiſtat inquiſitionis, & cauſam ex parte curiæ defendat, verum hoc ut de ſubiecta inquiſitionis, vel ad quẽ effectum datur talis coadiutor? dic ꝙ non eſt de ſubiecta, nã fama habet vim accuſatoris, vt ſupra dictum fuit, & põt fieri inquiſitio ſine eo, vt declarat Ab. in ca. cum clamo. de teſtibus, ſed fuit inductus iſte procedendi modus, per c. regni, in n. 17. quod incipit, plerunque contingit, quod capitulum innuit, ꝙ iudices in inquiſitionib. dẽnt adhibere coadiutorem curiæ, ad effectum, vt ſi contingat ferri ſententiam abſolutoriam reperiatur dictus coadiutor, qui appellet ad ſuperiorem noĩe curiæ, alias nemo appellaret, & ſic curia poſſet lædi per iniquã ſententiam. Si tamẽ iudex procederet ſine coadiutore, tunc lata ſnĩa tenetur iudex quam primum certiorare ſuperiorẽ de dicta ſnĩa lata, qui ſuperior infra mẽſem poteſt iubere iudici, ut mittat ad eum proceſſum, vt eũm reuideat, perinde ac ſi eſſet appellatum, & ſi infra menſem ſuperior non reſcribit iudici, ex tunc lapſo menſe ſententia tranſit in rem iudicatã. Et ſi iudex non certiorauerit ſuperiorem, punitur arbitrio ſuperioris. Ita hæc omnia deciduntur in d. c. plerunque contingit, vnde dare coadiutorem in inquiſitione, eſt utile propter remedium appellationis, & qui releuatur iudex a certiorando ſuperiorem, ſed põt facere interponi appellationem ſub nomine coadiutoris, & iſte coadiutor alio vocabulo in iure cõi appellatur promotor inquiſitionis, ſecundum Ab. & Fran. de Aret. &

105 Doc. in d. c. cum clamor. de teſtib. † Decimo, principaliter requiritur, ut procedat inquiſitio, quod iudex inquirat in caſib. a iure permiſſis, & non in caſib. prohibitis, & quia hic melius, quam alibi cadit opportunũ, ad hoc, ut iſta materia reddatur magis notabilis, inueſtigabimus, qui ſunt illi caſus, in quibus iudex poteſt procedere ex officio ad inquirendum abſque accuſatione partis, quia ẽt ſciemus caſus prohibitos per regulam, quę ſe habet, quod contrariorum eadem eſt diſciplina. Et præſuppono, quod regulariter inquiſitio eſt prohibita, per regulam iuris, quæ ſe habet, ꝙ nemo ſine accuſatore damnatur, vt dixi ſup. in 1. q. principali, huius 6. partis, in prin. & non fit, niſi vbi agitur de cõmodo publico, & ſic ad publicã utilitatẽ, nam in cã ciuili, & ad commodum priuatorũ, iudex regulariter non inquirit, ut dicit Ang. in tra. mal. in ver. incend. col. 2. vbi plus dicit, quod inquiſitio non põt fieri, niſi delictũ ſit commiſſum dolo, vel lata culpa, ita tenet Inn. in cap. ad noſtram, de iurei. & Bar. in l. 4. §. hoc aũt iud. col. 1. ff. de damn. inf. iſtæ regulæ recipiunt nonnullas fallentias in quam pluribus caſibus, in quibus iudex inquirit ex officio, ẽt ad commodum priuatorum, & in criminalibus ſimiliter in quam pluri-

204 † An autem in crimine priuato poſſit inquiri ex officio, puta in ſurto uel iniuria, uide Luc. de pen. in l. ſi uacantia, col. 4. uer. in regno autem, &c. C. de bon. uac. lib. 10. ubi tenet, quod non hoc tamen intellige, niſi delictũ eſſet notoria, vel eſſet cõmiſſum coram officiali, nã tunc licet ſit priuatum, poteſt de eo inquiri, per ea, quæ dixi ſupra, verſic. 17. & 28. not. Pariſ. in tractat. ſynd. in ver. inquiſitio. colum. 1. verſ. & adde, &c. Eodem modo ſi eſſet commiſſum unum magnum furtum, & neſciretur auctor, poteſt iudex inquirere, mittendo per uicinias, & inueſtigando alia indicia pro inueniendo furem, ſecundum Bar. in l. ſi. colum. 3. de quæſtio. & uide quod no gloſ in d. conſt. hi, qui. §. de ſpecialib is, & gloſſ. & And. de Iſer. in cõſt. præſenti in l. 2. & uide Par. in d. ver. inquiſitio. colum. 3. in princ. Item poſſet limitari, ubi furtum trãſcenderet ſummã anguſtalis, quo caſu in regno eſſet pœna mutilationis manus, uel mortis ſecundum formam capituli regni, ad hoc, quod noſtrorum, &c. nam tunc iudex habens literas arbitrales, poſſet procedere ex officio, per illam arbitralem, ne tuorum.

ADDITIO. Nota quod ſemel audiui excellentem Antonium Baraprucinm dixiſſe, quod inferiores iudices etiam in furto ultra unciam non poſſunt ex officio inquirere. & uide Affli. in conſt. eos qui ſcienter 1. col. in fi. Pet. Poller.

205 † Vnum tamen ſcias, quod licet hodie pro furto ſit impoſita pœna mortis, & ſic ſit altera pœna iuris communis, tamen adhuc dicitur crimen priuatum, & nõ dicitur publicum, ſecundum Lucam de Pena in quadam ſua additione, poſita in capitulis regni, poſt cap. 25. quod incipit, cura nobis, &c. declarat Iaſ. in l. pen. ff. de condi. ob cauſam.

206 † Sexageſimoquarto, poteſt iudex inquirere regulam de omni crimine, de iure canonico, ita tenet Gand. in ſuo tract. malef. in tit. qño de malc. cogn. per inquiſ. col. 2. ubi ponit nonnulla requiſita, quæ copulatiue requiruntur, ut procedat inquiſitio de iure canonico, de hoc habetur in c. inquiſitionis, & in capit. qualiter, & quando de accu. Plures autem caſus, in quibus inquiſitio fieri poteſt, perquirat ſtudioſus inueſtigator hos autem cumulaſſe ſufficiat, quæ

207 in mentẽ uenerunt. † Cuius autẽ expe-

ſis debeat fieri inquiſitio criminoſorum? dic quod expenſis fiſci, ſecundum And. de
208 Iſer. in cōſt. iuſtitiarii, la 3. † Vltimo quęritur, quid ſi inquiſitio eſt inepta, an ualidetur per confeſſionē inquiſiti, uide Ang. in con. 178. incip. uiſis actis prędictis, &c. ubi tenet totius eſſe, quod inquiſitus abſoluatur, & denuo poſtea apte inquiratur, & hoc uidetur terminare in dec. 176. cōſ. Neap. Rob. Maran. V. I. D.

ADDITIONES.

a Inquiſitionis. De inquiſitione uideas Foll. in pract. crimin. cano. in 2. par. uidi c. 6. & Dumber. in ſuo Enchir. crim.

b Generalis. Foll. in fragmentis pract. crim. laic. in c. de inquiſitionib. faciendis, n. 145.

c Condemnatur. Tiraq. in Tract. de pęnis, cauſa 52. num. 3.

d Præcedentem contra per Plot. in repet. l. ſi quando, nu. 760. C. unde ui. Calefa. conſil. 104. num. 9 quod eſt in 1. tho. conſil. crim. diuerſ. infra nu. 24.

e Famam. Marſi. ſing. 14. ad hoc, Duenas li. 1. reg. utr. iur. reg. 298. fama, ubi late.

f Subſtitiuere. Idem tenet Barthol. Giptius conſil. 157. nume. 17 quod eſt in 1. thom. conſ. crim. diuerſor. Doct.

g Accuſationum Foller. in prac. crim. laic. in 2. par. 2. par. in uer. dētur capitula, quod ſuffocauit num. 1.

h Hæreſi. Quomodo in hoc delicto generaliter, & ſpecialiter inquiri debeat, & quando, uide Sima. in ſua praxi hæres. c. 22.

i Capitula. De iſtis capitulis uideas Folle. in d. pract. crim. laicor. in 2. par. 2. par. num. 1. & ſeq.

k Citari. Et ſi hoc non fieret, inquiſitio eſſet nulla, Ant. Galeatius, Maluaticius, conſil. 110. num. 43. & eſt in 2. tho. conſiliorum crim. diuerſ. Doct.

l Condemnatus. In hac materia uide Coua. lib. 2. reſolut. cap. 20. per totum, & Viui. in tract. com. opin. in 1. par. opin. 177. col. 2. Nouell. conſ. 169. & eſt in 1. thom. conſil. crim. diuerſ. Doct.

m Inquiri. Cou. ubi ſupra num. 1.

n Remittente Boer. deciſ. 120. de cōi Viui. in tract. comm. opin. in 2. parte opin. 216. patet poteſt. Caſtren. conſ. 48 uiſo proceſſu nu. 8 quod eſt in d. 1. thom. conſ. crim. diuerſ Doct. Mater tamen accuſare poterit ſecundum Foller. in pract. crim. laicor. 2. par. 2. par. in uer. audiantur exceptiones per eos, num. 21.

o Tranſactione. Foller. in pract. crimin. laicor. in 2 par. 2. par. in uer. audiantur exceptiones, n. 31. & ſeq. & in pract. cri. canon. is 2. par. 2. par. in uerſ. accuſatione porrecta, nu. 64. & ſeq.

p Falſi. Parte non concordata, Ferrant. in cōſil. ſiue alleg. 121. nu. 18. & eſt in d. tho. cōſil. crim. diuerſor. Nec etiam in adulterio eſt permiſſa tranſactio ſecundum Coraſ. li. 2. miſcell. cap. 1. per totum.

q Pęnitentiæ. Couar. late lib. 2. uaria reſolu. c. 10. nu. 3. Tiraq. in trac. de pęn. cauſa 25. nu. 4. & cauſa 28. nu. 4.

r Puniri. Aret. conſ. 58. in 2. dubio, intellige niſi pęna a iudice eccleſiaſtico inflicta fuerit ſatis ſufficiens ad criminis punitionē Couar. lib. 2. reſolut. c. nu. 6.

ſ Carcerationem. Tiraq. in Tract. de pęnis. cau. 41. per totum.

t Ciuili. De uarietate uide Couar. lib. 3. reſolut. c. 3. per totam.

u Vſurę. Cou. lib. 1. reſolut. c. 1. num. 5. dicit quod uſura de iure ciuili, naturali, Diuino humano, & canonico eſt prohibita, numtamen c. aliter dicit Alfer. conſ. 58. nu. 30. & conſ. 60. nu. 56. uſque ad fi.

x Ex officio. Vide D. Authorem infra, in diſput. 5. per totam.

y Tormenta. Foller. in pract. crim laicor. in 3. part. 3. part. in uerſ. & ſi confitebitur numero 64. & ſeq & in conſi. 137. numero 5. quod eſt in 1. thom. conſil. crimin. diuerſ. Doctor.

z Calumniatorem. Henric. Boich. in c. 2. extra de calumn.

& Inuidenter. Foller. in pract. crim. cano. in 2. par. princi. in uerſ. inquiſitione formata, num. 15.

a Lenones. Crimen iſtud lenocinii eſt deteſtabile, & plura de eo uideas per Foller. in pract. crim. laicor. in 2. par. 2. par in uerſic. item quod læno.

b Damnentur. Dic habere locū in illo, qui falſificauit monetam ſupremi Principis, ſecus de aliis Principibus inferioribus. Iuli. Scarlatinus conſ. 115. nu. 2. & eſt in 1. tho. conſ. crim. diuerſor. Docto.

c In furto. Et quomodo in tali delicto ſit formanda inquiſitio, uide Marſil. ſing. 275. ſta. tui omnino. Ludouicus Alferius.

De

De denunciatione, quæ eſt modus quæ perueniendi ad iudicium.

1 *Denunciatio quotuplex ſit.*
2 *Denũciatio in quo differat ab accuſatione.*
3 *Denũciatio iudicialis priuata quæ dicatur.*
4 *Denũciatio euãgelicã, quæ & unde dicatur*
5 *Euangelica denunciatio, quando locum habeat.*
6 *Sententia iniuſte lata licet tranſierit in rem iudicatam reſcindi tamen poteſt. per euã gelicam denunciationem.*
7 *Denunciatio canonica, quæ dicatur, & quã do habeat locum.*

EXpedita materia inquiſitionis uenio
ad quartum modum ingrediẽdi iudi-
a cium, ſcilicet a ad denunciationem, prout
pollicitus ſui, pſequi iſtos modos in prin-
cipio huius ſextæ partis. Peruenitur igitur
ad iudicium quandoque per uiam denun
1 ciationis, & de hac eſt ſciendum, † quòd
denũciatio, eſt triplex. ſ. iudicialis, euang.
& canonica. Denunciatio iudicialis eſt du
plex, ſ. publica, & priuata. Publica eſt, quan
do in iudicio deducitur aliquod crimẽ ad
publicam uindictam ad denunciam alicu
ius officialis, uel alterius priuari, iudex præ
cedente tali denunciatione, inquirit, po-
ſtea de illo crimine, ut dixi ſupra in mate-
2 ria inquiſitionis uerſic. 52. † & iſta denun-
tio, eſt ſimilis accuſationi, ut dicit Andr.
de Iſer. in conſtit. literas in hoc tamen dif-
fert, quia denunciator non ſe inſcribit, nec
facit partem in iudicio, ſicut accuſator, ut
declarat Salyc. in l. ea quidem in prin. C de
acc. & Ang. in trac. malc. in uer. nec non ad
denunciam, &c. ubi plene tangit materiã
huius denunciationis. Et in hac denuncia-
tione non requiritur aliqua monitio, ut te
net Spec. in tit. de denunc. §. 1. uerſ. pub. &
de hac loquitur tex. in cap. 1. §. ſanc. de cẽſ.
li. 6. & Bar. plenè in l. diuus, ff. de cuſt. reo,
Bar. in extrauag. ad reprimendam, in uerſ.
per nunciationem, & Ang. in d. uerſic nec-
3 non ad denunciam, &c. † Denunciatio iu-
dicialis priuata, eſt illa, quæ fit ad priuatũ
intereſſe & commodum, ut quando, ali-
quis filius uel ſeruus indebite opprimitur
a patre, uel a domino, & idem in omnia a-
lio oppreſſo ab aliquo potentiore, & ſimi-
liter in perſonis miſerabilibus oppreſſis,
non poſſent hoc denũciare in iudicio, ut
per iudicem releuantur, ut not. Spec in tit.
de denunc. §. 2. uerſic. priuata, & Bart. in d.
uerſi. per denunciationem, &c. & hanc de-
nunciationem iudicialem plene declarat
Abb in cap. nouit. col. 17. uer. nunc cõde-
4 ſcendo &c. de iud. † Secunda denunciatio,
per quam aditum iudiciũ, eſt denunciatio
Euãgelica, & hæc eſt ualde notãda, quia per
eã reparãtur in multa, quæ ſunt auxilio iu-
ris diu. deſtituta, ut dicit Bar. ĩ d. extrauag.
ad reprimendum in uer. per denunciatio-
nem. Et ideo dicitur euangelica, quia ha-
buit originem ad euang. ut dicit Abb in
d. cap. nou. col. 17. uerſ. ult. &c. ut traditur
Matth c. 18. & Luc. c. 17. dum dicit. Si pec
cauerit in te frater tuus, corripe eum pri-
mo inter te, & ipſum, & hæc eſt prima mo
nitio, & ſi te non audierit, adhibe tecum
unum, uel duos, & hæc eſt ſecunda moni-
tio, quod ſi te nõ audierit, dic eccleſiæ & iſta
eſt denunciatio euangelica, per quam adi-
tur eccleſia, & ſic iudex eccleſiaſticus, bina
prius monitione præcedente, ut loquitur
tex. in d. c. nouit. & c. ſi peccauerit 2. q. 1. &
declarat Bal. in auth. ad hæc. col. 1. in fi. C.
de uſur. & pleniſſime Abb. in d. cap. nouit.
5 col. 11. cum pluribus ſeq. † Et breuiter ad
b hanc denunciationẽ b recurrimus, ubicun
que aliquis tenet indebite aliquã rem con-
tra conſcientiam, & cum peccato, nam po
teſtis, qui prætendit intereſſe, adire iudicẽ
eccleſiaſticũ formando libellum, narrãdo
qualiter ille tenet dictã rem cum peccato.
& contra conſcientiã propterea denunciat
ipſum eccleſiæ, ut eum corrigat a peccato,
& compellat ipſum conſequens ad rei re-
ſtitutionem, & debet narrare, qualiter pro-
ceſſit illa bina monitio, ſecundum formã
euangelij, quia alia hæc denunciatio non
procedere, ſecundum Spec. in tit. denunc.
§. 2. uer. item opponitur, & uerſ. quod aut
& Bal. in d uer. per denunciationem, & Fe
lyn. in d. c. nouit. colum. pen. ubi ſequitur
opin. Fran. de Are. ſ. quod etiam in delictis no
toriis requiratur illa bina monitio quid-
quid tenuerit Arch. in cap. ſi peccauerit 2.
q. 1. & per hãc denunciationem iudex prin
cipaliter intendit corrigere denunciatum
a peccato, quia iſta cenſetur denunciatio
charitatiua. Verum quia a peccato deſiſte
re non poteſt, nec præſentiam agere, niſi

rem

rem ablatam reſtituat, ut declarat pulchre Abb in c. ad noſtram, el 2. de iure iura. ideo per conſequentiam neceſſariã conſtringit denunciatum ad rei reſtitutionem, non ſolum per cenſuras eccleſiaſticas, uerum etiã pmiſſionem in poſſeſſionem, ſecundum Bal. in d. Auth. ad hæc. col. 2. in fin. & ſequ. C. de vſur. quem ſequitur Fel. in d. c. nouit. colum. fi. & iſte eſt bonus modus recuperãdi rem per alium detentam. quando aliud ciuile remedium deficeret.

6 † Hinc dicimus, quod ſi eſt lata ſententia iniuſta in fauorẽ alicuius, & tranſiuit in rẽ iudicatã, licet ſuccumbens ſit excluſus ab omni ciuili remedio, tamẽ ſi is, q obtinuit ſcit ſe iniuſte obtinuiſſe, poteſt denunciati eccleſiæ per hanc denunciationem euang. & cõpellitur reſtituere id, quod iniuſte habuit, ut a peccato deſiſtat, ſecundum Abb. in c. 1. col. fi. de conceſ. præb. & poteſt conſtare de ſcientiã obtentis, quando forte confiteretur extra iudicium ſe iniuſte obtinuiſſe, ut ibi dicit Abb. circa fi. Reliqua de iſta denunciatione dic, ut plene per Abbas Fel. & Doc. in d. c. nouit. & Bar. in d. extra. ad reprimendum in uer. per denunciationem & in aliis locis ſupra allegatis.

7 † Tertia principalis denunciatio, dr̃ canonica, ex eo qui a ſacris canonibus fuit introducta & iſta eſt duplex ſpecialis. ſ. & generalis. Denunciatione canonica ſpecialis fit p eum, cuius intereſt habere bonum prælatum, uel adminiſtratorẽ, uel ſubditum, vt primo bis monitus, ſi eſt incorrigibilis remoueatur ab officio & beneficio, & de hac loquitur tex. in cap. 1. de off. cuſt. & in ca. licet Hel. de ſimo. Denuncitio vero generalis, dicitur illa quæ eſt publica, ut quando agitur de matrimonio diſſoluendo, & de eius impedimentis, & de hac loquitur tex. in c. ad diſſoluendum de deſpon. impu. & in cap. eam inhibitio, de cland. deſp. vt quãdo duo uolunt contrahere matrimonium. & tertius denunciat eccleſię impedimentũ conſanguinitatis, uel aliud ſimile, ita declarat Abb. in c. nouit. col. pe. in fi. & Spec. in tit. de nunc. §. 1. ver. canonica, &c.

De *imploratione officij iudicis*.

Q Vintus modus perueniendi ad iudicium eſt per implorationem officii iudicis. Et hic ueniret diſcutiẽdum quotuplex ſit officium iudicis, & qualiter in eo procedatur, an requira litis conteſtatione, & alii ſolennia iudicii. De quibus omnibus remitto me ad ea, quæ nota. Bartol. & Docto. in l. 1. ff. de iur. om. iud. & per glo. & can. in c. fi. de offic. iud. Vnde uenio ad proceſſum huius ſextæ partis iuxta ordinem propoſitum, & primo ſecundum ordinem uideamus materiam citationis.

Rob Marant.

ADDITIONES.

a Ad denunciationem. De materia denunciationis uide Foll. in pract. crimi. cano. in 2. par. c. 5. uerſ. denunciatione facta. Dumber in Enchid. crim. cap. 6. Diaz. in prac. crim. c. 6. verſ. deuenio, late Henri. in ea p. nouit. de iud. in fi.

b Recurrimus. Supra in 16. diſtinct. 4. part. prin. num. 74. in fi. Alſer. late conſ. 64. nu. 3. & ſeq. ubi dixi in litera B.

Ludouicus Alterius.

De citatione, primo membro iudicii.

1 *Citatio iudiciarij ordinis eſt fundamẽtum, & ab ea iudicium incipit.*

2 *Citari debet unuſquiſque prætendẽs intereſſe in iudicio, alias non ualet actus qui fit ſine citatione.*

3 *Citatio eſt de iure naturali, nec poteſt etiam per principem omitti.*

4 *Citatio in ſingulis actis iudicarijs fieri dẽt.*

5 *Citatio aduerſarij fieri non debet. qui ſi præſens eſſet, non poſſet actum impedire.*

6 *Citatio, non requiritur in exigendis tributis datijs, & collectis, ſeu functionis fiſcalib.*

7 *Citatio in omnibus actibus, qui expediuntur per iudicem ante citationẽ partis in cauſa principali non requiritur.*

8 *Partis citatio non requiritur in concedenda uenia uocandi parẽtes, uel patronus iuus.*

9 *Citatio partis an requiratur in productione inſtrumenti.*

10 *Sententia principis ſeu Imperatoris, uel ſacri cocilij an fieri poſſit ſine citatiõe partis*

11 *Pactum de capiendo debitorẽ, uel eius bona operat, ut captura fieri poſſit ſine aliã partis citatione ẽt ſi impetrari familie a iudice, ẽt contra tertium poſſeſſorẽ & n. 38.*

12 *Præſens ĩ iudicio, an debeat alter citari, uel certiorari.*

13 *Citatus ob vnam cauſam, qui comparuit an teneatur reſpondere pro alia.*

14 *Citatio non requiritur contra debitorem ſuſpectum de fuga.*

15 *Actus expediri poteſt ſine citatione, quando periculum eſt in mora.*

16 *Sententia criminalis in fauorem abſentis, ualet etiam eo non citato. Secus ſi contra abſentem feratur.*

17 *Sentẽtia lata pro abſente nõ citato, ualet in cã ciuilis, ubi procedit ſine figura iudicij.*

18 *Citatio partis non requiritur in actu, qui ſit ultima die termini.*

19 *Citatus qui ſtatim aſcondit equũ & receſſit vel dixit nolle comparere, non eſt ulterius citandus.*

20 *Citatio partis non requiritur in probatione quæ ſoli iudici concludit.*

21 *Citatio non requiritur in actu expediendo, ſecundum conſcientiam.*

22 *Executor teſtamenti, cui datum eſt arbitriũ diſtribuendi, & eligẽdi pauperes, poteſt id facere ſine citatione heredũ vel alterius.*

23 *Citatio partis, nec præſentia requiritur in relatione agrimenſoris miſſi per iudicem ad menſurandum.*

25 *Calculatores ſententiam ferre poſſunt, parte non citata.*

25 *Citatio partis non requiritur in iuramento deferendo ſuper taxatione uel liquidatione rerum ablatarum ſecundum formam l. ſi quando. C. unde ui.*

26 *Teſtes examinantur ſine citatione partis, danno ſeu furto in ſiluis paſſo.*

27 *Mulier honeſta in domo examinatur ſine citatione partis.*

28 *Teſtis, cuius dicto neceſſario ſtandum eſt examinari poteſt parte non citata.*

29 *Teſtis de cuius morte uel receſſu timetur, parte non citato poteſt examinari.*

30 *Actus qui in conſequentiam tangit præiudicium alicuius, & non principaliter, eo nõ citato fieri poteſt.*

31 *Prodigo poteſt interdici adminiſtratio per iudicem ſine alicuius citatione.*

32 *Fideiuſſoris citatio non requiritur in ferenda ſententia contra principalem.*

33 *Iudex qui talis ſententiam interlocutoriã, a qua ſuccumbens appellauit, poteſt uſq. ad diffinitiuam procedere ſine citatione partis antequam ſibi inhibeatur.*

34 *Cõtumax condemnari poteſt ad expenſas, ſi ſine alia citatione.*

35 *In dando tutore ſine inquiſitione, quis citari non debet.*

36 *Citatio eius, qui latitat ne citetur, non requiritur.*

37 *Citatio non requiritur, ubi certũ eſt aduerſario nullam competere defenſionem.*

39 *Citatio a quo iudice fieri poſſit.*

40 *Iudex an poſſit citare ſuum ſubditũ exiſtẽtem extra territorium ſuum.*

41 *Iudex iuriſdictionem exercere, põt in alieno territorio inter ſubditos ſuos cũ licẽtia domini illius territorij, & non aliter. Q͛ procedit in terris Baronis, ſecus in terra domini Regij quia poteſt ſine licentia.*

42 *Citatio per quem debet fieri.*

43 *Nuncij quales perſonæ eſſe debeant.*

44 *Citatio poteſt per iudicem committi priuato, ac etiam famulo ſuo imo etiã ipſi principali litiganti. Et quid ſeruantur in regno nu. 45.*

45 *Executor poteſt qui per iudicem conſtitui in ſuamet cauſa.*

46 *Citatio in ſcriptis non committitur in regnũ niſi habenti publicum officium.*

47 *Citatio fieri poteſt, etiam per actorum magiſtrum habentem iudicis commiſſionem.*

48 *Iudex pro tribunali ſedens põt monere ſeu citari partẽ ut tali die co͂ã ſe compareat*

49 *Monitorio iudicis habet uim peremptorij, & triniæ citationis.*

50 *Citationum ſex reperiuntur eſſe ſpecies.*

51 *Citatio tria extrema requirit, ſcilicet commiſſionem iudicis, & nuntij executionem & relationem*

52 *Citatio in ciuilibus ualet ſine commiſſione ex generali conſuetudine nu. 57.*

53 *Nuncio dicenti ſe citaſſe quomodo, & quando credatur.*

54 *Nuncij relatio, ex actis apparere debet, antequam actus in contumaciam fiat, alias actus eſt nullum.*

55 *Relatio nuncij, eſt actus ſubſtantialis, qui die feriato fieri non poteſt.*

56 *Sententia lata contra contumacẽ ante nuncij relationem, eſt ipſo iure nulla.*

57 *Relatio nuncij poteſt fieri ſoli actorum magiſtro.*

58 *Citatio realis capturam perſonæ importat.*

59 *Citatio realis fieri poteſt etiam in ciuilibus quando debitore eſt ſuſpectus de fuga.*

60 *Iudex nõ debet aliquem capere, ante ſummariam*

riam

ſlum fidem, & receſſus ſuſpicionem in ciuilibus. Secus in criminalibus.

61 Citatio realis ſine iudicis commiſſione fieri non poteſt.

62 Suſpectus de fuga propria auctoritate etiam per priuatum capi poteſt ſine iudicis commiſſione.

63 Citatio verbalis quæ dicatur, & quæ continere debeat.

64 Locus an, & quã in citatione inſeri debeat.

65 Citatio ſine die an & quando ualeat.

66 Hora in qua quis comparere tenetur, an requiratur in citatione.

67 Citatus quantum tempus habeat ad comparendum. Et quid ſeruetur in regno.

68 Cõtumacia qualiter & quando accuſatur in regno, & quando circundatur citatio.

69 Citatio an & quando ualeat ſine cauſa & an cauſam continere debeat.

70 Citatio ad audiendam intentionem curiæ, non ualet.

71 Citatio ad reſpondendum petitioni porrigendæ, an ualeat. Et quid ſi petitio non porrigatur illo die citationis.

72 Verbum peremptorie an & quando in citatione apponi debeat.

73 Citatio per literas, vt valeat quid continere debeat.

74 Citatio de neceſſitate non requirit ſcripturam regulariter.

75 Delegatus debet copiam ſui reſcripti in citatione inſerere alias citatio non ualet.

76 Perſona illuſtris, & clariſſima, in ſcriptis citari debet.

77 Nuncio ſeu executori ad capiẽda bona fiſco delata uel ad exigẽdas pecunias fiſcales non creditur ſine literis.

78 Perſonam neque bona non poteſt nuncius ſine ſcriptis capere.

79 Nuncio ſpecialiter electo, non creditur ſine literis & ſupra nu. 45.

80 Citatio extra prouinciam, ſine ſcriptis facta non ualet.

81 Citatur ad domum & non perſonaliter ſine ſcriptis non ualet.

82 Citatio per edictum qualiter fiat.

83 Citatur per edictum qui perſonaliter, non reperitur nec certam domum.

84 Per edictum citatur, qui doloſe latitat, & impedit nec citatio uerſalis, uel per literas poſſit ad eum peruenire.

85 Citatio fit per edictũ illius, qui degit in loco qui propter guerras, vel inimicitias, uel alio modo non eſt ſecurus.

86 Clauſus in domo qui perſonaliter citari non poteſt citatur per edictum ianuæ domus ſuæ affixum.

87 Actor, qui porrexit libellum & litẽ non proſequitur ſed ſe abſentat reo inſtante, põt per edictum citari.

88 Citatio per edictum ſecundum conſtitutiones Regni.

89 Citatio fit per edictum, quando actus ſiedus habet contradictores incertos.

90 Inſtitutore alicui apotheca præpoſitũ uolens reuocare edictum ante illam apothecam publice proponere debet, ut nemo cum illo contrahat.

91 Clericus abſens citatur per edictum affixũ in ualuis eccleſiæ ſui beneficij.

92 Epiſcopus uolens electum in beneficio confirmare edictum in ualuis eccleſiæ exponere debet contra ſua intereſſe putantes.

93 Tenens prædium tributariũ qui ſe abſentauerit citatur per edictũ & non comparẽt infra ſex menſes priuatur prædio.

94 Vniuerſitas poteſt citari per edictum.

95 Citatio in caſibus, in quibus lex pmittit fieri per proclama in illis etiam poteſt fieri per edictum.

96 Edictum quanto tempore in loco affixum ſtare debeat, quando citatio per edictum fit.

97 Citatio per proclama, quæ dicatur.

98 Inuentarium quando faciẽdum eſt per hæredem ſit citatio per proclama.

99 Litigator qui poſt litẽ conteſta. ſe abſentauit & non habet domum, uel neminẽ reliqt in domo per publicũ proclama citari põt.

100 Citatio per proclama contra certã perſonã in quo loco fieri debeat.

101 Abſens qui nullibi reperitur, nec hẽt certam domum poteſt per proclama citari.

102 Matrimonia antequam contrahatur citari debẽt contradictores per publicũ proclama infra certum terminum alias clandeſtina dicuntur.

103 Minor quando adiuit hæreditatem & poſtea per integrum reſtitutionẽ vult ſe abſtinere & repudiare tũc citandi ſunt oẽs creditores incerti per proclama cum termino trium menſium.

104 Creditor poſterior põt citari facere anteriores per proclama quãdo rem hypothecatã uendere vult Et qd talis citatio operetur.

quis, a quo, per quem, qualiter, & qñ, & ubi quib. ſeu examinatis, breuiter, & ſuccincte erit expedita materia huius primi mẽbri.
2 † Venio ad primum dubiũ. ſ. Quis ſit
a *a* citandus, breuiter concluſio eſt, quod is dẽt citari, qui prætendit intereſſe, ſeu põt lædi ex al quo actus, qui fieret in iudicio alias ille actus non u let, l. de unoquoque, ff. de iud. l. nam ita diuus. ff. de adop. & l. ſi quando & ibi Bald. C. de teſta. & c. 2. de te. Sic ergo, qui vult litigare contra aliquem, ante omnia dẽt citare ſuum aduerſarium in iudicio, alias proceſſus nõ ualet,
3 † quia
b *b* citatio eſt inuẽta de iure naturali, & ſpe
c cie defenſionis, & nullo mõ poteſt *c* omitti, ẽt per principem, ut eſt tex. in cl. paſtor. §. cæterum, de re iud. & nor. Bal. in l. cũ fratrem, in fin. uerbis, C. de his qui . ut iud. & Soc. in conſi. 11. col. 2. in 2. uolu. ibi ponit exemplum, quod Deus citauit Adam.
4 † Et
d debet fieri citatio in ſingulis actib. *d* iudiciariis, ut d. l. de unoquoque.

ADDITIO. Inn. tamen in c. ſide maio. & obe. conſiderat duos caſus, nam aliqñ agitur officio iudicis ſuper iure concernente plures aliquando agitur aliqua actione primo caſu pone exemplum, imploratur officium iudicis ſuper reſtitutione petenda aduerſus aditionem hæreditatis, & tunc oẽs ſunt citandi quorum intereſt, & ſi aliqui non fuerunt citati, ualebit iudiciũ contra certas perſonas, per auth. ſi omnes C. ſit ſe ab hære. abſt. ſed non uocatis illud iudicium non præiudicabit. l. etiam. §. fin. ff. de minor. ſed alii dicunt, quod habuerunt citari per edictum illi, qui nõ ſunt certi, per l. i. §. Item cum ex eo. ff. pro ſen. ſi. appe. reſcin. ſecundi Ioan. de Imo præcedens opin. eſt melior, quod ualeat iudicium illud non præiudicat, & pro hoc facit id qđ not. Bart. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc. ubi uĩ tenere, quod tenet actus quo ad præiudicium præſentium, & citatorum, licet abſentibus, & non uocatis, non præiudicet, & ita etiam tenet Bal. in authen. ſi omnes, C. ſi ut ſe ab hær. abſt. & idem conſuluit Bar. conſ. 102. inci. maritum, & eandem opinionem tenet Pau. de Caſt. in l. ſi. § cum igitur. C de iur. delib. Secundo uero caſu illi tantum ſunt citandi qui ſunt in libello nominati, quia tales poſſunt habere ius contradicendi, pro quo facit c. inter quatuor, de maior. & obe. fatetur tamẽ quod reus cõuentus poſſet nominare dñm in iudicium, c. quoniam frequenter. §. qđ ſi ſuper ut lit. non cont. uolunt tñ Inn. Hoſt. & Io. And. in d c. ſi. de maio. & obed. qđ iudex nõ tenetur uocare aliũ, licet eius interſit, quia aut ille tertius ſcit rẽ ſuam agi, & tunc ſibi imputet, ſi non ueniat, ut in l. ſæpe ff. de re iud. aut ignorauit, & tunc ſibi non præiudicat, ſed illi tantũ, qui ſe obtulit liti ita ẽt vult Io. de Imo. in d. c. fin. per quẽ tex. Bal. in c. 1. de mil. uaſſ. qui con. eſt dicit quod ille ſolus citandus, contra quẽ dirigitur petito principalis, & idẽ. uoluit in l. 2. alias. C. quo & qñ iu. ſed Mar. Soc. dicit illos tãtum eſſe citandos, qꝫ negotiũ principaliter tangit & intellige ſi nõ tangit principaliter reb. ſic ſtantibus, ſecus ſi duntaxat tangeret reb mutatis, per tex. in d. l. i § denunciari. ff. de uen. inſp. & hoc vult. Mar. ipſe in tra de cit. in art. 5. in pri. ſed ut uides opi. Innoc. in practica eſt ſatis ęqua nã de neceſſitate non ſunt citãdi niſi nominati in petitione, licet ſi eſſent alii, quos negociũ tangeret eius iudiciũ nõ noceret ſi ſunt citandi eſt tñ tutius, qꝫ oẽs uocentur quos negocium tãgit. P. F. V I D.

5 † Limita primo, iſtam communem cõcluſionem non procedere, quando aduerſarius eſſet talis, etiam ſi eſſet præſens, nõ poſſet actum impedire nec contradicere, quia citari non debet, & ualet actus etiam ſine eius citatione, ita per plura tenet Alex. in l. recuſare in prin. ff. ad Trebell. & Pau. de Caſt. in conſ. 34. col. pen. in 1. uol. per text. in l 4. §. i. ff. de fidei li. & Bal. in l. nec quid quam. §. ubi decretum. ff. de off. procu. & ibi Iaſ. in 4. col.

ADDITIO. Probatur l. qui poteſt ff. de reg. iu r. & habes per Dec. in conſi. 698. diuino, poſt prin. li. 5. & Ale. conſi. 130. difficultas, col. 1. li. 1. & conſi. 6. col. ſi. lib. 3. & Caſſ. dec. 2. de iud. Fel. in c. cum olim col. 6. uer. non eſt citandus extra de re iudi. P. F. V. I. D.

6 † Secundo limita, non procedere in exigendis tributis, datiis, & collectis, ſeu functionibus fiſcalibus, quia pceditur de plano, nullo ſeruato iuris ordine, et ſine citatione ſolum exigendo, et compreh[illegible] debitores etiam non c[illegible] ſingul[illegible] ter [illegible]

in 3. volum. † Tertio limita, non procedere in omnib actibus, qui expediuntur per iudicem ante citationem partis in cã principali, quia licet requirant cauſæ cognitionem, nõ tamen requiritur in eis citatio partis, ita tenent Bal. & Ale in l. ſed ſi hac. §. prætor ait. ff. de in ius uoc & ibi ponunt
8 exemplum in concedenda † Venia uocandi parentes, & patronus in ius, nam in tali conceſſione non requiritur partis citatio licet fiat cum cauſæ cognitione, idẽ tenet Bal. in l. ea quæ, circa fi. col. 1. C. quo. & qñ iud Pet. Phil. Cor in conſ. 46. col. pen. ver. facit, & c in 2. uolu
9 † Et per hoc infero ad bonam practicam, in regno hẽmus ritum magnæ cariæ, qꝫ qñ hæres vult præſentare in ſtm ſecundum formam ritus, dẽt offerre opinionem præambuli, probando, ſe eſſe hæredẽ pro liquidatione inſtrumenti, & idẽ forte eſſet in ceſſionario per ea. quę no. Ale. in l. ſi ſic col. fi. ff. de leg 1. de hoc eſt unus ritus, ſub nu. 221. incipit, item ſeruat ipſa curia, qđ ſi fit præſentatio, &c. & alius ritus 249 ſub rub. de pręambulis. Dico quod ex quo eſta liquidatio præambuli fit ante citationem partis in cã principali, non requiritur in ea alia citatio per quę dicta, & licet Bal in l. 1. col. fin. uer. ex his. C. de ex. rei iudi. dicat, quod in liquidatione inſtr. requiratur partis citatio intelligo tamen Bal. loqui in tali liquidatione, quæ fit poſt citationem, non ante, ne contradicat ei, qꝫ dixit ipſemet Bal. in d. §. prætor ait.
10 † Quarto limita, non procedere, quando
f fertur ſententia f principis, ſeu Imperatoris, quia ualet ſine citatione, exiſtente tñ iuſta cã ſecundũ Bal. in l. ceſſante, in prin. C. qũo & qñ iud. & Bald. in l. nec cãs. C. de app. & Ale. in conſ. 2. col. 7. uerſi. & qđ no. Bal. & ca. in 1. volu. vbi plus dicit, quod in principe ſp præſumitur iuſta cã. Regulariter tñ ẽt ſnĩa principis non ualet, ſine citatione, ex quo princeps nõ põt tollere id, qđ eſt iuris naturalis, ut eſt text. & ibi glo. & Bal. in l. fi. C. de legib. & idem Bal. in cõſi. 58. in 3. vol. & Ab. in c. in cauſis. de re iud. tamen hodie in regno de cõi ſtylo ſacri cõcilii Neap. oẽs ſnĩæ ſacri concilii feruntur ſine citatione & ualent, ex quo proferũtur ſub nomine regio, Bene uerum eſt, qđ poſt concluſum in cauſa fit citatio partibus, vt ueniant ad allegandũ verbo, vel in ſcriptis infra talem terminum, quo elapſo fertur ſnĩa ſine alia citatione ad audiendum ſententiam, & ſi iſta citatio non præcederet
g non ualeret ſnĩa regia, prout de hoc g ſtylo atteſtatur Mat. de Affl. in dec. 283. cõſ. Neap. & rõ eſt, quia poſt concluſum in cã citatio non eſt defenſionis quia nulla põ. allegari defenſio, ſed eſt potius iuris poſitiui, & ideo princeps põt illam obmittere; & ſic non ob. c. paſtoralis, de re iud & hę non põt colligi ex uerbis ſing. Bal. in l. ex cutorem, col. antep ver non obſtat, quod defenſionis facultas, & c. C. de excep. rei iud qui dicit, quod citatio non eſt de iure naturali principaliter propter ſe ſed propter defenſionem, ergo ubi non competit defenſio, ibi poteſt omitti per principem.

ADDITIO. Vide Capic. in dec. 69. n. 35. P. F. V. I. D.

11 † Quinto limita, non procedere, quando in inſtrumento eſſet pactũ, quod debitor poſſit capi ad inſtantiã creditoris ex ſola oſtione inſtrumenti facta iudici, nã tunc põt capi per iudicẽ auctoritate inſtrumẽti ſine alia præcedenti citatione, per ea quæ no. Ang. & Imo. & ibi ẽt Ale. in 2. co. in fi. in l. ſi ſic. ff. de le. 1. & licet loquantur in ſtatuto, tñ idẽ eſſet in pacto, ut hẽtur in l. nõ tñ poſſibile. ff. de pac. Et in ſpẽ in pacto tenet hoc Mat. de Affl. in conſt. pacis cultũ, col. 6. quod nota, ut ſcias ponderare clauſulas inſtrumentorũ, quia ut plurimũ in inſtrumentis ponũtur iſtæ clauſulæ executiuæ, & hoc corroboratur ex eo. qđ in ſimili concluditur in dec. 326. conſ. Nea. ubi dñ qꝫ qñ in inſtrõ eſt pactũ de capiendo bona debitoris, poteſt creditor implorare familiam iudicis ad capiendum bona, & iudex tunc concedit familiam, & capturam ſine alia citatione partis, ut tenet Ale in conſ. 131. in 4. uol. & Bald. in l. ſi aquã. in 1 co. q.
12 C. de ſeru & aqua. † Sexta limita non pro
h cedere, qñ aduerſarius reperitur h præſens in iudicio, quia põt actus expediri coaliter non citato, quia lex ſolum ponderat præſentiam partis, ut dict. l. de unoquoque, in princ. ff. de re iud. & eſt tex. in l. etiam. § fi. ff. de min. unde poſſunt ẽt fortuito caſu, citari non debet, ita tenet Ale. in d l de unoquoque. colu. 1. & Alex. in rub. C. de in ius uoc. in fi. & Bal. in l ſi accuſatoribus. colu. 2. C. de acc. & Bald. in l. 1. ff. de in ius uoc.

& Rob.

& Abb. in c.eccl.S.Mariæ,col.3.de cõſt.& in c.inter 4.in 3.no.de maio.& obe. & Bal. in c.1.col.5.de mil.uaſal.qui cont eſt,& in l.conſentan.col.fin.C.quõ.& quando iud. Verum licet ſecundum cõem concluſionẽ, citari non dẽat pñs dẽt tamen per iudicem certiorari de actu,qui fit in cauſa ſua, alias actus non ualeret ſecundum ar.in l.furioſo.ff.de re iud.& Iaſ.in l. nec quidquam,§. vbi decretum,col.6.ff.de offi.pro conſ.ſed contrarium tenet Ang.Imo.& Alex.in d.l. vnoquoq.in prin.& Iaſ.in l.1.in fi.ff.de in ius voc.ſ.quod non requiritur certioratio, quia præſens præſumitur ſciens, & prædictis adde.Soc.in conſi.29.col.2.in 3.uolu. ſed in dubio is qui reperitur præſens in iudicio præſumitur ueniſſe ad illum actum, qui erat expediendus, ſeu ad quem fuit uocatus,ſecundum Alex.in l. furioſo,col.pe. in fi.ff.de re iud.& Alex.in conſi. 113. col. 2. in 2.uol.

ADDITIO. Adde Ang.in l.1.ff.de in ius uoc.& in l.ſi ẽt.§.fi.ibi pñte uel notatum. ff.de minor Fel.in c.1.col.7. uer.nota ẽt qđ præſens.de iud.& c.1.& 2.de prob. & Doc. conſi.449.nu.8.& Caſſ.dec.2.de iud. & Sebaſt.Van.in trac.nullit.in tit.de nullit.ſen. ex def.cit.nu.10.cum ſeq.& poſt multa firmat Mar.Soc.in trac.de cit.in 5.ar.prin.n. 21.Pet.Foller.

13 † Quid autem,ſi iudex citauit aliquem ad vnam cauſam, & comparuit ad illam cauſam utrum poſſit compelli reſpondere aduerſario,uel alteri ſuper alia cauſa?Bald.in d.l. ſi accuſatoribus,col.2.in fi. tenet quod non ſed poteſt dicere,facias me citari,quia non ueni ad hoc,& idem magis clare tenet Bal.in l.cum fratrem,in fi.C.de his quibus ut indig.ubi adſignat rationem,quod citato ſit ad duo,ſ.ad effectum comparationis & præparandæ defenſionis: Vnde ſi ille cõpelleretur reſpondere,ſtatim tolleretur ſibi defenſio,ſed Alex.in d.l.de unoquoque,colum 1.tenet contra Bald.ſcilicet,quod indiſtincte tenetur reſpondere, etiam ſi ob aliam cauſam uenerit,& certe ſi opin. Bald. eſſet uera in d.l.cum fratrem,quo ad ſuam rationem, nunquam pñs compelleretur reſpondere, ſed ſemper eſſet citandus propter prætenſam defenſionem. Sed ego puto in hoc regno ueram eſſe opin. Bald. per conſt.ſi quem noſtrorum &c.& ibi no. Andr.de Iſer.ubi dicit,quod inuentus in iudicio ob cãm neceſſariam non tenetur reſpõdere in alia cã. Secus,ſi ob cauſam uoluntariam,ſed in propoſito, is qui fuit uocatus ad unam cauſam per iudicem cenſetur cõparuiſſe ob cauſam neceſſariam,ergo non tenetur rñdere in alia cauſa. Ad rationem Bal.de prætenſa defentione.dico,quod poſſet dari reſponſio quia præſens, põt petere inducias deliberatorias, iuxta aut. offeratur, C.de litis conteſt. & ſic intueri poteſt præparare defenſiones ut dicit Alex.in d.l. de unoquoque.in 1.col.& ſic ratio ſua non impedit,quin præſens ex cauſa uoluntaria uel fortuita teneatur reſpondere. † Septi-

14 mo limita, ubi eſſet ſuſpitio fugæ debitoris, uel criminoſi quia poteſt tũc procedi contra eum ſine alia citatione, & poſſunt contra ipſum recipi teſtes,ẽt eo non citato ne inſtruatur ad fugam, ita plene declarat Fel.in c.cum ab homine,uer.limita tertio, etc.de iud.& hoc ſentit,Bal.in d l.cum fratrem,in fi.C.de his quib.ut indig. & tenet Bart.in l.ait prætor,§.ſi debitorem, ff.quæ in frau.cre.& Bald. in l.creditor la.2. ff. ſi

15 cer.pet. † Octauo limita,ubi periculũ eſt in mora,nam poteſt tunc expediri actus,ẽt parte non citata ſecundum Ale. & Iaſ.in l. ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum col.1.ff qui ſatis cog.et Inn.in c.ſignificauit, in fi.de teſtib. et Ale.in d.l. de unoquoque col.2. Alias ãt nunquam iudex poteſt uenire ad capturã perſonæ,niſi prius eam citet, ubi uide non eſſe periculum in more,ꝑpfugam,ſecundũ Bal.in l.ſi quis curialis in not.C.de epiſc.et

16 cle.et Bal.in l ſi filio in fi ff.ſol.mat.† Nono limita, non procedere in cã criminali, quando ſententia fertur in fauorem abſentis,nam ualet,ut eo non citato,ſecus ſi ferretur contra ipſum,ita tenet Bal.in l.ſi accuſatorib col.fi.C.de accuſ. et Alex.in l.furioſo.col.1.ff de re iud.per l.quamuis indubitari,C.de adul. † Decimo limita in om-

17 nib.cauſis, in quib.proceditur ſine figura iudicii,nam ualet ſententia lata pro abſente non citato,ſecundum Bar.in extrauag. ad reprim.in uer.et fig.in fi.et Ale.in d.l. furioſo,colu.2.et propterea hodie in regno quælibet ſententia lata pro abſente non citato,ualet in cauſa ciuili, ex quo per iura municipalia ſæpius allegata procedi-

18 tur. † Vndecimo limita,in omni actu qui

celebratur ultima die termini, nam poteſt fieri ẽt parte non citata. Hinc dicimus ꝙ poteſt fieri ſnĩa cõpromiſſi in ultima die termini ipſius compromiſſi ſine citatione quando terminus ſit ſtatutus ab homine, ſecus ſi a lege, ita dicit Bald. in auth. ei qui appellat. col. 2. C. de temp. app. Item, quando teſtes examinantur ultima die termini, non requiritur citatio partis ad uidẽdum iura teſtiũ, ſecundum Bal. in l. ſi qñ, co. 2. in fi. C de teſtib. & Bal. in l. fin. C. qui adm. & Bar. in l. 1. C. de tẽp. app. & in l. item illa, ff. de conſti. pec & idem in ſimilib. caſib. de quib. uide plene per Mod. in l. qui ante calendas, & in l. ſi quis arbitratu, ff. de uerbo. obl. & Iaſ. in l. nec quidquã §. ubi decretũ, col. 6. ff. de off. proc. & in repe. l. admonendi. col. 44. Adde tñ, ꝙ in regno iſtud practicatur aliqualiter, uidelicet, ꝙ licet, poſſit fieri actus in vltima die termini ſine citatione, tamen dẽt abſens uocari in curia illa die, & hora, qñ fit actus, & debet eius contumacia accuſari, & ideo ſis cautus, vt faciat hoc apparere ex actis, ita de hoc ſunt duo ritus magnæ curiæ. Vnus in nu. 47. & alius in nu. 116. & ambo incipiunt, item qđ
19 ſi detur terminus, &c. † Duodecimo limita, quando citatus ſemel pſonaliter ſtatim aſcendit equum, & receſſit in partes remotas, uel alio modo verbis declarauit ſe nolle comparere, quia non eſt ulterius citãdus ſecundum Bal. in l. ceſſante. in fi. C. quõ, & quando iud. & Ale. in d. l. de unoquoq. col. fi. & in l. contumacia, uer. 5. fallit, &c. ff. de re iud. & Iaſ. in d. l. nec quidquam §. vbi decretum, col. 6. ff. de off. proc. & Abb. in c. cũ
20 parati. de app. † Decimotertio limita, quãdo probatio concludit ſoli iudici puta ad iudicis inſtructionem, quia tunc põt recipi ſine citatione partis, ſecundum Bal. in l. certum, col. 2. uer. item op. ꝙ imo differãt &c. C. unde l. & Bal. in l. ſi qua per calum. verſi. ſed pone, quod iſte, &c. C. de epi & cler. ubi ponit exemplum in iudice ſeculari, capiente, clericum, qui non incedit in habitu clericali, nam ſi clericus oſtẽdit iudici inſtrm clericatus dẽt ipſum remittere ſtatim iudici eccleſiaſtico ſine citatione partis, adde Inn.
21 in ca. 1. de poſtul. præl. † Decimoquarto limita, quando aliquis hẽt expedire actũ ſecundum ſuam conſcientiam, ut quãdo per ſedem Apoſtolicã committitur alicui examinatio alicuius, ſi eſt idoneus, uel eſt cõmiſſa ptãs ſnĩandi cũ clauſula, conſcientiã tuã oneramus, quia tunc poteſt ille actus expediri ſine aliqua citatione partis, ſecundum Bal. in d. l. ſi qua per calumniam, uer. vbi ſupra, & in d. l. certum, uer. ubi ſupra, & Ale. in d. l. de unoquoq. col. 2. in fin. ff. de re iud. & Lud. Rom. in rub. de arb col. 3. & ẽt gl. in c. 1. de off. dele. & Bal. in l neque nata-
22 les col. fi. C. de prob. † Decimoquinto limita quando eſt datũ arbitriũ, & ptãs executori teſtĩ diſtribuendi ad pias cauſas, ſeu eligendi pauperes, quia in tali electione, & arbitrio declarando non requiritur citatio hæredum, nec alterius, ſecundum Bal. in l. captatorias. in fi. C. de teſt. mil. & Bald. in l. fi. col. 1. uer. ſed nunquid in iſta, &c. C. com
23 mu del. † Decimoſexto limita, quando iudex miſit expertos ad mẽſurãdum agrum, vel aliquam dñam uidendam per aſpectũ loci, quia in relatione dictorum expertorũ non requiritur partis citatio, nec præſentia licet in electione eorum requiratur, ſecundum Bar. in d. l. Theopompus, circa fin. ff. de do. præl. & Ange. in l. 1. §. Marcellus. ff. ſi pluſquam per l. Falc.

ADDITIO. Tenetur tamen iudex qñ vult mittere expertos ſtatuere terminum partibus, & ipſos mouere, ut ſint tali die, & hora cum talib. magiſtris in illo loco ad videndum menſurationem, ſecũdum Bart. in l. qui bona, §. fi. 1. col. ff. de dam. inf. P. F. V.
24 I. D. † Decimoſeptimo, limita non procedere in ſnĩa calculatorum qui reuidet librũ rõnum alicuius adminiſtratoris, puta ſyndici alicuius uniuerſitatis, nam poſſunt ferre ſnĩam condemnatoriam contra abſentẽ aliter non citatum, & ualet ſine citatione, ſecundum Bar. in l. 2. §. quod de frumentaria, & ibi ẽt gl. ff. de adm. re. ad ciui. perti.

ADDITIO. Adde text. in l. hac perpetua in fin. C. ubi quis de cu. vel cohor. qui hoc probat ſecundũ Gul. de Cu. & Bar. ibidem Sal. vero in d. l. hac perpetua, conatur reducere ad concordiam glo. ibidem quæ contra dicit opinioni Gul. (vt opi. gl. procedat in debitis ſingularibus, opinio Guliel. procedat in publicis functionibus fiſcalibus. i. in regularibus, & in ordinariis) & ſic ſentit, quod quando tractatur de ſignificãdo aliquem debitorem ciuitatis, pro publicis functionibus fiſcalibus regularibus, &

or-

ordinariis, tunc uerum ſit, quod ualet ſen-
tentia ēt lata nō citata, parte, at ſecus ſi tra
ctatur de ipſum ſignificando, & condem-
nando pro aliis debitis, ad quæ tenetur. C.
uitati, in quo cogitandum eſt. P.F.V.I.D.
25 † Decimooctauo, limita non procedere
iuramento deferendo alicui pro liquida
tione rerum ablatarum, in odiū delinquen
tis, iuxta formam l. ſi quādo. C. unde ui. &
c. ſuper eo. extra. q; metus cauſa, quia in ta
li taxatione, & iuri delatione, non requiri-
tur citatio partis ad manus ſui odiū. Secus
qñ iſta taxatio eſt faciēda per iudicem, de
hoc eſt deciſio Rotæ in nouis, in dec. 199.
incipiente, licet &c. & hoc tenet Iaſo. in re.
l. admonendi, col. pen. & ſi. ff. de iureiuran.
ubi hoc ampliat in oī iuſo, q; deferetur p̄
delictum, ſeu contumaciam alicuius.
26 † Decimonono, limita quando aliquis pa
teretur aliquo damnum in aliquo loco, pu
ta remoto, nam poteſt ibi teſtes examina-
re ſuper damno, quod paſſus eſt ſine ali-
qua uocatione partis, & talis examinatio
faciet plenam fidem ſecūdum Luc. de Pe.
& Bar. in l. 2. in fin. C. de naufr. lib. 11. quod
nota ad dictum eorum, qui patiuntur fur-
ta, & robarias in ſiluis, uel alia ſimilia dā
na: adde Ale. in l. 4. §. prætor, col. 4. ff. de dā.
27 inf. † Vigeſimo limita, quando iudex vult
examinare in teſtē aliquā honeſtam mulie
rē, nam poteſt mittere ad eius domū, pro
eo examinanda, ſine alia citatione partis,
ſecundū Bart. in l. ad pſonas egregias, ff. de
iureiur. & And. de Iſer. in conſt. in pecunia
riis, col. 2. in ſi. de quo uide etiam. Abb. in
28 cap. ſi quis teſtiū. de reſtit. † Vigeſimopri-
mo limita, qñ eſſet examinandus aliquis
teſtis cuius dicto eſſet neceſſario ſtandum
quia non requiritur partis citatio, ſecun-
29 dum Alex. in conſi. 130. in 1. uol. † Vigeſi
moſecūdo limita, quando eſſet examinan
dus, aliquis teſtis, de cuius, morte, uel feſti-
nato receſſu timetur, quia pōt examinari
et parte nō citata, ſecundū Inno in c. Alb.
circa prin. de teſt. & Iaſ. in rep. l. admonen-
30 di, col. 102. in princi. ff. de iureiu. † Vigeſi-
motertio, limita nō procedere in eo, de cu
ius i p̄iudicio principaliter agit̄. Secus ſi p
quandā cōſequētiam actus tangeret p̄iudi
ciū alicuius, quia pōt fieri ſine alia citatio-
ne ſcd̄m Ale. in l. unoquoque, col. ſin. ff. de
re iud. Iaſ. in l. nec quicquam, §. ubi decretū,
col. 7 de off. proc. & in l. ſi q̄s nec cauſam,
31 col. 2. ff. ſi cer. pet. † Vigeſimoquarto limi
ta, qñ iudex uult interdicere adminiſtra-
tionē alicui prodigo, quia pōt hoc facere
ſine citatione alicuius ſecundū Iaſ in d. §.
vbi decretū, col. 9. & Bal. Ang. & Mod in l.
32 is qui bonis. ff. de verb. oblig. † Vigeſimo
quinto limita, qñ fertur ſnīa contra princi
palē debitorem, nam in ea nō eſt citandus
fideiuſſor de iudicato ſoluendo, licet inte-
reſſe prætendat, quia ex eodē proceſſu fit
executio contra eum, ſecundum Bal. in l.
duobus §. ergo ſi quis, & poteſt eſſe ratio,
quia nō agitur principaliter de eius præiu-
dicio licet per cōſequētiam, ut ſupra in uige
33 ſima tertia limitatione. † Vigeſimo ſexto
limita, nō p̄cedere, qñ iudex protulit aliq
interlocutoriā, a qua ſuccūbens appellauit
quoniam appellatione perdente poteſt iu-
dex procedere uſque ad diffinitiuam, ante
quam ſibi inhibeatur, iuxta c. non ſolum
de app. libr. 6. Certe poteſt oēs actus uſque
ad ſententiam incluſiue expeditā ſine cita
tione partis, ualent, niſi appellant ſuæ ap-
pellationi renūciet, tex. eſt ſingularis, in c.
34 eum qui. de dolo, & contumacia, li. 6. † Vi
geſimoſeptimo limita, qñ aliquis eſt con-
dēnatus ad expēſas propter contumaciam
iuxta legē ſancimus. C. de iud. nam pōt fie
ri talis condēnatio. ēt ſine citatione partis
ſecundum Bal. in d. l. ſancimus. in 10. q. &
Ant. de But. & Paul. de Lіza. in c. ſi lit ibus
de dolo, & cōtumacia, & Fel. in c. 1. col. 6.
35 de iud. † Vigeſimooctauo limita, quando
iudex uult dare tutorem uel curatorē alie
ni pupillo, uel furioſo, ſine inquiſitione,
quia pōt ſuū decretum interponere ſine ci
tatione alicuius, ſcd̄m Bar. in l. q habet. §.
quolibet. ff. de tute. & Alex. in conſi. 86. in
cipiente, uiſis dubitationib. &c. in 2. uolu.
36 † Vigeſimonono limita, qñ aliquis doloſe
latitat, & ſe occultat, ne citari poſſit, quia
pōt expediri actus contra, cū eo aliter nō
citatio, ex quo conſtat de eius cōtumacia
ſecūdum Inn. in c. ad petitionem de accuſ.
& Abb. in c. ex tuę, col. pen. de cl. non reſid.
37 † Trigeſimo limita, generaliter ubi certū
eſt aduerſario nullam cōpetere defenſio
nem, quia poteſt expediri actus, eo nō cita
to, ut no. plene Card. Ale. in c. cum ſit Ro.
col. 1. circa ſi. de appel. ubi multos allegat,
& hanc fallentiam poteris iungere. cum

38 prima.] Trigeſimoprimo limita, quando aliquis habet inſtrumentum cõtra debitorem cũ in pacto de capiẽdo, & conſtitutione pcarii, quia põt facere capturam contra tertium poſſeſſorẽ & nõ citatum, & negotio non liquidato, ita tenet Fran. de Aret. in cõſ. 11. col. pen. in fin. & col. fi. & Soc. in cõſ. 82. col. 3. in 1. uol. quod nota ppetuo, quia millies euenit in facto, & pluries uidi reſpõderi in contrariũ, a nonnullis Doctoribus, qui dictas deciſiones non uiderunt.

ADDITIO. Quod contrarium eſt verius de iure, ut plene cogerit Afflic. in conſtitu. pacis cultum, de quo ſimiliter per Tiraq. in tract. de conſti. ... par. nu. 42. & ita teneatur, alios uero caſus in quibus ualet abſque citatione partis, uide per Maria. Socin. in tract. de cit. 7. artic. princ.

Petrus Follerius.

39 VENIO, † Ad ſecundum dubium ſ. a quo iudice debet ac poſſit fieri citatio. Breuiter cõis concluſio eſt, quod omnis iudex competens poteſt citare ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus. Secus ſi eſt incompetens, quia non ualet citatio l. fin. & ibi per Doct. ff. de iur. om. iud. & habetur in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. nõ iuer. Qđ tamẽ intellige quãdo certũ eſt eum eſſe incompetentem de iure cõi, ſecus, ſi de iure cõi ſit competens, poteſt tñ aliquo priuilegio declinari, quia tunc ualet citatio, & tenet citatus comparere ad ſuum priuilegium allegandum alias poſſet contumax reputari, ut d. l. 2. & leg. ſi quis alienã ff. de iudi. intellige tamen prædicta de citatione uerbali, ſecus in reali, quæ fit per capturam perſonæ, quia illa poteſt expediri ſolum per ordinariũ, non aũt per delegatũ, ut not. Bar. & Ale. & communiter Doc. in l. fi. ff. de iu. om. iu. ubi ita intelligunt text. in §. ſi uero &, in auth. de exhib. reis, & in l. conſentaneum. C. quõ & quando iud. Similiter & citatio per edictũ poteſt expediri ſolum per ordinarium, vel per delegatum principis, non aut per delegatum inferioris ut in §. omnem, in auth. de litig. & in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. & ponunt Doct. in d. l. 2. & Bar. in extrau. ad reprimendum in ver. per

40 edictũ, in prin. † An aũt poſſit iudex citari ſuum ſubditum exiſtentem extra ſuum territorium, iſtam q. tangit Ioan. Andr. in c. Rom. §. contrahentes de foro competen. lib. 6. & Bart. in l. oẽs. C. de epiſcõ. & cler. & Ang. & Iaſ. in l. fin. ff. de iur. om. iud. ubi dicit. q. iſta q. indigeret deciſione Cæſarea, Et ibi Iaſon. diſtinguit tres caſus, & dic. vt ibi per eum, cui adde q. in regno habemus conſt. quæ incipit In ciuilibus, quæ concedit iudici indiſtincte poſſe citari extra territorium & ibi Matt. de Affl. in ... not. ponderat ad hoc illam conſtitutionẽ, per quã habemus deciſionem Cæſaream in hoc regno, nam licet communis deciſio in iure communi ſit, q. iudex citatus dẽt ſcribere literas iudici loci, ubi eſt citandus, ut ipſũ citari faciat, qñ illę ciuitates non ſunt ſub eodem dominio, ſecundum diſtinctionem Bart. in l. i. §. præſes ff. de req. reis, tamen qñ rex qui eſt Dominus uniuerſalis regni, dedit iudicib. poteſtatem citandi extra territoriũ, poteſt fieri hæc citatio p nunciũ ciuitatis, ſine alia licentia iudicis illius loci ſi ubi citandus dẽgit. uerum illa conſt. hoc non probat expreſſe, unde tutius puto eſſe, id quod dixit ibi And. de Iſer. ſ. q. requiritur iudex illius loci, vt ipſum citet, & idẽ And. in conſt. edicto rũ, colu. 2. princ. Et ita vidi ſemper obſeruari, ſ. quando ciuitates non ſunt ſub eodem barone in hoc regno ſolet. n. mitti nuncius ciuitati, ut impetret veniã a iudice illius loci cum literis citatis vel ſolet ſcribere literas ad illum iudicem, vt ipſum citet, ſecundum Bar. in d. §. præſides. ubi ponit ad hoc quinq. limitationes.

41 † Pro hoc facit. q. in ſimili dicimus, quod quando aliquis vult exercere iuriſdictionẽ inter ſuos ſubditos i alieno territorio, dẽt habere licẽtiam Domini illius territorii, alias proceſſus non ualet ſecundum Inno. in cap. at ſi cl. de iud. Pro hoc eſt tex. q. ibi Bar. in 24. in cle. 1. §. uolumus de fo. comp. Hoc tamen limita non procedere in terra dæmonii regis, nã officiales alicuius baronis, ſeu aliquis baro poteſt ius dicere inter ſuos ſubditos in terra Demanii, puta in ciuitate Neapolis abſq. licentia regis, & ſuorum officialium, ita dicit Matth. in conſt. de quæſtionib. in 1. not. vbi ad hoc ponderat illam conſti. quam dicit fuiſſe ignoratam a nonnullis auditoribus regiæ curiæ tamen iudicio meo ille conſt. ſi recte ponderetur, hoc non probat. & de prædictis ui de Old. in conſi. 88.

42 VENIO, † Ad tertium dubium ſ. per quem

quem debeat fieri citatio. Dic. ꝙ cõis obſeruantia eſt, ꝙ citatio ſit per nuncios ſeu
43 iuratos & ſeruiens curiatũ, † qui ſolent eſſe uiles pſonæ, ut d. And. de Iſer. in conſ. citationis, col. 2. ſolent enim iſti nũcii portare aliqua ſigna, ut cognoſcantur, ut not. Doct. in c. cum parati. & c. ſignificauit, de appel. & Spe. in tit. de cit. § ſequitur colum. 2. & ꝙ ſint uiles perſonæ, tenet Fel. in c. pru
44 dentia, col. 5. de off. dele. † Poteſt tñ iudex eligere unũ alium priuatũ, cui poteſt committere citationem, etiã ſi non ſit publicus nuncius, ualet citatio, imo poteſt iudex eligere famulum ſuũ, & etiã famulũ alterius partis, cui poteſt committere citationem, ita tenet Card. Ale. in c. cũ ſit Rom. col. fi. de app. & ibi ẽt Abb. in fi. col. in prin. Plus dico, qđ ẽt parti principali poteſt iudex cõmittere citationẽ, ut citet ſuũ aduerſariũ, & ualet citatio, ubi conſtat de cõmiſſione iudicis, ſcdm Bal. in le. ut perfectius. col. fi. C. de anna. exc. & Bar. per illam tex. in leg. eum qui §. ſi epiſtola. ff. de fur. & idẽ Bart. in l. iuſte, & ibi ẽt Alex. in 8. col. ff. de acq. poſſ. & Bal. in auth. & oĩno col. pe. uer. uenio adminiſtros, &c. ne uxor pro mari. & Bar. in extrau. ad reprimendum, in ver. per nuncium, & uer. per literas, ubi oĩa hæc tractant, & Spec. in ti. de cita. §. ſequitur co. 1.
45 † Sicut ẽt Iudex poteſt dare licentiã parti quod capiat poſſeſſionem aduerſarii, cõſtituendo eum executorẽ in cauſa propria, ut no. Bar. Alex. & cõiter Doc. in d. leg. iuſte, & Iaſ. in l. inhibere cauere, in 2. et 3. colu. ff. de iur. om. iud. Verum, in hoc eſt differẽtia, quia qñ quis citat per nuncium publicum tenet illi credere ſolo uerbo, ſine literis iudicis, ſed nuncio priuato, uel famulo uel parti non credit. ſine literis iudicis cõmittentis, ita tenet gloſ. in c. prudentiã, in uerſ. per certum nuncium, de off. del. & ibi per Doc. idem not. gloſ. in c. cum parati. in uer. nuncius, de app. alias non tenet qs credere, maxime aduerſario ſuo, qui de facili poteſt mentiri, ſecundum Spe. in d. §. ſequitur, col. 1. & Phil. in d. c. cõparati, col. 4. in fi. uerſ. 6. quæritur, &c. Et dicit notãter Bal. in l. ſi ut ꝓponis, la 2. C. quomodo & quã do iu. quod licet iudex poſſit cõmittere citationẽ parti, non tamẽ creditur ſuæ relationi, niſi ꝓbetur. & illud dictum ſequitur
46 Phil. in d. c. cum parati, uer. 6. quæritur, ex. Hoc tamẽ eſt correctum in regno citatione per literas, nã citatoria litera non cõmittitur, niſi habenti publicũ officium, ut eſt ritus magnæ curiæ in nu. 59. & alius in nu. 139. & ambo incipiunt. Itẽ quod cita
47 toria litera, &c. † Põt etiã fieri citatio per magiſtrũ actorũ, & ſic per tabellionem, ſi hẽat commiſſionẽ iudicis, & ſibi eſt credẽdũ ꝑ publicã fidẽ, q̃ hẽt ita tenet Spec. in d. §. ſequitur, poſt princ. & Philip. in d. c. cũ parati, uerſi 6. quæritur &c. perea, q̃ habentur in l. ſi qs decurio. C. de fal. & in c. ad au
48 diẽtiã, de præſcr. † Poteſt ẽt & ipſemet iudex ꝓ tribunali ſedẽs, monẽre ſeu citare partẽ ut cõpareat tali die coram ſe. text. eſt, & ibi Bal. in leg. ceſſante, col. 1. C. quo. & qñ iud. & Bal. in l. ut perfectius, col. fi. C. de anna. excep. & Alex. in l. contumacia, uerſic. 7. fallit, &c. de re iud. & not. gl. in c. conſuluit, de off. delega. in quibus locis dicitur,
49 quod iſta monitio iudicis, eſt maioris efficaciæ, quã citatio nuncii quia iſta ſola monitio hẽt uim peremptorii & trinæ monitionis, & hoc eſt, quod ſæpius notarii actorum ſcribunt penes acta, quod talis fuit iudicialiter monitus, &c. nam iſta monitio plus quã citatio operatur et poteſt expediri actus in contumaciam moniti non acõ
50 parentis. Venio † ad quartum dubium, ſ. qualiter ſit facienda citatio, ſuper quo dic quod citationũ plures reperiuntur ſpecies. Quędã.n. eſt citatio realis, ſeu perſonalis, q̃ fit per capturã perſonæ. Secunda eſt citatio uerbalis, quæ fit ſolo uerbo. Tertia, eſt citatio, q̃ fit per literas. Quarta, eſt citatio per edictũ. Quinta eſt citatio per ꝓclama. Sexta, eſt citatio per cãpanã, ſeu per tubã.

ADDITIO. Adde quod ſemper eſt facienda citatio ſecundum communem ſtilum curiatum, alias ſi fieret contra ſtilum citatus non tenetur comparere, et ex conſequenti non poſſet reputari contumax: ſecundum Marſ. in ſingu. 118. Petrus Foll.

51 † Præmitto tamen, quod in omni citatione cuiuſcunque ſit generis, tria extrema conſiderantur. Vnum ea. ex parte iudicis, prout eſt commiſſio de citando, & duo ex parte nuncii. ſ. ipſa citatio, ſeu executio commiſſionis, et relatio citationis factæ. Et hæc tria requiruntur in omni citatione, alias non ualet ut not. Bald. in le. fin. C. de fer. & Fel. in cap. gratum, colu. 3. de offi. deleg.

deleg. De primo, ſcilicet ꝙ requirat commiſſio iudicis, tenet Bar. & Bald. in l. neminé, C. de exh. reis, & tradi plene. Fel. in c. 1. colum. 6. de iud. & Io. And. in ca. quoniam contra de prob. & Bal. in l. cum clerici, C. de epiſ. & cler. Iaſ. in §. quadr. colum. 3. & 4. inſt. de actio. & Barto. in l. 1. §. cura. ff de of. præ. ur. & Alex. in d. l. ſciendum, col. fin. ff. de uerb. obl. & Alex. in add. ad Bar. in l.
52 qui nomine, ff. de fal. † Verum de conſuetudine toleratur in quã pluribus locis, ut quando ſunt nuncij publici, & generales, credatur eorum relationibus, ꝙ citauerũt de commiſſione iudicis, licet aliter commiſſio ex actis non appareat, imo plus poſſunt ad inſtantiam partis citare iſti nuncij publici in cauſis ciuilibus, etiam ſine commiſſione iudicis, & hoc toleratur ex generali conſuetudine in ciuilibus, ut teſtatur Bald. in d. l. neminem, & Iaſ. in d. §. quadrupli. & ibi etiam Io. Fab. & Bal. in l. ſi quando. in 11. q. C. de teſt. & Pet. Phi. Cor. in conſi. 95. col. 2. in fi. in 3. vol. & ita communiter ſeruatur in hoc regno ex generali, &
53 antiqua conſuetudine. † De ſecundo extremo, ſ. quod ſiat executio citationis, hoc patet ad ſenſum, quia ad hunc effectum committitur citatio, ut cum effectu quis citetur, quo caſu an credatur nuncio dicenti ſe citaſſe, eſt tria q. in pluribus locis uentilata, maxime per Barto. in d. §. cura, & per Abb. in d. cum parati, & Iaſ. in d. §. quadru. col. 3. & 4. in quibus locis communiter tenetur, quod ꝓ nuncio pub. creditur, & eius relationi ſtatur, quo ad citationem. Verum ſi citatus eſſet perſona circunſpecta, & fide digna, & iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe, crederetur ſibi potius, quam nuncio, ut per d. Abb. in d. ca. cum parati. colum. 4. in prin. & ibi per alios Mod. Et hanc quæſtio. tangit plene Spec. in tit. de cita. §. ſequitur, verſi. ſed nunquid & ibi plenius Io. And. in addi. ubi notabiliter loquitur, & concludit modo prædicto, & licet multa uerba inferat, & ad ibi dicta me remitto, & habetur per Sal. in l. tres. C. quomodo, & quando iudi. & Fel. in c. inquiſit. §. fi. col. 9. de accu. & Phi. in d. c. cum parati, colum. 6. in fin. & 7. de ap.
54 † De tertio extremo, ſ. de relatione nuncii, ꝙ requiratur & dẽat apparere, ex quo eſt actus ſubſtantialis, tenet Bal. in l. fi. C. de fer. & ibi etiam Sal. d. cit, quod dẽt relatio ſcribi in actis, quia eſt de proceſſu. † in tantũ,
55 ꝙ non poteſt fieri relatio in die feriato ad honorem Dei, & ipſum in hoc refert & ſequitur Alex. in l. 1. §. nunciatio, colum. 7. ff. de ope. no. nun. & tradit Bar. in l. fi. § Iulia. col. 3. ff. de dam. infe. & eſt glo. in l. pen. ff. ad Treb. & Bal. in l. iudices, in ult. no. C. de fi. inſt. iuratum, ꝙ ſi non reperitur, quod de ſcripta relatio nuncii in actis nihil ualet citatio nec ſententia, nec poteſt aliquis contumax reputari, ita tenet Paul. de Caſtr. in conſ. 81. col. 43. uol. & Bar. in l. hæc autem. §. 1. per illum text. ff. ex qui cau. in poſſ. eat. vbi dicitur, quod debet liquere iudici de contumacia citati, & non poteſt aliter liquere, niſi appareat relatio ſcripta in actis.
56 † Et propterea ſi iudex primo pronunciat contra contumacem, & poſtea recipit relationem nuncii, ſententia & proceſſus eſt nullus, ſecundum eum, & eſt notabile verbum, & menti tenendum, quia uidi plures iudices erraſſe in hoc, & idem tenet Bar. in l. multum, in fi. ff. de condi. & dem. & Alex. in l. ſed ſi de ſua, ff. de acq. hær.
57 † Poteſt autem iſta relatio per nuncium fieri ſoli notario actorum abſq. præſentia iudicis, ſecundum Bar. in d. l. ſi finita. §. Iul. colu. 3. uer. iuxta prædicta, quæro, &c. ff. de damn. infec. & ibi Imo. & Alex. idem tenet Sal. in l. eos. §. ſuper, C. de app. & in authẽ. quæ ſupplicatio, C. de prec. Imper. off. Hoc etiam de relatione nuncii, eſt hodie prouiſum in regno per regiam prag. 2. quæ incipit, quilibet, vbi cauetur de omnibus his trib. extremis, uidelicet, de commiſſione iudicis ꝓcedente, & de ipſa citatione effectuali & de relatione, quæ debet conſtare ex actis. Et nota quia illa prag. loquitur de cõmiſſione præcedente per ablatiuum abſolutum, qui importat conditionem l. a teſtatore, ff. de condit. & demon. per quæ uerba habemus in regno caſum deciſum, ꝙ non ualeat citatio nuncii, niſi commiſſio iudicis præcedat. Poſſumus tamẽ dicere, quod per cõſuetudinem ſit derogatum illi prag. quantum ad hoc, ut ſupra dixi. Vel poſſemus illam reſtringere, quando citatio fit per literas, prout loqui uidetur d. prag. & non uerbis, non nego quin ſemper de iure requiratur commiſſio, ut ſupra dixi, ſed ſolum dico, reſpectu conſuetudinis, quæ

ſeruan-

ſeruanda eſt, ubi viget, iuxta l. de quib. ff.
58 de leg. † His præmiſſis, uenio nunc ad citationem realem, quæ importat capturã perſonæ, ſecundum gl. Bar. & Alex. & Doct. in l. 2. ff. de iur. om. iu. & in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. ſuper eſt ſciendum, quod in ciuilib. cauſis regulariter nõ fit iſta citatio realis. Fallit primo ? quando reus eſſet contumax, ut d. l. conſentaneum & ibi Bar. in 2. colu. & probatur in §. ſi uero etiam, in auth. de exhib. reis. Itẽ, quando fuit per ſententiam condemnatus, quia poteſt pro executione ſententiæ capi de pſona, leg. 1. & ibi not. C. qui bo. ced. poſs. & not. Bald in l. per diuerſas, in 15. q. in fin. C. mand. Quod tamen intelligo, ſeruato ordine l. a diuo pio, § in uend. ff. de iudi. prout ibi no. Alex. in 1. & 4. col. ſcilicet, ut primo fiat excuſſio in bonis, & poſtea ſi bona nõ reperiuntur, tunc ult. loco capiatur de perſona alias non poteſt incipi a captura perſonæ, ſecundum gl. & Bar. in l. 3. §. tutor. ff. de ſuſp. tut. & Abb. in ca. quo ad conſiderationem, col. 6. in fi. ſeq. de re iud. & Bald. in ca. tuæ, ut lite non cont. & Bald. in d. l. con-
59 ſentent. col. 4. in fin. † Fallit etiam, quando
r debitor eſſet ſuſpectus de fuga, quia poteſt fieri iſta citatio realis l. ait prætor. §. ſi debitorem. & ibi Bart. ff. quæ in fraud cred. & declarant plene Alexan. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de in rem. uer. & Fel. in ca. col. 5. de iud. & Iaſ. in l. ſi ab arbitrio. ff. qui ſatiſ. cog. & in l. unum. col. 4. & 5. ff. ſi cer. pe. & idem Iaſ. inſt. de act. in prin. col. 9. & 12. in quib. locis plene cumulantur requiſita ad capiendũ debitorem ſuſpectum de fuga, quæ breuitatis cauſa hic obmitto.

60 † Hinc dicit ad propoſitum Bal. in l. quod euitandi, in fin. C. de cond. ob turp. cauſam quod iudex non debet aliquem capere ante ſummariam fidem, & ſuſpicionem de
f receſſu. et hoc in ciuilibus. At in criminalibus poteſt ſemper iudex regulariter citare, regulariter capiendo perſonam, ſecundum Bal. in l. ſi quis curialis, C. de epiſc. & cle. per Docto. in l. plerique. ff. de in ius uoc. Pro hoc eſt tex. in l. 1. et per eo. titu. ff. et C. de cuſt. reo. et no. Bald. in d. l. conſent. colu.
61 tertia in prin. † Scias tamen, quod iſta citatio realis nullo modo poteſt fieri, et niſi præcedente commiſſione iudicis, ut eſt text. et ibi per omnes ſcribentes in leg. neminem, C. de exhib. reis & not. Bald. in l. ſi
62 quando. in 12. q C. de teſ. niſi † Contra ſuſpectũ de fuga, qui põt capi proprio auctoritate ſine ali. commiſſione, etiam per priuatum, ut d. §. ſi debitorem, & habetur ple-
63 ne in locis præalleg. † Secunda citatio eſt
t verbalis, ut quando iudex uiua uoce cõmittit nuncio, ut aliquem citet ſine literis ut probatur in c. cum dilecti. ibi uiua uoce, &c. & ibi Ant. de But. et Abba. de dolo et contu. & eſt etiam conſt. regni, q incipit edictorũ, ibi etiam ſine ſcriptis etc. et iſta citatio uerbalis et aliæ ſequẽtes citationes de quibus infra dicam, debent continere ſex requiſita ad hoc ut ualeant. Primum, ſcilicet nomen iudicis citantis. Secundum nomen eius, qui citatur. Tertium nomen eius, ad cuius inſtantia fit citatio. Quartũ, eſt cauſa, ob quam citatur. Quintum, eſt locus, in quo debet comparere. Sextum eſt tempus infra, quod debet, comparere. Additur etiam ſeptimum requiſitũ, quando citatio fit in ſcriptis, ſ. ut contineat uerbũ peremptorie, hæc omnia probantur in d. conſt. edictorum, & ponit aliqua Spe. in ti. de cita. §. iam de citatione, poſt prin. alias citatio eſſet obſcura, et incerta, et non ualeret ut dicitur in d. conſt. edictorum, et tenet Bal. in l. hac conſultiſſima, colum. 3. C. qui teſt. fac. poſſ. et in l. eum, quem temere per illum text. ff. de iud. et ibi eſt glo. idem no. Bald in l. circa. §. fi. ff. de li. et poſth. et
64 Card. in cle. 2. in 5. no. ut lit. pend. inquantum autem dixi, quod citatio debet continere locum, procedit ſine dubio in delegato citante, ſecus eſt in ordinario, qui habet certum et deputatum tribunal quia poteſt citare ſine expreſſione loci et intelligitur de loco ſolitæ reſidentiæ tex. eſt in ca. comparata, et ibi Doct. de app. et not. Barto et Ang. in l. ſi ut proponis, la 2. C. quomodo et quando iu. et Ang. in l. 1. §. hæc ſtip. ff. ſi pluſquã per l. Falc. et Bal. in l. ut perfectius. col. 2. uer. 4. etc. de anna. etc.

ADDITIO. Et adeo uera ſunt uerba Doct. Auct. in hoc, quod ſi ſecus fieret citatio iudicis delegati non arctaret citatum ad comparendum, ut inquit Alex. in conſ. 71. in cauſa in princ. lib. 7. et taliter dẽt locos deſignari ne reluceẽt locorum æquiuocatio, iuxta text. in c. fin. circa fi. de reſcrip. In iudice uero ordinario nõ requiritur deſigna-

ſigna-

ſignatio loci in citatione,quia intelligitur
citatus,ad locũ ordinarium, & conſuetum
vbi ſimilia purgantur,in omnibus patet,&
ueriſimiliter ignorari non poteſt arg.ca.1.
de poſthu.prælator.& ca. innotuit,de elect.
cum ſimili,ſed ſi eſſet iudex,qui citat præ-
ſes, ſeu rectorſ prouinciæ, qui non locum
certum,ſed totam prouinciam pro tribuna
li habere dicitur,& per Gem. & Pet.de An-
cha.in c.ſi epiſcopus,de off.delega. & poteſt
quemlibet locum etiam in propria camera
ad eius dicendum deputare, ſecundum Bal.
in ſi.ut proponis,in princ. C. quomodo, &
quando iud. tunc ſi ſemel certum locũ pro
cauſis audiendis deputauerit, ac deputatio
iſta publice omnibus innotuerit,citationes
ſimpliciter & abſque loci appoſitione ema
natæ, ad locum ſemel deſtinatum relatæ
cenſentur, & ſi extra illum locum ſenten
tiam diceret non ualeret, prout eſt caſus in
d.l.ſi ut proponis,ſi vero locum aliquẽ non
deſtinaſſet concludit Sebaſt. Van.in tracta
ti.de nullita.tit.de nullita.ſent. ex defect.ci
ta.num.64.quod citatus tenetur compare-
re ad eum locum, ubi morari contingerit
quocunque uadat,ſiue mouetur,quod dicit
voluiſſe Bal.in ll.ut perfectus,colum.quar-
ta,ver.4 de anna.exceſ.& Spec. in tit.deciſ.
§.1.verſi. Item,quod citatus, & Ang. in l.1.
§.hæc ſtipul.colum.7.ſi cui plus per l. Falc.
niſi eſſet de conſuetudine, ut certus locus
deſtinetur, prout hodie eſt in regno, Petrus
Foll.

165 † Item, inquantum dixi, quod citatio dẽt
continere certum diem ſeu tempus compa
rendi,alias non ualet,hoc tenet Bart.in l.li-
ber.homo §.decem,ff.de verb.ob.& Bal.in
l.ſi.col.1.per illum.tex.C.de iure domi.Int
pe.Contrarium tamen tenet Spec. in tit.de
cit.§. ſequitur verſi. quid ſi non præfixeris,
& gal.in d.l.ut perfectius,col.2.verſi.2.&c.
Abb.in d.c. cum parati colum.1.per illum
tex.& tex.in c.cos in ſi.de ſent.excom.lib.
6.& gal.in cap.1.column.4.de mili.uaſ.qui
contu.eſt. Et concludunt præfati Doctor.
quod ualet citatio,& debet comparere quã
primum poteſt, quando non eſt appoſitus
dies in citatione,hanc quæſt.plene attung.t
Phil.in d.cap cum parati colum.5.& 6.&
ibi concordat opin. per bonam diſtinctio-
nem,uidelicet,aut quæris, vtrum ualeat ci-
tatio ſine die,ad effectum, ut ſi citatus non
comparet quam primum poteſt poſſit mul
ctari tanquam inobediens,& dicẽdum ſit,
quod ſic,& ita procedat una opi. Aut quæ-
ris,an ualeat citatio,ut ſi citatus non com
paret, poſſit procedi ad ſententiam uel ad
alios actus in contumaciam, & dicendum
eſt,quod non ualet,nec procedi poteſt, &
ita loquatur contraria opi. & iſta concor-
dia fuit Ang.in d.l.liber homo.§.decem te
net Ange.in l.per interuallum. ff.de iud.&
ita pertranſeo.

ADDITIO. Et quod citatio ſine termi
nõ ſimpliciter non ualeat concludit Ant.
in c.cum parati 4.no.ext.de app.& ibi cõ-
muniter hoc tenent Doct. & Fel.in ca.cõ
ſuluit,colum.3.in prin.uerſic. ſed tenendo
opin.de off.dele. & Alex.in liber homo ff.
de uer.obl (reiecta concordia Ang.& Pau.
de Caſt.)& ita etiam tenet Io. Mil.in uer-
bo citatio.col.9.de quo per Lanf.in c.quo
niam contra in uerbo citatio,num.9. uer.
ſed quæritur nunquid de prob. & per Ang.
in l.per interualla.ff de iud & latiſſime per
Boer.in deci.235.& per dom.Seb.Vant in
tract.de nullit.in titu. de nullit.ſent.ex de-
fect.cita.nu.71. vbi inquit,quod quidquid
ſit de iure, tutius eſt diem in citatione ap-
poni,quod quidem in regno iſto abſq; du
bio hoc procedit, ut nedum tutius ſit d.ẽ
apponi, ſed etiam neceſſe erit,cum de cõ
ſtilo omni curiarum ſit,ut dies apponatur
in citationibus, & citatio debet fieri in for
ma ſolita,& per verba conſueta,quia id,q
fieri ſolet fieri debet,& ſi non fit iniuſtẽ ſit
ſecundum gl.in tit.quid ergo.§ pœna gra-
uior.ff.de inoffic & in l.hodie, ff de pœn.
unde dixit Inn.in c.præterea,de dila.quod
citatio in ſolitum continẽs eſt nulla,ut per
Ang.in l.ſi.C.de cano.larg.tit.lib. 10. qui
etiam dixit, quod excuſatur non compa-
rens,quando citatio non eſt ſecundum ſti-
lum conſuetum ſed habet clauſulas inſoli
tas,quem refert,& ſequitur Fel. in ca.quo-
niam,col.8.in uerbo citatione,de pro.Pet.
Fol.V.I.D.

166 † An autem ſit neceſſe apponere horam?
Dic quod non ſed debet comparere hora
ſolita cauſarum, ſecundum Bald. in l.ſi ut
proponis,la 2. C.quomodo, & quando iu-
Inn.in c.cum nobis,olim.de ele.& Barb.in
addi.ad Abb. in d.cum parati,& ibi etiam
Philip.in 6.col. & Fely. in cap. conſuluit,
col.

colum.2.de offi. deleg. item debet compa-
rere tali hora, in qua poteſt ille actus expe
diri ante noctis tenebras, ſecundum Abba.
in d.c.conſuluit, colu.2. & in c. cum ſuper,
colum.2.de teſt. cogen. ſi.tamen apponere
tur hora. & poſtea non fieret actus in illa
hora, ſed in alia, non valeret ſecundum
Barto.in l.aut qui alter. §.ſi.ff. quod vi, aut
clam. & Fel.in d.capit. conſuluit colum.1.
67 † Sed circa hoc de tempore comparitiõis
communis practica in hoc regno eſt, q̃ ſi
quidem citatus habitat in eadem ciuitate
ubi iudicium agitatur, citatur una die pro
alia immediate ſeq. & in alia die ſequenti
hora cauſarum accuſatur ſibi prima cõtu
macia, ſi non comparet. & deinde expecta
tur per tres alios dies continuos, in qui-
bus currunt etiam dies feriati & poſtea in
quarto die ſeq. iuridico accuſatur ſibi ulti-
ma contumacia, ſi non comparet, & illud
eſt ultimum peremptorium, & tunc ban-
nitur & condemnatur ad tertiã partẽ mo-
biliũ, & ſic in effectu citatus, a die citatio-
nis habet quinque dies ad comparendum
& de hoc eſt ritus magnæ curiæ in nume.
224. qui incipit. Item ſeruat ipſa curia in
primis, &c. & regia prag. 3. quæ incipit, re
latione, & iſta expectatio tridui nõ habet
locum, niſi in primis citationibus in aliis
vero proceditur ad actum in cõtumaciam
in die immediate ſequenti, nullo triduo ex
pectato. Si vero citatus habitat in alia ciui
tate, ſi quidem eſt intra regnum, debet in-
ſeri tantũ tempus in citatione, infra quod
poſſit commode comparere attenta diſtan
tia loci, & in illo vltimo die comparitio-
nis accuſatur prima contumacia, & poſtea
expectatur per triduũ & deinde accuſatur
vltima. vt ſupra dixi, & ita ſeruatur in cu-
riis meis in citationibus, quæ mittũtur per
diuerſa loca huius regni. & hoc colligitur
ex verbis dictæ prag. Relatione, Si vero ci
tatus degit extra regnum, debet in citatio
ne apponi terminus 60. dierum ad compa
rendum, prout de hoc eſt tex. in d.c. conſti.
edictorum circa ſi. & ibi An. de Iſer & idẽ
And. in c. 1. de contr. inter val. & alium de
bene. ubi dicit, quod iudex nõ poteſt hoc
tempus coarctare, unde tũc in ſexageſimo
die accuſatur prima contumacia & de-
inde triduo expectatur, ut ſupra dixi. Et q̃
in ultimo peremptorio condemnetur ad
tertiã partem mobiliũ, tam in ciuili, quam
in criminali, eſt ritus magnæ curiæ in nu.
202. quę incipit. Itẽ ſeruat dicta curia in
citatione, &c. & ille eſt pulcheritus, qui po
nit ſub breuibus verbis totã practica, quã
ſupra dixi, & eſt conſ. quæ incipit pœnã no
uã, &c. adde, quæ dicã inf. in ver. contu m in
68 3.q. † Eſt et ſciendũ, quod cõtumacia pri-
ma debet accuſari in die iuridico, et ſi illo
die curia non regitur dũmodo nõ ſit dies
feriatus, & poteſt accuſari in pñtia actorũ
magiſtri, etiam abſente iudice, de hoc eſt
alius ritus, nu. 203. qui incipit, idem ſeruat
ipſa curia, ut ſi die &c. & alius ritus in nu.
214. incipiens, itẽ nota quod in omni &c.
cæterum, ſi ille dies, in quo erat accuſanda
prima contumacia, eſſet feriatus, debet ac
cuſari in die ſeq. & dẽt fieri mẽtio in actis
de die præcedenti feriato, ut ſciatur, quod
non potuit illo die accuſari. Idem ſi plures
dies continui eſſent feriati, quia elapſis fe-
riis, primo die iuridico accuſantur, ut eſt
alius ritus. num. 304 incip. item not. quod
vbicũque, &c. & ſic non accuſantur prima
cõtumacia in tali die, vt ſupra dixi citatio
expirat, & circũducitur, nec excuſatur a-
ctor dicens, q̃ nõ accuſauit, quia curia nõ
regebatur, quia poterat accuſare dũmodo
nõ fuiſſet dies fer. vt ſupra de hoc eſt alius
ritus in numero 305. incipiens, item nota.
quod tales, &c. Ex pdictis ergo vides quo-
modo eſt correctum ius commune in re-
gno, nam de iure communi non poterat
veniri ad peremptorium, niſi præcedenti-
bus tribus citationibus, cũ interuallo 30.
dierum, l. ad peremptorium, cum duabus
legibus. ſeq. ff. de iud. & l. tres denunciatio-
nes. C. authe. qui ſemel. C. quõ & qñ iu. ho-
die autem in regno ſufficit una, cum illa
expectatione tridui poſt diem comparatio
69 nis, ut ſupra dixi. † Item, inquantum dixi
quod citatio debet continere cauſam, ſeu
articulorum, ad quem quis citatur, vidẽ
Bal. in l. cõſentaneum, in 4. not. C. quomo
do, & quando in l. ubi hoc tenet, dicit ta-
men, quod in ordinario citante, ſemp præ-
ſumitur cauſa, dummodo fiat cit. tio ad
ad inſtantiã, & ſic valere citatio ſine cauſa,
Sed And. de Iſer. in d. conſtit. edictorum in
princi. q̃ dicit debet exprimi cã citationis
niſi citatus ſciat cauſa. Sed Barto. in extra,
ad reprimendum, in verſic. ſuperdicto cri-
mine,

mine.&c. tenet, ꝙ ualet citatio ſine cauſa-tam in ciuili, quam criminali, & ita etiam dicitur in dec. 294. conſi. Neap. Ab. vero in cap. preterea, col. 2. in fi. de dilat. ponit vnā diſtinctionē, uidelicet, aut quis citatur de longinquo, & debet citari cum cauſa, vt ve niat inſtructus. Aut citatur de proximo, & non eſt opus ponere re cauſam, nec certū crimē, ubi citatio eſt criminalis & uidetur ſatis æqua diſtinctio. Quidquid dicant iſti Docto. ego puto indubitanter, quo in hoc regno debet ex primi cauſa in citatione, alias non ualet, & moueor per duo iura mu nicipali, quæ hoc expreſſe dicunt. uidelicet per tex. in dict. conſt. edictorum, & per regiam pragmat. 2. quę incipit. quilibet, ibi, continétes ipſius citationis cauſam, &c. & poſtea ſubdit, citatio aliter facta non ualeat, &c.

ADDITIO. Adde plene dicta per dom. Seb. Van. in trac. de nullit. in tit. de nullita. ſent. ex defect. cit. nu. 50. cum pluribus. Petr. Foller. V. I. D.

70 † Quid autem, ſi cum iudex vellet ferre ſē tentiam citauit aliquem, vt veniat ad audiendum intentionem curię ſeu iudicis ac dicatur ſufficiens cauſa in citatione, & an u ualeat talis citatio. Dic, quod u non, ſed debet exprimi ad ſententiam proferendam, ſeu audiendam, ita tenet Fel. in ca. conſuluit, colum. 6. de offic. deleg. & Io. de Ana. in c. inquiſitionis, §. ad petitionem, colu. pen. in prin. de accuſ. & ibi etiam Fel. in 7. col. per tex. in c. 3. & idem Gem. de dolo, & con tum. lib. 7.

71 † Quid ſi aliquis citatur ad reſpondédum petitioni porrigendę, & in ultimo die perē ptorii non comparet, ſed actor comparet, & accuſat ſibi contumaciā, non tamē porrigit illo die petitionem, ſed die ſeq. an poſ ſit ſuper illa petitione procedi in contuma ciam, & an ille citatus poſſit multari ut cō tumax. Dic quod nō, quia ex quo fuit citatus ad illum actum, eſt neceſſe, quod ille actus porrectione petitionis fiat illo die pe x remptorii, alias x nihil ualet, quod agitur, ita eleganter tenet Pet. Phi. Coro. in conſi. 58. colu. 4. litera h, in 3. vol. Si tamen reus comparet, iudex dat terminum, actori ad producendum libellum, & reo ad reſpondendum, ut eſt ritus magnę curię in n. 88. incip. item ſtatuit ipſa curia, quod ſi actor,

&c. Et nota quod quando fit iſta citatione modo, l. ad petitionem porrigendam non inducitur litis pend. ad impediendum preuentionem ante quam porrigatur petitio. prout de hoc eſt dec. 194. conſ. Neap. & iō iſta practica citandi non eſt bona ſed melius eſt, ꝙ porrigatur primo petitio, & poſtea ſuper ea porrecta emanet citatio, & ita practicatur in curiis.

72 † Item in quantum dixi, ꝙ in citatione de y bet apponi verbum y peremptorię, hoc tenet An. de Iſer. in conſt. in ciuilib. & eſt gl. in cl. ſępe, §. ſententiam, in uer. non peremptoriæ de uerb. ſig. & Bal. in l. ſi quādo co. 2. C. de teſtibus, niſi quādo fieret monitio per iudicem pro tribunali ſedentē, vel nūcius citaret coram iudice, quia illa citatio habet vim peremptorii, ſecundum Bald. in l. ceſſante, col. 1. C. quomodo quando iudi. & dixi ſupra in 3. dubio, in fi. Hodie tamen in regno, ex quo omnes cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ ut pluries fuit dictum nō requiritur peremptorium in citationibus & ſic ualeret citatio in ciuilibus ſine verbo peremptoriæ ita tenent Andr. in d. l. ad peremptorium, ff. de iud. per tex. in d. §. ſententiam, et hoc tenet Mat. in conſt. in con futilem. col. pe.

73 † Tertia citatio eſt, quę fit per literas, vt ꝙ z iudex facit citationem z in ſcriptis, et illā committit nuncio, ut aliquem citet. ſuper hoc eſt data forma per regiam prag. in regno uidelicet, per prag. ſecūdam, quę incipit, quilibet, qua cauetur, quod quando nūcius citat per literas, debet habere commiſſionem iudicis, et citatio debet continere cauſam, et debet fieri citatio, coram duob. teſtibus, qui ſe ſubſcribant in calce citationis, quando fit in loco, ubi pōt habere copia literatorum, alias ſufficit, quod nūcius in relatione dicat ſe citaſſe coram tali, et tali teſte. et citatio aliter facta non ualeret ibi dicitur, et tenet And. de Iſer. in conſt. ci citationis, col. 1. et 2. ſi tamen eſſet facta citatio inualida, et citatus compareret, ualidatur citatio, & comparitio, ut dicit in d. pragm. 2. et tenet Bal. in l. ut prefectius, co lu. 2. C. de ana. exc.

74 † Et tamen ſciendū, ꝙ citatio de neceſſitate nō requirit ſcripturam regulariter. q. ē ī arbitrio iudicis citare uiua voce, vel ī ſcriptis, dēt tū in actis deſcribi, ut apparet ex

actis,

actis. Hoc probatur ex dicta consti. edicto rum, quæ dicit in scriptus, uel sine scriptis & in ca. cum dilectus, ibi uiua uoce, &c. de dolo & contu. in aliquibus tamen casibus requirit de necessitate scripturam, alias nõ
75 valet. & primus casus est. † in iudice delegato, quia debet citare cum inserto tenore suæ commissionis, qui tenor nõ potest apparere, nisi in scriptis, capit. præterea, & ibi Abb. & Doc. de dila. & Bar. in auth. qui semel. C. quomodo, & quãdo iu. & Bar. Alex. & Iason. in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ie. Quod limita, ut ibi per Ias.
76 † Secũdus casus est, quando citaretur aliqua persona illustris uel clarissima, quia debet citari inscriptis ita tenet Iul. i §. quo ad. col. 4. in prin. inst. de actio. & est text. & ibi Bar. in l. quoties. C. de dig. lib. 12.
77 † Tertius casus est, qñ destinatur aliqs nũcius, seu executor ad capienda bona fisco delata, nã non creditur ei sine literis, l. pro hibitũ. in fi. C. de iure fisci li. 10. similiter, quando aliquis mittitur ad exigẽdas pecunias fiscales, l. palatinos, C. coll. fun. fisc. li.
78 11. † Quartus casus est, quando aliquis nũcius vellet citare realiter puta faciendo capturam in bonis uel in persona, tũc enim debet ostendere commissionem in scriptis secũdum Bar. in d. l. palatinos. & Phi. in c. cum parati, col. 3. uers. sed limita. & c. de ap
79 pell. † Quĩtus casus est, in omni nũcio specialiter electo, qui non est nuncius consuetus nam sibi non creditur, nec ualet eius citatio sine literis, ut dixi supra in 3. dubio, vers. plus dico, &c. & ibi dixi, quod hodie in regno est prouisum per ritus magnæ curię ibi allegatos, quod istę citationes ĩ scriptus non committuntur, nisi habẽti publicum officium, unde apparet, quod priuatæ personæ non committerentur.
80 † Sextus casus est quando citatio fieret extra prouinciam, quia non ualet si non fiat in scriptis, secundum Bar. in extrauag. ad reprimendum uers. per nuncium, per text. in §. eos in Aut. de coll.
81 † Septimus casus est qñ citatio fit in domo, & non personaliter, nã non ualet ad effectum redlendi citatũ cõtumacẽ nisi fiat cum literis secũdũ Bal. & Ang. in l. ut perfectius col. 2. C. de anna. excepti. & Alex. in add. ad Bar. in d. l. palatinos C. de coll. fun. fisc. li. 11. & And. de Iser. in cõst. citationis.
82 † Quarta citatio est illa, quæ fit p edictũ: & est sciendum, quod ista citatio per edictum nõ fit nisi in casu necessitatis, scilicet qñ alio modo quis citari non potest, puta propter eius absentiam, uel quando citantur personæ in certę, si sua putauerint interesse, vt inferius dicam, nã si iudex habet modum citandi aliquem uoce uel per literas non debet incipere a citatione per edictum, quia grauaret citatum, & iudex appellationis posset hoc grauamen reparare, secundum Bart. extrau. ad reprimendũ, in uers. per edictũ, post princip. ubi plus dicit Bar. in prin. quod hęc citatio non fit, nisi p ordinarium, uel delegatum principis, non autem per inferiorem de hoc dixi supra, in 2. dubio. Istam materiam citationis, & per edictum, tractat plene Fel. in c. quoniã frequẽter §. porro, ut lite non contest. & Bar. in d. uer. per edictum. & Cin. in cl. 1. de iudic. Ego autem sub breuitate reassumam aliquos casus, in quibus fieri potest, & est necessaria huiusmodi citatio, de reliquis uero remitto me ad dicta per Docto. in locis præallegatis.

ADDITIO. Vide per eundem Seb. Van. in tit. de nullit. senten. ex defect. cita. nu. 124. & Maria. Soc. in tract. de cit. in ar. 23. P. F. V. I. D.

83 † Primus igitur est casus, quando citãdus non repetitur personaliter, nec habet certã domum puta, quia est uagabundus, tunc debet scribi eius citatio ad modum edicti, & debet affigi in palatio curiæ uel in platea publica, qñ esset laicus, uel in foribus ecclesiæ, quando esset clericus, ita quod ueri similiter talis citatio ueniat in notitiam, omnium per modum notorii, quæ citatio continere debet illa septem requisita de quibus supra dixi ita tenet Bald. in l. si accusatoribus, colum. fin. in princip. de accu. ubi plus dicit, quod in talis casu potest fieri etiam citatio per proclama, ut infra dicam. Idem tenet Bald. in l. consentaneum, in 2. not. C. quomodo, & quando iudex, & Bart. in d. uers. per edictum, & debet poni istud edictum in illa ciuitate, & loco, vbi solitus est conuersari ille uagabundus, secundum Bal. in l. ut perfectius, colu. 1. circa fi. & colu. 2. C. de anna. except. ubi plus dicit, quod si uagabundus habet domum, debet affigi edictum citatorium in porta.

suæ

ſuæ domus, & debet hoc fieri in præſentia duorum vel trium teſtium, uel notarii, ut eſt tex. in conſt. citationis; pro hoc eſt tex.
84 in l. e. 4. §. toties, ff de dam. inf. † Secundus caſus eſt, quando aliquis procurat uel latitat doloſe, uel impedit, ne citatio uerbalis, uel per literas poſſit ad eum peruenire, nã tunc põt citari per edictum, text. eſt in cle. 2 de iud. Verum in hoc eſt aduertendum, quod illa cle. diſponit, quod iſtud edictum poteſt apponi in ciuitate Romana in papali palatio contra unumquenque habitãte in partib. quantumcumque remotis, & ꝓpterea, quia talis citatio eſt multum a præiudicialis, non poteſt fieri per iudices inferioris, niſi auctoritate Papæ, ut ibi hẽtur ſed per iudices inferiores poſſit fieri in dicto caſu, apponendo tamen edictum in loco, ubi ſolitus eſt habitare, & cõuerſari citãdus, & non alibi, ut dixi ſupra in caſu ꝓcedẽti facit tex. in cle. cauſam. §. verum. de elec. & hoc in regno eſt expeditum per dictam conſt. c. rationi, ubi in caſu prædicto poteſt quis citari per edictum affiſſum in ianua domus coram duobus reſtitutus, Et cum terminum dierũ 20. vel 40. & no. Andr. de Iſer. in c. 1. col. 2. dem. l. uaſſ. qui cõtu. eſt, & de intellectu illius cle. 1. de iud. uide Fel. in d. c. quoniam frequenter, § porro, ut lite conteſt. & Rota in dec. 223. inc. ſi committatur, &c. in nouis, & ad prædicta adde Alexan. in l. 1. § præſides, addi. ad Bart. ff. de req. reis.

85 † Tertius caſus eſt quãdo locus, ubi degit citandus, non eſt ſecutus, propter aliquas guerras forte uel inimicitias, uel alio mõ nam tunc poteſt fieri citatio per edictum, eo modo, quo in præcedenti caſu dixi, per tex. in d. cl. 1. de iud. pro hoc etiam eſt text. in cl. 1. de for. comp. & not. Bar. in d. uerſ. ꝑ edictum.

86 Quartus caſus eſt, qñ aliquis ſtat clauſus in domo ſua, & nõ patitur ſe uideri, ad hoc ne citari poſſit, nam põt tũc affigi edictũ citatorium in ianua duomus ſuæ, & perinde habetur, ac ſi pſonaliter citatus eſſet, ut tenet Ale. in d. l. plerique col. 2. ff. de in ius uoc. pro hoc eſt text. in d. conſt. citationis.

87 † Quintus caſus ẽ. qñ actor porrexit libellum, & nõ uult litẽ proſequi, & ſe abſentat nam reo inſtante citari põt ꝑ edictũ, ſecundum formã authe. qui ſemel. C. quomõ, & qñ iud. ut per Bal. in l. mandatum, col. fi. C. mand. qui dicit, quod iſta edicta debẽt poni in frequentiori loco ciuitatis.

88 † Sextus caſus eſt, quando aliqua perſona
b b eccleſiaſtica ſpoliat aliquẽ laicum poſſeſſione alicuius, rei nam poteſt laicus adire iudicem ſecularem, & per uiã defenſionis extraiudicialis recuperare poſſit reſtitutionẽ ſuæ amiſſæ poſſeſſionis. & tunc quia iudex ſecularis non poteſt ſpecialiter citare clericorum, poteſt exponere unã citationẽ generalem per edictum, ut quicunque ſua putauerit intereſſe, compareat ad allegandum, quare ille laicus reſtitui non debeat, de hoc eſt quædam ſpecialis prouiſio in regno per tria capitula regni quorũ vnum incipit. Ad regale faſtigium, aliud omnis prædatio, &c & aliud fiuis, præcepti charitas, &c. de quorum capitulorum intellectu, traditur plene in deci. 2. & 24. conſi. Neapol.

89 † Septimus caſus eſt generaliter, cũ cõtradictores ſunt incerti ſemper in actu faciendo põt fieri citatio ꝑ edictũ, ut no. Abb. in c. cum intua col. 2. in prin. extra, qui matr. accuſ. poſ. Fel. in d. c. quoniã frequenter, §. §. porro, col. 2. ver. conſidera in primis, & c. ut lite non conteſt. per ea, quæ habẽtur in l. ſi eo tempore. C. de remi pig. & in auth. ſi oẽs. C. ſi minor ſe ab hær. abſti. & Gem. in c. ſi. in fi. de elec. lib. 6. Alias autem, ubi certus eſt aduerſarius, nunquam ualet citatio per edictum, ſecundum Fel. in c. cognoſcẽtes col. 5. de conſt.

90 † Octauus caſus eſt, quando aliquis ꝓpoſuit inſtitorem, qui forte male adminiſtrat & uult ipſum reuocare, nã debet proponi facere edictum publice ante illius ꝓthecam, ut nemo cum illo cõtrahat, iuxta tex. in l. ſed ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſt. & ibi Bal. dicit, quod iſta edicta debent exponi in loco publico, & parenti, ut ab omnib. legi & uideri poſſit; & non in loco occulto, & ibi etiam uide Pau. de Caſt.

91 † Nonus caſus eſt in clerico beneficiario abſente, qui non facit reſidẽtiam, nam dẽt citari per tria edicta. quæ debẽt affigi in valuis eccleſiæ ſuæ, & poſtea expectatur per ſex mẽſes, & ſi nõ venit ac reſidẽtiã, priuatur beneficio, te ẽ. & ibi Ab. & hoc ĩ c. ex tuæ,
92 de cl. nõ reſid. † Decimus caſus eſt, qñ epiſcopus, uel alius platus uult cõfirmare electum

Rum ad aliquam dignitatem, vel benefi-
cium, nam antequam confirmet, debet ex
exponere generalem citationem per edi-
ctũ in eccleſia, uocando omnes, qui ſua in-
tereſſe putauerint, alias confirmatio fieri
non poſſet. tex. eſt & ibi per can. in c. fin. de
elec. lib. 6. Et hoc extenditur etiam qñ ali-
quis preſentatur in iure patronatus, quia
debet fieri ſimilis citatio per edictum, vt
no. gl. 1. & fi. in d. ca. fi. & ita quotidie vide-
mus practicari in huiuſmodi præſentatio-
93 nibus. † Vndecimus caſus eſt, quando ali-
quis tenens prædium tributarium, ſe abſen-
tat, vel ipſum deſerit, nam poteſt citari per
edictum & ſi non comparet infra ſex men
ſes, priuatur prædio, & alii locari poteſt,
text. eſt & ibi Luc. de Pęna, in l. locorũ. C.
94 de omni agro deſer. lib. 11. † Duodecimus
casus eſt, in citanda vniuerſitate, nã po-
teſt citari per edictũ in loco affixum, vbi
conſueuit congregari, & ſi ciues claude-
rent portas ciuitatis, poteſt affigi edictum
in porta ciuitatis, quando nuncius prohi-
beretur ingredi, & ſi non eſſet tutus acceſ-
ſus ad portam ciuitatis, poteſt edictum af-
figi in ciuitate conuicina in eccleſia ipſius
ciuitat. vicinæ. Ita hæc omnia declarat
Bald. in l. etiam, columm. 4. C. de exec. rei
iud. pro hoc eſt gl. in l. non poteſt dolo. ff.
de reg. iu. & uide Bald. in auth. ſed cum te-
ſtator, col. 2. C. ad l. Falc. ubi dicit, ꝙ non
ſufficit citari præſidentes in eorum domi-
bus, ſed debent citari in loco, vbi cõſueue-
runt congregari publice adde Ang. in con
ſil. 196. poteſt etiam citari uniuerſitas per
proclama factum in locis publicis ciuita-
tis, legendo citationem publice, ſecũdum
Bar. in extrauag. ad reprimendam in uerſ.
citatum, & Luc. de Pęna, in l. prouincialiũ
C. de erog. milit. ann. lib. 12. & gl. in c. ſi ca
pitulo, in uerſ. factum de conceſ. præben.
95 lib. 6. † Decimustertius caſus eſt, iudicio
meo in omnibus caſibus, in quibus lex p-
mittit fieri citationẽ per proclama, in il-
lis etiam fieri per edictum a fortiori & mo
ueor per rationem authent. qui ſemel, C.
quomodo, & quando iud. quia uox præ-
conis, paucis innoteſcit. Sed per edictum
res efficitur magis notoria, ut no. Alexan.
in add. ad Bart. in leg. 1. §. præſides, ff. de ce
quieis, ſi enim lex permittit citationem
per proclama, vt eſt illa quæ fit per pręco-
96 nem, multo fortius per edictum. † Sed iux
ta hoc quęro, quanto tempore debet ſtare
affixum edictum in loco publico, uel in ia-
nua ciuitatis, quãdo fit citatio per edictũ?
Dic quod non reperitur a iure ſtatutus ali-
quis terminus, unde ſtatur arbitrio iudicis, &
ſufficit, quod nuncius refert, quod edictu
ſtetit affixum in loco, licet, non declaret p
quantum ſpatium. ita tenet Bart. in extra-
uag. ad reprimẽdam, in uerſ. pub. vbi plus
dicit, quod antequam affigatur, debet pu-
blice legi, & poſtea affigi.
97 † Quinta citatio eſt illa, quæ fit per pro-
clama. dicitur autem proclama, quando p̃-
co publicus citat per plateam publicam
alta & intelligibili voce aliquem abſentẽ
vel incertos contradictores, ſi ſua intereſſe
putauerint, & eſt permiſſa iſta citatio in
caſibus infraſcriptis, uidelicet.
98 † Primus caſus eſt, quando hæres vult cõ-
ficere inuentarium ſecundum formam, l.
fin. C. de iure delib. nam ſi creditores ſunt
certi, debet illos citari in ſpecie. Si vero
ſunt incerti, poſſunt citari per publicum
proclama in locis publicis, ſecũdum Bald.
in d. l. fi. §. cum igitur, colum. 3. & in auth.
ſed cum teſtator, C. ad l. Falc. & Bar. in d. §.
igitur, colu. 2. & ibi communiter Mod.
99 † Secundus caſus eſt, quãdo litigator poſt
litem conteſt. ſe abſentat, & eſt neceſſe cita
ri ad uidendum iuramenta teſtium uel ad
alium actum litis, & non habet domum,
vel neminem reliquit in domo, nam tunc
poteſt citari per publicum proclama in lo
cis publicis, ſecundum Bal. in l. ſi qñ in 11.
q. C. de teſt. & Soc. in conſ. 56 col. 5. in fin.
100 in 4. vol. † Et nota, ꝙ tunc qñ proclama
fit contra certam perſonam, debet fieri in
illa uicinia ciuitatis, ubi conſueuerat cita-
tus conuerſari ſecundum Bal. in c. 1. col. 4.
in fin. de mil. vaſ. qui contu. eſt & ponunt
Doct. in l. 4. § prætor. ff. de dam. inf. ct.

ADDITIO Ad effugiendum tamẽ
circuitum iſtum, & ut ſemel comparentes
in prima citatione nõ ſit neceſſe ad quem
libet actum citare, debet iudex ad inſtan-
tiam partis cogere illos, ut ſibi eligant in
ciuitate, & loco iudicij locum ubi citari
poſſint, vel relinquant procuratorem in-
ſtructum, quia durum eſt ſemper mitte-
re ad uillam ſeu comitatum uel perquire-
re per totam ciuitatem ignotos, & ſtra-

peribiles, ut uoluit Ang. in l. qui ante calē-
da, & ibi Bar. ff. de ver. obl & *Bar.* in extra.
ad reprimendum in verbo per edictum,
col fin. & Pau. in c. ſi 3. col. in fin. de dila. &
habetur per Maria. Soc. in tract. de cita. in.
art. 25. num. 2. P. F. V. I. D.
101 † Tertius caſus eſt generaliter, quando
eſt mouenda aliqualis contra aliquem ab-
ſentē, qui nullibi reperitur, nec habet cer-
tā domum, poteſt ipſum iudex citare per
proclama, ſecundum Bald. in l. ſi accuſato-
ribus, colum. fin. in princ. C. de accu. & ibi
etiam Cy. idem tenet Bald. in l. intermino-
res, in fi. in l. 1. lect. ff. de in integ. reſt. & A-
lex. in l. 4. § ſi ptor. col. 2. verſ. item, inquātū,
Bar. & c. ff de dam. infe. vbi æquiparat hāc
citationem illi, quæ fit, in domo, dummo-
do non ſit de re mobili & not. illud verbū
Alex. quia forte iſte caſus non procederet
in prima citatione, ut fiat per proclama in
principio litis, quando eſſet quæſtio de re
mobili, ſed lite incepta ſic, & ita loquitur
102 caſus præcedens. † Quartus caſus eſt qñ
d eſt contrahendi aliquod *d* matrimonium
debent citari omnes, qui nouerint aliquod
impedimentum ſubeſſe, per publicū pro-
clama eccleſiæ, cum certo termino, quo
elapſo non auditur contradicens, niſi iu-
ſtam cauſam alleget, & ſi iſta ſolemnitas
non fieret, diceretur matrimonium clande
ſtinum, tex. eſt, & ibi per can. in c. cum in-
hibitio. de clan. deſp. & in c. cum tua, qui
103 mat. acc. poſ. † Quintus caſus eſt, quādo
minor adiuit hereditatem, & poſtea per in
integrum reſtitutionem, vult ſe abſtinere,
& illam repudiare, nam in tali reſtitutione
in integrum, ſunt citandi omnes credito-
res incerti p proclama, cum termino triū
menſium, tex. eſt, & ibi *Bal.* in 1. col. verſic.
4. quæro, &c. in auth. ſi omnes, C. ſi mi. ſe
104 ab hær. abſ † Sextus caſus eſt, quādo cre-
ditor vult uendere rem ſibi hypothecatā,
nam poteſt creditores incertos anteriores
citari facere per publicum proclama, ut ve-
niat ad contradicēdum infra certum tem-
pus, quo tempore elapſo non auditur vl-
terius, tex. eſt ibi *Bal.* & Doc. in l. ſi eo tem-
pore, C de remiſ. pigno. & ibi eſt glo. quod
in iſta caſu poteſt etiā fieri citatio per edi-
ctum, & poteris hunc caſum addere ad ci-
tationem præcedentem per edictum.
105 † Octauus caſus eſt, qñ epiſcopus vult
procedere cōtra eos, qui expulerunt ipſum
de ſede ſua, nā poteſt accedere ad alienam
diœceſim conuicinam, & ibi citare dictos
expulſores per publicum proclama in ec-
cleſijs illius diœceſis diebus feſtiuis, quan
do populus in eccleſijs cōgregatur, & hoc
quando nō poſſet illos citare perſonaliter
propter acceſſum nō totum, tex. iſte in cl.
106 1. de fo. com. † Nonus caſus eſt, quādo
eſt facienda miſſio in poſſeſſionem cōtra
pupillum in defenſum ex primo decreto,
nam debent citari eius conſanguinei, ami
ci, & affines per publicum proclama, ut ue
niant ad ipſum defendendum, text. eſt, &
Bar. & Doc. in l. hęc autem, § non defendi,
107 ff. ex qui cau. in poſſ. ea † Decimus caſus
eſt, qñ eſt facienda miſſio in poſſeſſionem
contra aliquem abſentem, qui non defen-
ditur, nam debent requiri eius conſangui-
e nei, *e* & amici, per proclama, item ait præ-
tor, & l. ergo, & ibi *Bart.* *Bald.* & Doc. ff. ex
108 quib. cau. maior. † Vndecimus caſus eſt,
quando hæres deberet, an uelit adire hære-
ditatem, nam poteſt facere fieri citationē
per proclama contra omnes creditores, ut
ueniant ad edendum inſtrumenta debiti
hæreditarii ipſi hæredi, ad hoc ut poſſit de-
liberare, alias creditores ſibi præiudicant,
ſecundum *Bar.* in l. Ariſto. ff. de iure delib.
i. pro hoc eſt text. in l. i. § cum dicitur, ff. ſi
109 cui plus quā per leg. Fald. † Duodecimus
caſus eſt, quando eſt publicandum teſta-
mentum priuatum, ſecundum formam l.
publicati, C. de teſt. nam debet fieri procla
ma generale contra prætendentes intereſ-
ſe, ut compareant, quando ſunt incerti ſe-
cundum Bald. in d. l. publicatio, in 6. quę-
110 ſtio. † Duodecim tertius caſus in agnoſcē
da bonorum poſſeſſione carbonia, uel uē-
tris nomine, qui ſi aduerſari ſunt incerti,
debent citari per proclama, ſecundū. Bald.
in l. certum. colu. 4. uer. uiſo, &c. uide leg. &
generaliter dicas, ꝙ in omni caſu, in quo
aduerſarii ſunt incerti, poteſt fieri citatio
iſta per proclama uel per edictum, ſecūdū
Bart. in extrauaganti, ad reprimendum, in
uerſicu per edictum longe poſt medium
ibi ſic etiam admittitur, &c. & probatur
per omnes doctrinas ſupra alleg.

SEXTA, & ultima citatio eſt, quæ
111 fit *f* † per cāpanā, ſeu per tubam, iſta cita-
f tio, ſit quando eſt cōgreganda uniuerſitas
cauſa.

cauſa faciendi conſilium uel reformatio nẽ, tex. eſt . glo.& ibi Bar. in l. 2. C. de decur.li .10. Et ſimiliter fit congregatio capituli,& canonicorũ,ad ſonum campanæ,ut not.gl.in uerſi. factam, in c.ſi capitulo, de conceſ.præben. lib. 6.& gl. & Card. in cle. 2. in opo. de ſente. excom. Ad hoc eſt tex. & ibi Abb.in 2.col. in c. in cauſis, de elec. ubi optime Abb.declarat hanc materiã,ſ. ꝙ ĩ negociis minoribus,uel quæ pñt expediri per præſentes, ſufficit uocari collegium, uel uniuerſitatem perſonum campanæ. Secus, ubi uocandi eſſent abſentes, quia requiritur citatio per nuncium, uel per literas,ſecundum eum.

112 † An autem in die ueneris ſancti poſſit vniuerſitas citari ad ſonũ tabellæ, ex quo non pulſantur campanæ? vide Bar.in l.fin. C.de prædiis curia, lib.10. & Ale.in addi. ad Bar. in l.non poteſt dolo,ff.de reg.iur.

113 † Fit etiam citatio per campanã,quãdo eſt eundem ad Bellum, ut not. Io. And. & Ab.in c.1.de offici.cuſt.ubi ponũt omnia ſigna, quę importat ſonus campana.

114 † Et primum ſignum campanæ eſt cõuocationis capituli, ſeu uniuerſitatis, ut ſupra dixi. Secundum eſt ſignum excũdi ad bellum. Tertium, eſt ſignum horarum. Quartum,eſt ſignum gaudij,& gratiarum actioni,ut quando poſt uictoriam pulſantur campanæ. Quintum eſt ſignum ſalutationis virginis,ut qñ pulſatur campana de ſero ad dicendũ Aue Maria,&c. Aliquando eſt ſignum excommunicationis. Aliquando, eſt ſignum alicuius defunti. Aliquando, eſt ſignum eleuationis corporis Chriſti. Aliquando, eſt ſignum proceſſionis. Et ſic de aliis ſignis, ut per Io. And.& Abb.in d.c.1.& Bal.in rub.C.de dedit.libe.toll.

115 † Vltimo,pro complemento huius quarti dubii ſcias,ꝙ citatio nõ debet fieri pro- g prio motu iudicis,ſed g ad inſtantiam partis,quando agitur inter duos litigantes,& maxime citatio ad ſententiã, ita tenet Specu.in tit.de cit.§.ſequitur.uer.illud autem nota,&c.& Fel.in c.1.col.1.& 2.de iud.& Soc.in conſi.96.col. 5.ver.2.&c.in 1.uolu.

116 † Quod limita,niſi iudex uideret perire inſtantiam,q tunc ex officio poteſt citare ad ſententiam,ſecundum Bar.in l.Seius & Augerius,ff.ad l. Falc.& Fel.in d.c.1. col. 2.& Phi.in c.ex ratione,col.10. uerſi.quo ſecundum dic,&c.de app.

117 † Quid aũt,ſi aliquis citatur, ut comparear die Lunæ, Martis,& Mercurii, an ſint plures citationes. Dic ꝙ eſt una,& dẽ: comparere in ultimo die ſecũdum An. de Iſer. 118 in conſt.edictorum,col.1. † An autẽ poſ- h ſit fieri citatio h generalis ad totã cauſam, vt aliquis cõpareat ſingulis dieb.& horis ad oẽs actus,uſq.ad ſniam. Cõis concluſio eſt, quod qñ citatur aliquis exiſtens in remotis,& longinquis partib.ualet talis citatio,alias ſecus,quia in oĩb.actib.requiritur ſpecialis citatio,qñ quis eſt uicinus,& prope locum iudicii, ita tenet Abb.in c.fin.in 3.uol.de dila.ubi plene attingit iſtum art. & Inn.& Doc.in c.conſuluit de off.dele.& in c.auditis de proc.& Alex.& omnes,ſcribentes in l.qui ante calendas. ff.de uer.ob. & Iaſ.in l.nec quidquam.§. ubi decretum, col.9.uer.20.limita,&c.ff.de offic.proc. & And.de Iſern.in c.1.col.2.& 3.de controu. inter uaſal. & alium de benefi. quod tamẽ intellige,& declara,ſecundũ Bal.in conſ.5. in 5.uol.ſ.in caſib in quib.poteſt procedi ad ſententiam lite non conteſtata,tunc ualet hæc citatio ab initio facta,ĕtquo ad ſẽtentiam, ſed ubi non põt procedi ad ſentẽtiam lite non conteſtata, non poſſet fieri quo ad ſentẽtiam, niſi poſt litem conteſtatam. Item intellige, qñ citatus fuit ſemper contumax, & nunquam comparuit, quia verum eſt tunc,quod poteſt procedi alios actus ſine noua citatione. Secus eſt,ſi ſemel ad aliquem actum comparuit, quia tunc eſt de nouo citandus ad alios actus, ſecundum Alex.& Doct.in d.l.qui ante calendas,& Soc.in conſi.c.95. col.pen.uerſi. quinimo,&c.in 2.uolu. & Ant. de But. & Imo.in d.c.conſuluit.& de hoc uide bonã declarationem Abb.in d.c.fi.col.4. in fin. & ſequ.de dila.& Pau. de Caſt.in conſi.81. col.4.in 2.uolu.ubi plus dicit Pau.quod quando proceditur ad alios actus, uigore talis citationis generalis debent fieri ſingulæ citationis per edictum, et ibi uide per eum,dicit tamen Bal.in conſi.268.in 1.uolu. quod nec de iure canonico, nec ciuili talis citatio ualere debet, cum ſit incerta, & captioſa,nam inducit quãdam ſpeciem ſeruitutis, ut quis debeat in loco iudicii morari ſingulis dieb.& horis,tamẽ eſt cõmunis obſeruantia,et ex generalis uſu, et

ſtylo curiarum toleratur propter diſtan-
tiam loci, quia ualde laborioſum eſt gemi-
nare citationes in partenib. remotis, unde
teneamus communem obſeruãtiam, quid
quid dicat Bal. in d. conſi.

VENIO ad quintum dubium princi-
119 pale, ſcilicet, quando † debeat fieri cita-
tio. Communis concluſio eſt, quod debet
fieri in die iuridico, nam ſi fieret in die
feriato, non ualeret, per tex. cum ibi no. in
l. ex quacunque, ff. ſi quis in ius uo. non ie.
& de die feriata ad honorem Dei, eſt expe
ditum, quod non ualet citatio, nec com-
miſſio iudicis nec citatio nũcii per l. fi. C.
de fer. ibi ſileat vox, &c ita tenet Bar. in re
per. d. l. ex quacunque, col. fi. etiam ſi dicta
citatio fieret pro die nõ feriato, puta ſi nũ
cius citat die dominico, ut compareat die
lunę non ualet citatio, ſecundũ not. in ca.
conqueſtus. & ibi Abb. in 6. colu. de fer. &
Pau. de Caſtr. in cõſ. 270. in 1. uol. & ita de
hoc extat ritus magnæ curiæ in num. 183
incipiens, item ſeruat dicta curia, quod ci-
tatus &c. & ponũt plene Doc. in l. 1. §. nun
120 ci. ff. de ope. no. nun. † Sed quid ſi termi
nus datus alicui ad comparendum, cadat
in diem feriatum, an ualeat citatio; & an
teneatur cõparere. Bart. in d. rep. l. ex qua-
cunque, colum. penu. diſtinguit. Aut error
eſt expreſſus in citatione, ut quia iudex di
cit comparatue corã me in die domino, &
non ualet citatio. Aut non eſt expreſſus er
ror, ut quia iudex dicit, cõpareas hinc ad
10. dies, & ultima dies eſt feriata, & ualet
citatio, & dẽt comparere die ſequenti, ſed
poſtea Bar. referret ibi Richard. de Senis,
tenebat, quod etiam in iſto ſecundo caſu
non ualet citatio, arg. §. loco. inſt. de verb.
obl. Ego autem in hoc articulo concludo
prout alias tenui legendo publice illam, l.
ex quacunque in almo. Gymnaſio. Saler-
nitano, uidelicet, quod iudex ſi dicit, dõ ti-
bi terminum 10. dierum ad comparẽdum
tunc ualet citatio, & debet comparere die
ſequenti, ſecundum Bald. in d. l. ex quacun
que, colum. fin. ſi uero iudex dicit compa-
re. s in decima die præſentis menſis, & illa
dies eſt feriata, non ualet citatio, & ita p-
cedat op. Richar. de Senis, quam ad hoc
tenet Ab. in d. c. conqueſtas, col. penu. in fi.
tunc enim uidetur error expreſſus, ſaltem
per relationem ad ipſam diem, l. c. certũ, ff.
ſi cer. pet. ſed ſi iudex diceret, compareas
hinc uſque ad 10. dies, tunc ualet citatio,
quia iſte appellatur terminus ad quem, &
debet comparere de pręcedenti, quando
ultima eſt feriata, ſecundum Bart. in d. l. ex
quacunque, colu. penu. per l. 2. §. illud, C. de
temp. app. & in ca. cum dilecti. de dolo, &
121 contu. † Limita prędicta, niſi citatio fie-
ret pro tali cauſa, quæ poteſt die feriata ex
pediri. quia tunc ualet citatio facta in die
feriata, quæ cauſæ plures ſunt, quę nume-
rantur in l. 2. & 3. ff. de fer. & tunc cogitur
citatus comparere, ut no. gl. in d. l. ex qua-
cunque. in gl fi. & ibi etiã Bar. in repe. col.
pen. dum allegat l. miles §. ſexaginta. ff. de
122 adul. † Secundo limita, non procedere in
principe, qui poteſt citare in die feriata ad
honorem Dei, ſecũdum Bar. in d. l. ex qua-
cunque. in rep. colum. fi. & I. antr. in c. quo
niam cõtra. in uer. citatione in fi. de prob.
123 per cap. ueniens de accuſ. † Hodie autem
in regno eſt expeditum, quod ſemꝑ quan-
do citatio cadit in diẽ feriatam, ualet, &
debet citatus comparere in die ſequenti
ita tenet And. de Iſer. in lib. cõſt. in rub. de
in ius uoc. poſtquam rub. ſequitur. conſt.
ſi quẽ noſtrorum, &c. & de hoc ſunt duo
ritus magnæ curiæ. Vnus in numero 17. &
alius 157. & ambo incipiunt. Item quod
tam in criminalibus, &c.

VENIO ad ſextum & ult. dubiũ prin-
124 cipale, ſcilicet † ubi debeat fieri citatio.
Iſta q. poteſt habere duo mẽbra. Vnum. ſ.
vbi. i. in quo loco debet quis citari per nun
cium. Secundũ vbi. i. in quo loco debeat
citatus cõparere, & ſic expediam iſta duo
membra p duas q. prin. Primo igitur quæ
ro, in quo loco debet nuncius aliquem ci-
tare, dic quod cõis concluſio eſt, quod qui
libet citari debet perſonaliter, ſi reperiri
poteſt alias debet citari in domo ſuæ ſoli-
tæ habitationis, ita plene tradit Bart. & ibi
cõmuniter Doct. in l. 3. §. prætor. ff. de dã.
inf. & quando eſt abſens, debet citari in il-
la domo, ubi reliquit famĩliã qñ forte ha-
beret plures domos, alias citatio nõ ualet,
ſecũdum And. de Iſer. in conſt citationes,
uol. 1. vbi plus dicit quod debet recipi iu-
ramentũ ab illis de familia de denuncian-
do citationem citato quam primum poſ-
ſunt, & hoc dicitur etiam tex. illius conſt.
& debet tunc fieri coram duobus teſtibus
vel

uel tabellione, ut habetur in d. conſt. citationis, & ibi And. in 1. & 2. colu. alias citatus in domo ſine iſta ſolennitate, non diceretur contumax, ſecundum eum, & tenet Bal. in dict. leg. ut perfectus. C. de ann. except. item debet citari in illa domo, in qua habitat tempore citationis, licet antea fuiſſet ſolitus habitare alibi. ita tenet Petr. Phil. Cor. in conſilio 52. in 4. uolum. & conſilio 17. col. 3. in litera h. in fi. in 3. uol. Poteſt etiam fieri citatio in domo, ubi nulla extat familia, quando quis recedit nemine in domo derelicto, ſecundum And. in d. conſtit. citationes colu. 1. Verum tunc debet affigi cedula citatoria in oſtio domus ut plene dixi ſupra in 4. dubio principali.

125 † An autem poſſit fieri citatio in apotheca uel in portico, vel in ſtabulo, vide pleniſſime per Bart. Alex. & Doc. in d. l. 4. § prætor. ff. de dam. inf. [illegible]

126 † Ex prædictis uerificatur illa communis practica citandi aliquem, quia communiter ſolent committere iudices nuncio, ut citet aliquem perſonaliter, alias ſi perſonaliter reperiri non põt, citet eũ in domo ſolitæ habitationis. Et nota ſingulariter, quia communiter ſolẽt in hoc errare nũcij, & faciunt inualidas citationes nam hæc forma citandi iſtud importat, uidelicet quod nuncius facit primo omnem ſuam diligentiam in perquirẽdo citãdum per ciuitatem, ut poſſit eum citare perſonaliter, & ult. loco, quãdo ipſum reperire non poterit, tunc citat, eum in domo, alias ſi ita ex abrupto citaret in domo, non facta prius illa perquiſitione non ualet citatio, quia excedit formã commiſſionis, ita in terminis tenet Bar. in d. §. prætor. col. 1. & Ale. plene in conſi. 2. col. 1. & 2. in 3. vol. & hãc opi. dicit Ale. eſſe communem. in d. §. prætor, colu. 1. idem tenet. Lud. Rom. in conſ. 454. col. 2. & Petr. Phil. Corn. in conſ. 52. col. 2. in 2. uol. & Abb. in c. cauſam. colum. 1. in fin. & ſeq. de dolo, & contu. ubi plene examinant hanc materiã, & hoc eſt hodie confirmatum in regno per conſtit. citationis. in princ. ibi ſi eius copia haberi poteſt &c. Quæ uerba innuunt, qđ debet fieri prius diligentia citandi perſonaliter, & eo non inuento, ut quia eſt abſens, uel latitat, tunc in ſubſidium fit citatio domi. Sed an debeat eſſe abſens a ciuitate, uel ſolum a iudicio, ut poſſit citari domi, uide Bar. in d. §. prætor. & Abb. in d. ca. cauſam ubi pleniſſime diſtinguunt, dicit Bald. in d. l. conſentaneum, col. pen. in fin. Co. quo, & quando iud. & ſufficit, quod nuncius directo uideat ad domum citandi, & interroget familiam vnum ſit ibi, & ſi reſpõdetur ſibi, quod non ſit ibi poteſt dimittere ibi literas citatorias, & non eſt neceſſe perquirere per totam ciuitatem. Et illud dictum Bal. dico ego uideo communiter ſeruari in practica in toto hoc regno, nam nunquã iſti nuncii citantes faciunt diligentiam in perquirẽdo perſonam, ſed directo vadunt ad domũ, & referunt ſe citaſſe domi ſine alia perquiſitione, & ita ſeruatur ex generali conſuetudine. Sed prima opinio eſt uerior de iure, ſed opinio Bald. eſt confirmata hodie in regno per regiam prag. 2. quæ incipit, quilibet, quæ loquitur alternatiue, ſcilicet quod qs citetur perſonaliter, uel ad habitationis domum, quo caſu quando lex noua, uel ſtatutum loquitur eo modo alternatiue, ſufficit vnum adimpleri, ſecundum Bar. in d. §. prętor. & Abb. in d. c. cauſam, colum. 2. in fi. & ſic indiſtincte ualet hodie in regno citatio facta domi, abſque illa perquiſitione, & ex illa prag. inoleuit illa citandi conſuetudo quam dixi in quantum tamen de iure communi debet præcedere dicta perquiſitio, intellige, & limita illud procedere in primis citationibus tantum ſecus in aliis citationib. emergentibus poſtquam comparauit citatus in iudicio, quia tunc poteſt indiſtincte citari in domo ſine alia perquiſitione, ſecundum Bar. in d. § prætor. col. 1. & Lud. Rom. in d. conſ. 454. col. 2. circa princi.

127 † Et ſimiliter de iure cõi relatio nuncii debet eſſe clara, ſ. ut dicat, ꝙ perquiſiuit per ciuitatem, & non inuenit, unde citauit ipſum domi, alias non ualeret relatio, ſecundum Ale. in d. conſ. 2. & in 3. uolu. ubi plus dicit in 2. col. ꝙ debet addere nũcius, quod citauit in domo ſolitæ habitationis. Verũ prout colligitur ex dictis Ale. in d. conſt. 2. iſtud poſſet procedere. quando iudex ſimpliciter commiſit, ꝙ citaret pſonaliter, uel in domo, quia tunc debet facere illã claram relationem. Secus quando dixit, cites perſonaliter, & ſi perſonaliter reperiri non poteſt cites in domo, prout eſt de communi ſtylo literarum citatoriarum nam tunc ſufficeret, ſi nuncius referret ſimpliciter ſe citaſſe

taſſe modo,& forma ſibi commiſſis,& ita
eſt de communi ſtylo notariorum ſcribē-
tiū relationes nunciorum,tunc enim intel
ligitur ſeruata fora commiſſa, ita tenet
Barto.in lege properandum, §.ſi quidem,
colu.2.C.de iud.ubi plus dicit, quod tunc
præſumitur citaſſe in domo, & non perſo
naliter,accipiendo ſuam relationē in ma-
iorem partem, ut non dicatur uerus con-
tumax.ſed potius fictus,quod dictū eſt mē
ti tenendū, quia quotidie iſti nūcii faciūt
iſtas relationes gn̄ales, quo caſu ſi citatus
non compareret,nō poſſet mulctari,nec pa-
ti illas pœnas,quas patiūtur ueri contuma-
ces,ut dicam infra ſequenti membro, de
contumacia.Conſilium tñ eſt,ut nuncius
ſemper declarat ſuam relationem ſecundū
128 Bar.in l.ſi tñ,in ſi.ff.de del.2.† Verū in re
gno cōiter ſeruatur,q́ ēt citatus in domo
mulctatur,ſi non compareret. Et hoc puto
procedere ex dicta prag. 1. quæ non facit
dr̄ia inter citationem perſonalem,& in do-
mo,cū loquatur alternatiue,ut ſupra dixi
129 † An autē in eccleſia poſſit fieri citatio.
Communis concluſio eſt quod in citatio-
ne uerbali poteſt fieri, ſecundum Bar.in l.
plerique.ff.de in ius uoc.& Ale.& Doct. in
l.2.eod.tit.& Bar.in l.præſenti.Cod.de his,
qui ad eccl. confugiunt in citatione uero
reali, eſt ſecus quia non poteſt regulariter
fieri in eccleſia ſecundum Bar.in d.l.pleri-
que.in ſi.per d.l.præſente.& not plene Ab.
130 in c.inter alia de immu.eccl. † Quid au
tem ſi citandus non habeatur aliquam do
mum,certam,& neſcitur ubi ſit,in quo lo
co erit tunc citandus.dic,quod debet tunc
citari in illa ciuitate, in qua conſeruari ſo
lebat,per publicū.proclama,uel per edictū
ſecundum Bal.in l.ſi qn̄ in 11.o.C.de teſt.
et Bal.in l.ſi accuſatoribus.col.ſi.C.de ac-
cu.et u.de,quæ dixi ſupra de citatione per
131 edictū.et per proclama.† Secundo princi-
paliter,quæro ad quem locum poſſit.& de-
bet quis citari,et ſic ubi tenetur compare-
re.Dic,quod in hac materia loci ad quem,
plura ſunt conſideranda. Primo, quod ſit
locus iuriſdictionis ipſius citantis,aliās ſi
citaret ad locum non ſuæ iuriſdictionis,
non tenetur citatus comparere ſcd̄m And.
de Iſer.in conſt.Priuilegia. Pro hoc eſt tex.
ubi no.in l.ſi.ff.de iu.om.iud.unde ſi vnus
iudex habet uniuerſalem iuriſdictionē in
prouincia,ſeu in diœceſi, poteſt ſubditos
in quolibet loco ſuæ prouinciæ, uel diœce-
ſis citare,et iuſtitiam miniſtrare,tex.eſt in
c.cum epiſcopus de off. ord. libr.6.et vide
Cald.in conſ.2.in tit. de off.ord.Secundo
b quod locus ſit h tutus citato, alias ſi quis
citatur ad locum non tutū,non tenetur,cō
parere ſecundum And de Iſer.in d.conſti.
priuileg.Pro hoc eſt text.in clem.i.de foro
compe.& not.plene Old. in conſ.43.& eſt
tex.& ibi per Doct.in c.ex parte,de appel.
& Bar.per illum tex.in l.recuſare.§.fin.cū
l.& l.de ætate.ff ad Treb.& Car. in cl.1.in
in 12.no.de iud.ubi limita,niſi quis procu
rator quod locus ille non ſit ſibi tutus q a
tunc remanet contumax, ſi non cōparet,
& gl.& Bar.in l.metus,ff.ex q cauſ.maior.
& intelligitur locus non tutus,ſiue ſit pro
pter inimicitias,ſiue propter peſtē,vel bel-
la,ſecundū Abb.& Phil.in d.c.ex parte,&
no.Doct.in locis præallegatis,& eſt deciſi.
29.conſ.Neap. Tertio,quod locus,ad quē
citatur,ſit honeſtus,ut not.And de Iſer.in
d.conſt. priuilegia,pro hoc eſt tex.in le.ſi
cum dies.§.ſi arbiter.ff.de arb.& ibi Bart.
Idem tenet Spec.in tit. de citat.§.1.verſicu.
item,quod ſit ad locum,&c.& gloſ.in c.ſi
epiſcopus,2.quæſt.3.facit tex.in c.ſtatutū
§.cū uero,de reſcrip.libr.6. Quarto,quod
locus ad quem quis citatur,non diſtet a lo
co ipſius citati,uel a finibus diœceſis ultra
dies dietas,q a uel ſi differt ultra non tene
tur comparere.ita declarat.Spec in titu.de
cit.§.1.in princi.per tex.& ea, quæ ibi tra-
dunt Doc.in cap.nonnulli,& c.ex parte de
dicat ibi plene per Fel. Hodie autem, hoc
eſt redactam ad unam dietam de iure no-
uo.per tex.in c.ſtatutum,§.cum uere.& §.
cum autem,de reſcr.lib.6.& hoc tenet Fel.
in d.c.nonnulli colum.8.in princ. & iſtud
habet locum ſolum in delegato, quia non
poteſt trahere litigantem ultra dietam. Se
cus eſt in ordinario exiſtente intra fines
13 a ſuæ prouinciæ, uel diœceſis,† quia po-
teſt trahere vltra diætam per generalitatē,
d.c.cum epiſcopus.de off.ord.li.6.non ta-
men poteſt committere cauſam extra ſuā
diœceſim,niſi id loco ſuffraganti, quando
eſſet cauſa appellationis ſcilicet vbi fuit
appellatū c.ut litigantes.de off. ord.lib.6.
verum ubi cauſa eſſet modica, & ordina-
rius ſtares in loco multū remoto a domi-
cilio.

cilio litigantium, tenetur cauſam delegare in loco propinquo, alias poſſet appellari, ſi non delegaret, dato q; eſſet intra fines diœceſis, ita tenet Fel. in d. c. nõnulli, col. 1. & 2. Quinto, q; loco ad quem citat delegatus a ſede Apoſt. uel legato, ſit locus inſignis, ſ. ciuitas inſignis in qua ſit copia peritorum, & quod delegatus citans quando eſt delegatus Papæ, ſit perſona in dignitate conſtituta tex. eſt in d. c. ſtatutũ. in prin. de reſer. lib. 6. Rob. Mar. V. I. D.

ADDITIONES.

a Citandus Per. Duẽ. li. 1. reg. utr. iur. reg. 92. Cotta in memor in verſi citatio partis.

b Citatio. Supra in 16 diſt. 4. par prin. nu. 16

c Obmitti. Et quod princeps poſſit omittere citationem, licet ſit de iure diuino, tenet Duen. lib. primo reg. vtr. iur. reg. 45. in 4 fallen.

d Iudiciariis. And. de Alſer. conſi. 12. nu. 19.

e Limita. Quatuordecim modis limitat doctiſſimus Dominus Nicol. Anto. Grauat. in addit. ad practicam Octau. Veſtr lib. 6. c. 2. num. 18. Et centum & quindecim modis limitat Nicellus in concordan. gloſſ. concord. 52.

f Sententia Principis. Grauat. in annot. ad Veſtr. in pract. Rom. Cur. lib. 5. cap. 2. nu. 7. & 9. in fin.

g Stilo. Videas late & bene per dictum Grauat. in annot. ad dictam pract. Veſtr. lib. 7. c. fin. nu. 38.

h Præſens. Marſi. ſing. 30. Tuciſc. ver. primus caſus, Grauat. ubi ſupra lib. 5. c. 1. nu. 8.

i Præiudicio. Iaſ. etiam in l. decem, num. 38. & ſeq. ff. de verb. obliga. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 230. ff. de liber. & poſthum. & in l. filiusfam. §. diui in prima lectura, nu. 47. & ſeq & in 2. lect. nu. 91. vbi Rip nu. 67. ff. de leg. i & eſt communis, de qua per Soc. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu. 56. Dec. & Cagnol. in l. qui poteſt inuitus. ff. de reg. iur.

k Defenſionem Duen. lib. 1. reg. vtr. iur. reg. 94. citatio, in primo limitat.

l Territorium. Duen. vbi ſupra reg. 93. limit. fin. dicit, quod quando ſit extra prouinciã, quod debet fieri in ſcriptis.

m Monitio. Vide Neguſant. Tract. nullitat. ex defectu citationis nu. 12.

n Non comparentis. Menoch. in trac. recup. poſſeſſ. in 8. remed. num. 101. & 102. ponit tres ſpecies.

o Commiſſio. Si iſta commiſſio non interuenit talis citatio nõ ualet. Quod amplia & limita, ut per Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 97. Citatio, & non ſolum citationem cõmitti debet p iudicem, ſed etiã exprimi nomen nuncii per quem vult iudex, quod citatio fiat, alias ſi generaliter committere partẽ citari, & non exprimat per quem nuncium, talis citatio nõ ualet ſecundum Marſil. in ſing. 235. procuratores.

p Nuncio publico, De communi per viu in tract. comm. opin. in prima par. opin. 228. nuncio publico, ubi concordantes, limita. ut per eundem in ſecunda parte. opi. 302. nuncio publico, videlicet quando nuncius retulit reſponſionem citari, quia per talem relationem, citatus non efficitur cõtumax.

q Deſcripta. Supra 16. diſtinct 4. par princi. numero 6. Veſtri in pract. Rom. Cur. l. 4. capite 4. numero 7. vbi addit. Grauat. numero 24.

r Debitor. De hac re uideas Petr. Duen. libr. 1. regu. vtr. iur. 175 debitor ſegatiuus vini. ib tract. commu. opin. in prima parte. opinio. 59. debitor capit. Alfer. conſil. 59. ubi annotaui. Soci. in tract. fallen. reg. 78. Cotta in memoral in uer. dolum, ubi late Bello conſil 29.

ſ In criminalibus. Foller. in pract. crim. laicor. in prima par. 2. par. in uer. Notatos capiat de perſona per totum.

t Verbalis. De hac citatione uerbali uideas late Foller. in prima par. 7 par. in verſ. vel eos uerbaliter citari faciat per totum, in pract. crim. laicor.

u Non, Nicol. Anton. Grauat. in addit. ad Octa. Veſtr. libro quinto, capitulo ſecundo num. 8.

x Nihil valet. Marſi. ſing. 48. actio

y Peremptorie. Quid in ſententia, an cum peremptorio fieri debeat Nicol. Ant. Grauat in addi. ad pract. Octa. veſt. libro quinto, capitulo primo, numero ſexto, vbi videas, & an in caſu beneficiali requiratur peremptorium. veſtri. in praxi. Com. Cur. libro quarto, capitulo ſecundo, numero ſeptimo, ubi Grauat. numero decimoſecundo.

z Inſcriptis. In ſcriptis tamen citatio regulariter non fit, text. in ca. cum dilecti, in uer. ſpectantibus. & in uer. uiua uoce, extra de dol & contum limita, ut per Duen. libr. 1. regu. ver. iur. regul. 93. citatio regulariter. Per dictum. Tractat etiam de hac materia cum quatuor ampliationibus, & 10. limitationibus & Menoc. in tract. recuper. poſſ. in 8. remed. num. 101. uſque ad finem. Veſtri. in praxi. Rom. Cur. libro quarto, capitulo ſecundo.

a Præiudicialis. Grauat. in addit. ad pract. veſtri. lib. 8. c. ſi. num. 34.

b Eccleſiaſtica. Menoch. d. remed. nume. 119.

c vniuerſitate. Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. Grauat. in addit. ad pract. Octau. veſtr. libro quarto, capitulo tertio, nu. 12. in litera E.

d Matrimonium. Hodie per ſacrum Conci. Trid. eſt prouiſum, ut in ſeſſ. 24. capi. 1. de refor. generali.

e Amici. Tiraq. in tracta de penuli cauſa. 22. nu. 70. Soc. regu. 52. & 194.

f Campanam. Bellon. conſilio 39. numero 2. & quinto.

g Inſtantiam partis. Limita quinque modis, ut Rip. in capitulo primo, num 20. de iud. Duen. libr. 1. regul. ver. iur. reg. 96. citatio ad hoc.

h Generalis. Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad veſtr. lib. 4. ca. 4. num. 5. in litera H. vbi de communi.

i Die iuridico. Late Tiraqu. in prima par. de vtroque retrac. §. 36. ad fi. Tir. n. 79 de communi Grauat in addit. ad pracți veſtr. c. 3. num. 13. contra per veſtr. ib. num. 6.

x Tutus. Et poteſt appellare. Tutus, etiam ſi literas de conducta haberet, cap. 47. extra de appellat. gloſſ. in uerſi. ſecuris §. primo, cap. ſtatutum, de reſcri. in ſexto Ludouicus Alferius.

De contumacia, ſecundo membro iudicii.

1 *Contumax, ut quis dici poſſit quæ requirantur. Et quid ſeruetur in regno.*

2 *Contumax reputari non poteſt aduerſa ualetudine impeditur.*

3 *Infirmitas ſuorum conſanguineorum, excuſata contumacia.*

4 *Citatus ad maius tribunal excuſatur inter iaminori.*

5 *Pauper excuſatur a contumacia.*

6 *Inops & male ueſtitus æquiparatur carcerato.*

7 *Contumax, unde dicatur.*

8 *Contumacia quotuplex ſit.*

10 *Contumax patitur miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto.*

11 *Reo perſeuerãte in contumacia cõtra ipſum proceditur ad miſſionem in poſſeſſionẽ ex ſecundo decreto, & illud parat plenum præiudicium.*

12 *Decretum primum & ſecundum quid ſit, & quod ius tribuant ambo. Quando interponantur. & infra quod tempus, & in quibus cauſis.*

13 *Citari ad releuandum, an poſſit interpoſitis primo & ſecundo decreto.*

14 *Decretum primum & ſecundum ſit pro menſura debiti, quid eſt loco dicere.*

15 *Contra contumacem nunquam proceditur e altera parte non inſtante.*

16 *Contumax nõ auditur niſi refectis expẽſis.*

17 *Contumacia iudice denegatur audiẽtia nõ ſolum in cauſa illa, in qua eſt cõtumax, ſed etiam in alia.*

18 *Cõtumax põt perſonaliter capi et carcerari.*

19 *Contumax uerus non appellat.*

20 *Contumax non reſpondendo poſitionibus, uel in nolendo iurare de calumnia, habetur pro confeſſo.*

21 *Contumax poteſt excommunicari.*

22 *Cõtumax petens reuocari primũ decretũ tenetur ſatiſdare, et ſi immobilia poſſideat.*

23 *Contumax in non parendo iudici perdit beneficium iuratoriæ cautionis.*

24 *Vaſallus contumax uerus, qui citatus dixit nolo uenire ſtatim perdit feudum.*

25 *Cõtumax ĩ cã criminali, qua pæna afficiat.*

26 *Contumax non allegat litis pendentiam.*

27 *Contumax qui recuperat tenutã conceſſam ex primo decreto non poteſt ulterius declinatoriam exceptionem.*

28 *Iudex mandare poteſt colonis & inquilinis contumacis, quod ei non reſpondeãt depõſitionibus, & mandare poteſt, quod nullus uadat ad colendum eius agros.*

29 *Contumax ad torturam exponi poteſt, & quomodo & quando, & ad quid.*

30 *Contumax habetur pro præſente in ſui præiudicium.*

31 Iudex

31 *Iudex propter contumaciam ſequeſtrare poteſt fructus rei petitæ.*
32 *Contumax uolens reſpondere coram iudice ſecundum quod eſt & maius praeiudiciũ.*
33 *Iudex contra contumacem poteſt procedere ad capienda pignora.*
34 *Contumax quando habetur pro confeſſo efficitur etiam infamis, & teſtificari non poteſt.*
35 *Excommunicatus perſeuerans in contumacia per annum efficitur ſuſpectus de hæreſi.*
36 *Contumax pro tali delicto pro quo non poteſt fori iudicari quam pœnam patiatur.*
37 *Contumacia actori, qualiter puniatur.*
38 *Contumax is demum punitur a quo petitur aliquid dari uel fieri. Secus ſi citetur ſi ſua putauerit intereſſe.*

EXpedito primo mẽbro iudicii, ſ. de citatione, uenio ad ſecundum, uidelicet ad tractatus contumaciẹ. Nam plerumq. citari ſolent contendere iudices. & non cõparent, & ſic redduntur contumaces, ideo de his aliqua diſpiciamus, & hanc materiã breuiter expeditam per tres q. prin. Prima videlicet erit, quæ requiratur ad hoc, ut aliquis poſſit dici contumax. Secunda quotuplex eſt contumacia. Tertia, quas pœnas patitur contumax. † Venio ad primam, & quæro, quę requiratur, ut poſſit quis dici
1 contumax. Dic breuiter, quod eſt neceſſe, quod ſit legitime citatus, l. tribus edictis, vel uno peremptorio pro omnibus, tex. eſt in l. contumacia. ff. de re iud. c & hoc de iure communi, ſed hodie in regno per ritus magnæ curiæ, & regias pragm. ſeruatur aliter, ſ. quia dicatur una die pro alia, & in die ſequenti accuſatur prima contumacia, & poſtea triduo expectatur & in quarta die poſt triduum accuſatur ultima contumacia, & ex tunc reputatur contumax, prout hanc materiam plene declaraui ſupra de citatione, in quarto dubio prin. uerſi. ſed circa hoc de tempore, &c. Item debet in illo vltimo peremptorio accuſari contumacia per actorem alias non diceretur eas contumax ita tenet And. in conſtit. in pecuniariis, col. 3. & Bart. in l. conſentaneum, in fi. C. quo modo, et quando iudi. et eſt text. in l. properandum. §. et ſi quidem, et ibi Bald. in 4. col. C. de iud. Alias autem, ſi actor non comparet in ultimo peremptorio, in iudicio eſſet circunducta citatio, etiam reo non comparente, & deberet de nouo citari, tex. eſt in l. & poſt edictum, §. 1 ff. de iudi. & no. Bar. in l. ex quacunque in 1. lectu. col. fi. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. & Bal. & Alex. in l. fi. §. ſed ſi ſtipulator, ff. de eo per quẽ fac. erit, &c. Similiter, ſi in illo ultimo peremptorio curia non regeretur propter abſentiã iudicis, quia minime dicitur contumax reus non comparens, gl. eſt, in d. l. ex quacunque in gl. fi. & per arbit. calẽdis, ff. de arb. dẽt tñ comparere die ſequẽti, reuerſo iudice ſine alia citatione, ſecundum Andr. de Iſern. in c. i. col. v. pen. de contr. in ter uaſ. & alium de inueſt. Et ſic habemus hucuſque duos caſus, in qb. excuſatus qs
2 contumacia. † Tertius caſus eſt, qñ aliquis fuit aduerſa ualetudine impeditus, nã excuſatur, ut non poſſit contumax reputari tex. eſt, in d. l. cõtumacia, & in l. quęſitũ, ff. de re iud. ubi tex. limitat nõ procedere in leui febricula, ſeu in ueteri quartana, & antũc tenetur mittere procuratorem, uide Bar. Ale. & Doct. in d. l. quæſitum, & prædictis adde Ale. in l. 2. ff. ſi quis cau. in regno aũt debet mittere excuſatorem, cũ fide vnius medici, uel obſtetricis, ſi eſt mulier grauida, ut eſt ritus magnæ curiæ, in nu.
3 176. inc. itẽ ſi aliquis, &c. † Quartus caſus eſt qñ hẽbat cõſanguineũ infirmũ, quia etiam infirmitas ſuorũ excuſata contuma-
4 cia, ſcdm Ale. in d. l quæſitũ col. fi. † Quintus caſus eſt, qñ fuiſſet citatus ad aliud tribunal maius, quia excuſatur a cõtumacia in minori curia, l. contra pupillum, §. 2. ff. de re iu. & Ale. in l. 2. §. 2. ſi quis cau.

ADDITIO. Adde dicta per Spec. in tit. de cita. §. contra. uerũc. item non ualet, & Marian. Soc. in artic. 5. nu. 12. uer. 8. fallit, in trac. de cita. Per. Foll. V. I. D.

5 † Sextus caſus eſt propter paupertatem, ut ſi forte aliquis eſſet ita inops, & male ueſtitus, ut non poſſet abſque uerecundia cõparere, nam excuſatur a contumacia, ſecũdum Alexan in l. 2. §. ſi quis in iudicio, co
6 lum. 1. ff. ſi quis cau. † Nam ille ęquiparatur carcerato, ut eſt text. ſingularis, et ibi gloſſ. in l. eadem §. fi. ff. ex quibus cau. ma io. & glo. in cap. ſi quis teſtium, de teſt. & uide, quod tenet Abb. in c. cum dilecti. col. 5. circa fin. de dolo et contu. Potes addere

omnes

z Inſcriptis. In ſcriptis tamen citatio regulariter non fit, text. in ca. cum dilectu, in uer. ſpectantibus. & in uer. uiua uoce, extra de dol. & contumacia, limita, ut per Duen. libr. 1. regu. vtr. iur. regul. 93. citatio regulariter. Per dictum. Tractat etiam de hac materia cum quatuor ampliationibus, & 10. limitationibus & Menoch. in tract. recuper. poſſ. in 8. remed. num 101. uſque ad finem. Veſtri. in praxi. Rom. Cur. libro quarto, capitulo ſecundo.

a Præiudicialis. Grauat. in addit. ad pract. veſtri. lib. 8. c. fi. num. 34.

b Eccleſiaſtica. Menoch. d. remed. nume. 119.

c veritate. Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. Grauat. in addit. ad pract. Octau. veſtr. libro quarto, capitulo tertio, nu. 12. in litera E.

d Matrimonium. Hodie per ſacrum Conci. Trid. eſt prouiſum, ut in ſeſſ. 24. capi. 1. de refor. generali.

e Amici. Tiraq. in tracta de penuh. cauſa. 22. nu. 70. Soc. regu. 12. & 194.

f Campanam. Bellon. conſilio 39. numero 2. & quinto.

g Inſtantiam partis. Limita quinque modis, ut Rip. in capitulo primo, num 20. de iud. Duen. libr. 1. regul. vtr. iur. reg. 96. citatio ad hoc.

h Generalis. Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad veſtr. lib. 4. ca. 4. num. 5. in litera H. vbi de communi.

i Die iuridico. Late Tiraqu. in prima par. de vtroque retrac. §. 36. ad fi. Tir. n. 79 de communi Grauat. in addit. ad practi veſtr. c. 3. num. 13. contra per veſtr. ib. num. 6.

k Tutus. Et poteſt appellare. Tutus, etiam ſi literas de conducta haberet, cap. 47. extra de appellat. gloſſ. in uerb. ſecuris §. primo, cap. ſtatutum, de reſcri. in ſexto Ludouicus Alferius.

De contumacia, ſecundo membro iudicii.

1 *Contumax, ut quis dici poſſit quæ requirantur. Et quid ſeruetur in regno.*

2 *Contumax reputari non poteſt aduerſa ualetudine impeditur.*

3 *Infirmitas ſuorum conſanguineorum, excuſat a contumacia.*

4 *Citatus ad maius tribunal excuſatur a curia minori.*

5 *Pauper excuſatur a contumacia.*

6 *Inops & male ueſtitus æquparatur carcerato.*

7 *Contumax, unde dicatur.*

8 *Contumacia quotuplex ſit.*

10 *Contumax patitur miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto.*

11 *Reo perſeuerāte in contumacia cōtra ipſum proceditur ad miſſionem in poſſeſſionē ex ſecunda decreto, & illud parat plenum præiudicium.*

12 *Decretum primum & ſecundum quid ſit, & quod ius tribuant ambo. Quando interponantur. & infra quod tempus, & in quibus cauſis.*

13 *Citari ad relexandum, an poſſit interpoſitis primo & ſecundo decreto.*

14 *Decretum primum & ſecundum ſit pro menſura debiti, quid eſt loco dicere.*

15 *Contra contumacem nunquam proceditur altera parte non inſtante.*

16 *Contumax nō auditur niſi refectis expēſis.*

17 *Contumacia iudice denegatur audiētia nō ſolum in cauſa illa, in qua eſt cōtumax, ſed etiam in alia.*

18 *Cōtumax pōt perſonaliter capi et carcerari.*

19 *Contumax uerus non appellat.*

20 *Contumax non reſpondendo poſitionibus, uel in nolendo iurare de calumnia, habetur pro confeſſo.*

21 *Contumax poteſt excommunicari.*

22 *Cōtumax petens reuocari primū decretū tenetur ſatiſdare, et ſi immobilia poſſideat.*

23 *Contumax in non parendo iudici perdit beneficium iuratoriæ cautionis.*

24 *Vaſallus contumax uerus, qui citatus dixit nolo uenire ſtatim perdit feudum.*

25 *Cōtumax ī cā criminali, quæ pæna afficiat.*

26 *Contumax non allegat litis pendentiam.*

27 *Contumax qui recuperat tenutā cōceſſam ex primo decreto non poteſt ulterius declinatoriam exceptionem.*

28 *Iudex mandare poteſt colonis & inquilinis contumacis, quod ei non reſpondeāt depēſionibus, & mandare poteſt, quod nullus uadat ad colendum eius agros.*

29 *Contumax ad torturam nō poni poteſt, & quomodo & quando, & ad quid.*

30 *Contumax habetur pro præſente in ſui præiudicium.*

31 Iudex

31 *Iudex propter contumaciam ſequeſtrare poteſt fructus rei petitæ.*
32 *Contumax uolens reſpondere coram iudice ſecundum quod eſt & maius praeiudiciū.*
33 *Iudex contra contumacem poteſt procedere ad capienda pignora.*
34 *Contumax quando habetur pro confeſſo eſſicitur etiam infamis, & teſtificari non poteſt.*
35 *Excommunicatus perſeuerans in contumacia per annum efficitur ſuſpectus de hæreſi.*
36 *Contumax pro tali delicto pro quo non poteſt fori iudicari quam pœnam patiatur.*
37 *Contumacia actori, qualiter puniatur.*
38 *Contumax is demum punitur a quo petitur aliquid dari uel fieri. Secus ſi citetur ſi ſua putauerit intereſſe.*

EXpedito primo mēbro iudicii, ſ. de citatione, uenio ad ſecundum, uidelicet ad tractatus contumaciæ. Nam plerumq. citari ſolent contendere iudices, & non cōparent, & ſic redduntur contumaces, ideo de his aliqua diſpiciamus, & hanc materiā breuiter expeditam per tres q prin. Prima videlicet erit, quæ requiratur ad hoc, ut aliquis poſſit dici contumax. Secunda quotu plex eſt contumacia. Tertia, quas pœnas pa-
1 titur contumax. † Venio ad primam, & quæro, quæ requiratur, ut poſſit quis dici contumax: Dic breuiter, quod eſt neceſſe, quod ſit legitime citatus, l. tribus edictis, vel uno peremptorio pro omnibus, tex. eſt in l. contumacia. ff. de re iud. c & hoc de iure communi, ſed hodie in regno per ritus magnæ curiæ, & regias pragm. ſeruatur aliter, ſ. quia dicatur una die pro alia, & in die ſequenti accuſatur prima contumacia, & poſtea triduo expectatur & in quarta die poſt triduum accuſatur ultima contumacia, & ex tunc reputatur contumax, prout hanc materiam plene declaraui ſupra de citatione, in quarto dubio prin. uerſi. ſed circa hoc de tempore, &c. Item debet in illo vltimo peremptorio accuſari contumacia per actorem alias non diceretur eas contumax ita tenet And. in conſtit. in pecuniariis, col. 3. & Bart. in l. conſentaneum, in fi. C. quomodo, et quando iudi. et e. l. text. in l. properandum. §. et ſi quidem, et ibi Bald. in 4. col. C. de iud. Alias autem, ſi actor non comparet in ultimo peremptorio, in iudicio eſſet circunducta citatio, etiam reo non comparente, & deberet de nouo citari, tex. eſt in l. & poſt edictum, §. 1 ff. de iud. & no. Bar. in l. ex quacunque in 1. lectu. col. fi. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. & Bal. & Alex. in l. fi. §. ſed ſi ſtipulator, ff. de eo per quē fac. erit, &c. Similiter, ſi in illo ultimo peremptorio curia non regeretur propter abſentiā iudicis, quia minime dicitur contumax reus non comparens, gl eſt, in d. l. ex quacunque in gl. fi. & per arbit. calēdis, ff. de arb. dēt tū comparere die ſequēti, reuerſo iudice ſine alia citatione, ſecundum Andr. de Iſern. in c. i. colu. pen. de contr. inter uaſ. & alium de inueſt. Et ſic habemus hucuſque duos caſus, in qb. excuſatus q̄s
2 contumacia. † Tertius caſus eſt, qn̄ aliquis fuit aduerſa ualetudine impeditus, nā excuſatur, ut non poſſit contumax reputari tex. eſt. in d. l. cōtumacia. & in l. quęſitū, ff. de re iud. ubi tex. limitat nō procedere in leui febricula, ſeu in ueteri quartana, & an tūc teneatur mittere procuratorem, uide Bar. Ale. & Doct. in d. l quæſitum, & prædictis adde Ale. in l. 2. ff. ſi quis cau. in regno aūt debet mittere excuſatorem, cū fide uiuius medici, uel obſtetricis, ſi eſt mulier grauida, ut eſt ritus magnæ curiæ, in nu.
3 176. incipiē ſi aliquis, &c. † Quartus caſus eſt qn̄ hēb nt cōſanguineū infirmū, quia etiam infirmitas ſnorū excuſata contuma
4 cia, ſcdm Ale. in d. l quæſitū col. fi. † Quintus caſus eſt, qn̄ fuiſſet citatus ad aliud tribunal maius, quia excuſatur a cōtumacia in minori curia, l. contra pupillum, §. 2. ff. de re iu. l. & Ale. in l. 2. §. 2. ſi quis cau.

ADDITIO. Adde dicta per Spec. in tit. de cita. §. contra. uerſic. item non ualet, & Marian. Soc. in artic. 5. nu. 12. uer. 8. fallit, in trac. de cita. Per. Foll. V. I. D.

5 † Sextus caſus eſt propter paupertatem, ut ſi forte aliquis eſſet ita inops, & male ueſtitus, ut non poſſet abſque uerecundia cōparere, nam excuſatur a contumacia, ſecūdum Alexan in l. 2. §. ſi quis in iudicio, co
6 lum. 1. ff. ſi quis cau. † Nam ille cōparatur carcerato, ut eſt text. ſingularis, et ibi gloſſ in l. eadem §. fi. ff. ex quibus cau. ma io. & glo. in cap. ſi quis teſtium, de teſt. & uide. quod tenet Abb. in c. cum dilecti. col. 5. circa fin. de dolo et contu. Potes addere

omnes

omnes caſus, quos poſui ſupra de citatione, colu. ſin. & omnes caſus generaliter in quibus citatio non ualet, uel citatus non tenetur cōparere, per ea, quæ dixi in prin-
7 cip. huius tract. de contumacia. † Vnde aūt dicitur contumax, dic quod dicitur à con, & tumeo tumes, propterea quia inflatur, & ſuperb. efficitur in nolēdo obire, & ſic dr̄ cōtumeſcere in ſeipſo, & efficitur iudici iniurioſus, ita declarat Car. in cl. 1. colu.
8 8. de dolo & cont. † Secundo principaliter
a quęro, quotuplex eſt *a* contumacia. Dic, quod duplex. ſ. uera, & ficta. Cōtumax uerius dr̄ ille, qui fuit citatus perſonaliter, uel ad domum, & citatio peruenit ad eius notitiam, & non uult cōparere. Verum quādoque dr̄ uerus contumax exiſtenter, & apparenter quandoque apparenter tantū, & quandoque exiſtenter tantū, de qua materia remitto me ad ea, quæ plene tractat Bart in l. ſi. ff. de in integ. reſt. & Alex. in l. properandum §. ſin autem reus, C. de iu. & Io. de Imo. in l. ex conſenſu. §. eum qui ff. de appell. ubi pleniſſime tractatur hæc materia, & per Ang. in conſi. 186. contumax fictus eſt ille, qui fuit citatus in domo, & dubium eſt, an citatio peruenerit ad eius notitiam, ſecundum Bartol. in d l. fin. col. pen. ff. de integr. reſt & Ang. in conſi. 168. & prædicta adde Car. in cle. 1. in 9. q. de dolo, & cont. ubi plene.

ADDITIO. Dic, quid imo triplex eſt contumacia, uidelicet uera euidens, & præſumpta, ut no. glo. in cle. 1. de dolo, & cont. & de iſta triplici contumacia loq tur Io. And. in regu. præſumitur in mere & Barto. in l. diuus ff. de integ. reſti pro quo uide Maſuer. in prax. in titu. de conte. in princ. Pet. Foll. V. I. D.

9 † Tertio principaliter quæro quas *b* pœ-
b nas patitur quis ob ſuam contumaciam. Dic, quod multas pænas iura introducunt contra contumacē. Et prima eſt, quia contumax pp eius inobedientiam poteſt mulctari, vt vr̄ plene per Doct. in l. 1. per totam l. ſi quis ius di. non obtem. & eſt text. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Verum in hoc eſt ſciendum, & mulcta non irrogatur, niſi ob ueram contumaciam, nam fictus contumax mulctari non poteſt, ſecundum Alexan. & cōiter Doc. in d. l. 2. §. fin. ff. ſi quis ius di. non obtem. & Ang. in conſi. 8. colu. pen. & B. l. in l. & in mulctis, C. de appel. & Ale. in l 4. §. prætor, col. 2. in fi ff. dam. inf. Idem concludit And. de Iſer. in conſt. citat. col. 2. in fi & in conſt. rei vēdicatione. vbi eſt etiam glo. Ex hoc infertur quod mulcta quæ irrogatur in regno hodie contumaci, eſt quia condemnatur ad tertiam partem mobilium, vt dicit conſt. pœnam nouem vnciarum, & ibi And. de Iſern. & d. conſti. rei vendicatione. & eſt ritus magnæ curiæ in numero 139. incipiens, item ſeruat ipſa curia ab eo tempore, &c. alius ritus 102. incipiens. item ſeruat dicta curia in citatione, &c. ſequitur, ergo, quod iſta condemnatio non fieret contra factum contumacē, per prædicta. Et hoc uidetur eſſe, de mente glo & And. in d. conſtit. rei vendicatio-
c ne, licet male ſeruent iudices ſecundum cum ibi de communi ſtylo, tamen curiarum in aliquibus locis eſt redacta iſta pœna tertiæ partis mobilium in ciuilibus ad vnum tarenum, & in aliquibus curiis ſoluitur vnus auguſtalis, vnde ſeruandæ eſſent conſuetudines curiarum, vbi uiget.
10 † Secunda pœna, quam patitur contumax eſt quia patitur miſſionem in poſſeſſionē ex 2 decreto l. Fal. §. 1. ff. ex qui. cau. in poſſ ea. & l. ſi finita §. Iulia. & ibi Bart. & Doct. ff. de damn. infect. & per totum titul. ff & C. de bon. auct. iud poſ. & hodie eſt deciſum in regno per regiam pragm. quæ incipit, relatione, vbi dicitur, quod eſt in electione, actori accuſata ultima contumacia, an uelit petere terminum ad probandum, vel petere ſe mitti in poſſeſſionem ex primo decreto, & ita ſeruatur hodie, & ſic poteſt in cauſis ciuil. bus procedi ad diffinitiuam litem non conteſtata, & in hoc eſt correctum ius commune, prout alias
11 dixi in ſuperioribus. † Tertia pœna eſt, q ſi reus perſeuerat in contumacia, proceditur contra ipſum ad miſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, & illud parat plenum præiudicium, ut habetur in d. §. Iulia. & per Bar. in l cum proponas. C. de bo. auth. iud pot. & eſt regia prag. quæ incipit, Reo, &c.
12 † Sed iuxta hoc pro introductione iuuenum ad practicam, quæro quid ſignificant iſti duo termini, ſ. primum decretum, &
c ſecundum decretum, dic quod *c* primum decretum eſt prima miſſio, quæ fit per

iudicem

iudicem in bonis contumacis, eo ipſo qd incipit eſſe contumax, & fit pro menſura debiti tantum, quando agitur actione pſonali, ut d l. cum proponas & ibi Bar. de Docto. in d. l. finita. §. Iul. ff. de damn. infe. Sed quando agitur actione reali, mittitur quis in poſſeſſionem totius rei petitæ. l. ſi quis emptionis. §. ſed ſi quis. C. de præſcr. 30. an. & habetur in c. prout, &c contingit. de dolo, & cont. & eſt conſt. regni, quæ incipit, rei vend. & etiam efficitur verus poſſeſſor per primum decretum, vt in iurib. præallegatis & habetur per Doc. in l. 3. §. fi. ff. de acq. poſſ. ſed in actione perſonali non efficitur verus poſſeſſor per primum decretum, ut in iurib. præallegatis, & habetur Doct. in l. 3. §. fi. ff. de acq. poſſ. ſed in actione perſonali non efficitur poſſeſſor, ſed ſolam detentationem acquirit cauſa cuſtodiæ, ut d. l. 3. §. fi. & eſt tex. in l. is, cui in prin. ut in poſ. le. & in l. cum legati. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & in l. ſi quis ante. ff. de acqu. poſſ. & per Bar. in d. l. cum proponas. Et ad hoc, vt concedatur primum decretum, non requiritur quod plene cõſtet debito, ſed ſufficit, quod ſummatim vel per iuramentum actoris, ex quo modum parat præiudicium, ſecundum Bart. in d. l. cum proponas ſecundum decretum, eſt ſecunda miſſio, quæ fit per iudicem contra eundem reum perſeuerantẽ in contumacia, ut dicunt Doctor. in locis præalle. & hoc eſt maioris præiudicii, quia transfert ueram poſſeſſionem, ut d. l. 3. §. fi. iuncta gl. in uer. nobis. ff. de acqu. poſſ. itẽ, transfert dominium ſi reus erat dominus, alias vſucapiendi conditionem, ut no. glo. & Bart. in l. prætoris in princ. & in l. ſi finita. §. Iulian. ff. de damn. infect. & glo. in l. 2. in fin. ff ſi ex no. cauſa aga. Verum non interponitur, niſi plene conſtet de debito per teſtes vel inſtrumento ſecundum Bar. in d. l. cum proponas, & in l fin. §. ſin autem. C. de bo. auth. iud. poſſ. & Bar. in l. Ful. §. cum hoc ff. ex quibus cau. in poſ. datur, Sed per quantum tempus debet reus perſeuerare in contumacia ut perueniatur ad ſecundum decretum. Communis concluſio eſt de iure communi, quod ſit in arbitrio iudicis ſecundum Bar. in dicta l. cum proponas, tamen de equitate non debet iudex procedere ad ſecundum decretum, niſi ſit lapſus totum annus a die primo decreti. ita dicit Felly. in cap. conſul. colum. 2. de offi. deleg. vbi dicit hanc eſſe communem opin. niſi alia iuſta cauſa ſuaderet, ſed hodie in regno eſt ſtatutum tempus per duas regias pragmat. quarum una incipit, relatione, & alia ſequens, quæ incipit reo quibus cauetur, qd elapſis tribus menſibus, a die primi decreti poteſt peti miſſio ex ſecundo, & conceſſo ſecundo decreto, habet reus alium menſem, infra quem poteſt recuperare tenutã, dummodo ſoluat totum debitum una cũ expenſis, alias elapſo dicto menſe poſt ſecundum decretum creditor efficitur uerus dominus, & irreuocabilis, cui debet res adiudicari appreciata pro menſura debiti, ſed ante ſecundum decretum, poteſt reus quandocunque infra tres menſes recuperare tenutam, ſoluendo expenſas, & dando ſatiſdationem, & hoc etiam eſt prouiſum de iure communi, per authen. et qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſſ. In quibus autẽ cauſis interponatur ſecundum decretum, glo. in l. iubere cauere. ff. de iur. om. iudi. tenet, quod ſolum in cauſa damni infecti, & non aliis, ſed ueritas eſt in contrarium, quod imo in omnibus cauſis locum habet, uerum in hoc eſt differentia, quia in cauſa damni infecti fit adiudicatio totius rei etiam ultra menſuram debiti, ſed in aliis ſolum pro menſura debiti, ut ſupra dixi ſecundum Bart. in dicto §. Iulian. colum. antepen. uiti in ſpecie reprobari illam glo. in d. l. iubere. & hoc tenet etiam Alexã. in d. l. iubere colum. 4. & eſt text. in d. auth. & qui iurat. & in d. l. Fulcinus. §. primo & ſecundo, & ibi Bart. item in cauſa damni infecti fit indiſtincte adiudicatio, ſed in aliis non, ſed uenditur res, & illud decretum de uendendo habet uim ſecundi decreti, ſecũdum Bar. in dicta l. iubere. Verum emptore non reperto tunc ult. loco adiudicatur in ſolutum creditori, l. a diuo pio. §. ſi pignore. ff. de re iudic. Et ſcias, quod etiam in actione reali interponitur ſecundum decretum, ſecundum Alexan. in l. 3. § fi. ff. de acquiren. poſſeſ.

ADDITIO. Adde ad iſtam materiam
13 primi, & ſecundi decreti, † an interpoſito primo decreto poſſit reus citari ad tolerandum & in hoc Bal. in l. §. ſi abſens. ff. ex noxa. cau. ag. colu. 3. uerſic. 5. quæritur, dicit
14 quod non. † Et quia in prag. incip. reo dicitur,

citur, quod fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto pro menſuram debiti, &c. quantum erit iſta menſura debiti: dicas q fit miſſio pro tãta ſumma, quæ ualeat pluſ quam erit ſumma quæ, petitur, ſecundum gl. not. in authẽ. ei qui iurat. & in uer. & per menſuram. C. de bon. au. iud. poſſid. ſecundum Luc. de Pen. in lege quoties penu. colum. de dign. libr. 12. & firmat Marc. Bon. in dict. pragmat. reoſ. Petrus Follerius V. I. D.

15 † Scias tamen, quod nunquam proceditur contra cõtumacem ad aliquem actum d niſi altera parte d inſtante, ſecundum Bar. in authẽ. ei qui appellat. in fin C. de temp. appell.

ADDITIO. Hæc uera intelligas (ut nunquam procedatur ad aliquem actum contra cõtumacem, niſi parte inſtante) ut procedant quantum ad hoc, ut iudex procedere poſſit contra aliquem tanquam contra contumacem, ſecus quo ad effectum qui iure inducitur a ſtatuto, ſeu iure, nam tunc non requiritur, quod pars accuſet contumaciam, & inſtet, ſecundum. Bald. in l. ſi tutor, C. de inter. quod dictum ſatis commendat Ant. de Alex. & Iaſ in l. propecandum, §. & ſi quidem. C. de iud. & Fel. in cap. illud in quarta colu. de præſcr. Petrus Follerius. V. I. D.

16 † Quarta pœna eſt contra contumacem, e quia non auditur niſi e refectis expen. per tex. & ibi Bald in l. ſancimus, C. de iudi. & debet etiam ſatiſdare de iudicio ſiſti, quando vult recuperare tenutam, per authen. eſt qui iurat. C. de bon. auct. iud. poſſeſ. & vide 17 infra in 10. pœna. † Quinta pœna eſt, quia contumaci poteſt iudex denegare audientiam, non ſolum in illa cauſa, in qua fuit contumax, uerum etiam omni alia, Text. eſt & ibi gl. ſingularis in l. ſed ſi per prætorem, §. ſed, & ſi dum. ff. ex quib. cau. maio. & ibi Ang. idem tenet plene Iaſ. in l. iuſiurandum, & ad pecunias §. ait prætor, in 1. no. ff. de iureiu. ubi plus dicit Iaſo. de mente Bal. quod tunc ille iudex poteſt mandare aliis iudicibus, quod illum non audiant in aliqua cauſa, & uide etiam de prædictis Iaſ. in l. 1. fin. column. 4. ff. ſi quis ius di. non obtem.

ADDITIO. Adde quod hoc uoluit Rit. magnæ curiæ, Vicariæ inci. item ſi aliquis, uel aliqua bannitus, de cuius veritate & intellecta multa dixi in praxi, mea cri. in uerbo banniantur, & ibi poſui omnes pœnas, quas patitur contumax Pet Fol.

18 † Sexta pœna eſt, quia contumax poteſt capi de perſona, & carcerari text. eſt cũ gl. & Bart in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud & in §. ſi uero etiam quidam, in Authẽ de exhib. reis, & no. And. de Iſer. 19 in cõſt. ſi quis poſt litẽ. in princ. † Septima pœna eſt, quia uerus contumax perdit bef neficium f appellandi, l. ex conſenſus. §. fin. & ibi gl. Bart. & Imo. ff de appel. l. 1. C. quo. appa. non recipit. & Alex. in l. properãdum §. ſin autẽ reus. C. de iud ubi plus dixit q̃d etiam ſi ſit contumax ad ſolam ſententiã, nõ appellat. idem tenet Alex. in l. ſæpe, colum. 24. ff de re iur. Amplia hoc procedere etiam in illa ſententia, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam, quia uerus cõtumax non appellat, ita tenet Ant. de Butr. & mo. in cap. tenor. de re iu. & Iaſo. in l. 1. §. ſi procurator, column. 5. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & prædictis adde text in l. & poſt 20 edictum, §. fi. ff. de iud. † octaua pœna eſt quia contumax in non reſpondendo poſitionibus, vel in nolendo iurare de calumg nia, habetur g pro confeſſo. c. ſi poſt. præſtitũ, & ibi per Doc. de confeſs l. b. 6. & l. 4. §. q̃d ſi actor, & ibi Bart. & Docto. C. de iura. cal. Idem in nolẽte ſubire iuramentũ iudiciale. nec referre, l. manifeſte. & ibi per Do. ff. de iureiur. & Luc. de Pen. in le. locorum, colum. 2. C. de omni agro deſer. li 11. Et de poſitionibus habetur in regia pragm. quæ incipit quinta die &c. Et communis obſeruantia in regno eſt, quod quis citetur tribus uicibus, ut ueniat reſponſurus, ad ſe examinandum ſuper articulis, & in ultimã citatione debet inſeri totus tenor articulorum, & poſtea interponitur decretũ, quod habeatur pro confeſſo, ita de hoc eſt ritus magnæ curiæ in num. 256. incipiens, item ſeruat ipſa curia, quod ſi quis, & cæt. ubi etiam dicitur, quod a tali decreto, nõ appellatur, quod limita, niſi citatus ſit abſens, quia non poteſt haberi pro cõfeſſo, ut no. Iaſ. in l. 1. ſin. column. 4. ff. ſi quis ius di. non 21 obtemp. † Nona pœna eſt quia contumax h poteſt h excommunicari glo. eſt. in cap. 1. de dolo, & contu lib. 6. & glo. in cap. conſtitutus, de ſententia excommu. lib. 6. & Bal.

in l.3.in uer.not C.de proc.& Fel.in ca.1. col.5. uer.utrum excõicatio.& ca.de iub. vbi plus dicit, ꝙ antequam excõicetur qs ob contumaciam, debet citari, uide c.cum
22 contumacia de hær.lib.6. † Decima pęna eſt.quia contumax petens reuocari tenutã ſeu primum decretũ tenetur ſatiſdare, ẽt ſi poſſideat immobilia, & ſuperdit priuilegium, l.ſciendum, ff. qui ſatiſd.cog.glo. eſt ſingularis, in §.ſi uero ẽt in fi. in uer. fideiuſſan auth.de exhib.reis. quam gl.ſequit Bar.in l.hæc aut.§ fin.ff. ex quib.cauſis in poſſ.ea.& Iaſ.in d l.ſciẽdum, col.2.ubi plures allegat, & ibi ẽt Alex. & adde, quæ dixi
23 ſup.in 4 pœna † Vndecima pœna eſt, quia contumax in non parendo iudicii, perdit beneficium iuratoriæ cautionis.glo eſt, & ibi Bal.in auth.et qui iurat. C.de bo.auct. iud.poſſ.& glo.& Abb.in c.qua fronte de app.& Iaſ.in l.1.col.pen.uer.3.fallit, & c.ff.
24 quo ſatiſ.cog † Duodecima pœna eſt, qui vaſallus cõtumax uerus, qui citatus dixit, nolo ueni re perdit ſtatim feudũ, ita tenet, And.de Iſer.in c.1.col.2.in fin.de mil.uaſ. qui contumax eſt.
25 † Tertiadecima pœna eſt quia contumax in criminalis, primo condemnatur ad tertiã partem mobilium, & reliqua eius bona adnotantur, & ſi perſeuerat in contumacia per annum, foriudicatur ſ.quia hr̃ pro conuicto, & cõfeſſio, & pro rebelli, & ab oĩbus põt impune occidi, & oĩa eius bona confiſcantur elapſo anno. De hoc eſt cõſt.regni quæ incipit, pœnam reorum, & ibi plene p And.de Iſer. ubi hanc pœnã de foriudicatione ponit, & ibi declarat, ꝙ habet locum ſolum in delictis, irrogantib.pœnam mortis naturalis, uel ciuilis, uel membri abſciſſionis, et de hoc eſt capitulum, regni in n. 252.quod incipit ſiue quis, & c. idem declarat And.de Iſer.in c.3.§.ſi uero uiolato co. 1.de pace tenen.& in c.1.in prin.in 2. col. in tit.hic finitur lex, & c. et uide infr.in 24.
26 pœna. † Decimatertia pœna eſt, quia contumax petit beneficium legis l.ubi cœptũ ff. de iud.quia conuentus coram uno iudice, non põt allegare litis pendẽtiã corã alio iudice, coram quo fuit cõtumax, ita tenet, Bar.in d.l.ub cœptũ, & Alex in l. quãuis, ff. de in ius uoc.& Bar.in l.ſepulchri ff.de ſepul.uio.& Alex.in l. col.2.ff.de re iudi. Et ſic remanet concluſio, ꝙ contumax non põt opponere exceptionẽ litis pendent
27 † Decimaquinta pœna eſt, quia cõtumax qui recuperat tenutã conceſſam ex primo decreto non poteſt ulterius declinare forũ dato quod alias hẽret exceptionem declinatoriam, ita tenet Ang.& Imo. in l fin §. item uel uideamus, ff.de dam inf.& Ang. in l.cum qui, ff de priu cred & Alex.in l.qui dam conſulebat.ff.de re iud.in fi.col.1.
28 † Decimaſexta pœna eſt, quia iudex poteſt mandare colonis, & inquilinis cõtumacis quod non reſpondeant ei de penſionibus, & põt mandare, ꝙ nullus uadat ad colẽdos eius agros, & iſta eſt noua pœna, & pulchra & parũ cognita a iudicibus, ita tenet Abb. per illum tex.in c.grauamen, de ſen.excõ.
29 † Decimaſeptima pœna eſt, quia cõtumax innolendo reſpondere libello coram iudice, poteſt opponi tormentis ad eruendam reſponſionem affirmatiuam uel negatiuam, non tamen torquetur præciſè, vt confiteatur, ſed ſolum, ut reſpondeat & iſte eſt caſus, in qua irrogatur tortura ſine iudiciis, quia datur ad alium finem, ita ſingulariter tenet Bal.in l accuſationem col.3. C. qui accu.non poſſ.& Pari.in tract.ſynd.in uerſi.tortura, in c.ſequitur quæſtio, & e.colu.fin.

ADDITIO. Vide late dicta per me in praxi mea crim in 3.parte partes, prin. in uerbo, & ſi cõfitebũtur. Pet.Fol.V.I.D.

30 † Decimaoctaua pœna eſt, quia cõtumax habetur pro præſente in ſui præiudicium, tex.eſt in auth.quia in prouincia in fin. & ibi Bald.C.ubi de cri.agi opor.et glo.in l. de unoquoque.ff.de re iu.& Bald.in l.cum
31 fratrem.col.fi.de his, qui ut iudi. † Decimanona pœna eſt, quia iudex pp contumaciam põt ſequeſtrare fructus rei peritæ ſecundũ Abb.in c.colũ.ex literis, & ibi etiã
32 Fel.de reſcrip. † Vigeſima pœna eſt, quia contumax qui non uult reſpondere corã iudice habetur pro negante, uel confitente, ſecundum quod, eſt magis præiudicium text.eſt & ibi Docto.in l.de ætate, §.
33 qui tacuit.ff.de interroga.actio. † Vigeſimaprima pœna eſt, quia iudex poteſt procedere contra contumacem ad capienda pignora.l.1.§.quid ergo, ff.de uend.in
34 ſp. † Vigeſimaſecunda pœna eſt, quia vbicunque contumax habetur pro confeſſo, puta uigore ſtatuti, tunc etiam effic. tur

ficitur infamis, & non poteſt teſtificari ita tenet Fely. in cap. ſuper eo el 1. in fi. de teſ.

35 Vigeſimatertia pœna eſt, quia ſi quis excommunicatus ob contumaciam, ut dixi ſupra in 8. pœna, & perſeuerat per annum in contumacia, elapſo anno redditur ſuſpectus de hæreſi. Verum ſi fuit citatus pro crimine hæreſis, & fuit excommunicatus, ut contumax, elapſo anno habetur

K pro conuictu, & poteſt puniri ut hæreticus, ter. eſt in ca. excommunicamus. §. qui autem. de hære. & in ca. cum contumacia, de hæred lib. 6. ſed ſi fuit citatus ob aliud crimen non haberet pro hæretico, ſed ſolum redditur ſuſpectus de hæreſi, & poteſt iudici ſibi purgatorie, ita declarat Abb. in ca. grauamen de pœnis. & And. de Iſern. 1. uerſ. poſt annum, de ſtat. & conſue. contra l. b. eccleſ. Verum ſemper habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo fuit citatus ut not. glo. in d. cum contumacia. in gloſſ. fi. & Spec. in tit. de accuſ. §. ſequitur. col. 1. uerſ. porro, de hoc habemus in regno unũ capitulum in num. 99. quod incipit: item ſtatuimus, qđ ſi contingat &c. quo cauetur qđ ſi quis perſeuerãt per annum in excommunicatione, debet per prælatum denunciari curiæ ſeculari, & legitima pœna puni-

36 ri per iudicem ſecularem. † Vigeſimaquar-

l ta l pœna eſt, quia ſi quis fuit contumax ꝑ minori delicto pro quo. ſ. nõ poteſt for iudicari, puta quia non irrogat pœnam mortis, uel membri abſciſſionis, ut dixi ſupra in 14. pœna iſte bannitur, & condemnatur ad terram partem nobilium, & eius bona annotatur, prout ibi dixi. Verum elapſo anno non foriudicatur, ſed omnia bona publicantur, reſeruato iure libertorum ſecundum conſt. regni. Et ſi uoluerit reuerti ad defendendum ſe, debet ſtare in uinculis, & ſi uenit abſoluendus in cauſa principali, adhuc debet ſtare tanto tempore in carcere, quãto tempore durauit in contumacia, ita hæc omnia deciduntur per capitulum regni numer. 152. quo incipit, ſiue

37 ue quis, &c. † Prædicta omnia procedunt ubi agitur de contumacia rei. Quid autẽ de contumacia actoris, qualiter punitur actor contumax. Dic quod in cauſa ciuili ſi reus comparuit in ultimo peremptorio actor uero non comparet, euaneſcit citatio, & edictum circunducitur text. in l. & poſt edictum, §. 1. ff. de iud. ſed actori non punitur ad aliam pœnam, niſi quia abſoluitur reus ab obſeruatione iudicii, & actor condemnatur expenſis, quas tenetur reficere, antequam iterum agat, ſecundum Andr. de Iſer. in conſti. ſponte uolentibus, ſed in cauſa criminali accuſator non comparens, ultra condemnationem expenſarum punitur ad ſextam partem mobiliũ, ut eſt conſtit. quæ incipit, accuſatorum temeritas, & ibi Andr. de Iſer. Item in ciuili proceditur contra actorem contumacem, ſecundum formam auth. qui ſemel. C. quo

38 modo, & quando iud. † Vltimo adde hic, quod ſi is demum punitur, ut contumax, a quo petitur aliquid dari uel fieri ſecus, ſi citetur. ſi ſua putauerunt interesse, quia talis citatio non arctat ipſum ad comparendum, & ſi non comparet, non poteſt dici contumax, nec puniri, quia iſta dicitur citatio uoluntaria, ſecundum Bald. in cap. 1. col. 5. uerſic. & not. &c. de mil. uaſal. qui cõteſt. & Paul. de Caſtr. & Alc. in l. teſtamẽta omnia, C. de teſt. et habetur in deciſio. 2. & deciſ. 34. conſi. Neapolita.

Rob. Maran. V. I. D.

ADDITIONES.

a Contumacia. Quæ dicatur uera contumacia & quæ ficta, Bar. in l. & poſt. §. fi. in fin. ff. de iud. Soc. in tract. fallen. reg. 73. veſtri. in pract. Rom. Cur. lib. 7. c. pen. nume. 21. ubi addit, Grauat. num. 51. ſup. in 6. par. 5. par. 2. actu. num. 284.

b Pœnas. Duen. lib. 1. regul. utr. iur. regu. 152. et 153. limit. 5. uerſi. et circa hanc, Foller. in fragment. poſitis in pract. crimin. laico num. 170.

c Primum. Coraſ. in lib. 1. num. 1. ff. de offic. adeſſe.

d Inſtante. Et accuſante contumaciam, Grauat. in addit. ad pract. Octau. Veſtr. libr. 4. cap. 4. nume. 17. Alferi. conſil. 12. num. 35

e Refectis expenſis. Nicol. Anto. Grauat. ubi ſup. nume. 16. et nume. 20. intellige tamen de expenſis liquidis Iaſ. in auth. quæ res ſunt numer. 13. C. de ſacroſan. eccl. Et non ſolum debet reficere expenſas, ſed etiam non auditur, niſi ritus cauerit de iudicio ſiſti.

f Appellandi. Fran. cap. ſæpe q. 11. et 12. de appellat. nec etiam eius procurator appellat Cur. iun. in l. 1. §. ſi procurator. nume. 21. ff. ſi quis iudicens non obtemper. contumax

max uere fictus appellare poteſt, & de communi per Grauat. in audit. ad pract. Veſtr. lib. 1. cap. pen. nu. 54.

g Pro confeſſo. Duen. ubi ſupra. regul. 152. limit. 4. & 5.

h Excommunicari. Duen. ampliat. & limita. lib. 1. reg. utri. iur. reg. 153. contumax.

i Reſponſionem. Folle. in 2. par. 2. par. prac. crimin. laico. nu. 9. inf. in hac eadem. parte. 2. par. actu. 14. nu. 9.

K Pro conuicto. Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad pract. Octau. Veſtr. lib. 8. c. fi. in ult. add. nu. 42. uſq. ad finem latiſſime, & docte dei hac re uideas Couar. in c. alma mater. in 1. par. §. 7. nu. 10. & 11. de ſentent. excom.

L Pœna. Adde duas alias pœnas uidelicet, q contumax priuilegium fori allegare non poſſet. Afflic. ca. 133. Item quod aduerſum contumaciam iuramento partis de expēſis conceditur. Grauat. in dictis addit. lib. 3. c. 2. nu. 2. uſque in fin.

Ludouicus Alferius.

Sequitur tertium membrum iudicij. De libelli oblatione, tertio membro iudicij.

1 *Libellus iudici, & parti offerri debet.*
2 *Libellus ita clarus eſſe debet, ut poſſit reus deliberare, an uelit cedere uel contendere.*
3 *Copia libelli datur reo ſumptibus actoris in regno.*
4 *Libellus ut procedat, quid continere debet, & num 5.*
6 *Prælatus agens nomine eccleſiæ, an debeat exprimere eius nomen vel eccleſiæ.*
7 *Syndicus uniuerſitatis agens, quod nomen debet in libello ponere.*
8 *Actor pupilli qualiter concipiat libellum.*
9 *Libellus contra eccleſiam, qualiter formetur.*
10 *Libellus qualiter formetur contra infantē.*
11 *Libellus qualiter concipiatur cōtra furioſū.*
12 *Libellus criminalibus, ut ualeat quid continere debeat.*
13 *Dies commiſſi criminis ſi apponitur in libello & non probatur reus abſoluitur.*
14 *Accuſator ad inſtantiam rei tenetur declarare diem commiſſi criminis in libello.*
15 *Clauſula, peto mihi ius, & iuſtitiam miniſtrari, quid operetur in libello.*
16 *Clauſula, omni meliori modo, &c. quid in libello operetur.*
17 *Clauſula non ſe aſtringens, quid operatur.*
18 *Clauſula & proteſtatur de expēſis, quid importet in libello.*
19 *Libellus non poteſt præſentari die feriato ad honorem Dei.*
20 *Libelli porrectio, non eſt de proceſſu iudicij.*
21 *Libellus præſentari poteſt etiam die feriato ad honorem Dei, quando periculum eſt in mora uel res eſt tempore peritura.*
22 *Libellus debet eſſe clarus, & certus.*
23 *Libellus non debet eſſe generalis.*
24 *Libellus quantumcunque generalis, & obſcurus, admittitur in cauſis ſummarijs, niſi tanta ſit obſcuritas ex qua reus non poſſet deliberare.*
25 *Citationem debet libelli oblatio præcedere.*

1 Tertium † membrum iudicij eſt libelli oblatio. Nam is, qui vult recte ordiri telam iudicij, primo facit partē citari, ut veniat ad reſpondendum petitioni in iudicio, & parte citata comparente, offert libellum iudici, & parti, iuxta auth. offeratur, C. de lit. conteſt.

2 † & dēt libellus eſſe, ita clarus, ut reus poſſit ex eo deliberare, an uelit cedere, vel contendere. l. 1. in prin. ff. de eden. & d. auth. offeratur, & no. Bar. in l. ſi in rem, ff. de rei uē.

3 † Debet autem dari copia libelli reo, expēſis actoris, ut eſt gloſ. in clem. 2. in uer. oblatos, de appel. & eſt deciſum in regno per regiam pragm. quæ incipit, comparente &c.

4 † Et quoniam iſta materia libelli eſt ualde trita, & in quam pluribus locis, uentilata, maxime per Spec. in tit. de libell. concept. & per Cano. in titul. de lib. obl. & per Bar. & Doct. in l. edita, Cod. de eden. & Iaſ. in §. omnium inſtit. de act. & in uarijs locis, propterea nō multum me extendo ſolum pro introductione iuuenum, attingam ea, quæ ſunt neceſſaria in libello, unde eſt ſciendū quod libellus ad hoc ut procedat, debet cōtinere quinque conditiones, uidelicet, quis, quid coram quo, quo iure operatur, a quo.

5 † Primo debet continere, quis ideſt nomen actoris, uel accuſatoris, puta Titius agit, vel accuſat.

ADDITIO. Nomen actoris in libello exprimendum (ut uideas) inquit domin. Aucto. cuius rei cauſa extra rem minime eſt illud ſcire, an prælatus uolens agere in

cauſis eccleſiæ debeat concipere libellum nomine ſuo, vel nomine eccleſiæ, & videatur quod nomine eccleſiæ, ut in c. inter dilectos, de fid. inſtr. & in c. literæ, de dilatio. & eſt ratio, quia prælatus.

6 † Non habet ſuo nomine directam actionem vel vtilem, auth. ſed hodie. C. de epiſ. & cler. prout voluit Hoſt. in c. olim. el 1. de reſt. ſpo. in verbo nomine domus, mouetur, quia rectores, ſeu prælati ſunt procuratores, & non domini, ca. 1. de dolo, ſed hoc late proſequitur Mar. Soc. in c. 1. de lib. ob. nu. 107. vbi diſtinguit tres caſus de quibus per eum.

7 † Et quid de ſynd. cuius nomine dẽt libellum concipere? In quo dicendum eſt, ꝙ in ciuilib. debet nomine uniuerſitatis, uel collegii, uel eccleſiæ libellum concipere, ſecũdum Spe. in tit. de li. ob. §. iam nunc videndum ver. ſi vero prælatus, & habetur p Inn. Io. And & Io. de Imo. in c. fi. de procu. & ſi ageret, & conciperet libellum, & non diceret nomine uniuerſitatis, vel ſyndicario, nomine uidetur potius agere proprio nomine, ſi vero loquitur in criminalib. ſyndicus poteſt concipere libellum ſyndicario nomine, aut nomine uniuerſitatis, ſed proprio, ſecundum Dy. & poſt eum Cy. Bal. & Sal. in l. 2. C. qui accu. non poſ.

8 † Et quid de actore conſtituto a tutore, vel a pupillo cum auctoritate tutoris, cuius nomine debet libellum concipere, & certe dẽt ſimiliter libellũ porrigere nomine pupilli, de quo uide per D. Mar. Soci. in d. c. 1. de libel. obl. nu. 118. vbi etiam habes quid de tutore, & procuratore, & œconomis ac aliis P. F. V. I. D.

SECVNDO i, quid. i. rem petitam in libello, quam debet actor deſignare per duos confines, ſeu per duas demonſtrationes alias poſſet dici libellus obſcurus ſecũdum Bar. in d. l. ſi in rem. ff. de rei uend. & in leg. forma. ff. de cenſ. Tertio, coram quo, i. nomen iudicis, ordinarii, vel delegati, coram quo porrigitur libellus non tamen eſt neceſſe exprimere nomẽ proprium, licet poſſit libellator, ut ſi uult, ſed ſufficit ipſum mentionare per nomen ſui officii ita ut ſit certum de perſona. Quarto, quo iure petatur, id eſt dẽt continere cauſam concludentem, puta, peto centum quia mutuaui, &c. vel peto puniri, quia tale delictum commiſit, &c. Nam ſi concludens, cauſa nõ ponitur, non procedit libellus, vt ſi dico, peto centum quia Rex eſt in Francia, ut no. gl. in l. 1. §. circa, ff. de doli excep. & Bar. in d. l. edita, colu. 2. non tamen eſt neceſſe exprimi b nomen actionis in libello, ſed ſufficit quod taliter narretur factum, quod ex narratione facti poſſit elici, quæ actio intentetur, tex. eſt. & ibi Abb. & Fel. in ca. dilecti, de iud. debet tamen eſſe cautus aduocatus in perquirendo, quæ actio ſibi competit, ad hoc, vt ſecundum naturam illius actionis ſciat adaptare verba libelli, nõ tamen habet neceſſe illam exprimere, ut d. c. dilecti. Quinto debet continere a quo. i. nomen rei conuenti. Iſtis ergo quinque conditionib. concurrentibus, erit recte formatus libellus, vt declarat Spec. in tit. de libel. concep. §. 4.

ADDITIO. Debet etiam libellus continere nomen rei, a quo aliquid petendum erit, ut dicit dominus actor, & bene (pro tyronibus tamen illud non inutile erit ſcire, an ſi agere quis uoluerit contra eccleſiã debeat concipi libellus contra prælatum ipſius eccleſiæ, vel contra ipſam eccleſiã, & in hoc teneatis, quod concipi dẽt libellus contra prælatum, qui nomine talis eccleſiæ debet mihi centum) ſecundum Spe. in tit. de li. obl. §. iam nunc uer. contra ſyndicum.

9 † Et quid agendum erit contra pupillum, &c. tunc ſi eſt infans minor ſeptennio, & tunc debet contra ſolum tutorem, ſi hẽt, alioquin peti, quod detur tutor ipſi infanti, l. 1. §. 1. ver. ita tamẽ, ff. de adm. tut. & ibi gl. & no. gl. in auth. cauſa quæ fit cum monacho, C. de epiſc. & cle. talis. n. non poteſt in ius uocari, ut eſt bonus tex. in l. 5. in pri. ff. de in ius uoc. & no. in l. 2. ff. de cõdi. fur. & debet concipi ſic libellus, conqueror de P. tutor. B. pupilli infantis, & ita concludit Afﬂ. in dec. ſacri regii conſ. Neap. in decil. 261. inc. fuit, in conſ. aut eſt maior ſeptennio, & debet libellus concipi contra eum auctoritate ſui tutoris, vt puta, conqueror de B pupillo, & P. eius tut. c. Rain. extra de teſt. & ita tenet Spec. in tit. de l. obl. §. iam nunc uidendum ver. porro.

10 † Et idem dicẽdum eſt ſi agitur contra furioſũ, & mente captũ, nã iſti æquiparantur infantib. & præſumuntur abeſſe, cũ nihil intelligãt, l. 2. §. peti.

peti ff.de iur.eod.& non poſſent in ius uo-
ca.leg.quinque in princip. de in ius uoc. Pe
tr. Foll.V. I D.
12 † Et prædicta procedunt in ciuilibus, ſed
in libello criminali accuſatio requiruntur
aliæ ſolennitates, quæ traduntur in l. libel-
lorũ.ff.de accu.& per gl.in l.in cauſis, C.de
accu. uidelicet locus commiſſi criminis ani
mus, menſis, indictio,& regni Imperatoris
Quæ regnatio licet non requiratur de iure
ut dicit Bar. in d. le.libellorum.in 1. colu.ta
mẽ de communi conſuetudine ponitur in
locum conſulis quem hodie non habetur.
Dies aũt commiſſi criminis non debet ap-
13 ponit, ſecundum Bart. ibi.† imo caueat li-
bellator, ne apponat diem, quia ſi non pro-
baret delictum eſſe commiſsũ illo die, ſuc-
cumberet, quia ſi non probaret, ita per plu
ra tenet Iaſ.in l. 1, in prin col. fi. ff. de edent.
14 † Si autem ex aduerſo reus peteret ab accu
c ſatore ut declarare debeat c diem, poſſet de
hoc petere, ſi vult probare contra in coar-
ctando negatiuam, ut quod tota illa die
fuit alibi, & tunc tenetur accuſator ad inſtã
tiam rei declarare diem commiſſi crimi-
nis, ita plene declarat Iaſon. in le. ſi quis E-
pheſi. ff. de eo quod cer. lo. *Bartol.* in l. is, qui
reus colum. 5. in fin. ff. de pub. iud. Sed con-
trarium & melius tenet Imol.in d. le. is, qui
reus, col. 23. in fin. quem ibi ſequitur Alex.
in addit. ad Barto. de quo art. uide omnino
Fran. de Aret. in c. qualiter, & quando. §. de
bet. col. 7. de accu. Et prædictæ ſolennitates
requiruntur etiam, quando agitur ciuiliter
ex delicto, dummodo ſit talis actio quæ in
famet, alias ſecus, ſecundum Bart. in l. præ-
tor edixit in prin c. ff. de iniu. & *Bart.* in l. 1.
§. 1. ff. de ſuſp. tut. & in l. item exigitur. ff. de
15 dolo. † Solens in calce libelli apponi non-
nullæ clauſulæ per aduocatos, quarum, qua
tuor tantum ego puto eſſe ualde utiles &
in omni libello apponi debent pro utilita-
te libellantis. Et prima eſt illa. Super qui-
bus omnibus, & eorum ſingulis peto, mihi
d d ius, & iuſtitiam miniſtrari, quæ clauſula
ſaluat libellum ab omni ineptitudine ſe
cundum Abb. in cap. cum dilectus, col. 17
de ord. cog. & Alex. conſi. 12. col. pen. in 1.
uol. & Iaſ. in §. omnia. column. 20. & 21. de
act. & Pet. Phi. Corn. in conſ. 305. & 302. in
3. uol.
16 † Secunda clauſula utilis eſt illa, e Omni
e meliori modo &c. quæ operatur, ut in caſu
dubio libellus interpretetur eo modo, quo
fauorabilib. eſt actori libellandi, ſecũdum
Ale. in conſ. 7. colu. 3 uer. hoc etiam. &c. in
13. uol. & Ant. de But. in c. literæ, de d la. &
in cap. examinata, de iud de cuius clauſulæ
uirtute uide plura per Fel in ca. cum ſuper
17 col. pen. & fin. de offi. del. † Tertia clauſula
vtilis eſt illa. Non aſtringẽs &c. quæ operat
ut actor non teneatur probare qualitatem
deductã in libello, ſcd͠m Bar & Docto in l.
diuus. ff. de re iud. & Alex. in conſil. 6. colu.
2. & 3. ver. 3. rñdeo, &c. & uerſic. nec eſt ne-
ceſſe, &c. in 3. uolu. alios ſine illa clauſula,
ſuccumberet non probando qualitatem
dato, ꝙ probaret factum principale ſecun-
dum Bar. in conſ. 117. in c. acc. &c. & Abb.
in c. licet, col. 14. de prob & in ca. examina
ta colu. 4 de iud & Paul. de Caſtr. in conſil.
18 405. col. 1. in 2. uol. † Quarta clauſula uti-
lis eſt illa. Et proteſtatur de expenſis, & cæt.
per quam cenſetur interpellatur iudex, vt
condemnet uictum uictori ad expẽſas, ad
quas nõ tenetur iudex condemnare, ſi non
potantur, licet poſſet condemnare ſi uelle,
ſed qñ ſunt petitæ, tenetur oĩo iudex de-
clarare ſuper expenſis. & condemnare con
demnandũ, alias faceret litem ſuã. ita dicit
Bar. in l. properandum. §. fin aũt alterutra.
col. fi. C. de iud. & ibi ẽt Bal idẽ tenent cõi
ter [illegible] in l. 4 §. hoc autem iudicium. ff. de
dam. infect. An autem ſit neceſſe dari libel
lum in ſcriptis & quid ſeruatur hodie in re
gno, dixi plene ſupra in 4. parte huius tra.
19 in 6 diſt. & ad ibi dictã me remitto. † Vlti
mo ſuper hanc materia, quæro utrũ libel-
lus poſſit præſentari in die feriata. Dic, q͠d
in die feriata ad honorem hominum non
eſt dubium ꝙ põt pñtari iudici, per le. mili
tet §. 60. ff. de indul. ſed dubium eſt de die
feriata ad honorem *Dei* *Barto.* in l ex qua
cunque. §. fina. in reb. ff. ſi quis in ius uoca.
non ie. tenet ſimiliter, ꝙ poteſt præſentari
per gl. in c. placita. 15. q. 4. Verũ idem Bar.
in l nec quidquã. §. de plano. ff. de off. pcu.
tenet contrariũ, & hanc contrariã partẽ, ſ.
quod non poſſit præſentari, tenet Abba. in
c. ſignificauerunt, & ibi ẽt Fel. colum. 4. de
iud. & Ale. in l. 1. ff. de fer. ubi tenet pro fir-
mo, ꝙ diſpoſitio d. §. 60. non habet locum
in feriis ad honorem Dei. Idem tenet Bar.
in extraua. ad reprimendum in uer. de pla

no, & hæc vr magis cõis opin. ſed Lanfr. in cle. ſæpe, ver. de plano, de verb. ſig. tenet pri
20 mam partem, † pro qua facit, quod libelli porrectio non eſt de proceſſu iud. ſecundũ Bal. in d. l. ex quacunque, col. fin. & Bald. in ruo. C. de in ius uoc. & Bal. & Ale. in l. 1. ff. de ius uoc. & Fel. in cap. 1. col. 1. de lib. obl. Sicut ergo alii actus extraiudiciales poſſũt expediri die feriata ad honorem Dei, ut habetur in l. 1. ſi. C. de fer. ita & iſta præſentatio libelli.

ADDITIO. Adde plene dicta per Mar. Soc. in c. 1. de libe. obla. num. 148. Per. Foll. V. I. D.

Sed in iudicando nõ eſſet recedendum a cõi opi. contraria, quæ recte videtur comprobari per d. l. ſi. aquæ prohibet omnes actus, qui coram iudice expediuntur.

21 † Quam opi. communem, limita non procedere, quando periculum eſſet in mora, vel res eſſet tempore peritura, quia tũc põt præſentari, etiam in die feriato ad honorẽ Dei, ſecundum Abb. in c. fin. col. 6. & ibi ẽt Fel. in 4. col. de iud. & Fed. de Sen. in conſ. 139. Secundo limita non procedere in libello appellatorio, quia indiſtincte præſentari poteſt in die feriato ad honorem Dei, ſecundum Fel. in d. c. ſi. col. 5. & Bal. in l. 1. per illum tex. C. de fer. & gl. in c. pel. uerſi. lecta, de app. lib. 6.

22 f ADDITIO. † Illud tamen aduertendũ eſt quod libellus debet eſſe f clarus, & certus, vt probatur in l. amplorem. §. in refutatoriis. C. de appell. & in auth. de teſt. perſe. § nos igitur colu. 8. & l. certum. ff. de conſeſ. & ca. cum clamor extra de teſt. & c. literæ extra de dila. unde nihil ambiguitatis, & obſcuritatis continere debet, c. conſtitutus extra de reli. do. & ibi per Inn. no. quod quidem. Primo limitandum erit, niſi obſcuritas contingeret ratione duplicis vel plurimum interpretationum ſenſum, vel intellectuum, & in quolibet ſenſu & intellectu concluderetur intentio agentis, argu. eorũ quæ no. do. Anto. in c. ut ſuper de reb. eccl. non alie. Secundo limitantur ut prędicta procedant, ut ſi opponatur, ſecus ſi non opponitur, quia pcedit libellus, & ſatis eſt ꝙ in proceſſu poſtea ſit declaratio, l. in fi. iuncta gl. C. de anu. excep. põt tñ iudex retinere libellum, obſcurum, uel facere, ꝙ declaratur ex parte non opponente, ſecũdum Iaſ. in l. age. in fin col. C. de tranſ. Tertio limitatur, ſi obſcuritas, ſeu dubietas reſpiceret principalẽ intentionem libellãti, ſecus ſi ultra intentionem libellãtis adeo quod principalis intentio ſit clara, quia ſi aliqd in libello adiicitur, ꝙ ſit obſcurum non vitiat libellũ, nec ſi petatur, arctatur libellans ad declarandum, ſecundum Hoſt. Io. And. & D. Ant. in c. literæ ext. de dilat. & probatur in c. ex tenore. ext de for. compe. Quarto limitatur ut procedat id quod ſupra dixi ſi modo incertitudo redderet rem dubiã, ſecus ſi habetur pro certa, puta quia dicatur, ꝙ res fuit empta uel uendita ultra vel citra dimidiam iuſti pretii: c. pen. de emp. & ven. ibi Doc.
23 g † Item libellus non debet eſſe g generalis, & ratio eſt quia omnis generalitas parit obſcuritatem, ca. pen. extra de confir. vtil. uel inut. ita fidei, ff. de iure ſi l. in tradẽdis, ff. communia prædio. fallit hęc regula, niſi agentis intentio concluderet in qualibet ſpecie generis facit text. & ꝙ ibi no. Io And. in ca. præterea. el 2. de accu. Itẽ limitatur, ut limitatus præcedens concluſio. P. F. V. I. D.

24 † Vnũ tamen ſcis, ꝙ hodie in regno cauſę ſunt ſummariæ, ut pluries dixi. Vnde admitteretur libellus quamcunq. generalis, & obſcurus, ut no. Bar. in extrau. ad reprimẽdum. in uer. & figura, circa medium. Verũ hoc intelligitur, niſi ſi tanta obſcuritas, ex qua reus non poſſet deliberare, quia tunc parte opponente non procedit libellus, q2 tolleretur defenſio reo, ita pulchre tenet Ale. in conſi. 32. col. 3. in 4. uolum.
25 † Item non obſtante, quod præpoſui citationem in ordine, tamen in practica ordo eſt, ut primo præſentetur libellus iudici, & poſtea ſuper eo expediatur citatio quia debet iudex primo uidere libellum, ut poſita deliberare, an ſi iuſta, ut ſuper eo procedatur, ita declarat Fel. in c. 1. col. 1. de libe. obl. Rob. M. V. I. D.

ADDITIONES.

a Copia. Amad. in tract ſind. nu. 218. Duen. lib. 1. rege utr. iur. reg. 2. lim. 3.

b Nomen actionis Et eſt cõis, de qua latè Ripa in l. edita, num. 6. C. de eden. Alfe. conſi. 12. nu. 12. & conſi. 13. nu. 5. & 15.

c Duen. Plot. in repe. l. ſi quando, nu. 834. C. vnde ui. ſup. in 16. di. 4. par. prin nu. 65.

d Iul. & iniuſtitiam. Non tamẽ operatur; ut inde

Iudex poſſit ultra petita iudicat Frāc.Mar. quæſt.del fin.13 nu.14. Et de iſtis clauſulis uideas Machellum in ſuis patrocinijs.cap. 26.num.1.uſque in fin. capi.& ſeu patrocinio 33.nu 3.& ſeq.

e Omni meliori modo. De hac clauſula Afflict.deciſ 144.nu. 2. Veſtri.in pract.Rom. Cur lib.8.capit.1.num. 3.ubi Grauat.in addit.ſub litera O.nu.41.

f Clarus. Et ita clarus,& certus, ut reus poſſit deliberare, an uelit cedere, uel contendere. Bellon.conſil.23.nu.17.

g Generalis. Rip.in rub.ff ſolut.matrim.numero 47. Ludouicus Aiferius.

De reconuentione, quarto membro iudicii.

1 *Reconuentio quando,& quomodo fiat,& aliæ de reconuentione remiſſiue.*

1 QVartum membrum iudicii eſt † reconuentio, nam porrecto libello & oblato parti, ſolet reus reconuenire actorē ante lit.conteſt. ſi aliquid eſt recipere periturus ab eo, & hic eſſet tractanda materia reconuentionis uidelicet, in quibus cauſis habet locum,& quæ ſit eius natura, & coram quibus iudicibus proponi poteſt. Verum, quia iſtam materiam ſatis copioſe tractaui ſupra in 4.parte huius tract.in 6.diſt. princ.ideo ad ibi dicta me remitto, quæ habeantur hic pro repetitis. Sequitur quintū membrum iudicii.

De laudatione, quinto membro iudicii.

1 *Actor laudatus, quis dicatur,& ad quem effectum ſibillis denunciatur.*
2 *Auctor an laudare poſſit coram arbitro.*
3 *Reconuētio non habet locum coram arbitro.*
4 *Euictio per hypothecariam operatur, ut emptor agas ad intereſſe, etiam ſine denunciatione.*
5 *Auctor quando,& quo tempore litis laudari debet.*
6 *Fideiuſſoribus pro euictione, an debeat lis denunciari.*
7 *Pupillo an poſſit lis denunciari.*
8 *Durante termino dato reo ad denunciādum auctori an debeat ſuperſederi in cauſa.*
9 *Auctore auctoris ſui an poſſit quis laudare,& an teneatur ſibi de euictione ſine ceſſioe.*
10 *Auctor laudatus, non poteſt ex ſua perſona declinare forum.*
11 *Fiſcus Auctor laudatus, an poſſit declinare forum.*
12 *Auctori laudato, qualiter fiat denunciatio.*
13 *Auctor laudatus an teneatur ſubminiſtrare expenſa pidente iudicio ante rem euictā*
14 *Denunciatio litis cui debeat fieri ſi uenditor ſit mortuus nullo hærede ſuperſtite.*
15 *Pactum quod abſque litis denunciatione tētatur uenditor de euictione an ualeat.*
16 *Venditor an teneatur de euictione, nulla facta denunciatione ſi potorium erat, quod debeat ſequi euictionem*
17 *Emptor ſi non defendit cauſam facta denunciatione, an agat de euictione.*
18 *Emptor an poſſit denunciare litem auctori, auctor ſuis.*

1 QVintum membrum iudicii ſucceſſiuum eſt laudatio. † Dicitur autem auctoris, a quo quis habet cauſam, l.Pompo.§.cum quis.ff.de acq.poſ.& l.an uitium ff.de diu.& temp.præſcr. & l.auctore.Cod. de euict. Nam ſi aliquis conuenitur aliqua actione reali, ad aliquam rem, debet conuētus laudare ſuum auctorem,& ſibi litem denunciare ad effectum, ut poſſit cōtra eum habere recurſum de euictione l emptor, C. de euictio.de qua materia uide plene And. de Iſer.in capitul. 1. ſi uaſal. de feu.ab aliquo iur.fu.& Alexa.in l.non ſolum,§.morte, colum.antepe.& penul.de op.no.nun.ff. & in l 2 uoluntate, colu. 3.in fin. & ſequ.ff. ſolut. matri.in quibus locis cumulat multos caſus, in quibus abſque denunc.habetur recurſus de euictione contra auctorem.

2 ADDITIO.† Adde hic nunquid auctor poſſit laudari coram arbitro, ita, quod arbiter poſſit cognoſcere contra auctorem laudatum, & uidebatur dicendum quod ſic, ex pluribus, & primo arbitraria ſunt redacta ad iuſtar iudiciorum, l.1.ff de arbi.& plene habetur per Bart. Soc. in conſil.195. in 2.parte, unde ſicut in iudicio ordinario habet locū laudatio in auctorem pari modo coram arbitro. Secundo, quia ratio

quare fuit introducta laudatio in auctorẽ
fuit ad effectum, ut poſſit haberi recurſus
de euictione contra uenditorem, & ne dã-
no conuentus efficiatur, & ne uenditor lu
cretur cum aliena iactura. l. emptor, Co. de
euict. hæc autem ratio militat in caſu iſto.
Item quia arbiter debet ſequi ordinem in
dictorum, d. l. 1. & ibi Bart. ff. de arb. tertio
quia licet non ſit factum compromiſſum
inter conuentũ, & eum qui laudatur in au
ctorem & ſic uideatur, ꝙ arbiter non poſſit
cognoſcere contra eum, & per conſequens
ꝙ non habeat locum auctoris laudatio, ni
hilominus põt incidenter cognoſcere con
tra eum, licet non principaliter, ut eſt tex.
in l. cum proponas, C. de reb. cred. ſecundũ
tertiã lect. ut ibi per gl. Sal. & Doc. contra-
riã opinionẽ credo ueriorem, & ex plurib.
& primo quia arbiter nullã habet iuriſdi-
ctionẽ, ſed notionem ſeu cognitionem tm̃
l. notionẽ, ff. de ver. ſig. ubi gl. & in l. ait præ
tor in prin. ff. de re iud. unde nihil põt niſi
ſecundum arbitrium & per partes datũ, ut
l. nõ diſtinguemus, §. de officio. ff. de arbi.
& in c. cum dilectus extra eo. titu. hinc eſt
ꝙ arbiter ſuam ſnĩam exequi non põt, ſed
illam exequuntur iudices ordinarii, ut le. a
diuo Pio, ff. de re iud. præterea arbiter non
poteſt aliam pœnã in ſnĩa apponere, quam
ſit conuentã in cõpromiſſo, & ſi apponere-
tur, fruſtra eſſet appoſita ſecũdũ Bal. in l. ꝙ
tamen § ſi. ff. de arb. Item licet aliqui iudi
ces poſſint compellere litigatores edere no-
mina teſtium producẽdorũ, tñ ſecus eſt in
arbitro, qui non poteſt cogere litigatorem
exprimere, uel exprimi facere aduerſario
nomina teſtium, quos producere uoluerit,
caſus eſt in l. nam ex omnibus. ff de arbi.
Item nec poteſt citare teſtes producendos,
ſed illi debent citari per iudicem habẽtem
iuriſdictionem, qui habet teſtes cogere iu
rare & deponere, ſecundum Bald. in c. 1. de
inue. inter do. & uaſ. in u ſi. feu. & eſt. ratio,
quia ab eis non fuit data poteſtas ipſi arbi
tro in eos, unde ſic ergo dicendum eſt in
iſto caſu, ut non poſſit citare auctorẽ lau-
datũ, & contra eum procedere, cum ab eo
non ſit ipſi arbitro data ptãs in eũ, nec etiã
uirtute prorogationis poſſet in eum procẽ-
dere quia prorogatio iuriſdõnis fieri põt
quãdo iudex haberet iuriſdictionem, & tri
bunal, uel iuriſdictionẽ tãtũ, l. 1. & ibi Bar.
2. col. in princ. verſic. venio, ad ſequentem
glo. ff. de iud. alias non. quia conſenſus pri
uatorum, C. de iuriſdi. om. iud. & ſic poſi-
to quod auctor laudatus compareret, & aſ
ſumere iudicium in ſe, adhuc arbiter ni-
3 hil contra eum cognoſcere poſſet. † Item
pro prædictis etiã, & illud facit, quod tradi
tur in capit. conſtitutus extra de arbit. ubi
habetur reconuẽtioni locum nõ eſſe corã
arbitro, illa ſiquidem rõne (ꝙ arbiter non
niſi de iis iudicandi habet ptãtem, de qui-
bus in eum extiterit compromiſſum) & in
iure ualidum eſt argumentum de rebus ad
perſonas, ſcdm Bal. in l. ꝑſcrib. 15. colu. C. de
imp. & aliis ſub. & in l. cõuenticulam uerſi.
item eſt aug. C. de epiſc. & cle. ergo ſi ratio-
ne rei non comprehenſæ in compromiſſo
arbiter nunc põt iudicare. Idem dicẽdum
eſt ratione perſonæ, quæ nullã ptãtem ipſi
arbitro dedit, ut eſt auctor laudatus, & ſic
ſi ponatur caſus, quod auctor laudatus ue-
niret condemnandus, abſurdum eſſet dice-
re, ꝙ ſententia condemnatoria poſſet con
tra ipſum ſuper arbitrium, cum in eũ nul-
lam habeat poteſtatem, nec ex ui iuriſdi-
ctionis, cum nullã habebat, nec ex ui po-
teſtatis attributæ in compromiſſo, cũ per
eũ nulla fuerit data ptãs, nec ex ui proro-
gationis, cũ prorogatio iuriſdictionis fieri
poteſt in eum, qui habet iuriſdictionẽ, ſed
arbiter nullam habet, ergo arguendo à ſuf
ficienti partium enumeratione, quod in iu
re ualidum eſt. l. patre furioſo. ff. de iis, qui
ſunt ſui uel alieni iur. ſequitur, ꝙ nullo mo
do coram arbitro habeat locum laudatio
in auctorem, ut poſſit contra eum procedi
& ita alias obtinui Salerni in facto per de-
cretum magnifici Matthæi Granitæ, & ita
uidetur tenere Bald. in le. libera. C. de ſer. 3.
col. uerſi. & ſcias. Pet. Foll. V. I. D.
4 † Quibus adde alium caſum, ſ. ubi res eſſet
euicta per hypothecariã nam põt emptor
agere ad intereſſe contra uenditorem ex il
lo capite quia res non fuit ſibi tradita libe
ra, & agit tunc etiam ſine denunciatione
ita tenet Iac. But. in l. ſi tibi, C. de euict. &
Ale. in conſi. 67. in 3. uol. & Angel. in l. 1. §.
ſi hæres. ff. ad Treb. & habetur per Doc. in
l. ex prædiis. C. de euict.
ADDITIO. in hoc paſſu neſcio in quo
fundetur in hoc dictum, nam ſi inſpicia-
tur Angel. in d. §. ſi hæres, non dicit id. ad

quod allegatur per D. Ale. in allegato cõſ.
ſuo, ſolum dicit Ange. quod ſi vẽditor tra
dit rem obligatã emptori non agit emptor
de euictione, ſed ad quantum res minus va
let quia obligata tradita eſt, & ſic nullum
uerbum dicit; quod ſi ponatur rẽ euictã, &
non fuerit denunciata lis per emptorẽ. ꝙ poſ
ſit agi, nihilominus de euictione, & ita di
ctum Ang. intelligit ipſemet Alex. in d. §.
ſi hæres; nec gl. in l. qui rem, C. de euictio.
quam allegat Ale. in d. conſ. tenet id, quod
dicit ipſe, ſed tantummodo dicit ibi gloſ.
quod licet quandiu res euicta non ſit, non
poſſit agere de euictione ex quo alteri ſit
hypothecata, poteſt tamen agere ut libera
tradatur, & ſic in iudicio euictionis; lõga.
n. differentia eſt dicere, quod poteſt agi an
te quã res euincatur, ut libra tradetur res ex
quo reperitur obligata abſque denunciatio
ne, nam tunc aliud eſt denunciare, quã agiẽ.
de dicere quod ſi res eſt euicta poteſt agi de
euictione, etiam ſi non fuerit facta denun-
ciatio, quod eſt contra mentem & uerba
tex. in l. emptor. C. de euict. rõ. n. quare re-
quiritur de neceſſitate denunciatio, eſt, quia
venditor eſt informatus de iuribus ſuis, &
melius ſcit ipſe defendere dictam rẽ uendi
tam quam emptor, vnde ut ueniat ad defen
dendũ uel instruendam ipſum emptorem
de iuribus ſuis, non uideo cur dici poſſit in
caſu iſto non requiri denunciationem, qua
re ſcias practicare & inſpicere doctrinas in
fonte, nam ſi verũ eſſet id. quod dicit ſim-
pliciter do. Auct. hic nunquam daretur ca-
ſus in quo non habere locum euictio, quia
ſemper poſſet emptor dicere quod uendi-
tor non tradidit rẽ liberã, ſed obligatã, &
proinde teneretur de euictione; & tex. in d.
l. emptor ſeruiret nobis de vento, bene tñ
verum eſt quod dicit Bal. in l. cũ tibi. C. de
euict. quod ſi quis uendidit rem tanquam
liberam, & demum reperitur hypothecata
& non expectata ſnĩa, poteſt emptor illam
rem liberare ab illa hypotheca, & incontin-
enti committitur ſtipu. contra venditorẽ
ad ĩtereſſe, & ita credo quod procedat doc.
auctoris & uide gl. in l. qui Ro. C. de euict.
Pet. Fol. V. I. D.
5 †Quando autem debeat aliquis laudari in
auctorẽ, utrum ante litem conteſt. uel etiã
poſt. Dic quod in quacunque parte iudicii
laudari poteſt, & ſibi lis denunciari, dum-
modo fiat ante publicationem proceſſus
Tex. eſt & ibi gl. & Bal. in l. ſi rẽ qua §. ſi. ff.
de euict. intelligere tamen quando conuen
tus habeat cauſam onerosam, ſecus ſi lucra
tiuam, quia tunc denunciaret ante litem
conteſt. ſecundum. Bar. in l. qui concubinã
§. ſi hæres, ff. de leg. 3.
ADDITIO Adde Bald. in l. libera C.
de ſent. ubi dicit, quod debet fieri denun-
ciatio eo tpe, in quo auctor comparendo
habere legitimum ſpaciũ ad probandũ de
iure ſuo. licet non fiat ante lit. conteſta. &
ibi etiã dicit, ꝙ põt etiam fieri in cã appella-
tionis, & ſic dõt fieri antequam labatur ter
minus datus ad probandum qa tertius au-
ditur in terminis in quib. cauſa reperitur.
6 †Quibus aũt fieri debeat hæc denũciatio,
nam ecce ꝙ uenditor dedit fideiuſſores de
euictione, an eis debeat lis denunciari, ut
poſſit haberi recurſus cõtra eos? Bal. arguit
pro & contra in d. l. libera, & finaliter con-
cludit quod tantummodo oportet denun-
ciari ei, a quo conuentus habet titulum, &
cauſam, & non fideiuſ. Adde. tex. & Doc. in
7 l. auctore C. de euict. †Et an poſſit lis denũ
ciari pupillo, & dicas quod ſic, ut idẽ Bald.
concludit in d. l. libera, & dicit rationẽ red
di in gl. in l. cum filius, §. in hac. ff. de uerb.
obl. quod reputat ipſe mirabile, & intellige
procedere etiam ſi non habet tutorem, nec
eſt neceſſe, quod ei faciat dare curatorem
ad litem, ut per Pau. de Caſt. in conſ. 240. ef
fectus primi dubii in uol. 1. & uide Bal. cõ
ſil 80. 3. parte uide plene dicta per Tiraq.
in tract. de utroque terra. gl. 13. fol. 180. nu
me. 19. Petr. Foll. V. I. D.
8 †An aũt debeat ſuperſederi in eam du-
rante termino dato reo ad denunciandum
auctori? Dic quod hodie in regno eſt pro-
uiſum per regiam prag quæ incipit. dubita
tionem, &c. per quam diſtinguitur, quod ſi
quidem auctor laudatus eſt præſens in lo-
co iudicii nõ retardatur cauſa, ſed procedi
tur, ſi uero eſt abſens, ſuperſedetur durante
termino ad denunciandum, & per eandem
prag. fuit prouiſum ꝙ lata ſnĩa contra poſ
ſeſſorẽ mãdatur executioni contra auctorẽ
9 laudatum ex eodem proceſſu, †Quid autẽ
ſi conuentus uult laudare auctorẽ auctoris
ſui, an debeat audiri, & an poſſit agere con
tra ipſum de euictione? D. c. ꝙ non, niſi a-
ctio cedatur ſibi per auctorem ſuũ contra

illum tex. eſt in l. ſi res. ff. de tutel. per quem ita tenet Bal. in l. 1. col. 1. C. commu. del. & dictã ceſſionem cogitur auctor facere, quia ſibi non nocet. leg. in creditore, ff. de euic.

20 † Quid autẽ, ſi auctor laudatus, ſit perſona priuilegiata in illo foro, an poſſit declinare forum, puta ſi uenditor eſt clericus, & emptor conuentus ſit laicus? Dic q͂ non ſed tenetur defendere emptorem in foro ipſius emptoris, tex. eſt in l. uẽditor. ff. de iud. & l. 1. C. ubi in rem act. & hoc eſt propter connexitatem iudicii. Hinc dicimus in ſimili, q͂ licet delegatus nõ poſſit extendere ſuam iuriſdict. ad perſonas non comprehenſas in reſcr. cap. P. & G. de off. del. tamen poteſt citare auctorem laudatum, licet non comprehenſum in reſcripto, & hoc ꝓpter connexitatẽ cauſæ, ita hr̃ in deciſio. 127. cõſi. Neap. Item ſi auctor laudatus eſt minor uel mulier, poteſt petere reſtitutionem in integrũ etiam poſt concluſum in cauſa, ut habetur in deciſ. 15. conſi. Neap.

ADDITIO. Quod contraria opinio eſt uerior, & in prædicta ſeruatur. & etiam clericus auctor laudatus ex perſona ſua poteſt declinare forum, ut habetur per *Boer.* in deciſ. 69. num. 17. ſuper q. in fi. & contrarium etiam fuiſſe deciſum in quamplurimis cauſis in ſacro regio conſil. Neap. Th. Gram. in deciſ. 21. in cauſa mota in ſacro regio conſil. & ita etiam dicit ſeruari in ſacro regio conſil. Capic. in deciſio. 197. in cauſa Sbiſerti, licet dicat communem opinionem *Doctorum* fore in contrarium.

21 † Et quid ſi laudatur in actorem fiſcus, an poſſit declinare forũ, & ſit aggerdum coram procuratore Cæſ. uide Capi. in allegata deciſio. Pet. Poller V. I. D.

22 † Qualiter autem debeat fieri denunciatio auctori laudato? Dic, quod iſta non eſt denunciatio ſimplex, ſed appellatur citatoria, ſcilicet ut ueniat aliquid faciendum, quo caſu non ſufficit, quod ſimpliciter denuncientur uenditori hæc uerba, ſcias quod mihi eſt mota lis ſuper tali re, &c. Sed debet eum certiorare oſtendendo ſibi copiam libelli, uel inſtrumenti, & requirere, quod ueniat ad defendendum, & litem ſuſcipiendum, &c. alias denunciatio non arctaret, ita pulchre declarat. *Bart.* in l. non ſolum, § morte colu. 8. in fi. uerſi. circa primum, &c. ff. de ope. no. nun. & Bar. in l. qui abſentem, ff. de proc. & in l. denunciaſſe, ff. de adul.

ADDITIO. Adde quod Bald. in l. empti. C. de euict. tenet quod ſufficit ſimpliciter denunciari litem eſſe motam, & ita cũ tenui Ro. in d. § morte contra Bar. ſed cum Bart. uidetur tenere idem Bald. ſibi contrarius in l. libera. C. de ſent. & idem Bal. in l. cum quæſtio. C. de euictio. tenet, q͂ debet denunciari lis, & quod ueniat ad ſuſcipiendum iudicium & ita ſeruatur, licet Bald. in d. l. empti. dixerit non ſeruari opin. Barto. li. id non debeat eſſe ſub tempore, Petrus Poll. V. I. D.

23 † An autem auctor laudatus teneatur ſubminiſtrare expenſas litis, pendente iudicio ante rem euictam, & an poſſit ad illas conueniri per emptorem? Dic, quod ſi ſunt promiſſæ in inſtrumento uenditionis, prout communiter ſolent notarii opponere non eſt dubium, ſed ſi non ſunt promiſſæ, tunc eſt ſciendum, quod uenditor ex iuris diſpõne tenetur ad duo copulatiue ex natura cõtractus, uidelicet, de euictione & ad intereſſe, l. non dubitatur. C. de euict. & l. uenditor hominis. ff. eod. titu. Item tenetur litem defendere, ut eſt text. in l. ſi plus, § mota. ff. de euictio. in qua defenſione includitur, q͂ expenſas ſubminiſtret, unde licet ex cap. 1. euict. non poſſit agi ad expenſas, niſi ſolum re euicta, quando ſuccubuit emptor. l. uenditores. ff. de uerbo. obliga. tñ poteſt agi ex 2. ca. ſ. quia rem defendere tenetur, & ſic emptor etiam lite pendente, & re nondum euicta, poteſt compelli facere uenditorem, ut reficiat & ſubminiſtret expenſas litis. Ita declarat Bart. in d. l. qui abſentem. ff. de proc. Rob. Mar. I. V. D.

ADDITIO. Adde, quod Bal. in l. 1. Co. de euict. dicit, quod aut ſpecialiter conuentum eſt pacto de ſumptibus petendis, & ſtatur pacto, aut nihil conuentum eſt in pacto, & tunc aut emptor obtinuit, & non recuperat ſumptus a uenditore, ſed ab aduerſario, qui uictus erit, quia uictus uictori tenetur ad expenſas, l. properandum, C. de iud. niſi uictus habuerit iuſtam cãm litigãdi, & fuerit abſolutus, quia tunc recuperabit ab emptore, ut l. uenditoris, ff. de uer. obl. aut ſuccumbuit, & tunc aut iuſte in lite ſuccubuit, & litem defendit inquantũ potuit credens de iuſte defendere, & tunc recuperat ſu-

ſumptus a venditore, l. in vendendo, ff. de contrah. empt. aut ſu a culpa ſuccubuit puta ꝓp ſuam abſentiã, vel per iniuriã ſibi factã a iudice, & tunc nihil recuperat l. ſi per imprudentiã, ff. de euict. Itẽ ſi ſcienter malã litẽ defendit, dicit non recuperare ſumptus, & ſi vendita eſt hæreditas, & res particularis hæreditatis euincitur, nõ dẽtur ſumptus, vt ibi per Bal. & Sal. Item eſt notandum, ꝙ ſi res euincitur rõne poſſeſſionis, & nõ proprietatis, & ſi ſumptus in iuſo promittantur non debentur, niſi expreſſe promittatur ſumptus, ſiue res euincatur rõne proprietatis, ſiue rõne poſſeſſionis, ſecundum Bar. in l. rõ. ff. de act. em. & Sal. i d. l. 1. C. de euic. & redeundo ad principalẽ qõnem dñi auctoris, an venditor teneatur emptori lite pendente ſubminiſtrare expenſas, glo. in l. cũ reſtõ. C. de reſt. ma. tenet, ꝙ non, quã ad hoc ibi not. Bal. in d. l. 1. C. de euic. tenet, ꝙ tenetur Bal. aũt in l. abſentem, ff. de proc. dicit, ꝙ ſumptus debẽtur, niſi venditor ſuſcepiſſet iudicium in ſe, quia tunc nõ tenetur ſubminiſtrare ſumptus emptoris ſatis n. facit iudicium in ſe ſuſcipiendo. Itẽ eſt notãdũ ꝙ emptor recuperabit ſumptus factos in exhibendis teſtibus, & recolligendis inſtrumentis, & ſic ſumptus neceſſarios ad inſtructionem cauſæ, nõ aũt ſumptus factos in ſcriptus exceptionum, nec ẽt recuperabit expenſas quas culpa ſua obmiſit recuperare ab euicente, quia non periit in eŭ pœ̃ ſis condemnari, ſecundum Pau. & Ale. in l. venditores, ff. de verb. ob. per tex. ſing. in l. 14 id quod. § 1. ff. de act. emp. † Et quia materia eſt quotidiana, & practicabilis, idcirco aliqua vltra do. auctorem addere decreui. Et primo quæro pone cauſam, ꝙ venditori nullus hæres ſucceſſit, taliter quod eius hæreditas eſt iacens, & eſt mota lis emptori cui ergo denunciabit hanc litem motã ad effectum, ut poſſit habere regreſſum de euictione? hanc qõnem plene examinauit Gã. in ſuo pulchro conſi. 240. effectus primi dubii in 1. li. vbi tandem dicit ꝙ ſufficit ſi litem denunciet ipſi hæreditati iacenti ſaltẽ pro recuperatione precii nec tenetur quod prouideri faciat de curatore ipſi hæreditati iacẽti, per l. ſi dictum, §. fin. ff. de euict. non aũt ſufficit dicta denunciatio litis, quo ad hoc, ut hæreditas ipſa iacens incurrat in pœnam ob rem non defenſam, & euictam, qđ 15 eſt ſumme notandum. † Secũdo quæro pone, quod fuit venditares cum pacto, quod ſi fuerit mota lis non teneatur emptor denunciare litẽ motã, ſed quod abſque denunciatione teneretur eum defendere an ſi fuerit euicta, & non eſt facta denunciatio, poſſit haberi recurſus contra venditorẽ tex. in l. hær. ff. de euict. in indiuiduo decidit caſũ, quod non requiritur denunciatio ſi pacto fuerit remiſſa ſed dec. in conſi. 74. in 1. lib. dicit, quod dicta promiſſio operatur, ut eſſicacius teneatur rem defendere non tñ operatur, quod nulla denunciatio requiratur, nullam tamen mentione facit de d. tex. in l. hær. Ang. in conſi. 177. in facto proponuntur, dicit quod per dictum pactũ cenſetur remiſſa neceſſitas denunciandi litẽ motam ordine iudiciario, vt ſecus de lite mota via facti, quia non cenſ. tur remiſſa illa neceſſitas denunciandi. & Bal. in l. 1. C. de peri. & com. rei vend. ſimpliciter tenet, quod valet dictũ pactũ, & ꝙ eſt ſeruandũ, de quo p An. Rub. in l. non ſolũ. §. morte. ff. de no. oper. nun. & Car. in cl. ſolicitudinẽ extra de app. & Ale. & Soc. in l. 2. §. voluntate. ff. ſo. ma. & in d. §. morte, & in d. l. 1. C. de pe. & co. rei 16 vend. † Tertio, quæro ſi an notorium eſt debere de iure ſcoui euictionem (vt quia cõſtat de iure agentis notorie) an venditor teneatur de edictione nulla facta denunciatione: & gl. in l. emptorem. C. de euic. dicit, quod non ſed requiritur denunciatio & d. glo. expreſſe ibi approbat Bart. & ſequitur Ang. Ale. in §. fi. inſt. de emp. & vend. & voluit Alb. in l. at qui natura. §. cum me abſen. in fi. de neg. geſt. & hanc dicit communem opi. Dec. in conſi. 64. in li. & licet dicatur, quod emptor põt agnoſcere bonã fidẽ intelligitur tamen ita, ſi facta eſt denuncia 17 tio litis non alias. † Quarto quæro ponamus, quod emptor denuntiauit litẽ motam, & facta dicta denunciatione non curat cõparere vlterius ad defenſionem rei, taliter quod ſecuta eſt ſnĩa condẽnatoria in cõtumaciã ipſius emptoris an habebit regreſſũ de euictione? Bal. in l. 1. C. de peri. & ca. rei uen. 3. col. ver vlt. opponitur dicit, quod nõ habebit regreſſum de euictione, quẽ ſequit cõſulendo, Dec. in cõſ. pal. 73. ſed Saly. in d. l. 1. in fi. intelligit, hoc dictũ Bal. procedere, quando emptor eſt contumax nedũ ad audiendum ſententiã, ſed qñ ſimpliciter nõ

comparuit ad defenſionem cauſæ, nam ſi uſque ad ſniam comparuiſſet pro defenſione illius rei, licet non compareat tempore promulgationis ſniæ nihilominus aget de euictione. Itē dato, ꝙ emptor fuiſſet cōtumax ad totam cām, nihilominus ſi contrarium apparet exactis uidelicet quod omnino etiam ſi comparuiſſet debebat ſequi cōdemnatio. pōt agere de euictione, ſecundū

18 Dec. in d. cōſ. in prin. † Quinto, quæro an emptor poſſit denūciare litem motā auctori auctoris ſui, ꝙ dicat, ꝙ non niſi, ſit cōſtitutus procurator in rem ſuam, & ſibi fuerint ceſſę actiones, ut eſt tex. in l. ſi res quia Titio. ff. de euic. & *Bal.* in l. cū ſucceſſores. C. de euic. de quo per Bar. in d. l. res & in l. ſi pro parte. §. pro euic. eo. tit. & Ale. & in l. ſi rem. eo. tit. & *Bal* in l. 1. in fi. C. de iu. do. & in l. 1. de re. perm. & Io. de Ana. in conſi. 31. & ibi Lud. *Bol.* in add. & ſic cum hodie indifferenter cedātur actiones, & cōſtituatur emptor procurator in rem propriā in inſtrumento emptionis, pōt laudari auctor auctoris, & hæc ꝓ nūc ſufficiāt. & ita dicit ex iſtis ca. in deci. 197. Petr. Foller. V. I. D.

De nomine auctoris, ſexto membro iudicii.

1 *Nominatio domini in iudicio, quando dēat fieri, & quod operatur, & in quo differt a laudatione auctoris. Et an locum habeat in poſſeſſorio, & n. 3.*

2 *Nominatio auctoris quæ eſt ratio, quod debet fieri ante litem conteſta.*

4 *Domino an præiudicet reus, & qui illū non nominauit. ſed uoluit litem defendere, & ſuccumbuit uel contumax fuit.*

5 *Nominatio an habeat locum in reb. mobilib. & an iuribus incorporalibus, & in actionibus perſonalibus ac in cauſa damni dati, & num. 6. 7. & 8.*

9 *Libellus nouus an offerri debeat nominatio in iudicio ſi comparet.*

10 *Nominatio in iudicio non comparēte, quod agendum ſit.*

1 SExtum membrum iudicii, eſt nominatio auctoris † Et in hoc differt a præcedenti, ſ. an laudatione auctoris, quia auctor laudatur ab eo, qui cōuentus poſſidet nomine proprio, & ſic pro domino, ſed nominatio fit ab eo, qui poſſidet nomine alieno, ut, quando conuenitur is, qui tenet rem conductam, uel depoſitam, uel commodatam, uel precariam, nam iſte conuentus ſtatim in principio litis debet nominare dominum in iudicio, & dicere ſe poſſidere nomine alieno, unde dirigitur iudicium contra dominum, ut ipſe defenſare debeat cauſam ſuam, & hoc ipſo abſoluit reus ab inſtantia iudicii, & transfunditur cōtra dominū nominatum, nec eſt neceſſe probare, quod conuentus poſſidet nomine alieno, ſed per ſolam nominationem abſoluitur. Verum, ſi actor uult, poteſt in ſe aſſumere onus probandi, quod reus poſſidet nomine proprio, quo caſu ſi probat, poteſt ad ſe aduocare poſſeſſionem iuxta formam l. fina. ff. de rei uend. et ſic reus efficeretur petitor, ita hæc omnia declarat *Bar*, in l. 2. C. ubi in rem ac & de iſta materia nominationis, uide plene Abb. in c. quoniam frequenter. col. pe. & fi. ut lite non conteſ. Et quod iſta nominatio debeat fieri ante litem conteſtatam, eſt dec. 19. conſ. Neap. alias reus qui nō oppoſuit ante, condemnatur tanquam liti ſe offerēs, citra tamen præiudiciū domini, ut habetur per l. is, qui ſe obtulit ff. de rei uend. & not. Bar. in d. l. 2.

2 ADDITIO † Et eſt ratio quare iſta nominatio debet fieri ante lit. conteſ. quia eſt quædam exceptio declinatoria, ideo opponenda eſt ante litem cōteſtatam, ſicut exceptio declinatoria, ut l. ſi C. de except. & l. exceptionem C. de prob. hoc tamen intellige ut procedat quando fieret nominatio ad effectum declinādi iudicium, ſed ſi fieret ad effectum, ut poſſit uti defenſionib. ſuis, poteſt fieri nominatio ipſa etiā poſt litem conteſtatam, quia tunc eſt exceptio declinatoria. Exemplum poni poteſt per authe. qui in prouincia. C. de cri. opor. ſecundum Marian. Socin. in cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſta. nume. 18. Petr. Folle. V. I. D.

3 † An autem ſi reus nō nominauit dominū ſed noluit lites defendere, et ſuccubuit, uel fuit contumax præiudicet domino, uide Soc. in conſi. 18. col. 11. in 1. uol. ubi tenet, ꝙ non, et per *Alex.* & *Dec.* in l. peregr. §. quib. ff. de acqui. poſſ. et Bar. in d. l. 2. De reliquis autem pertinentibus ad hanc materi

teriam, dic ut per *Bar.* & *Bal.* in d.l.2. & per *Abb.* in d.c. quoniam frequenter, col.pe. & fi. & Inn. in c. cuam ſit de elect. & *Bart.* in l. officium, ff. de rei vend. & per Spe. plene in tit. de primo decreto §. reſtat. col.5. & ſecu. 6. & 7.

4 † An autem in poſſeſſorio recuperãdæ, habeat locum nominatio domini in iudicio, vide dec. 217. conſ. Neap. ubi diſtinguitur inter modos agendi.

5 *A*DDITIO. † An nominatio hẽat locum in reb. mobilibus? gl. in d. ca. quoniam frequenter, extra ut lit. non conte. arguit pro, & contra. Eandem decidit, quod etiam in re mobili habet locum dicta nominatio, p auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi. opor. & idem tenet glo. in l.2. C. ubi in rem act. ſed *Bart.* in d.l.2. dicit quod illa authẽ. quia in prouincia, nihil facit ad caſum, q̃a loquit̃ de nominatione, quæ fit ut poſſit inſtrui de defenſione cauſæ, non autem ad effectum declinandi iudicium, ſed quod habeat locum nominatio vt ſupra, tenẽt Vin. Hoſt. Pet. & Abb. & Ioan. Anc. in d.c. quoniam frequenter, & glo. Bar. *Cy.* & Bal. in l. 2. C. ubi in rem actio. & eſt ratio quia omnes rationes inducendæ nominationis habent locum etiam in re mobili, & ſoquuntur omnes Mod. ſecundum Mar. Soc. in d. c. quoniam frequenter, n. 110. de quo etiam per *Bar.* in l. officium, ff. de rei uend.

6 † Et an nominatio habeat locum in iurib. in corporalibus, vt puto, ſi agitur pro obedientia uel ſimili iure poſſit ſubditus nominare dominum in iudicio? vide pleniſſime ultra omnes Mar. Soc. in d.c. quoniam frequenter, nu. 111.

7 † Et an nominatio habeat locum in actionibus perſonalibus? in quo dices, quod ſi agitur actione mere perſonali non hẽt locum nominatio, quia actio perſonalis afficit, & ſequitur perſona conuentam, & non rem, l.2. C. ubi in rem actio quæ uoluit nominationem habere locum in actione reali, & ſic a contrario ſenſu ſentit, quod ſecus ſit in perſonali, & hoc procedit, q̃n fieret nominatio, quoad effectum declinandi iudicii ſecus quo ad effectum ut poſſit de iuribus ſuis informari ab abſente, ſm Bart. in d.l.2. per text. in auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi. opor. aut loquimur de actione perſonali ſcripta in rem, ut in interdictis uti posſidetis, unde ui, & ſimilibus, & vt gl. in l. locum, §.1. ff. de tab. exhi. tenere quod habeat locum nominatio, & ſequitur *Bartol.* in d.l. 2. & *Cyn.* ibidem, & ſequitur zab. in d.c. quoniam frequenter, de quo ad plenum per Mar. Soc. ibi. nu. 116. in 7. q. Et an nominatio habeat locum in cauſa damni dati, pone exemplum, quo aliquis de mã dato alterius damnum dedit, & conuenitur de damno dato, qui dicit, quod non tenetur ex quo de mandato talis aſſerentis ſe dominum damnum fecit? in quo dicas, quod locum habet dicta noĩatio, ſed ſi nominatus non comparuerit condemnabitur ipſe cõuentus, verum ſi fuerit notorium de mã dato abſentis nominati damnum dediſſe tenebitur ipſe conuentus ſatisfacere de bonis ipſius abſentis, & ita põt intelligi tex. in auth. ut oẽs obe. iud. prouin. §. ſi uero coll. 5. vel poteſt intelligi in procuratore, uel inquilino habente generalem adminiſtrationem, l. apud celſum, §. quæſitum, ff. de doli excep. de cuius generalis adminiſtrationis delicto tenetur dominus maxime ex quo ei denunciatum eſt, & non defendit, arg. c. 1. in fin. extra ut lit. non conte. & ita firmatum relinquit Mar. Soc. in d. cap. quoniam frequenter, in 8. q. nu. 117.

9 † Et an facta nominatione, & comparente nominato debeat nouus libellus offerri, & præſentari per agentem, in quo concludit Bart. in d.l.2. C. ubi in rem act. quod ſic, & quod conuentus noĩans, debet abſolui ab inſtantia iudicii, & idem tenet ibi *Bald.* & Ang. in l. non ſolum. §. quod vulgo, ff. de v. ſu. & eſt ratio, quia ex libello iam porrecto qui concludit contra nominantem nõ põt condemnari noĩatus, pro quo facit ca. licet hely. de ſimo. debet n. dimitti nominans, qui non tenetur amplius eſſe in iudicio, pro quo facit l. neque impubere, §.1. ff. de I ius uoc. & tradit Spe. in tit. de 1. & 2. deci. §. reſtat. uerſi. ſed nunquid nominans, & hæc procedunt proprie in nominato, an ſecus quando tertius ueniret pro ſuo intereſſe, vt aſſiſteret liti inchoatæ, quia tunc nõ datur nouus libellus, ſed iudicium inchoatum regulat ius ipſius tertii, ſecundum do. Mar. Soc in d.c quoniam frequenter, nu. 126. in

10 a. q. † Et contrario autẽ finge. quod facta nominatione, & intimato nominato non cõparet nominatus ipſe, quid ſit agendum

per

por iudicem. Dicas quod citat ipſe nominatus per citationem peremptoriam in regno ubi ſufficit unica cita cum uerbo peremptoriæ, & ſic ceſſat id, qđ dicebat Bald. in d.l.2. quod requirebatur peremptorium per diſtinctionem, uel per interualla, ut ibi per eũ, quo citatio non comparente dẽt iudex ſe ſummatim informare de iurib. ipſi[*] agentis & conſtito eidem de eius iurib. ſaltim ſemiplene, ſecundum Bar. in l. cũ proponas, C. de bo. auth iur. poſſi. & Bal. in d. l.2. & adhibita dictæ ſummaria cognitione, dẽt agens mitti in poſſeſſionẽ rerũ petitarum, ut habetur in d.l. ſecunda, & cuius effectus ſit ipſa miſſio, & quos effectus pariat d. ea nominatio, & de multis aliis ad mater ꝯ utilib. & neceſſariis uõ obmittas uidere Mar. Soc. in d. ca. quoniam frequentes per totum ubi ſatis late cõgeruntur hæc materia nominationis. P. F. V. I. D.

De interrogatione, ſeptimo membro iudicii.

1 *Interrogationes an & quando, & qualiter fiant iudicijs & nu.* .. 3.
2 *Victor quando quod patitur expenſarũ condemnationem.*
3 *Interrogationes fiũt in iudicijs, tã ante, quã poſt litis cõteſtationẽ. et conuictus de mẽdacia priuatur poſſeſſione.*
4 *Interrogationi reſpondere non tenetur is* 5 *per aliquam exceptionem poteſt iudiciũ euitare.*
5 *Reus interrogatus de iuribus ſuis reſpondare non tenetur nec etiam ſi interrogatur de negotio principali nu. 6.*
6 *Interrogans non fatetur, ſed pones ſi & proterea poſt litem conteſtatam fieri debent poſitiones, & non interrogationes.*
7 *Poſitioni crimioſa ſeu continẽti turpitudinẽ an & quãdo ſi reſpondendum & n. 9.*
8 *Interrogatus de crimine propter quod remouetur a beneficio tenetur reſpondere.*
9 *Periurus non dicitur qui negat cum iurẽ ſe commiſiſſe delictũ licet mendaciũ dicat.*
10 *Interrogatus ſuper eo quod alias fuit iurato deciſum reſpondere non tenetur.*
11 *Poſitioni de facto alieno in crimin alib. non debet reſponderi.*
12 *Interrogari poſſunt crediteres uel legatarij, ad hære dis inſtãtiam. an hæreditas ſit ſoluendi ſed ſic. ex iudicii officio.*
13 *Interrogationi an agẽs rei uĩdicationẽ ſit dominus non tenetur conuentus reſpondere*
14 *Interrogatus de propoſito ſuo in mente retento reſpondere non debet.*
15 *Interrogatus impertinentibus ad cauſam non tenetur reſpondere.*
16 *Teſtis interrogari non poteſt, an quis bona uel mala fidei poſſideat.*
17 *Poſitioni iuri non eſt reſpondendum.*
18 *Interrogatoria fiunt teſtibus ad detegẽdam falſitatem & dicuntur eſſe de actis.*
19 *Teſtes non interrogati ſuper interrogatorijs debent iterum repeti. & interrogari, etiã poſt publicationem.*
20 *Interrogatorium copia parti dari non dẽt.*

1 Septimum membrũ iudicii, eſt interrogatio.† De qua eſt ſciendũ, quod iſtæ interrogationes ſolent fieri in omni arte iudicii, & fiunt quandoque parti, & quandoque teſtibus, adeo quod etiam poſt concluſionem fieri poſſunt, maxime in cauſis ſummariis, & plene declarant ſupra in 4. parte. principali a diſt. in 2. charuer 10. operatur, &c. Verũ principalis materi. noſtra eſt tractare de interrogationibus, quæ fiunt ante litem conteſt. quæ dicũtur præparatoriæ, cum adhuc ſcimus in 1. parte iudicii, de qua materia tracta. principaliter titulus, ff. de interro. act. Et ſciendum, quod iſtæ interrogationes præparatoriæ fiũt implorato iudicis officio, & poſſunt fieri etiam ante porrectionem libelli, ut no. gl. in rub. ff. de interro. actio Bal. in l. ſi curatoris. C. de iure del. ut ſi actor uult agere contra aliquẽ tanquam heredem, poteſt ipſum interrogari facere in principio litis, an ſit hæres, & ex quota parte ſit hæres ad hoc, ut iudicium poſſit contra eum fundari. ut l. de ætate. §.1. & 2. ff. de interro. actio. Item uolens agere petitioni hæreditatis, poteſt interrogari facere reum poſſeſſorem, quo tit. poſſideat, l. cogi. & ibi Bald. & Bar. & cõmuniter Doc. C. de petit. hære. & l. qui interrogatus. ff. de peti. hære. & ratio eſt quia poſſidens cum titulo, non conuenitur peti. hær. l. regulariter. ff. eo. tit. propterea ad ualiditationem iudicii, hẽt hoc
2 ſicuti in prin. † Quinto caſu, ſi reus nõ uult dicere titulũ, & fuit proceſſum ad ulterio-

ta,& poſtea in fine cauſæ uult opponere titulum ad excludendũ actorẽ, poteſt hoc facere, utrum ipſe actor obtinebit in expẽſis, quia reus opponẽs, dato quod obtineat ſuper principali oppoſitione propter titulum, cum hæc ſit exceptio peremptoria, tamẽ cõdemnatur ad expenſas, ex eo, quia doloſe protelauit cauſam, & ſic iſte eſt caſus notabilis, in quo uictor condemnatur ad expenſas, ita tenet Bal. in d.l. cogi. col. pen.

3 † In iſtis ergo interrogationibus præparatorijs pono regulam, quod iudex ubicunque æquitas ſuggerit, poteſt regulariter partem interrogare ad inſtantiam alterius partis. l. ubicunque, & per totum titu. ff. de interrog. actio. & iſta interrogatio ſi non fuit facta ante litem conteſt. poteſt fieri etiam poſt quandocunque ſecundum Bar. in l. qui petitori. ff. de rei uend. & ibi gl. & ſi ille, qui fuit interrogatus an ſit hæres, dicat, quod non poteſt interrogari de nuo, an ſit poſſeſſor hæreditatis, ſecundũ Bar. in l. controuerſia. ff. de tranſ. & ſemper iſtæ interrogationes fiunt officio iudicis ſiue ante litem conte. ſiue poſt, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de interro. actio. & de hac materia interrogationis, habemus in regno ritum magnæ curię, in nu. 241. incip. Item ſeruat ipſa curia hanc practicam. &c. qui decidit multos caſus, & inter alios ponit circa materiam l. fina. ff. de rei uend. quod reus conuentus rei uendicatione, poteſt interrogari, an poſſideat, & ſi negat, poteſt interrogari actor, an uelit probare mendacium, ut transferatur poſſeſſio, & ſi dicit, quod ſic, datur ſibi terminus ad producendum libellum mendacij, alias proceditur ad ulteriora, ut habetur in d. ti. Et in iſta interrogatione poteſt iudex ponere commi nationem, quod ſi diceret mendacium, priuabit eum poſſeſſione, ſecundum Bart. in d. l. ſi ff. de rei uend.

4 † Limita primo, iſtam regulã nõ ꝓcedere in caſibus in quib. aliquis non compellitur iudiciũ pati puta ratione priuilegij fori, vel alio mõ, quia minime tunc compellitur reſpondere interrogationi, & ſic non poteſt interrogari, nec compelli iurare, tex. eſt in l. ſed ſi teſtatur. §. ex quibus, & ibi Bal. ff. de iudicijs.

5 † Secundo limita procedere, quando reus interrogatur de iurib. actoris, ſecus, ſi interrogatur de iure ipſius rei, quia non cogitur reſpõdere. Tex. eſt in l. ſpeciali. ff. de rei uendi. & tenet Bal. in l. cog. in prin. C. de petitione hæredita. Eſt ſolum ſpeciale in petitione hæreditatis, vt habetur in d. l. cogi.

6 † Tertio limita, quando litigans interrogatur ſuper principali negocio, de quo lis uertitur, quia non tenetur reſpondere, ſi aduerſarius format ſuam interrogationem, per modum interrogatorii, & non per modum depoſitionis quia ad hoc ut pars cogatur r̃ndere ſuper facto principali eſt neceſſe, quod aduerſarius faciat poſitionẽ, & non interrogationem, quia is, qui ponit, fatetur ſuam poſitionẽ, non aũt is, qui interrogat. ita tenet *Bal.* in l. data opera, col. 11. circa fi. C. qui accuſ. non poſſ. & Iaſ. in l. iudi. col. fi. C. de iud. & ibi et Pau. de Caſt. qđ intellige, qñ hoc euenit in iudicio poſt litem conteſtatam, quia tunc fiunt interrogationes de facto principalis cauſæ, ut dicunt præallegati Doc. Et quod is, qui ponit fatetur nõ is qui interrogat, tenet *Bar.* in l. 2. quod obſeruari col. 2. circa fin. uer. iuxta prædictam, &c. Cod. de iur. calum. & *Bal.* in l. ſicut, in fin. C. de repe. hær.

7 † Quarto limita, quãdo fieret interrogatio de aliquo, ꝙ continet crimen, vel turpitudinem reſpondentis, quia nõ cogitur quis r̃ndere Tex. eſt, & ibi *Bar.* & Doc. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater ff. de iureiu. licet cõtra hoc uideatur tenere Bar. in l. qui petitorio. ff. de rei uẽd. ubi dicit, ꝙ pt quis interrogari, an dolo deſierit poſſidere. Tamen iſta contrarietas concordatur per Bar. in l. Marc. ff. rerum amo. & in d. §. quod obſeruari, col. fi. quia aut quis interrogatur ſuper eo, ſuper quo ſi non reſponderet; locupletaretur cum aliena iactura, quia poſſet rem alienam indebite detinere, & tunc cogitur reſpondere ſuper poſitione, uel interrogatione criminoſa ita procedat d. l. qui petitorio & ibi Bar.

8 † & ſimiliter, quando quis interrogatur de tali crimine, propter quod remouetur a beneficio. cogitur ſimiliter reſpondere. Ita procedat, quod habetur in c. dudum, el 2. de elect. & in c. inq. de acc. & tenet Bartol. in d. l. Marcellus. ita etiam procedit, quod no. Bar. in l. ſi. ff. de his, qui bus ut indig. & in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fiſci. ubi dicit, quod tenetur, quis reſpondere interrogationi, an

accom-

mon, ne oſtruatur teſtes ad falſum, ita tenent Azo. & Fel. in c. per tuas. de teſt. & Alexa. & Doc. in l. is, apud quem. C. de eden. & Bal. in Margarita. in uerſi. interrogatoria, uerſic. primo. Rob. Mar. V. I. D.

De ſatiſdatione, octauo membro iudicii.

1 *Satiſdationum multæ ſint ſpecies, & cum fideiuſſore intelliguntur.*

2 *Satiſdatio de iudicio ſiſti præſtatur a reo cõuēto ſiue in ciuili ſiue in criminali, & ad quem effectus ſit inuenta.*

3 *Poſſides immobilia nō tenetur ſatiſdare, quia ceſſat præſumptio fugæ.*

4 *Satiſdatio de praſentando in iudicio, quãdo locum habeat.*

5 *Fideiuſſor de praſentãdo ſtatim incidit in pœnam cum reus fuerit requiſitus abſque requiſitione ipſius fideiuſſoris.*

6 *Fideiuſſor de praſentando non tenetur nec ipſe, nec principalis iurare in ciuilibus.*

7 *Duo ad minus fideiuſſores recipi debent de præſentando pro quolibet accuſato, q non ſint cleri neque filij familiãs ſe obligãtes in ſolidũ, qua fideiuſſio omni die, per ſolũ actorum magiſtrum accipitur, ſed ſi eſt dies feriata, & qualiter accipiatur.*

8 *Fideiuſſores in criminalibus pro quanta pœna in regno recipi debeant.*

9 *Inquiſiti an & quando poſſint ſimul fideiubere & quid ſeruetur in regno.*

10 *Carceratus an, & quando ſit fideiuſſoribus relaxandus.*

11 *Fideiuſſionem de iudicato ſoluendo quis praſtare teneatur.*

12 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo coram ordinario, tenetur ſoluere iudicatum per eius delegatum.*

13 *Satiſdatio de non offendendo in quibus caſibus dari debeat.*

14 *Fideiuſſor de non offendendo non tenetur ad pœnam, ad quam fuit condemnatus principalis qui ob eius contumaciam habitus fuit pro confeſſo.*

15 *Satiſdatio de rato in quibus caſibus præſtari debeat.*

16 *Satiſdatio de expenſis quando, & a quo debeat præſtari.*

17 *Fideiuſſor de expenſis in caſu ſuccumbente non tenetur ad expenſas ad quas fuit actor condemnatus peremptoria inſtantia.*

18 *Satiſdatio de re non baratanda, quando præſtatur.*

19 *Satiſdatio indemnitatis, quæ ſit & quando locum habeat.*

20 *Satiſdatio de ſecuro carcere quando præſtatur.*

21 *Satiſdatio conuentionali, quæ dicatur.*

22 *Satiſdatio præſtari debet per debitorem in diem uergentem ad inopiam.*

23 *Satiſdatio debet præſtari a debitore impetrante moratoria.*

24 *Hæres ſatiſdare tenetur de ſoluendo legato in diem uel ſub conditione.*

25 *Satiſdationes multæ in iure reperiuntur, de quibus remiſſiue.*

26 *Fideiuſſor non obligatur, niſi primo obligetur principalis.*

1 Octauũ membrum iudicii eſt ſatiſdatio. † Nam iudiciis, maxime in eorum principio, emergunt multæ ſpecies ſatiſdationum quę fiunt pro aſſecuratione iudicii, & partis, quarum aliquæ præſtantur ab actore, & aliquæ a reo, unde hic opportunum eſt inueſtigare, quod reperiuntur ſatiſdationum ſpecies. Et dic, quod multæ ſunt. Et ſemper intelligitur ſatiſdatio cum fideiuſſore, iuxta l. ſancimus, C. de verbor. ſignifica.

2 † Prima igitur ſatiſdatio, quæ præſtatur in iudicio, eſt illa, quæ appellatur de ſtando iuri, ſeu de a iudicio ſiſti, & iſta præſtatur ſolum a reo conuento ſiue in ciuili ſiue in criminali, & fuit inuenta principaliter propter ſuſpicionẽ fugæ ad hoc, ut reus aſſecuret iudicium, quia alias poſſet fugere, & iudiciũ eludere, cum reorum ſit fugere, l. properandum. §. ſi aũt reus. C. de iud. & ita declarant Bar. & cõiter Doc. in l. ſciendũ in princ. ff. q ſat. cog. † & propterea is, qui poſſidet immobilia releuatur ab iſta ſatiſdatione, quia ceſſat illa ſuſpicio fugæ, ut dicunt Doc. in d. l. ſciendum, & de iſta ſatiſdatione loquitur principaliter titulus. ff qui ſatiſd. cog. & authen. offeratur. C. de litis cõteſt. & no. Barr. & Doc. in l. 1. ff. ſi quis in ius uo. non ie. 3

ADDITIO. An ſi conuenitur aliquis a quo petitur ſatiſdatio de iudicio ſiſti & reus replicat non teneri, ex quo poſſidet immobilia in regno, ad quod uerificandum

dum petit terminum, actor dicit quod pen dẽte termino caueat, an teneatur reus caue re, uide Afflic.in dec.109.P.F.V.I.D.

4 † Secunda ſpecies fideiuſſionis iudicialis eſt illa, deueniendo ſeu de ſe præſentando in iud.& iſta eſt, quotidie in uſu in criminalibus. Nam quando aliquis capitur a iudice, uel familia cũ armis, uel inquiritur de aliquo crimine poteſt ad euitandos carceres offerre, & pręſtare hanc ſatiſdactionẽ de præſentando, & deueniendo in iudicium, & ſic liberatur a carcere, imo ſi iudex tunc non liberat eum tenetur actione iniuriarum, l.ſi uero, §.1.ff.qui ſatiſ.cog. & no. Iaſ.in l.1.col.1.ff.qui in ius uoc. non ie. Et de iſta fideiuſſione loquitur tex.in d.l.1.& totus tit.ff.in ius uoc ut eant, & l.1.& ibi Bar.ff.de cuſt. reo. & conſt. regni quæ incipit. In humanitate ſuper qua ſatiſdatione eſt tradita in regno communis forma per ritum magnæ curiæ uicariæ in num.293. qui incipit. In prin.&c. & alium in numer. 303.qui incipit. Item eodem ſero,&c.uidelicet quod † fideiuſſores promittunt præſẽtare reum toties, quoties fuerit ipſe reus requiſitus quo caſu ſi reus requiratur, & non comparet, ſtatim incidunt fideiuſſores in pœnam ſine alia requiſitione fideiuſſorum, & poſſunt ad pœnam condemnari ſine citatione propter formam obligationis, ita deciditur in d.titu.303.& eſt alius, in num.517.incipiens. Nota, quod hæc dictio,&c.& hæc dicitur in regno forma conſueta, quando notarius ſtipulatur hanc ſatiſdactionem in forma cõſueta, &c.ut dicitur in d.titu.303.incip. Item eodem ſeruo &c.& alijs ſupra allegatis. Item eſt de communi ſtylo curiarum, & iſti fideiuſſores renũciẽt beneficio legis ſancimus, C.de fideiuſſ.quam ſtatuit tempus ſex menſium fideiuſſoribus ad requirendum, & pręſentandum principalem reum.

(margin number 5 stands beside the line "licet quod † fideiuſſores…")

6 † Fit etiam differentia per dictus ritus inter hanc fideiuſſionem, quæ recipitur in ciuilibus, & quando in criminalibus, quia in ciuilibus non tenetur iurare, nec principalis, nec fideiuſſor, ſed in criminalibus vterque iurat, vt habetur, in d. tit. 293. & in d. tit.293.incip.

ADDITIO. Adde dicta per me, in prac. mea cauſa crim. in tit. de fideiub. in frag. parte. Petrus Follerius.

7 Nota, quod hæc dictio,&c. † Item debent recipi ad minus duo fideiuſſores pro quolibet accuſato, qui non debent eſſe neque clerici neque filiusfamilias, ut eſt alias ritus in num.198.incipiens. Item pro quolibet, &c. Et dicti fideiuſſores obligatur ſe, & bona eorum in ſolidum, ut eſt alius, ritus in nu.316.incipiens. Item quod a bannitis, &c. Item poteſt recipi hæc fideiuſſio per ſolum magiſtrum actorum ſine iudice omni die, & omni hora, etiam ſi curia non regatur dummodo non ſit dies feriata, ut eſt alius ritus in num.296.incipiens. Item, quod quælibet,&c. uerum debet notarius actorum ſtipulari nomine curiæ, u tibi habetur. Sed ſi eſſet dies feriata adhibetur iſta cautela, uidelicet, quod iudex aſſignat reum fideiuſſoribus per clamydem, tanquam captiuum, & ipſi promittunt illum præſentare primo die iuridicio, & tunc recipitur ſatiſdactio, & de hac aſſignatione conficitur publicum inſtrumentum, ut eſt alius ritus in num.197. incipiens. Item, ſi

8 eſſet &c.† Sub quo autem pœna recipiantur, fideiuſſores? Dic quod in regno eſt obſeruantia, quod pro homicidio recipiuntur pro uncij centum, pro crimine falſitatis, uel priuati carceris pro ũcijs quinquaginta, pro alijs vero criminalibus recipiuntur pro uncis uiginti quinque, ut eſt alius ritus magnæ curiæ in nume.94. incipiens. Itẽ nota, quod in criminalibus,&c.& alius ritus in nume.316.incipiens. Item quod a

9 bannitis, &c. † Si autem eſſet magnus numerus inquiſitorum, a quibus eſſet capienda fideiuſſio? tunc ſeruatur, quod curia recipit fideinſsores pro medietate tantummodo prædicta, & pro alia medietate recipit fideiuſſionem uicariam, ſcilicet, quod dicti inquiſiti adinuicem fideiubeant unus pro alio, ut alius ritus in nume. 298. incipiens. Item pro quolibet,& c.in fi.& hoc ẽt cautum eſt de iure communi, ſcilicet, quod unus inquiſitus, in totum fideiubeat pro alio, ut dixit Bartol.in l. Romanus. ff. de tut.& cu.da.ad his. Sed per dictum ritum eſt facta limitatio ad medietatem. Verum hoc limitatur quando inquiſiti eſſent pauperes uel aliter ſuſpecti, quia tunc non admittitur dicta uicaria fideiuſſio ſecundum Bart.in d.l.Romanis, & ibi etiam Alex.in addi.cui adde Bald. in l.omnes, qui, C.de

epiſ.

epiſ.& cle.& Iaſ.in l.1.col.2.ff.ſi quis in ius
10 uoc. non ie. † An autem indiſtincte pro quolibet crimine carceratus debet relaxari ſub fideiuſſoribus? Dic, quod hodie in regno eſt cautum per conſtit.humanitate.ꝙ in omnibus criminibus etiam capitalibus excepto ſolo crimine læſæ maieſtatis contra perſonam Imperatoris, & ſuorum collateralium liberatur carceratus ſub fideiuſſoribus. Fallit in tribus caſibus. Primus eſt quando eſt confeſſus, Secundus,quãdo eſt deprehenſus in flagranti crimine. Tertius, quando facta inquiſitione crimen eſt notorium,ita quod veriſimiliter reus nullam habeat defenſionem,& hoc eſt confirmatum per capitulum regni in nu.41. incip.item, caueant &c. per quod imponitur pœna officiali contra facienti ad arbitrium principis, & quod amittat medietatem ſuorum gagiorum unius anni. Similiter hoc eſt cõfirmatum per regiam pragm quæ incipit, inoleuit qua cauetur,ꝙantequam incipiat conſtare de crimine non detineatur uolens ſatiſdare idoneæ,& officialis contrafaciens punitur ad decem uncias & tenetur in ſyndicatu ad iniuriam parti læſæ. Item hoc eſt declaratum per ritum magnæ curiæ in nu. 162.inci.Item ſi accuſatur aliquis,&c. quo cauetur,quod tunc detinetur reus in criminalibus,quando conſtet per unum teſtem de uiſu & de crimine , & perſona ſit ſuſpecta per famam publicam. Quod reſtringit ad caſus,in quibus non irrogatur tortura, ergo non procederet in leuibus criminib. in quibus non irrogatur tortura,prout ſũt crimina irrogantia pœnam infra relegationem, ut dicit capitulum regni,quod incipit tormenta.

11 † Tertia ſpecies fideiuſſionis iudicialis, eſt quæ dicitur de iudicato ſoluendo,quam tenetur præſtare in ciuilibus quilibet defendens litem alienam ex parte rei conuenti , alias non eſt idoneus defenſor. l. qui proprio,§. qui alium.ff.de proc. & l.exigendi, C.eo ti.& ibi notatur. Non tamen tenetur ad eãm conuentus nomine proprio, ut eſt inſt de ſatiſd.§ ſed hodie, & ab iſta ſatiſdatione non releuat poſſeſſio immobilium, l.minor.§.fi.cum l.ſeq.ff.de proc. & de hac ſatiſdatione loquuntur iura prædicta,& totus ti.ff.iud.ſol. Et ex hoc inoleuit illa practica,qua quotidie utuntur notarii in mandatis procuratoris, nam ponunt in eis illã clauſulam,uidelicet,quod dominus releuat ſuum procuratorem ab omni onere ſatiſdandi,nam per hæc verba dominus fideiubet pro eo , & tunc defenſor non teneatur aliter ſatiſdare,ut no.Bart.in rub.ff.iud.ſo. in 1.colum.quod tamen limitatur ſane ꝓcedere,quando dominus eſſet ſoluendo,& poſſideret immobilia,alias illa clauſula nihil releuat , ex quo tunc dominus non eſt idoneus fideiuſſor, unde tenetur defenſor ſatiſdare iterum ita tenet Franc.de Are.in conſ.134.& Ang.& Iaſ.in l filiusf. ff.qui ſatiſ cog.& ibi communiter Docto. pro hac eſt gloſ.in l.fi.C.de princ. agen.in reb.libr. 12.hinc datur pulchra cautela , quam poſuit Ang.in d.l.filiusf.& illam ſequitur Alex.in l.ſciendum.§.poſſeſſor, ff qui ſat.cogi.uidelicet , ꝙ quando aliquis mittit vnũ procuratorem de longinquis partibus, puta de Frãcia poterat ſibi opponi , quod ſatiſdet de ſtando iuri, & de iudicato ſoluendo in cauſa recõuentionis, & tenetur illam præſtare,non obſtante ,quod dominus fideiuſſerit in inſtrumento mandati, ex quo nõ poſſidet immobilia in loco propinquo & ad hoc ſolet allegari. glo.in d. l.fi.& iſta ſatiſdatio de iudicato ſoluendo continet tria uidelicet dolum malum abeſſe , rem defendi , & ſolui id quod fuit per curiam iudicatum,leg.iudicatum ſolu. ff.iudicio. ſolut.

12 † Aut promittens ſoluere iudicatũ coram iudice ordinario,teneatur ad iudicatũ per eius delegatum in eadẽ cauſa.uide Fran.de Are.tenentem quod ſic in con.87.colu.fin.

13 † Quarta ſpecies ſatiſdationis iudicialis eſt
b illa de b nõ offendendo,ut quando aliquis timet offendi ab aliquo poteſt implorare officium iudicis, ut compellat illum ad dãdum ſibi fideiuſſores de non offendendo , nec in perſona,nec in rebus , & de hac loquitur plene Bar.in l.illicitas.§.ne potẽtiores ff.de off præſid.& Fel. in rubr.de treuga,& pace,& ſi quis tuc fuit ſimul offenſus in pſona , & in rebus an teneatur offenſus ad duas pœnas,uide Baldum optime declarantem in conſ.387.in 4.volu. Quæ autem requirantur ad hoc , ut poſſit peti talis fideiuſſio,uide Fel.in d.rub. de treuga & pace , ubi inter alias dicit, quod debeat probari minæ, & quod quis ſit ſolitus minas executionis.

14 cutioni mandari, & dic vt ibi. † Quid au-
tem, ſi iudex inquirit contra principalem
qui promittit non offendere, qui non com
paret, iudex procedit in contumaciam, &
habet eum pro cõfeſſo, forte vigore ſtatu
ti, & condemnat ipſum ad pœnam tanquã
contrauenientem, an poſſit exigere a fide
iuſſoribus. Dic quod non, quia non appa-
e ret de uera cõtrauentione, illa autem fi-
cta confeſſio, quæ reſultat ex contumacia,
non nocet fideiuſſoribus ita eleganter te-
net Pet. Phil. Cor. in cõſil. 211. in 3. volum.
quod eſt notandum per conſtitutionem re
gni, quæ incipit, pœnam eorum, quæ loqui
tur de foriudicatis, qui habentur pro con-
feſſis, nam talis foriudicatio non noceret
fideiuſſoribus in caſu prædicto, reliqua au
tem ad hanc materiam, dic ut per Bart. &
15 Fel. ubi ſup. † Quinta ſpecies ſatiſdationes
iudicialis, eſt de rato, quæ præſtatur ab eo,
qui comparet pro actore ad agendum, &
eſt dubium de mandato, de quo loquitur
tex. in l. 1. C. de procur. l. Pomp. §. rat. ff. de
proc. & totus titu. ff. rem rat. hab. Similiter
quando aliquis agit, vt coniuncta perſo-
na, debet cauere de rato leg. maritus. C. de
procu. & generaliter quilibet agens alieno
nomine leg. non ſolum. §. qui alieno. ff. de
16 proc. & l. pom. §. ſed & ſi. eo. tit. † Sexta ſpe
cies ſatiſdationis iudicialis eſt, de expenſis
in caſu ſuccumbentiæ, quam tenetur præ-
ſtare actor in initio litis, de qua loquitur au
then. generaliter. C. de epi. & cle. & §. ad ex-
cludendas in auth. de litigo. & hanc ſatiſda
tionem præſtat actor, etiam ſi poſſideat im
mobilia, ſecundum Abb. in c. quoniam fre
quenter §. in aliis, co. 2. ut lite non conteſt.
& Bar. & Ale. in l. de die. §. qui mulierem. in
17 ſi. qui ſatiſd. cog. † Sed iuxta hoc cadit pul
chrum dubium, pone quod actor dedit fi-
deiuſſores de ſoluẽdis expenſis in caſu, quo
ſuccubuerit, euenit quod reus fuit abſolu-
tus ab inſtantia iudicii, & actor condemna
tus ad expenſas, quia inſtantia eſt perẽpta,
an fideiuſſores teneantur, Dic quod non
ita tenet Bald. in conſi. 106. in 2. uol. & mo
uetur, quia non dicitur actor ſuccubuiſſet,
ex quo poteſt iterum agere ad eandem cau
ſam ſecundum eum ibi.
18 † Septima ſpecies ſatiſdationis dicitur, de
d re d non barattanda, & præſtatur a conuen
to ſuper aliqua re mobili, qui eſt perſonæ
ſuſpectæ, quę de facili poteſtatem intermit-
tere, nam tenetur ad inſtantiam actoris da
re fideiuſſores de re non barattanda, i. de nõ
conſumendo, nec occultando, nec alias in-
teruertendo illam rem, ſed de exhibendo
eam ſi & quoties opus fuerit, alias illa res
ſequeſtratur, & de hac loquitur tex. in lege,
ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum & ibi gl. ff. qui
ſat. cog. & lege S.C. in fi. ff. de offic. præſ.
19 † Octaua ſpecies ſatiſdationis iudiciales eſt
fideiuſſio indemnitatis, & hęc poteſt præ-
ſtari, etiam extra iudicium, ut quando ali
quis permittit extrahere aliquem indẽnem
ab aliqua obligatione, uel permittit ipſum
conſeruare indemnem, quo caſu ſemper
requiritur excuſſio, antequam deueniatur
ad fideiuſſorem, etiam ſi fideiuſſor renun-
ciaſſet omnibus beneficiis de fideiuſſorib.
ut tenet Ludo. Rom. in conſi. 211. col. 1. &
Bar. in l. 2. C. de conue. fiſci. de lib. 10. & Ale
xan. in l. ſi col. 4. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. pet. Fel.
in c. ex reſcripto, col. pen. in fi. de iureiur. &
ratio eſt ſecundum Doct. in locis præalle.
quia hæc excuſſio in caſu iſto uenit ex na-
tura actus conditionaliter, & ex beneficio
de fideiuſſoribus idem tenet Alex. in conſ.
20 32. colu. 1. in 4. uolum. † Nona ſpecies ſa-
tiſdationis iudicialis eſt, quæ dicitur de ſe-
curo carcere, ut quando aliquis carceratur
in acri carcere, & carceratus petit ſe habili-
tari, & mitti in carcere leniorem, & dat fi-
deiuſſores de non recedendo ab illo carce
re, iſta fideiuſſio ſolet eſſe ualde in uſu in
hoc regno & hoc facit iudex ex cauſa, atté
ta qualitate perſonæ, & delicti, l. 1. ff. de cuſt.
reo. & per ea, quæ tradit Paris in trac. ſyn.
in uerſic. carc. ubi plura dicit de hac mate-
ria, & maxime, quod nobile poteſt iudex
e aſſignare totum e palatium, uel totam ci
uitatem pro carcere, & tunc ſolet recipere
fideiuſſionem de ſecuro carcere, & non te
21 netur iudex, ſi fugit, ut ibi per eum. † Deci
ma ſpecies ſatiſdationis eſt illa conuentio-
nalis, quæ communiter præſtatur in con-
tractibus, & hæc poteſt præſtari tam in iu
dicio, quam extra, de qua loquitur totus ti.
ff. & C. de fideiu.
22 † Vndecimo ſpecies ſatiſdationis eſt, quan
do debitor mutat ſuam conditionem, in
deterius quia uerbit ad inopiam, & eſt de-
bitor in diem, nam tenetur ſatiſdare de ſol
uẽdo aduenieante die, de qua loquitur tex.

& ibi

& ibi Ang.& Doc in l.in omn b.ff.de iudici tradit Alexa.in l.ſi ſi.ff.§.eleganter.ff.de dam.in fect.

23 †Duodecima ſpecies ſatiſdationis eſt, quæ præſtatur ab eo, qui impetrat dilatoriã ſeu moratoriam a principe, quã tenetur interim dare fideiuſſores de ſoluẽdo alias reſcriptũ non ualet nec ſibi prodeſt, tex.in l.vniuerſa.C.de præcibus Impe.offer.

24 †Decimatertia ſatiſdatio eſt, qñ teſtator legat aliquid in diem, uel ſub conditione, nam tenetur hæres præſtare fideiuſſores de ſoluẽdo adueniẽte tempore, de hac loquitur totus tit.ff.u t l.no caue.& ſi nõ uult ſatiſdare mittitur legatarius in poſſeſſionẽ rei legatæ, & de hac miſſione loquitur totus ut.ff.ut in poſſeſſ.leg.

25 †Reperiũtur multæ aliæ ſatiſdationes, put eſt illa de dam.inf.& de iſta loquitur totus ti.ff. de dam.infe. itẽ illa quã pſtat uſufructuarius de utẽdo fruẽdo arbitrio boni uiri, de qua loquitur tit.ff.uſufr.quẽad.caue. Item illa, de opere demolliendo, de qua loquitur tit.de ope. no.non. Item illa reſtituẽdo id, quod quis habuit ultra legem falcidiam, de qua loquitur totus titul.ff.ſi cui plus, quã per l. Fal. Item illa, quam præſtat petens executionẽ quando poteſt ſupplicari, de qua loquitur auth.qua ſupplicatio.C. de prec. Imp.offe.& dicam in uerſ.appellatio in ult. parte iudicii, uerſ.ſupplicatio. Similiter multæ aliæ de quib.in toto ti.ff.de præt.ſtip.& per diuerſas l.& titulos iuris ciuilis, quas ſtudioſus inueſtigator inuenire

26 poterit. †Scias tamen, quod in omnibus fideiuſſionibus prædictis, & aliis, debet in primis obligari principalis, & poſtea fideiuſſor, alias non ualeret obligatio fideiuſſoris, quia cum ſit acceſſoria non pt ſtare ſine principali. Ita dicit Bal.in conſil. 261. col.1.in 1.uol.allegat gl.in l.ſecundum.ff. de uerb.obl.glo.in leg.ſi hæres pecuniam. ff.ad Treb. Rob. Mar. V.I.D.

ADDITIONES.

a Iudicio ſiſti. Et iſte fideiuſſor tenetur ſucceſſiue uſque ad ſententiam, Duen.libr.1. reg.utr.iur.reg 333. fideiuſſor.de iudice, & de hac materia uide Coraſ.lib.4. miſcel.c. 10.nu.4.

b Non offendendo. In hac materia uideas Ang.conſ.73.ſtatuto, Ale conſ.7.col.pen. lib.5.Pariſ.conſi.368.lib.4.Cagno. in l.ſi quis maior nu.93.C. de tranſact.& in l.ſi. nu.36.ff.de iuriſd.om.iud. Tiraq.in tract. de pœn cauſa 62.nu 2.

c Contrauentione. Folier.in fragmen.poſitis ad finem pract.crim.laico.titu.de fideiuſſo nu.263.

d Non baratanda. Coraſ.lib.3.miſcella cap. 11 & in l.16.nu.6.ff.de offi præſid.

e Totum Palatium Andr. Tiraq.in tract.de pœn.cauſa.31.nu.decimo, & ſeq. Alciat.in trac.præſumptio.regula prima præſumpti. 48 nu.2. Cotta in memor in uerſ nobilitas, limita non habere locum, ſi dictus nobilis ſemel aufugit è Palatio, gl.in uerſ. ex urnculis.l.Cornelia.ff.ad ſenat.conſ. Silla. Tiraq.ubi ſupra nu. 4.

Ludouicus Alſerius.

De exceptione, IX. membro iudicij.

1 *Exceptiones dilatoriæ tripliciter conſiderantur.*

2 *Contumax an poſſit opponere declinatoriam fori.*

3 *Exceptio reſpiciens perſonam litigantis, quæ dicatur.*

4 *Tutor ante omnia de ſolemnitatibus in iudicio docere debet. Et poſt datum terminũ ad probandum, hæc exceptio opponi poteſt.*

5 *Exceptio excommunicationis eſt anomala, & in quacunque parte iudicij poteſt opponi.*

6 *Exceptio male agis quia ante diem agis opponi poteſt ante, & poſt litem conteſtatã, & quid importet.*

7 *Exceptio intentionis & facta dilatoria dicitur, & ante litem conteſtatã opponi dẽt.*

8 *Exceptiones dilatoriæ opponi debent ante litem conteſtatam.*

9 *Exceptio dilatoria opponi poteſt poſt litem cõteſtatam quando facto aduerſarij ſuperuenit.*

10 *Exceptio dilatoria quæ reddit proceſſum retro nullum opponi poteſt, etiam poſt litem conteſtatam.*

11 *Aduocatus opponens exceptionem dilatoriã poſt litem conteſt quam ante poni debeat ad unam libram auri punitur.*

12 *Exceptiones peremptoriæ quæ, & quare ita dicantur.*

13 *Exceptiones litis finitæ quandoque ſunt declinatoria & quandoque peremptoria.*
14 *Exceptiones peremptoriæ quando requirūt altiorem indaginem reſeruantur ad merita. Et quid operetur iſta ſeruatio, num. 15 & 16.*
17 *Exceptiones peremptoriæ uſque ad quod tēpus opponi poſſiūt. & quid ſeruetur ī regno*
18 *Exceptiones quæ opponi poſſunt poſt ſententiam.*
19 *Exceptio hoſtica quæ dicatur, & quando locum habet.*
20 *Exceptio qualiter producatur.*
21 *Dolus quos modis committatur.*
22 *Exceptio doli contra quem opponatur, et numero 23.*
24 *Dol⁹ auctoris an noceat ſingulari ſucceſſori*
25 *Exceptio doli an opponi poſſit contra contractum confirmantem propter dolum adhibitum in primo confirmato.*
26 *Dolus unius ex ſocijs an noceat alteri ſocio.*
27 *Exceptioni doli an poſſit renunciari.*
28 *Dolus an cenſeatur remiſſus in quietatione generalis.*
29 *Simulatio quotuplex ſit & nu 30.*
31 *Simulatio qualiter allegetur.*
32 *Exceptio ſimulationis qualiter opponatur.*
33 *Exceptio ſimulationis, an cōpetat ſi debitū ris una cauſa conuertatur in aliam.*
34 *Exceptio metus fundatur ſuper equitate, & eſt in rem. & opponitur in mercatore.*
35 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an inter mercatores poſſit opponi.*
36 *Exceptio periurij, an repellat agentem.*
37 *Periurium an purgetur ſi ſoluitur poſt terminum et an purgatio mora admittatur inter mercatores.*
38 *Mora non pōt purgari, ubi eſt renuntiatum.*
39 *Promittens in plures pagas ſoluere debitū, & ſi non ſoluerit primam pagā teneatur ad totum an poſſit purgare moram.*
40 *Excuſſim an habeat locum inter mercatores*
41 *Promiſſio, ſi Titius non ſoluit qualiter intelligatur.*
42 *Litis pendentia. an opponi poſſit inter mercatores & qualiter opponatur.*
43 *Litis pendentiæ quando opponi poſſit, & numero 44.*
44 *Exceptio rei iudicatæ poteſt opponi inter mercatores.*
45 *Exceptio ſolutionis poteſt opponi inter mercatoris.*
46 *Exceptio acceptilationis, an opponi poſſit inter mercatores.*
47 *Confeſſio facta in iudicio. poteſt allegari inter mercatores.*
48 *Exceptio renunciationis litis, pōt inter mercatores.*
49 *Exceptio facti de non petendo, poteſt inter mercatores opponi.*
50 *Exceptio precij non ſoluti opponi poteſt inter mercatores & nu. 51.*
52 *Exceptio iuris uel ſtatutorum, obſtantium opponi poteſt inter mercatores.*
53 *Exceptio ceſſionis bonorum poteſt opponi inter mercatores.*
54 *Exceptiones procuratoriæ, non opponitur inter mercatores.*
55 *Exceptio legitimationis perſonæ, opponitur inter mercatores.*
56 *Legitimatio perſonæ quotupliciter fiat, & quam utilitatem affert. & nu. 57.*
58 *Procurator, qui per uiginti annos ſe geſſit pro procuratore, an debeat ducere de mādato*
59 *Procurator eo ipſo conſtitutus intelligitur, quod affert inſtrumentum debiti in eius manibus.*
60 *Excommunicationis exceptio in foro mercatorum admittitur.*
61 *Filiusfamilias mercator an poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*
62 *Et an filiusfamilias mercator poſſit conuenire debitorem paternum patre uiuente.*
63 *Exceptio quod non competi actio directa, an inter mercatores hābeat locum.*
64 *Exceptio non ſolutæ gabellæ, an inter mercatores habeat locum.*
65 *Pactum nudum inter mercatores, an ſit efficax ad agendum.*
66 *Agi an poſſit ex cōtractu incerto inter mercatores.*
67 *Exceptio nouationis, ſeu delegationis inter mercatores quando habeat locum.*
68 *Exceptio erroris calculis an inter mercatores, habeat locum.*
69 *An obſtet exceptio rei iudicatæ inter mercatores.*
70 *Calculatorum ſententia eſt ut ſententia peritorum.*
71 *Computans reditus, an petit poſſit, quod iterum redatur.*
72 *Mulier in foro mercatorum, an poſſit ut procuratrix interuenire.*
73 *Trigeſima quādo debeatur ī foro nūdinario*

74 Tri-

74 *Trigeſima per quem ſolui debet.*
75 *Trigeſima quando exigatur.*
76 *Trigeſima de quibus rebus debeatur.*
77 *Trigeſima an debeatur ſi confitetur debitum.*
78 *Trigeſima debet ſolui ſi partes tranſigunt.*
79 *Trigeſima an debeatur ſi petantur alimenta.*
80 *Trigeſima non debet ſolui per pauperes, uiduas, & miſerabiles perſonas.*
81 *Terminus breuiſſimus debet dari in foro mercatorum.*
82 *Si probationes offerantur de longinquo competentes dilationis dari debent.*
83 *Termini in quo nihil fuit probatum, an ad inſtantiam actoris debeat reintegrari.*
84 *Teſtes poſt didicita teſtificata, an in foro mercatorum poſſint produci.*
85 *Acta facta de nocte in foro mercatorum an ualeant.*

1 NOnum membrum huius primę partis iudicii, eſt exceptio. † Nã ſolet reus conuentus ante litem conteſtatam opponere aliquas exceptiones contra actorē ad impediendam litis conteſtationē. Nam
2 a exceptio nihil aliud eſt, niſi actionis excluſo. Et ſuper hoc eſt ſciendum, ꝙ exceptionum aliquæ dicuntur dilatoriæ & aliquæ peremptoriæ. Dilatoriæ dicuntur, illæ, q̃ differunt cauſam, nõ tamen perimunt negotium principale, & iſtæ poſſunt conſiderari tripliciter, nam quædam reſpiciunt pſonam iudicis, quædam perſonam litigantis, & quædam reſpiciunt libellum, ſeu ipſã cauſam. Exceptio reſpiciens perſonam iudicis, eſt exceptio declinatoria fori, ſeu incompetentiæ, vel exceptio recuſationis, & iſta dēt eſſe prima, quę opponitur ante oēs except. l. fi. C. de excep. & ratio eſt, quia ſi alias prius opponeretur, cenſeretur opponēs interpellare iudicem vt ſuper alia pronunciet, & ſic induceretur conſenſus in iudicē, ſeu prorogatio, & non poſſet ulterius declinari nec recuſari ſecundum Bart. & Do. in l. quidam conſulebat. ff. de reg. iu. & maxime Io. de Imo. & Ale. & ibi & idem tenet Bart. in l. ſi conuenerit, ff. de iur. omn. iud. pro hoc eſt text. in l. ſed, & ſi ſuſceperit, ff. de iud. & habetur in c. inter monaſterium de re iudi. & dicam infra in ult. parte iudicii in ver. recuſatio in tract. appel.

a ADDITIO. † Adde, an ſi reus contumax purgauit contumaciam, poſſit opponere fori declinatoriam? vide Bart. in l. ſi pupillus, ff. de priuil. cre. & ibi Ang. & uide Cauen. in 3. pra g. vbi Bar. non decidit ſed dicit eſſe cogitandum, ſed ibi Alex. in ad dicit, quod licet Bar. hoc non decidat in d. l. ſi pupillus, tñ id decidit expreſſe in l. quidam conſulebat, ff. de re iud. & in l. ſi conuenerit, ff. de iur. om. iu. in quib. locis tãgit Bar. ſi poſt datã fideiuſſionē poſſit opponi fori declinatoria, & dicit, qd ſic, ſed in q. propoſita per Bar. in d. l. ſi pupillus, eſt maius dubiũ, quia erat latũ decretũ primũ pp cõtumaciã, & præſtita ſatiſdō ad euitandum & reuocandũ primum decretũ Sed idē dicendum eſt in caſu illo, quia per contumaciã non prorogatur iuriſdictio, ſm Bal. in l. ſi quis ex cõſenſu, C. de epiſ. aud. hr per In. in c. innotuit de eo qui fur. or. ſuſce. & p Bal. in l. 1. ff. de iur. om. iud. & per Ale. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc non ier. & in l. 1. in ſi. prin. ff. de fer. & Bar. in l. non vl ff de iu. & eſt rõ quia contumax non conſentit, vt d. l. 1. ff. de fer. & ibi Ale. & hæc ſunt vera ſm eũdē Ale. in d. l. 2. qñ iudex, qui contra contumaciã proceſſit mero iure non erat iudex cõpetens, ſecus ſi mero iure erat iudex cõpetens licet reus citatus, poſſet ex aliquo priuilegio ſibi competente eludere iuriſdict. illius. Contrarium tenet d. Auct. ſup. in verbo. & peruenitur, qñq. per viã inquiſitionis, n. 98. & vide quæ dixi in prac. mea cauſa cri. in verbo banniatur, nu. 51. P. F.

3 † Exceptio reſpiciens perſonã litigantis, dr omnis exceptio legitimationis perſonæ vt ſi compareat pupillus ſine tutore, vel minor ſine curatore, vt C. qui legit. perſo. ha. ſtan. in iud. uel filiusf. ſine conſenſu patris, iuxta l. fi. §. neceſſitate, C. de bo. quæ lib. & ibi Bart. & Bal. vel procurator ſine mandato, l. 3. §. defendēdi, & ibi Bar. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. vel ſi comparet aliquis ſubſtitutus a procuratore non habente poteſtatem ſubſtituendi, maxime ante lit. conteſt. iuxta tex. in c. 1. de proc. lib. 6. & habetur in l. qd quis. C. de pc. vel ſi cõparet procurator cũ mandato dubio, quo caſu tenet ſatiſdare de rato, l. 1. & ibi Bar. & Doc. C. de proc.
4 † Eodem mõ, ſi comparet aliquis, vt tutor, põt ſibi opponi, vt doceat de ſolennib. de quib. hr per l. legitimos, ff. de leg. tu. & hoc

hodie eſt in regno prouiſum per ritum magnæ curiæ in num. 213. qui incipit, item ſeruat ipſa curia, ꝙ cum aliquis, &c. licet hæc exceptio de ſolennib. poſſit opponi ēt poſt datum terminum ad probādum, & ſic poſt litem conteſt. ut hr̄ in d. rit. Et hoc generaliter poteſt extendi ad oēs comparentes in iudicio, ut tales, quia ante omnia dēnt probare ſe eſſe tales parte opponente, l. nō ignorat, C qui acc. non poſſ. Et ſimiliter quādo petitur aliqua ſatiſdatio iudicialis de his, quas poſui ſupra in præcedenti membro, & exceptio dilatoria reſpiciens perſonam litigantis, iſta. n. ante omnia diſcutiūtur in iudiciis, qui ēt in ſummariis ante oīa diſcuti dēt de legitimatione perſonarum, & eadē plene cognoſci, ſecundum Bal. in l. fin. col. 11. C. de edic. di. Adr. tol. & Ale. in conſ. 52. colu. 1. in 2. uol. & Iaſ. in rub. C. qui ad-
5 mit. col. 1. & 2. † Poteſt ēt, in hoc nu. poni exceptio excōicationis, in qua hodie, eſt ꝓuiſum in regno, per ritu magna curia in n. 250. in c. item, ꝙ in quibuſcunque &c. quo cauetur, ꝙ is qui eam opponit dēt offerri ſeparatū, illam probare incontinenti legitime, alias non auditur. Verum iſta exceptio dicitur anomula, nā poteſt opponi in quacunque parte iudicii ut eſt tex. in c. i. de exce. lib. 6. per quod ſtatuitur terminus octo dierum ad illam probandam, & ita illud uerbum, incontinenti poſitum in dicto ritu, omnis bonus iudex dēret interpretari adhærendo iuri cōi, prout poteſt, ut non ſtatuat minorē terminum octo dierum ad illam probandam, & in hoc foro eccleſiaſtico hēret locum ſine dubio, ubi non ſeruantur ritus magnæ curiæ. Et ꝙ iſta dicatur exceptio anomala, tenet Spec. in ti. de exce. §. 1. uer. anomala, & de materia huius exceptionis excōicationis, uide plene Fel. in c.
6 excep. col. 5. & ſeq. de except. † Tertio, ſunt quædam exceptiones, quæ reſpiciunt cām, ut eſt exce libelli inepti, uel obſcuri, uel male agis, quia ante diem agis, &c. l. i. in fin. ff. qn̄ dies uſufr. l. cedit. Verum iſta exceptio, male agis, &c. poteſt opponi ēt poſt lit. conteſt. & in hoc eſt differentia, quia ſi opponitur, ante lit. cont. reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii, & induciæ duplicitur, ſed ſi poſt opponatur reus abſoluitur diffinitiue, & induciæ ſimiliter duplicantur, ita declarat Bal. in l. exce. col. 1. C. de prob. Poteſt ēt in hoc numero poni exceptio litis pendentiæ, quæ ſimiliter in dilatoria, & dēt deponi ante li. conſt. ſecundum Bal. in l. perēptorias, in fi. C. ſen. reſcin. non poſſe, & in l. ſenatus, C. qui accuſ. non poſſ. & Fel. in ca. exceptionem, de except. De cuius materia,
7 uide Soc. in conſi. 38. in 1. uol. † Quid antē de exceptione intentionis & facti, ut quando aliquis ſine actio. ne experitur? Dic. ꝙ habet uim dilatoriæ & impedit litem conteſtari, & dēt opponi ante lit. conte. ſecundum Bar. in l. pater decedens, ff. de inoff. teſta. & Bar. in l. Pap. §. ſi qui impubes, eo. tit. Verum ſi non fuit oppoſita iſta exceptio, iudex ex officio poteſt in quacunque parte iudicii repellere agētem ſine actione, ut eſt gl. & ibi cōiter Doct. in l. ubi pactum, C. de tranſ. & gl. in l. 2. quod ſi actor. in uer. rei C. de iur. cal. per quam ita tenet Pau. de Ca. in conſi. 250. col. 1. in 2. uol. & ad prædicta eſt tex. in l. ſi pupilli, §. uideamus, & ibi Bar. &
8 Doct. ff. de neg. geſt. † iſtæ autem exceptiones oēs dilatoriis debent regulariter opponi ante lit. conſt. ut ſupra dixi, ut no. glo. & Bal. & Doct. in l. exceptionem. C. de prob. & tex. in l. Pomp. §. rati. ff. de proc. & l. ita de-
9 mum, & ibi per ſcribentes, C. de pc. † b Fal-
b lit primo hæc regula, qn̄ exceptio ſuperueniſſet poſt lit. conſt. quia in quacunq. parte iudicii ſuperuenit, excep. opponi poteſt, ut not. Alex. & Doc. in l. ſi mulier, ff. ſol. matr. & Pan. de Caſt. in l. fi. C. de excep. & glo. & Bart. in l. 3. C. de conſ. eiuſ. litis quod tamen intellige, quando ex facto aduerſarii ſuperuenit poſt lit. conteſt. ſecus, ſi ex facto ipſius opponētis ſine facto aduerſarii, quia opponi tunc non poteſt, ſecundum Bar. in l. 2. §. numerum ff. de excep. rei. & Mod. in
10 d. l ſi mulier. † Secundo limita, niſi eſſet exce. dilatoria, quæ reddi proceſſum ratio nullum, quia tunc opponi poteſt, etiam poſt lit. cont. l. licet, & ibi Bar. & Doc. C. de procu. & ſal. in l. quod quis, C. eo. tit. & Bal. in l. 1. colum. 2. C. de iur. & fac. igo. & Fel. in c. exceptionem, colum. 9. uerſi. fallit octauo, & c. de except. Reliquas uero fallentias, per quas exceptio dilatoria opponitur poſt litem conteſt. uide pleniſſime per Fel. in dicto cap. except. & per Alexan. & Mod. in d. l. ita demum, C. de procur. quas breuitatis
11 cauſa hic non refero. † Si autem exceptio dilatoria, quæ debet ante litem conteſt.

opponi.

opponi, fuerit oppoſita poſt punitur aduo
catus opponens ad unam librã auri tex. eſt
in l pen. C. de excep. & tenet Pau. de Ca. in
12 conſilio 176. col. 1. in 1. uol. † Exceptiones
c vero c peremptoriæ, dicuntur illæ, quæ in
totum in perimunt ius agentis, prout eſt
exceptio ſolutionis iuſiurandi, pacti, tran-
ſactionis, & rei iudicatæ, & ſic de aliis ſimi
libus, & iſtæ poſſunt opponi quandocunq;
tam ante lit. conteſta. quam poſt uſque ad
concluſionem in cauſa l. perẽptorias, & ibi
Bal. C. ſen. reſcin. non poſ. quantum exce-
ptionum tres dũr eſſe litis finitæ, quæ impe
diunt litis ingreſſum, prout eſt exceptio
iuriſiurandi tranſactionis, & rei iudicatæ,
& iõ appellantur litis finitæ, quæ ſunt indu
ctæ, ut ſit litium finis, vt declarant Doc. cõi
ter in leg. fratris, C. de tranſ. De exce. iuſiu-
randi, probatur in l. 1. ff. de iureiu. De exce-
ptione tranſactionis, probatur in d. le. fra-
tris. De exceptione rei iudicatæ probatur ĩ
leg. 1. ff. de re iud. Adde ad quartam exce-
ptio. litis finitæ ſcilicet præſcriptionis, ut
probatur in leg. fin. & ibi Bar. ff. pro ſuo, &
habetur in l. emptor. C. de præſcrip. lon. tẽ-
po. & tenet expreſſe Bart. in d. l. fratris. Po-
teris addere ſex alias exceptiones quas cu-
mulat Bal. in l. poſtquam litis, colu. 2. C. de
13 pac. ubi videt † Iſtæ autem exceptiones li-
tis finitæ habent duplicem opponendi mo
dum, quia ſunt declinatoriæ, & perempto-
riæ, & ideo quandoque opponũtur in uim
declinatoriæ, ut eſt, quando opponuntur
ante lit. conteſt. quo caſu impediunt litis
ingreſſum & iudicij proceſſum & ideo de-
clinatoriẹ dicuntur, quia iudicium decli-
nant. Quandoq. uero opponuntur in uim
peremptoriæ prout eſt, qñ opponũtur poſt
lit. cont. non cenſentur oppoſitæ ad merita
cauſæ, vt perimant ius agentis, & de hoc iu
dex cognoſcit in diffinitiua ſententia ita,
declarat Bal. in d. l. poſtquam liti. colũ. 2. &
in d. l. excep. in fin. C. de probat. & Bald. &
Alex. & communiter Doc. in l. nam & po-
ſtea in princ. ff. de iureiur. & in l elegante,
§. ſi quis poſt tranſ. ff. de cond. iud. & prẹdi
ctis adde Bal. in l. diffamari, col. 2. uer. mo-
do hic quæro unum, &c. C. de ing. & man.
14 & Bart. in d. l. fi. ff. pro ſuo † Verum iſtæ ex
ceptiones peremptoriæ quandoque requi-
runt altiorem indaginẽ, quas declarat Bar.
in l. 4. §. condemnatum, & ibi ẽt Alex. in fi.
d col. fi. ff. de re iud quo caſu ſi d opponantur
ante lit. cont. non impediunt proceſsũ ſed
iudex debet eas reſeruare ad merita cauſæ,
& procedere ad ulteriora tex. eſt & ibi Bar.
in d. l. nam. & poſtea, & ibi etiam Bald. &
cõiter Docto. & Barto. in l. ſi quis. C. dep. &
Bar. Ale. & Doc. in l. ille a quo §. ſi de teſtõ.
ff. ad Treb. & Can. in c cum contingat de
off del. & Barto. in l. is à quo. ff. ut poſſ. l. &
Bar. in d. l. ſi. pro ſuo, & hr̃ in deciſ. 3. conſi.
Neap. quæ loquitur de exceptione præſcri
ptionis, de qua etiam Bal. in l. per hanc cõ-
15 lum. 2. C. de temp. appel. Quid autem ope
ratur iſta reſeruatio exceptionum ad meri
ta? dic quod ſi in proceſſu, iudicii apparé-
bit, iſtas exceptiones eſſe veras, & militare,
quidquid ante factum eſt nõ ualebit & oĩa
acta habebuntur pro non factis ita d. Bar.
in d. l. ille à quo. §. de teſtamento. ff. ad Tre
16 bel. Dicuntur autem require altiorem inda
ginem, quando non ſunt liquidæ, nec de fa
cili poſſunt liquidari, ſecundum Bal. & Mo
der. in d. l. nã & poſtea. & per Bar & Alex. in
d. l. 4. §. condemnatum. Vnde ſi opponens
offert ſe paratum incontinenti probare ex
ceptionẽ ut quia habet inſtrumentum, uel
alias probationes paratas tunc impedit lit.
cont & non reſeruatur ſecundum Bar. in d.
§. ſi de teſtamento. & Abb. in d. c. cum con
tingat col. fin. de off. dele. & eſt deciſum in
deciſ 63. in conſi. Neapol. hodie tamen in
regno eſt facta ꝓuiſio circa iſtas exceptio-
nes, ut ſi quis opponat eas ante lit. conteſt.
debeat illas liquidare, & probare infra qui
que dies, alias cenſetur reſeruata ad merita
cauſæ, vt eſt deciſum per regiam prag. quæ
incipit comparente, & ſic illud uerbum in
continenti, quod eſt de iure communi, eſt
hodie in regno declaratũ per quinque dies.
Eſt etiam & alia noua prouiſio per aliam
prag. quæ incipit. Quicunque qua cauetur
quod opponens aliquam ex prædictis exce
ptionibus, ſi illam non probat ſaltem ſemi
plene punitur pro qual ber uice ad iotare
17 nos. † illud autem, quod dicitur, quod ex-
ceptiones peremptoriæ poſſunt opponi uſ
que ad ſententiam, eſt de iure cõi, ſed per re
gni conſtitutionem, quæ incipit, lite legi-
time, &c. debent opponi infra biduũ poſt
litem conteſta. & eſt correcta in regno illa
leg. peremptorias C. ſen. reſcin. non poſ. ut
d. gloſ. in d. conſtit. Tamen cõiter hodie de

13 † Quæ nam ſunt cauſæ, quib. excuſabitur
reus a non conteſtando litẽ? In quo dicen-
dum eſt, quod primo excuſabitur ſi reus ẽ
dubius, l. 3. §. ſi is, qui neſcit. ff. de lib. bon.
exhi. & no. in l. ſi. §. hoc idẽ. C. de iure deli.
quod eſt verum non dato interuallo ad de-
liberandũ, ut in authen. offeratur. C. de lit.
conteſt. & ſi non poteſt deliberare dẽt fie-
ri lit. conteſt. per verbum credit, vel non
credit per no. in c. cũ ad ſedem. de reſt. ſpo.
vel per verbum non præſumit, ut i. c. quo-
14 dam extra de præſum. † Secundo excuſa-
b tur ſi forte reus propoſuiſſet exceptiones
declinatorias, uel dilatorias, & iſtat, quod an-
te omnia de ipſis cognoſcat, quoniam oẽs
exce. dilatoriæ impediunt lit. conteſt. ut d.
Ang. in l. uir bonus. ff. iud. ſol. & dẽt iudex
de ipſis ante omnia cognoſcere, nec poteſt
iudex mandare reo, quod hẽat conteſtare
litem ſaluis exceptionibus, ſi ipſe reus con-
tradicit cum non ſit cõſtitutum in eius ar-
bitrio, ſed ipſarum exceptionũ extimatio-
nis tempus eſt a iure ſpecialiter diffinitum
cap. inter monaſterium extra de re iud. de
quo plene per Maria. Soc. in d. rub. nu. 14.
& ibi et uideas qualiter exceptiones ſunt
opponendæ, ut impediatur litis ingreſſus,
& conteſtatio litis, nu. 47. uerſ. 2. principa-
liter quæro. Pet. Foll. V.I.D.
15 † Quarto quæro, quis ſit litis conteſtatio-
nis effectus. Dic quod multi ſunt, & inter
alios ſunt iſti, uidelicet primo, quia ꝑcludit
uias opponẽdi dilatorias, l. Põponius. §. ra-
ti. ff. de proc. & c. inter monaſterium, de re
iud. Secundo quia perpetuat actionem, ut
no. plene Ale. & Doct. in l. ſi cũ §. qui iniu-
riarum. ff. ſi quis caut. pro hoc eſt tex. in l.
ordinata. in prin. ff. de iud. cau. Tertio, quia
conſtituit aduerſarium in mala fide, quan-
tum ad fructus. l. certũ, & l. moræ. C. de rei
uend. & Bar. in l. litigator. C. de fruct. & lit.
exp. Quarto, quia conſtituit in mora, ſecũ-
dum Ale. in conſi. 48. colum. fi. in 4. uol. &
maxime in his, quæ debent officio iudicis
l. cum poſtulaſſem. ff. de dam. inf. Quinto
quia operetur, ut poſſit procedi ad diffini-
tiuam ſentẽtiam de iure communi, ad quã
ſine ea procedi non poteſt, ut in §. ſi uero
etiam, authen. de exhib. reis, licet hodie in
regno non requiratur in cauſis ciuilibus,
ut pluries fuit dictum ſupra. Sexto opera-
c tur c interruptionem præſcriptionis, ut d.
leg. moræ. Cod. de rei uend. & l. ſicut, & ibi
Bald. C. de præſc. 30. ann. & not. plene in l.
naturaliter. ff. de uſucap. multos alios ope-
ratur effectus, de quibus remitto me ad di-
cta per Spec. in titu. de litis conteſt. §. pe-
16 nul. & fin. † Vltimo moneo hic unum du-
bium, quod ſæpius in facto euenit. Aliquis
reſpondet libello cum proteſtatione, quod
non animo litem conteſtandi, &c. an talis
proteſtatio aliquid operetur ſcilicet, ut lis
non habeatur pro conteſtata, ſi utitur tali-
bus uerbis per quæ alias induceretur litis
d conteſtatio. d Communis concluſio eſt,
quod lis non ſit conteſtata, & quod tali s
proteſtatio releuet, niſi iudex prius iuſſerit
litem conteſtari, nam tunc cum ſumus in
caſu neceſſario, proteſtatio nihil releuat,
l. alimenta, C. de nego. geſt. ita tenet Fran.
de Are. in l. qui in aliena, §. ſi colum. penu.
ff. de acquiren. hæred. & Alexan. in conſil.
41. col. 2 in fi. in 4. uol. & Ab. in c. 1. col. 8.
& ibi etiam Fely. in 2. colum. de litis con-
teſt. & uide Bartol. & Bald. in le. 1. C. de lit.
conteſt. Et per hæc ſit expedita iſta prima
pars iudicii. Veniamus ad ſecundam par-
tem

tem principalem. Lau Deo. Rob. Marant. Venuſ. V. I. D.

ADDITIONES.

a Per quæ uerba. Abb. in c. 1. ut lit. non conteſt. Amade. in tract. ſindic. nume. 228. colum. 2.

b Excuſatur Bello conſ. 25. num. 1.

c Interruptionem. Limita ut per Soc. in trac. fallen. reg. 304. & 308.

d Communis. De communi etiã per Rip. in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 97. extra de conſtit. Amade. in trac. ſind. nu. 128. col. 2. Spec. in tit. de litis conteſt. lib. 2. Par. 1. numero 14.

Ludouicus Alſtrius.

Ad ſecundam iudicii partem prefatio.

EXPEDITA prima parte iudicii quæ durat uſque ad litis conteſtationem incluſiue, conſequens eſt ſequendo ordinem propoſitum, ut aggrediamur ſecundam partem, quæ durat a litis conteſtatione, uſque ad concluſionem in cauſa incluſiue, ut dixi in principio huius ſextę partis. Et in iſta ſecũda parte licet plures actus cõſiderari poſſint declarabo tamen ſuper ea ſexdecim actus principaliores, qui ſolẽt in hac ſecunda parte in iudiciis uentilari. Et ſunt iſti, uidelicet, iuramentum calumniæ, cõpromiſſum dilatio, ſeu terminus ad probandum, poſitio, ſiue articulis, confeſſio, teſtiũ productio, interrogatoriũ inſtrumẽtorũ, productio, iuramentum, actorũ editio, publicatio, accuſatio incidens, repulſa tortura, concluſio, allegatio, ſeu diſputatio, de quibus ſingulis diſpiciamus.

De iuramento.

1 *Iuratur de calumnia facta litis conteſtatione per actorem, quam per reum.*

2 *Iuramentum calumnię poteſt tacite omitti de conſenſu partium.*

3 *Iuramentum calumnię exigitur etiam poſt concluſum in cauſa.*

4 *Iuramentum in calũnia an præſtetur in cauſa criminali, remiſſiue.*

5 *In his, quę emergunt ante lit. conteſt. in qualibet exceptione, iuratur de calumnia.*

6 *Actor non iurans de calumnia cadit ab actione, reus vero nolens iurare, habetur pro confeſſo.*

7 *Iuramentum calumnia in quo differat a iuramento malitię & veritatis.*

8 *Procurator an iuret de calumnia, & qualiter.*

9 *Iuramentum calumnię pręſtatur in cauſa appellationis.*

10 *Iuramentum calumnia quid cõprehendat.*

11 *Iuramentũ calumnię hodie uno obolo non ęſtimatur, & litigãtes potius iurant de calumnia committenda quam vitanda.*

12 *Iuramentum calumnię excuſat a tacita, & pręſumpta calumnia, non autem ab euidenti.*

13 *Cõmittens calumniã, etiam in cauſa ciuili poteſt criminaliter accuſari finita cauſa.*

PRimus actus qui ſequi ſolet in iudiciis
1 poſt litis cõteſtationem, eſt a iuramẽ-
1 tum cal. † Nam facta litis conteſtatione iu
ratur de calumnia, tam per actorem, quã
per reum, c. cum cauſam, in fi. de iur. cal. c.
dudum, el. 1. de elec. & not. Spec. in titu. de
2 iur. cal. §. 1. in prin. † quod iuramẽtũ adeo
ſubſtantiale iudicii, quod nõ poteſt p partes
expreſſe remitti, & ſi omitteretur, proceſ-
ſus eſſet ipſo iure nullus, l. 2. §. ſed q. a uere-
mur, & ibi Bar. Bal. & Doct. C. de iu. cal. ta-
cite autem omitti poteſt, & ualet proceſſus,
ut quia iuramentum non fuit exactũ ab altera
partium, & ſic non fuit iuratum in toto
proceſſu, quo caſu cenſetur tacite omiſ-
ſum, quod fieri poteſt, ut eſt text. in cap. 1.
de iur. cal. li. 6. & tenet And. de Iſer. in con-
ſtit. lite legitime, col. 1. & in conſt. uniuer-
3 ſos. † Iſtud autem iuramentum calũniæ po-
teſt exigi per iudicem in quacunque parte
iudicii etiam poſt concluſum in cauſa, ſm
Bal. in l. 1. circa fi. uerſi. ſed nunquid, C. de
iur. cal. per d. ca. 1. extra eo. libro 6.
4 † Et an pręſtetur in cauſa criminali, decla-
5 rat Bald. in d. l. 1. † Item in his, quæ emer-
gunt ante litem conteſt. in qualibet exce-
ptione iuratur de calumnia; ſecundũ Bar.
in authen. hoc ſacramentum, C. de iur. cal.
6 † & ſi actor non uult iurare, cadit ab actio-
ne ſua. Reus uero nolens iurare, habetur
pro cõfeſſo. l. 2. § quod ſi actor, & ibi Bar.
C. de iur. cal. & Spe. eod. titu. in §. ſupereſt
7 in princ. † In quo autem differat iuramẽ-

tum

tum calumniæ, a iuramento militiæ, & iu ramento ueritatis, vide Spe. eo. tit. § 1. col. 2. & 4. & eſt tex. cum gl. in c. 2. de iura. cal.
8 lib. 6. † An autem procurator iuret de calũnia, & qualiter? dic q tenetur iurare nomine proprio & ſi habet ſpeciale mandatum, iurauit etiam pro domino, alia ſine ſpeciali mandato non iurat, ſed principalis iurare debet. Verum quando procurator iurat proprio nomine, iurabit in animã ſuam, ſed q iurat pro domino, iurabit in animã conſtituentis ita hæc omnia declarãt Bar. & cõiter Doc. in l. 2. §. ſi. C. de iur. cal. & habetur plene per Spe. eo. tit. §. zeſtat. ubi ponit omnes perſonas, quæ alieno nomine iurant.
9 † Sed quid in cauſa appellationis, an ſit in ea iurandum de calumnia? Dic, quod ſic, ẽt in principali cã iuratum fuerit tex. eſt in c. 2. in prin. de iur. cal. lib. 6.
10 † Quid autem comprehendat hoc iuramentum calumniæ? dic, quod multa. Primo. n. quod actor credit ſe iuſte petere, & non calumnioſe. Item, quod reſpondebit ueritatẽ ſuper omnibus, de quibus interrogabitur. Tertio, quod non utetur falſa probatione. Quarta, quod non corrumpet iudicẽ nec tabellionem. Quinto quod calumnioſam dilationem non petet, ut no. Spec. in tit. de iur. cal. §. nunc dicamus in princ. & tangitur aliquid per Bar. & Doc. in auth. principales. C. eo. ti. Et ſimiliter poteſt extendere
11 in reo † dicit tamen notabiliter Bal. in l. ſi poteſt. C. de euict. quod iſtud iuramentum cal. hodie non æſtimatur uno obolo, quia facti ſumus contemptores Dei, & religionis eius, vnde ego puto, quod litigatores noſtri temporis potius iurant de calumnia committenda, quam vitanda & ideo melius eſſet, q iſtud iurm ex toto tolleretur a iudicio, cauſa uitandi tot periuria, non obſtante, q hoc iuramentum fit inuẽtum ob publicam utilitatem, ne ueritas occultetur, ut d. l. 2. §. ſed quia ueremur, tamẽ iſtud parum curant iurante argumento illius dicti per poetam Aquinatem. Quid enim ſaluis infamia nummi &c.
12 † Operatur aũt hoc iuramentum, ut quis excuſetur a tacita & præſumpta calumnia, non autem ab euidenti, & expreſſa, ſecundum Bart. in l. ſi quis. §. ſtellion. ff. ad Tur. & Bal. in l. ſi tibi, C. de li. cau. & Ale. in l. ait prætor, in prin. ff. de iureiur.
13 † Hinc eſt, q committens calumniam ẽt in cauſa ciuili, poteſt criminaliter accuſari finita cauſa, ut no. glo. in l. & in priuatis. ff. ad Turp. & Bal. in d. l. ſi tibi. Vnde ſi calumnia eſt euidens, non excuſatur per iuramentum, alias ſic, ſecundum Bald. ibi.

Rob. Maran. V. I. D.

ADDITIONES.

a Iuramentum calumniæ. Late de hoc iuramento uideas Nic. Ant. Grauat. in addi. ad prac. Veſt. li. 5. c. 2. litera F. num. 11. vſque in fi. & li. 6. c. pen. nu. 39. ubi habetur, quod fuit inductum de iure diuino.

b Non uult iurare. Duen. li. 1. reg. utr. iu. reg. 152. contumax, in quarta limit.

Ludouicus Alferius.

De compromiſſo.

1 *Compromittitur hodie in regno, inter coniunctos ſanguine, uel affinitate uſq. ad quartum gradum computantur, ſecũdum ius ciuili.*

2 *Compromiſſum, quod fit inter affines, ex forma ſtatuti habet l. eum etiam inter maritum & uxorem, & inter ſponſum, & ſponſam nu. 3.*

4 *Compromiſſum etiam ſi millies expirat millies debet renouari quando a ſtatuto inducatur. Et quid ſeruetur in regno, & an ultra bis fiat.*

5 *Compromiſſum ſecundum pragmaticam an fiat inter conſanguineis ſpurios, et nu. 20. 21.*

6 *Compromiſſum durat etiam poſt tẽpus pragmaticæ quando expirauit, quia pars petijt nimis longam dilationem.*

7 *Compromiſſum ſecundum pragmaticam regium etiam quando auctor laudatus eſt conuictus, licet principalis litigator conuictus non ſit.*

8 *Procurator compromittere poteſt ſecundum regiam pragmaticam licet non habeat ſpeciale mandatum.*

9 *Compromiſſum ſecundum regiam pragm poteſt fieri etiam inter minores.*

10 *Filiusfa. ẽt ſine conſenſu patris poteſt ſe compromittere ex forma Regiæ pragmaticæ.*

11 *Mulier poteſt compromittere ſine Mundualdo ſecundum Regiam pragm.*

12 Com-

12 *Compromiſſum fit per ſolum iudicem eligentem arbitros diſcordantibus partibus.*

13 *Compromiſſum ſecundũ pragmaticã Regiã fit altera parte illud petẽte ſed non aliter*

14 *Compromiſſum prædictum fit ſolum in cauſis ciuilibus uel mistis.*

15 *Compromiſſum egrega pragmatica forma, non fit, quando affinitas eſt diſſoluta per mortem.*

16 *Compromiſſum præiudicium ceſſat inter priuignum & nouercam mortuo parte.*

17 *Compromiſſum fieri non poteſt altera parte in uita habente exceptionem litis finitæ ſeu impedientem liti ingreſſum.*

18 *Statutũ q̃ fiat compromiſſum inter affines non comprehendet habentẽ inſtrumentum ſententiam uel obligationem liquidam.*

19 *Habens ſcripturam iuratã, non tenetur ad compromiſſum ſecundum pragmaticam.*

20 *Spurius non dicitur coniunctus, & litigãdo cum conſanguineo, non poteſt ſecundum pragmaticum petere compromiſſum.*

21 *Compromiſſum an fieri debeat ſi ſpurius petit compromiſſum contra alium ſpurium ſibi coniunctum.*

22 *Compromiſſum non fit in cauſa feudali etiam inter coniunctos.*

23 *Cauſa in qua agitur de uita & militia, æquiparatur feudali. & ſuper ea non compromittitur ſecundum pragmaticam.*

24 *Compromiſſum q̃ fieret cum cedente coniũcto, non fit cum ceſſionario non coniuncto.*

25 *Compromiſſum ſecundum regia pragmaticã nõ fit inter cõſanguineos legitimatos.*

26 *Compromiſſum non poteſt peti contra clericũ coniunctũ. ſed ſi a clerico contra laicũ.*

27 *Clerici actiue gaudent ſtatuti. laicorum.*

28 *Clericus contra clericum coniunctum, non poteſt petere compromiſſum ſecundũ pragmaticam regiam.*

29 *Compromiſſum ſecundum pragmaticã non fit de arbitrio iuris, niſi quãdo eſſet probabiliter dubius.*

30 *Cauſa tutelæ compromitti non poteſt etiam ſtãte pragmatica quod cauſa omnes compromittantur,*

31 *Compromiſſum non petitum in cã, principali non poteſt peti in cauſa appellationis.*

32 *Cauſa miſti imperii, non comprehenduntur a pragmatica, quod omnes cauſæ compromittantur.*

33 *Compromittitur ſecundum regiã pragmaticam inter affines coniunctos per legitimũ matrimonium. Secus ſi per ſimplicem fornitionem.*

34 *Compromiſſum non fit ſecundum pragmaticam quando altera tantum ex partibus læderetur.*

35 *Appellari an poſſit a ſententia boni uiri.*

36 *Nullitas ſententiæ latæ per bonũ uirum confirmatum ſententiam arbitrariam an allegari poſſit & nu. 37.*

38 *Sententia dolo lata eſt nulla.*

39 *Laudum dolo latum an ſit nullum.*

40 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis quandoq; nunquam intelligitur excluſa.*

SEcundus actus, qui ſolet quandoque in
1 iudicijs emergere, eſt† compromiſſum
2 & loquor præciſe pp regiam pragmaticã, quæ uiget in hoc regno, quæ incipit, odia, per quam eſt cautum, q̃ ſi litigantes ſunt coniuncti ad inuicem per conſanguinitatem, uel affinitatem uſque ad quartũ gradum computandum ſecundũ ius ciuile, debet iudex altera parte petente, compellere ipſos litigantes ad compromiſſum utrum poteſt peti a principio litis uſque ad dationem termini probatorii, & non ultra, ut dicitur in d. pragm. Et hac de cauſa ego poſui hunc actum compromiſſi ante dationem termini, non tamen nego, quin et potuerit poni ſup. in i. parte iudicii. & quoniam iſtam materiam compromiſſi, et arbitrorum tractaui aliquatenus ſup. in 4. par. prin. huius trac. in 14. diſt. et aliquid dicam infra in materia appel. in 3. parte iudi. in i. q. princ. in uer. reductio et in 4. qu. prin. uerſi. 8. limita, &c. ideo hic ſolum reſeruo tangere materiam compromiſſorũ prout emergit in iudicio, et ſic materiam dictæ regiæ pragmat. et primo pono regulam, quę ſumitur ex d. pragm. quam ſupra
2 dixi.† Amplia primo, d. pragma. procedere etiam inter maritum, et uxorem, qui licet non ſint affines tamen principium, & cauſa affinitatis ſunt. ita tenet Bald. in l. affi-
3 nitatis. Co com. de ſucceſ. † Secundo amplia, d. pragm. procedere etiam inter ſponſum, et ſponſam ita tenent Iaſ. in le. q̃ Se-
4 uius, colum. 2. ff. de cond. ob cauſam. † tertio amplia, etiam ſi millies expiraret com-
5 promiſſum, millies deberet renouari, et iterum compromitti, etiam quod d. prag.

ſem-

ſemper loquitur, ita per plura tenet Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait, colu. 2. ff. de edē. ubi etiam dicit quod hæc pra. eſt fauorabilis, idem tenet Alex. in conſil. 70. co. 2. in 2. uol. & Bal. in conſ. 487. in 4. uol. Verſi. reperio, quod Matth. de Affl. in ſignis Doct. Neap. in ſuis deci. ſacri cōſil. in deciſ. 46. uult, quod ſi bis factū fuit cōpromiſſum iuxta formam d. prag. & fuit bis expiatum, nō debet ulterius altera parte inuita cōpromitti, & ita dicit fuiſſe ꝓnunciatum in ſacro conſ. pōderando uerba d. pragma. & certe ſi d. deciſ. habentur in regno pro auth. poſſumus dicere, quod in regno ſit correctum ius commune in terminis d. prag. quia ſententia ſacri conſ. fertur ſub nomine regis, unde habet uim legis in hoc regno, l. fi. C. de leg. Alias aūt haberet illa deciſio uim auctoritatis unius doctoris, & eſſet ponderandæ rationes, qui-

5 bus mouetur. † Quarto amplia, procedere etiā inter conſanguineos ſpurios, quando agitur inter coniūctos ex parte matris ita tenet Alex. in leg. ex facto, §. ſi quis rogatus, col. 15. ff. ad Trebel. ſecus, ex parte patris, ut dicam infra in limitationibus.

6 † Quarto amplia, etiam ſi lapſum eſſet tēpus pragmaticæ trium menſium ex cauſa, quia altera pars petiit nimis longā dilationem ad producendum teſtes nō poteſt tunc nihilominus cauſa decidi poſt tēpus & ſic poſt tres menſes. ita tenet Alexan. in

7 cōſ. 72. col. 1. in 3. uol. † Sexto amplia, nō ſolum, quando principalis litigator eſt cōiunctus, ſed ēt qñ auctor eſt coniūctus licet principalis ſit extraneus, quia debet cauſa compromitti cum auctore laudato iudicium ſuſcipiente, ita plene hāc quæſt. examinat Bar. in ſua 2. diſp. quę incipit. Piſanæ ciuitatis, &c. ubi ita cōcludit. quod idem tar. in l. procurator. la 2. ff. rē ra. ha.

8 † Septimo amplia, procedere etiam in tutore, & procuratore. Nā licet alias iſtæ perſonæ non poſſint compromittere ſine ſpeciali mandato leg. tranſactionis, & ibi per omnes Doct. C. de tranſac. tamen ſtāte d. prag. poſſunt compromittere, quando eorū principaliter ſunt cōiuncti. ex quo nō faciunt hoc uoluntarie, ſed ex neceſſitate ſtatuti ita concludunt Paul de Caſt. ald. & Alexan. in l. ſi plures, ff. de pact. & Iaſ. in d. l. tranſactionis, & Ang. in l. nō ſolum, §.

9 interdum, ff. de proc. † Octauo amplia ꝓcede, etiam inter minores, ſecundū paul. de Caſtr. in l. nam & poſtea. §. ſi minor, ff.

10 de iureiuran. † Nono amplia, etiam ſi extaret ſtatutū quod filius non poſſit ſe obligare ſine cōſenſu patris, nam poteſt nihilominus cōpromittere auctoritate d. pra. etiam ſine conſenſu patris, quia d. pragm. eſt magis ſpecialis, quam illud ſtatutū ita tenet Bal. in l. fi. §. neceſſitate. col. 4. uerſic. ſed pone, duo ſunt ſtatuta, &c. C. de bon. quę lib. 1. & Ale. in conſil. 29. col. 1. in fin.

11 ver. & expreſſius, &c. in 1. uol. † Et ꝓ hoc dico, ꝙ in regno eſt in cōis obſeruantia per ritū magnę curię ꝙ mulieres Lōgobardo iure uiuētes, non poſſunt cōtrahere ſine conſenſu Mundualdi, non aūt ſi eēt lis aliqua cum muliere cōiuncta, puto quod dicta mulier poſſet cōpromittere, ſecūdū formam d. prag. etiam ſine Mundualdo. per illud dictum ual. quod eſt notandum.

ADDITIO. Contrarium in indiuiduo firmatum reliqui Caſtrē. in cōſ. 465. uſo compromiſſo, col. 1. lib. 1. et Lanfran in tract. de arb. in 5. qu. partis, et Tiraq. in tract. de leg. conſib. in uerbo contracter. in gl. 4. nu. 190. in 19. q. P. F. V. I. D.

12 † Decimo amplia, procedere etiam ſi partes ſint diſcordes in eligendis arbitris, q a tunc iudex ſolus eligit, et fit compromiſſum, tex. eſt in l. fi. §. electionem. C. de iud. et Bar. in l. in uend. §. fi. ff. de bo. auct. iudi. poſſ. et Bar. in l. 1. §. ex hoc reſcr. ff. de vent. inſp. et Alexa. in l. de die. in princ. in 2. no.

13 ff. qui ſatiſ. cog. † Iſtam pragmaticam ſic ampliatam limita primo procedere, dummodo cōpromiſſum petatur ab altera partium, alias ſi non petitur iudex, non debet per ſe compellere partes ad compromiſſum, & quādo petitur ab una parte debet alias pars citari ſecundum Ale. in conſ. 82. co. 2. in 1 vol. & hoc ſentit expreſſe d. pra. odia, poſt prin. ibi, ad petitionem cuiuſli-

14 bet, &c. † Secundo, limita, eam procedere ſolum in cauſis ciuilibus, uel miſtis, ſecus in criminalibus, quia in eis non fit compromiſſum, ita expreſſe dicitur in d. prag. ibi, in cauſis ciuilib. uel miſtis, &c. quæ autē dicātur cauſę miſtæ. declaraui ſupra in

15 4. parte principali. in 1 diſt. circa fi. † Tertio limita, eā procedere inter affines durante affinitate tantum, ſecus autem, ſi affini-

tas

tas ſit diſſoluta per mortem, quia licet remaneat vinculum quoad impedimentum
p matrimonij, quando non ſi remanet quo ad cõpromiſſum, ita tenet Bar. in l. cui coitum. §. affinitates, & ibi etiam Bal. & Doc. ff. de poſt. & eſt gl. & ibi Alex. & Doct. in l. ſed hõc ita, ff. de re iud. & Bal. in fi. uer. modo quęritur, & c. C. de verb. ſigni. & Pau. de Caſt. in l. rei iud. §. fi. in fin. ff. ſolu. matri.
16 † Et per hoc ceſſaret dicta pragma. inter
e priuignum, & nouercam mortuo patre ex quo eſt diſſoluta affinitas, ſecundum Bal. in l. affinitatis, C. commu. de ſucceſſ. & Paul. de Caſt. in conſ. 80. in 2. vol.

ADDITIO. Adde in l. non tamen. 4. col. in fi. nu. 17. ff. de reg. iur. Per. Fot.

17 † Quarto limita, non procedere, quã aliena pars haberet aliquam exceptionem litis finitę, ſeu impedientẽ litis ingreſſum quia non poteſt ea inuita fieri compromiſſum. ita tenet Bal. & Alex. & Doc. in l. fratris, C. de tranſac. & Bal. in l. ſi iudex, ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Soc. in conſ. 30. co. 4. verſ. 1 quia, & c. in 4. vol.

18 † Quinto limita, non procedere, quando altera pars haberet ſcripturam publicam liquidam, puta, inſtrumentum, ſententiã, vel obligationem ita deciditur in d. prag. odia. in fi. & per Soc. in conſ. in 1. volu. Nam d. prag. ſeu ſtatutum non comprehẽdit res liquidas, ita dicit Pet. Phil. Corn. in conſ. 61. in litera D. in 4. vol. & Socin. in d. conſ. 300. col. 4. in fi. in 2. uol. & Bart. in l. elegãnter, in prin. ff. de cond. inde.

19 † Sexto limita, non procedere, quando ex
f taret aliqua ſcriptura iurata, quia propter iuramentum non fit compromiſſum, ita tenet Alex. in conſil. 37. col. antepen. in 2. uol. & Iaſ. in l. fratris, C. de tranſact. vbi plures allegat, & Paul. de Caſt. in conſ. 14.
20 in 2. uol. † Septimo limita, non pcedere in ſpurio, qui litigat cũ conſanguineo ſuo non poteſt petere compromiſſum, ex quo non dicitur coniunctus, ut not. Bald. in l. id quod pauperib. col. fi. C. de epi. & cl. & Bald. in l. cũ acceptiſſimi, C. de fideic. & gl. in cl. 1. in verſ. liberi. de baptiſ. & Inn. in cap. nonnulli. §. ſunt, & alii, de reſcriptis, & Paul. de Caſt. in conſ. 178. in 2. vol. & Alex. in conſ. 60. col. 3. & 4. in 2. volum. vbi hoc etiam ſingulariter declarat, quando ſpurius petit compromiſſum; eo quia eſt coniunctus, quia tunc non auditur, ſecus ſi ſit ſanguineus legitimus petat contra ſpuriũ quia tunc fit compromiſſum in damnum ſpurii, ſecundum eum. Item intellige hoc, quando ageretur inter coniunctos ex parte patris, ſecus ſi ex parte matris, quia tunc etiam ſpurius dicitur coniunctus, & petit compromiſſum, ſecundum Alexan. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, col. 5. ff. ad Treb. & dixi ſupra in 2. ampliatione ad hanc regulam, & de prædictis vide etiam Paul. de Caſt. in d. § ſi quis rogatus, & Ioã. de Imo.
21 & ibi. † Sed poſſet occurrere dubiũ quod ſi vnus ſpurius peteret compromiſſum cõtra alium ſpurium ſibi coniunctum, an debeat fieri? certe ſi iſti duo ſpurii attingunt ſe ex linea matris, puta quia eſſet duo fratres ſpurii nati ex eadem matre, vel duo conſobrini ſpurii nati ex duabus ſororibus, non facerem dubium, quod fieri deberet compromiſſum per ea, quæ dixit Alexand. in dic. §. ſi quis rogatus, ſed tota dubitatio conſiſtit, quando eſſet coniuncti ex linea patris, & hanc quæſt. nominũ nio ab aliquo tactum, ſed ſaluo meliori iudicio dicerem, quod etiam in iſto caſu habet locum compromiſſum altero ſpurio petente, & pondero rationem, qua utitur Alex. in d. conſ. 60. colum. 4. verſ. quintus caſus, & c. in 2. uolum ubi dicit, quod ſpurij veniunt appellatione filiorũ, quãdo tractatur de eorum præiudicio, ſecus ſi de fauore alleg. gl. in d. cl. 1. de baptiſ. & idem tenet Paul. de Caſt. in dicto. §. ſi quis rogatus, ſed ſic eſt, quod ſi ſpurius petit compromiſſum, & alter ſpurius opponeret ſibi, quòd ego non ſum tibi coniunctus, quia ſum ſpurius, tunc allegaret ſpurietatem in ſui fauorem, vnde non deberet audiri, & ſi diceret non potes petere, quia tu es ſpurius, petens replicaret, & tu quæ pars es? vnde, nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego. per ea quæ habentur per Bal. & do. in l. ui ro. & in l. cum mulier, ff. ſol. matri. & per Imo. & Doct. in c. intelleximus de adu. & ibi in terminis. Ioan. de Anan. vltimo. dicit per illũ tex. Nota, quòd in exceptione doli, vel criminis, turpis perſona non poteſt a ſſicere turpem unde ex conſequenti per illa iura dico, quod ſpurius conuentus ſuper compromiſſum, non poſſet a ſſicere ſpurium, allegando ſpurietatem

tem, quę contra eundem retorquetur,& ſic tunc compromiſſum fieri debet.

22 † Octauo limita, non procedere in cauſa feudali, quia illi compromitti non pōt nō obſtāte d. pragma. ita deciditur ex preſſe in d. prag. o dia in fin.& tenet Andr. de Iſer. in c.1.§. ſi in ter. de leg. Con.& eſt tex. in cōſt. regni, quæ incipit conſtitutionē duæ memoriæ, quæ annullat omnē tranſactionem compromiſſum in cauſa feudali.

23 † Nono limita, non procedere in cauſa, in qua agitur de vita,& militia, quia nō compromittitur, nam æquiparatur feudali, ut tenet Matth. de Affl. in deciſ. 44. conſilio Neap.

24 † Decimo limita, non procedere, quando coniunctus cederet ſuam actionē non coniuncto, quia licet cōpromiſſum fieret cum cedente, non tamen fiet cum ceſſionario, quia eſt mutata qualitas, ita habetur in deciſ. 74. conſ. Neap.& per Imo.& Ale. in l. ſi poſt diuortium, in fi. ff. ſol. mat.& eſt tex. in l. Paulus reſpondi per procuratorem. ff. de

25 acq. hær. † Vndecimo limita, nō procedere inter conſanguineos legitimatos ſedm Paul. de Caſt. in conſ. 168. in 2. uol.& Ale. in conſ. 40. col. 1.& in 3. in 2. uol.

26 † Duodecimo limita, non procedere, contra clericum coniunctum, quia cum ſit ſtatutum principis ſecularis nō poteſt ligare clericos, ita tenet Soc. in conſi. 71. in 4. uol.& Bal. in c. cum ueniſſent col. 3. de eo, qui mit. in poſſ. ſed ipſe clericus actiue poſſet petere compromiſſum contra laicum con

27 iunctum, † quia clerici gaudēt ſtatutis laicorum pro ſe, non autem contra ſe, ut habetur per Abb.& Moder. in ca. eccleſia S. Mariæ de conſtitu.& per Bart.& Doc. in lege cunctos populos C. de ſum. Trinita.& fid. Cath.

28 † An autem clericus cōtra clericū coniunctum petere poſſit cōpromiſſum, dico qđ non, quia in eo eſt diuerſa ratio quā in ſpurio, ex quo clericus paſſiue nō ligatur ſtatutis laicorum, per prędicta, unde ſemper poteſt excipere, a quocunque cōueniatur, nam clericus eſt fauor,& ideo allegari pōt in fauorem excipientis, ſpurietas cuſtodiū,& ideo non poteſt allegari in fauorem.

29 † Decimotertio limita, non procedere in articulo iuris, quia ubicūque uertitur de aliquo dubio, quod in mero iure cōſiſtit, non debet compromitti, ex quo in iure omnia ſunt certa,& liquida, ita tenet Bald. in l. ancillæ col. 1. C. de fur.& Ale. in conſilio 92. col. 2. in 2. vol.& Bald. in l. cum proponas. C. de reb. cre. vbi etiam declarat Bal. qui, l. ſi cauſa principalis non ſit compromittibilis an poſſit ſaltē cōpromitti vnus articulus illius cauſæ,& tenet, quod ſic idē tenet Bar. in l. ſi quis in conſcribendo. colu. fi. C. de pact.& Soc. in conſil. 51. in 1. uolu. contrarium tamen tenet idem Soc. in cōſ. 300 col. 5.& 6. in 2. uol. ubi adducit bonas rationes,& ibi uide eos. Limita tamen hoc primum dictum, quando articulus iuris eſſet probabiliter dubius, quia tunc æquiparatur dubio facti, et debet compromitti, ita per plura tenet Iaſ. in leg. i col. pen. ff. de tranſact.

30 † Decimoquarto limita non procedere in cauſa dandi tutelam, quia non poteſt compromitti ſecūdum Bar. et Bal. in l. prętor. ff. de tut. et cura. da. ab his.

31 † Decimoquinto limita, non procedere in cauſa appellationis, quia in ea non poteſt peti compromiſſum non petitum in cauſa principali ſecundum Pau. de Caſt. in conſi. 330. in prin. in 1. uol.

32 † Decimoſexto limita non procedere in cauſis mixti imperii, quia de iure non cōpromittuntur, non obſtante dicta pragm. ſecundum Bar. in l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arb.& Bar. in d. l. prætor. ff. de tu.& cur. datis ab his,&c.

33 † Decimoſeptimo limita, non procedere inter affines coniunctos per legitimū matrimoniū, ſecus per ſimplicem fornicationem, ita tenet Ioā. And. in c. fi. de conſang.

34 & affi. † Decimooctauo, limita nō procedere, quando altero tantum ex partibus cederetur, ita tenet Paul. de Caſtr. in conſi 3 10. col. 2. uerſi item. et ea ratione,&c. in 1. uol. Rub. Mar. V. I. D.

ADDITIO. De intellectu Regiæ pragma.& ſi aliqua partiū. Aliqua diſcuti collaſunt, quare illud præceteris ſcire oportet, q̄ ante pragma. ſanctionē, doctores utriuſq. cenſure uari atque cōtrarii fuerunt, in eo

35 quod ibi clare deciditur. † Vnde licet an a ſententia inducentis arbitramētū ſiue laudū an equitatē poſſit appellari, uerū ut ſubſtantiali a ſuperfluis reſecatis tangā, magis cōis ægor& approbata opinio illa recepta fuit

fuit (quod poſſit appellari) ſecundũ Ant. de Bar. in c. quintauallis 23. diſt. de iur. ꝓ & voluit Bald. in l. 1. col. 2. in fi. verſ. extra quæritur. C. ne li. ter. pro & Paul. de Caſtr. in conſi. 254. in princip. & cum hac opin. tranſierunt. Raph. Cur. & Io. de Imo. in l. 1. & ibi Ale. 5. col. ver. deinde no. ff. de l. 2. & Alex. in conſilio 106. incip. viſo themate antepoſito li. 3. & Phi. Cor. in cõſ. 188. lib. 3. & Pau. de Caſt. in conſilio 122. verſ. circa tertium quęſitum & alii nõ nulli doctores quos refert Boer. in deciſ. 384. in 2. parte, & iſta potiſſima ratio redditur, quia a commiſſis ad arbitrium iudicis appellari põt, c. ſuper his de acc. ergo, & in iſto caſu ſic q. vt uidere licet illa vigebat opinio (quod appellari poterat a ſententia iudicis confirmantis laudum) cuius rei eã moderni regnicolę in d. prag. & ſi aliqui partium dixerunt per d. prag. corrigi ius cõmune, nam de iure communi regulariter permiſſum reperitur, poſſe ab omnibus ſententiis iudicum in quibuscunque cauſis appellari, l. & in maioribus, & l. multis. de appel ſed nõ reperitur prohibitum, qđ iſto caſu non poſſit appellari, ergo ſtamus regulę, & ex hoc correllarie infertur, qđ ſtricte debet interpretari, & intelligi diſ. prag. vt in indiuiduo, tetigit Ale. in d. cõſ. 106. loquens de ſtatuto Ferrarię) quod eſt magis latum, quam dicta prag.

36 † Sed vt cunque ſit uideamus nunquid d. prag excludat nullitatem? & dico qđ non vt in terminis tetigit, & firmatũ reliquit Ale. in eod. conſ. 106. in fin. colu. citat Bal. in leg. 1. verſic. deinde quæro. C. ſi de mo. pol. fue. appel. & in leg. conſentaneum, verſicu. quęro nũquid a tali euictione, C. quo & quando iud. & leg. 1. C. ne. le. ter. pro. & Ioan. de Imol. in l. de pupillo. §. qui opus, in fi. ff. de not. ope. non idẽ voluit do. Ioã. Bap. Peru. in trac. de arb. in capitulo 11. 7. li. volens quod vbicunque nullitas eſt euidens, & deprehenditur ex ſola inſpectione laudi, uel præcedentium actorum ſup quibus fundatur tale laudum, nunq̃ intelligitur excluſa, poſito quod ſtatutum diceret nõ poſſe opponi de nullitate per id quod dixit Ioann. Andr. referens diſp. Nico. de Matth. in add. Spe. in titu. de ſent. §. ut autem. in add. quæ incipit ad hoc ut ea, ubi dicit, quod de tali nullitate dici poteſt aduerſus præceptum iudicis, poſito quod ſtatutum dicat, quod contra præceptum iudicis nõ poſſit dici de nullitate, & ex nõnullis aliis de quibus per eum, & ante hos in propriis terminis id pulchre voluit Ang. in l. non erit. ff. de iureiur.

37 † Vbi inquit, quod ſi fiat ſtatutum, quod non poſſit appellari ab arbitramento ſiue laudo, ſed ſtatim mãdetur executioni ſine alio, nihilominus non intelligitur, qđ nõ poſſit dici de nullitate, imo quod plus eſt etiam ſi in ſpecie diceret (nõ poſſet etiam de nullitate dici) nõ tamẽ excluditur nullitas euidens, & quæ nõ requirit altiorem indaginem, & idem per omnia conſulẽdo tenuit idem Ang. in conſ. 93. pro deciſione omnium quęſitorum, & idem reperio firmatum fore per Phil. Fran. in cap. dilectio, nu. 24. extra de appel. & ubique firmant doctor, nomine excepto, nec obſtat ſi diceretur, quod ex verbis regiæ prag. (ſi recte perpendatur) intelligere excluſa nullitate (dum ibi dicitur de laudo lato dolo ex propoſito uel re ipſa) & clare præſupponitur.

38 † Sen tẽtiam dolo latam eſſe nullã (licet text. in le. 1. ff. quod quis, iur. ut ibi no. Ang. & Alex. uideatur innuere contrarium) tamen vt cunque ſit ſubſtãtialia tãgendo.

39 † Dico quod licet ſententia dolo lata ſit nulla, non tamen id procedit in arbitramento, ſiue laudo dolo lato, quia eſt aliquod, licet exceptio doli aduerſus illud obſtet, vt eſt notabilis, & peregrina glo. in l. uenales. C. quando prou. nõ eſt ne. & ibi no. Bal. quod ibidem ſumme cõmẽdat Sal. & uoluit Lanfr. in tract. de arb. in 14. q. nu. 30. alios Doctores referens.

40 † Et dato quod prædicta minime procederent (cuius contrarium expreſſe patet) tamen adhuc non cenſetur excluſa nullitas euidens, & quæ ex defectu iuriſdictionis prouenirat, etiam ſtante ſtatuto, quod non poſſit dici de nullitate, ſecundũ Ang. in l. non erit, & Ale. in conſ. 106. & Doct. alios ſupra allegatos. Pet. Foll. V. I. D.

ADDITIONES.

a Pragmaticam. Et idem ferre totam Italiã per ſtatuta diſponitur, quæ ſtatuta in iure noſtro ſunt ualida. Ampli. & limi. pluribus modis, vt per Duen. libr. 1. reg. vtr. iur. reg. 36. affinis, ubi late pro exornatione huius ſecundi actus.

b Re-

b Remouari. Ita etiam tepet Bello. lib. 4. ſub pu. iur. cap. 6. nu. 3. Dyon. in ca. ſua nobis. nu. 5. de appellate. Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 6. nu. 1. & limita 9 nu. 3. de verb. ſignifi glo. in l. tranſigere, C. de tranſact. quam ſequitur ibi Bart. & Salic. Fely. in rub. de treg. & pac. num. 2.

c In criminalibus.

d Non remanet Alex. conſil. 207. lib. 7. & eſt communis de qua per uiui. in tracta. com. opin. in prima part. opin. 310. ſtatutum diſponens.

e Priuignum Nouercham. & Alex. conſ. 20. circa fin. lib 7. Blancus, de compromiſſ. in 3. q. num. 28. Viui de communi vbi ſupra opin. 311.

f Propter iuramentum. De veritate videas Cagno. in l. ſi quis maior, nume. 66. & uſque ad 88. C. de tranſact.

Ludouicus Alferius.

De dilatione.

1 *Dilatio quando & quando detur.*
2 *Dilatio omnis, eſt peremptoria & non datur niſi ſemel in cauſa ciuili, nec poteſt prorogari: ſed in cauſa criminali poteſt pluribus dari & num. 4.*
3 *Dilatio defenſoria in criminalibus poteſt dari etiam poſt concluſionem cauſæ.*
5 *Dilationes plures dari poſſunt, vbi eſt iuſtũ impedimentum in prima.*
6 *Dilatio noua datur, quando ſuperuenerunt noua probationes & ſtatur iuramento petenti dilationem quod ſibi de nouo ſuperuenerunt probationes.*
7 *Dilationes noua dantur quando cauſa examinatur in conſiſtorio principis.*
8 *Litigans quando impeditur facto aduerſarij datur noua dilatio.*
9 *Dilatio noua datur, quando antiqui additur in libello. (mulatur.*
10 *Noua dilatio datur, quando noua actio cu-*
11 *Dilatio noua peti põt quãdo ĩ iudicio emergit noua exceptio vel aliud incidens.*
12 *Dilatio, quæ dari nõ dẽt & datur, vtraque parte præſente, & nõ contradicente, valet & de vtriuſque voluntate data cẽſetur.*
13 *Dilationi nulla data valet probationes recepta.*
14 *Dilatio data abſenti, non currit, niſi a die quo fuit intimata.*
15 *Dilatio quæ datur in cauſis, quanta de deat.*
16 *Dilationem legalem poteſt iudex breuiter, prorogare*
17 *Dilationẽ breuiorem recipiẽs, contradicere & proteſtari debet alias ſibi præiudicat ſed ſi proteſtatur, an poſſit aliam obtinere.*
18 *Dilatio probatoria ſiper eſt cõis vtrique parti et eſt cõtinua et nõ vtilis niſi quãdo feria abſorberet totã vel maiorem partẽ.*
19 *Teſtes examinari debeant infra terminum datum ad probandum*
20 *Quid ſi detur ad probandum probatum habendum.*
21 *Quid in cauſa repulſa.*

Tertius actus qui ſolet in hac 3. parte 1 iudicii emergere, eſt † dilatio, ſeu terminus ad probandum. Nam facta litis cõteſtatione, & iuramẽto de calumnia ſi altera partium non poſſit compromiſsũ, vt ſupra iudex procedit ordine ſucceſſiuo ad dationem termini probatorij, & quoniam a hãc materia a dilationis plene tractat Spe. in tit. de dil. & p totũ, & alij doct. repetens rub. de dil. ppea contentus ergo tãgere hic duas tantum q. facientes ad materiã practicæ, vt uideamus qualiter ſe habeant iura municipalia huius regni, ad iure communia in materia dilatione de reliquis vero remitto me addicta per doc. in locis p. allegatis. Et 1. erit, quod dilationes poteſt iudex dare in una cauſa. Secunda q. erit, quãta debeat eſſe dilatio, quæ datur in cau 2 ſis, & quot dierũ † Venio ad primã q. ſup qua dico, qd de iure cõi oĩs dilatio pbatob ria, eſt b perẽptoria, & non põt dari niſi ſemel, & ſic unicã tm̃ dilatio dari dẽt, adeo qd ẽt ſi nõ apponatur uerbum, perẽptoria ſubintelligitur ex iuris diſpoſitione, ita tenet Alex. per illũ tex. in l. fi. in 1. nu. ff de feriis, & illi cõiter Doct & Bart. in l. nẽcipiorum, ff. de optio leg. Bart. in l. ceſſante, C. quo & qñ iud. & Abb. in c. licet in 4. not. de pb. Fel. in c. paſtoralis, col 1. de cæç pro hoc eſt text. & ibi Bart. & Doc in l. 1. C. de dil. & procedit, hoc indiſtincte in cauſis pecuniariis, per d. l. fi & nulla fit differentia inter actorem, & reũ quantũ ad vnitatẽ dilationis. Solũ in hoc differunt, quia iudex põt dare longiorem dilationem reo, quam actori gl. eſt ſingularis in l ſicuti, §. ſi quæratur, ff. ſi ſer. uend. quã gl. ad hoc ſequitur

Alex. in d. l. fi. co. 1. & ibi etiā Iaſ. in 6. col. verſic. ſ. ſed in cauſis criminalibus dantur duæ dilationes accuſatori. & tres reo. vt, d. l. fin. quæ licet loquatur de cauſis capitalibus tantum tū de conſuetudine extenditur ad oēs cauſas criminales, vt dicunt ibi Bal. Ange. & Pau. de Caſt. & Iaſ. referendo gloſſ. ibi, quæ iſtud tenet, de qua materia
3 vide ibi per Do. † Plus dico, quod in criminalibus ad defenſionem rei poſſunt qñcūque ēt poſt concluſionē in cā recipi teſtes & defenſiones ad probandam innocentiā. ita tenet Bar. in l. 1. § ſi. ff. de q. & Bart. in l. diui fratres ff. de pœnis, & Alexan. in auth. iubemus. circa fi. co. C. de iud. & Bart. in l. 2. §. ſi publi co, co 4. ff. de adu. & Abb in c. ſuborta, col fi. de re iud. & Pau. de Caſt. in conſil. 325. & Franc. de Are. in conſi. 144. vnde puto, ꝙ nō peccat iudex ſi quandocunque ante ſniam concederet reo in criminalibus dilationem ad ſe defendēdum.
4 † Et hoc, quod dicimus de dilatione peremptoria & vnica eſt in cauſis ciuilib. eſt conforme cum diſpoſitione regiæ pragm. quę incipit, poſt prædicta, quæ ſimiliter concedit vnū terminum ad probandū. & vult ꝙ non poſſit prorogari ſine iſta cauſā, vel abſque conſenſu vtriuſq. partis, alias iudex progās punit. ad duas vnicas. Si ergo non pōt prorogari, multo fortius nō pōt multiplicari, quia facilius progat dilatio cum ſit eadē, l. ſed ſi manente. ff. de prec. ꝗ noua
5 detur facit quod no. Alex. in l. 3. in prin. ff. de dam. inf. † Hanc regulam, vnica tātum dilatio datur limita non procedere, qñ extaret iuſtū impedimētū in primā dilationē, nā pōt dari ſecunda, l. oratione. ff. de feriis, & quo hoc pcedat, vide Bart. & Mod.
6 in l. fi. co. ti. & Bal. in conſ. 33. in 5. vo. † Secundo limita niſi elapſa prima dilatione ſuperueniſſent [illegible] nti nouæ pbationes quia ad illas pdi[illegible] s pōt dari noua dilatio, ſecundū Bar. in [illegible] monendi. col. 2. ff. de iureiu. & Sal. in l. 1. [illegible] de dil. & Iaſ. in d. l. fin. colu. 3. de ferijs, & c [illegible] oc ſtatur in ſo petētis dilationē, ſcilicet quod de nouo ſuperuenerāt vbi probationes, vt habet in c.
7 paſtoralis de exec. † Tertio limita, qñ cauſa examinatur in conſiſtorio Principis, q a tūc poſſunt dari plures dilationes. l. in offerendis, & ibi Bart. in fin. C. de app. quod de
8 clara ut ibi per eū. † Quarto limita, qñ is c qui habuit dilationem, impediretur e facto aduerſarii, ut ſi eſt datus terminus actori ad probādū, & reus opponat multas exceptiones & ſubter fugia, nam interim non currit dilatio actori ſecundum Alex. in conſ. 72. colum. 1. in 3. vol. & Iaſ. plenè in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, colum. 3. & 4. ff. ſi quis cau. Cautela tamē eſt, vt actor proteſtetur, & ita ſum ſolitus practicare
9 qñ caſus mihi euenit. † Quinto limita, qñ actor adderet aliquid libello, quia ad illud debet noua dilatio dari ita tenet Ange. in l. 1. §. ſi quis ſtipulanti. ff. de verbo. obliga.
10 † Et idem quando noua actio cumulatur vt no. gl. & Bar. in l. edita. C. de eden. & ha-
11 betur per gl. in c. literæ. de dil. † Sexto limita, quando in iudicio emergit aliqua noua exceptio, vel aliud incidens. quia ſemper peti poteſt dilatio noua ad probandū id quod conſiſtit in facto ſuper illo emergenti, vt habetur in c. paſtoralis de excep. nam ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate, § ex cauſa. ff de
12 inter. actio. † Septimo limita, quando iudex daret ſecundum dilationem præſente vtraque parte, & non contradicente, quia cenſetur tunc data de uolūtate ambarum partium, & valet, & ita tenet Bal. in d. leg. fi. ff. de feriis. Et ideo ſemper, quando iudex dat ſecundam dilationem, uel eā prorogat, debet altera pars contradicere vel poteſtati, alias cenſetur conſentire, ut inquit Bar. in l. 1. C. rela. quo caſu quando altera pars contradicit, non valet ipſo iure dilatio, & probationes infra eam receptæ nihil ualent, ſecundum. Alex. in d. l. fi. quē cōiter ſequūtur ibi Alb. & Mod. idē tenet
13 Bal. in conſ. 33. col. fi. in 5. uol. † ſed ſi pbationes recipitur in iudicio ſine dilatione valet ſcdm Bart. Bal. & Alb. & Mod in d. l. fi. & præſertim Iaſ in penu. col. & fi. in dec. 55. conſ. Neap. Similiter eſt cautela p iudice, ut ſemper in dilationib. faciat ſcribi in actis præſentibus ambabus partib. & non contradicentib. uel nihil dicentibus, quia ex non cōtradictione inducitur conſenſus in iudicialibus, per ea quę dicit
14 Barto. in d. l. 1. C. de rela. † Octauo limita quando dilatio eſt data abſenti, quia non currit, niſi a die, quo fuerit abſenti intimata, & ille dies, quo intimatur, non imputatur, ita tenet Bar. Alexan. & Mod. in l. 2. bea.

beo.in fi.ff.de iurei & Bald.in l.fi.ea. col.fi.
C: quia accuſ.non poſſ.& in l.1. in fi.C.de
15 temp.app. † Secundo principaliter quæro
quanta debeat eſſe dilatio, quam iudex con
cedit ad probandum. Dic q de iure cõi om
d nis dilatio eſt d arbitraria iudici, nam habi
to reſpectu ad diſtantiam loci, ad qualitatẽ
perſonarum, & cauſæ, poteſt breuiorem, vel
longiorem dilationem concedere, ita tenet
Spec. in ti. de cita. §. nunc de temporum, in
fi & §. fi. in fi. ubi plura allegat, & habetur
in c. quod ad conſultationem de re iud. pro
16 hoc eſt tex. & ibi Bar. in l.1. C. de dila. † Imo
ẽt dilationem legalem poteſt ex cauſa iu-
dex breuiare, vel prorogare, ut not. Alex. &
Doc. in l.1. ff. de re iud. & Abb. in c. cum ſit
de appel. Verum in cauſis ſummariis debẽt
dilationes breuiari, prout eſt poſſibile, ut
habetur in cle. ſæpe, de ver. ſign. Sed hodie
in regno eſt ſtatuta certa dilatio ad proban
dum per regiam prag. quæ incipit, poſt p̃-
dictas, videlicet dierum 15. ſi per partes de-
claratum fuit ſe habere teſtes infra 20. mil-
liaria, alias ſimili partes declarent de teſtib.
dilatio eſt 20. dierum. Et iſte eſt terminus,
quem iudices appellant terminum iuris. Et
ſi partes declarauerint ſe habere teſtes in
remotioribus partibus intra regnum, iu-
dex poſt dare longiorem dilationem dum-
modo non excedat tres menſes. Sed ſi te-
ſtes ſunt extra regnum, iudex pro motu ani
mi ſui poteſt longiorem dilationem ſtatue
re. Et prædicta dilatio cenſetur data ipſo
iure, etiam ſine miniſterio iudicis, facta li-
tis conteſtatione. Ita hæc omnia deciduntur in d. pragm. poſt prædictas, ſed dilatio,
quæ datur ad repulſam, eſt medietas primæ
dilationis in cauſa principali præfixæ etiã
dilatio ad repulſam repulſæ, & eſt medietas
dilationis datæ ad repulſam, ut habetur in
alia reg. pragm. quę incipit, curſu dilatio-
num. Ex cauſa tamen poſſet iudex has dila
tiones breuiare, & prorogare, ut ſupra dixi.
17 † Sed quãdo iudex ſine cauſa daret breuio
rem dilationem ſit cautus litigans, ut con-
tradicat, & proteſtetur, alias ſi ſponte reci-
pit dilationem breuiorem, cẽſetur iuri ſuo
renunciare, ſecundum Abb. in d. cap. quod
ad conſultationem, per illum tex. in 3. col.
in pe no. de re iud. Et eſt utile contradicere
ad hoc præſertim quia poteſt poſtea petere
ſecundam dilationem, quæ de iure dari dẽt
ſine alia cauſæ cognitione, quando prima
non fuit integra, quia iſta ſecunda non vt
noua dilatio, ſed potius reintegratio, & ſup
pletio primæ. ita tenet Inn. in ca. ultra ter-
tiam, de teſt. & Bar. in l.1. in fi. C. de dilat. &
Iaſ. in l. fi. col. 9. in prin. ff. de feriis. Et hanc
poteſt addere pro noua limitatione ad a-
lias fallentias, quas potuit modo in præce-
denti q. videlicet, q qñ prima non fuit inte
gra, poteſt peti ſecunda dilatio, dummodo
18 ſit contra dictum, ut dixi. † Iſta autem di-
latio probatoria, quæ datur in iudicio, ſẽ-
per eſt cõis, adeo, q ſi datur uni parti pro-
deſt ẽt, & alii, l. petendę. C. de temp. in int.
reſt. & ibi Bal. & no. Fel. in c. prudentiã, co.
2. de mut. pet. & eſt ritus magnæ curiæ in
nu. 110. qui incipit, item ſeruat ipſa curia
e declarare, & c. in fin. item eſt e continua re-
gulariter, quia in ea currunt etiam dies fe-
riati, ſecundum Bal. in l.1. C. de feriis, & gl.
in rub. & l.1. ff. de diuer. & temp. præſcr. &
gl. & Bal. in l. fi. ff. de feriis. Pro hoc eſt text.
in l. ſiue pars, in fi. C. de dil. Quod tñ intel-
lige, niſi feriæ abſorberent tuam dilatio-
nem, uel maiorem partem, quia tunc feriæ
non computantur in dilatione. Vnde ſi in
ſabbato palmarum daretur dilatio dierum
15. talis dilatio inciperet poſt octauam pa-
ſchæ, quia omnes illi 15. dies ſunt feriati, ſe-
cundum Bald. in l. ſi quando, in 45. q. C. de
teſtib. & Hoſt. in c. licet cauſam de probat
& Lanfr. in c. quoniam contra in uen dila-
tione, col. 2. de prob.
19 † Vltimo, ſuper hac materia poſſet dubi-
tari, an infra terminum datum ad proban
dum, debẽt teſtes omnino examinari. Dic
q iſte terminus datur duplici modo. Quã-
doque enim datur ad probandũ ſimplici-
ter, & qñque ad probandum, & probatum
habendum. Primo caſu qñ datur proban-
dum ſufficit, q teſtes ſint intati, & citati
infra terminum, nam poſſunt poſtea exa-
minari, ẽt lapſo termino, & cenſentur corã
depoſitiones factæ infra terminum, quia
depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus iu
ramenti ſecundum Lud. Ro. in conſ. 446.
col. 2. & Abb. in ca. licet cauſam colu. 5. de
probat. & ita quotidie uidemus ſeruari in
practica. & ſup hoc eſt ritus magnæ curiæ
in nu. 149. qui inquit itẽ, q in quibuſcũq.
qui de æquitate concedit, q teſtes poſſint
per tres dies poſt terminũ iurare, & deinde

antea examinari, & vide aliquid per Bar. in l. manciplorum. ff. de optio. leg. Secúdo caſu, ſ. qñ datur terminus ad probandum, & probatum habendum, & tunc dẽnt teſtes ẽt examinari infra terminum alias poſtea non admittitur, ita plene tenet Ab. in d. ca. licet cauſam, col. 6 & Soc. in conſil 47. co. 4. in 4. vol. & Bal. in conſil. 133. in 5. volu.

20 † Solet ẽt elapſo termino ad probandum concedi terminus ad examinari faciendũ dummodo teſtes ſint iurati inf. terminum alias ſecus, quo termino elapſo vlterius non admittuntur teſtes, & de hoc eſt alius illius magnæ curię, in nu. 166. inci. item ſi aliqui, &c. & alius ritus in num. 822. incip. item, q cum datur, &c. & alius ritus in nu. 209. incipi. item, ſeruat ipſa curia rato, &c. & poteſt dari dictus terminus, etiã, in die

21 fer. vt dñ in d. titu. 282. † Sed in termino dato ad repulſam, fallit primum dictum, quia ẽt ſi detur ſimpliciter, & non dicatur ad probatum, habendum, debẽt teſtes examinari infra terminum. Ita de hoc eſt alius ritus magnæ curię, in nu. 256. qui incipit. Item q facta, &c. & hoc poteſt fortificari ex his, quæ dicit Abb. in c. licet dilect. in fin. de teſt. vbi dicit, q repulſa eſt odioſa, & dilatio ad eam dẽt dari breuis, & cum maxima cauſę cognitione. R. Mar. I. V. D.

ADDITIONES.

a Dilationes. Vide Nic. Ant. Gran. in add. ad prac. Octa. Veſt. lib. 5. c. 3. num. 5. vſque in fi. vbi de communi, & de omnibus prædictis caſibus.

b Peremptoria. Amplica & limita, ut per Duen. li. 1. reg. vtr. iur. reg. 200. & 201. dilatio.

c Facto aduerſarii. Alex. conſi. 71. libr. 5. Iaſ. conſi. 10. & 35.

d Arbitraria. Veſtri. in d. pract. Ro. Cur. li. 4. c. 1. nu. 4.

e Continua. Fran. Mar. q. del fin. 35.

Ludouicus Alferius.

De poſitione ſeu articulorum productione.

1 *Poſitio articulus & capitulum quid ſit, & qualiter inter ſe differant nu. 2. 3. 6.*

2 *Capitulum eſt nomen generale & poteſt poſitionem & articulum comprehendere.*

3 *Poſitio, in quo differat a libello.*

4 *Cauſa ciuilis, in regno articulis incipere pot,*

5 *Iudex in cauſis ſummariis unum & eadem terminum ad ponẽdum & articulãdum dare poteſt.*

6 *Poſitionem faciens cenſetur fateri, quod panit. Secus ſi interrogas & nu. 12.*

7 *Articulãs non cenſetur faterit, quod narrat in articulis.*

8 *Confeſſio facta in poſitionibus, reuocari non poteſt niſi de errore doceatur, & quando, & qualiter hoc procedat.*

9 *Poſitiones faciens fateri non uidetur incipiẽte negatiua.*

10 *Poſitiones infra terminum datum ad probãdum debent fieri, non autem poteſt.*

11 *Poſitionibus & articulis poſt terminum productis, & pars reſpondere eum tenetur.*

12 *Poſitio obſcura ſiue articulus obſcurus declarari poſſunt poſt terminum, uſque ad concluſionem in cauſa*

13 *Poſitiones fieri debent poſitiue, non autẽ interrogatiua qua ſit ratio.*

14 *Verbum, credit, eſt ueritatis expreſſiuum in reſpondente poſitionibus.*

15 *Aduocatus nec procurator reſpondẽti poſitionib. adeſſe nõ dẽt. quãdo illis reſpondetur.*

16 *Ruſticus & idiota reſpondeant poſitionib. preſente ſuo aduocato, uel procuratore.*

17 *Periurus non eſt principalis, qui deponit falſum cum iuramento ſed ſolum Deum habet ultorem.*

18 *Iudex poteſt in ponere pœnam litiganti, ut ueritatem dica & illam exigere.*

19 *Copia articulorum parte dari debet non autem interrogatorium num. 121.*

20 *Articuli pręſentari poſſunt etiam de quo curia non regitur. ac modo non ſit dies feriatus & ſoli magiſtro actori ſiue iudice pręſentari poſſunt.*

22 *Poſitionibus reſpondere nolens, an poſſit petere terminum ad deliberandum.*

23 *Clauſula ſalue iure impertinentium, quid operetur.*

a QVartus a actus, qui ſucceſſiue emergit, eſt poſitio ſiue articulorum productio. Et quoniam hæc materia poſitionum eſt plene tacta per Spe. in ti. de poſitio ideo non ualde me extendo, ſed ſolum pro introductionem iuuenum, ut debimus iſtos tres terminos qualiter differant, uidelicet poſitio, articulus, et capitulum, dein de tangam aliquas additiones circa obſeruantiam

nantiam in regno in actu practico. † Sciendum eſt igitur, ꝙ iſti tres termini ita differunt. Nam poſitio genetricè ita diffinitur, videlicet, poſitio eſt breuis narratio factũ continens, ad eliciendam ueritatem concepta, ſecundum Bald. in l. 2. §. quod obſeruari, col. fi. C. de iur. cal. & Spec. in tit. de poſitio. §. 1. ſed magis in ſpecie ita diffinitur. Poſitio, eſt pars intentionis continens id, ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi, ſecundum Bal. in l. generaliter, §. ſed iuramento. C. de reb. cred. articulus uero eſt pars intentionis continens id, ꝙ quis probare intendit, puta per teſtes uel ſcripturas, ut no. Bal. in d. §. ſed iuramento, & Spec. in ti. de teſte, §. nunc uidendum, col. 1. verſic. ſciendum eſt igitur, & Card. in clem. ſæpe, §. & quia in 3. no. & in 1. q. de uerb. ſign. & no. gl. & Doc. plene, in c. præſentiũ, de teſt. lib. 6. unde in effectu poſitio reſpicit ſolam confeſſionem partis, & fit per uerbum ponit, & fit ad effectum, ut ponens releuetur ab onere probandi, ſi pars confitetur c. ſtatuimus de confeſ. lib. 6. & Spe. in tit. de poſitio. §. 2. articulus uero fit per uerbum, probare intendit, & reſpicit probationes faciẽdas per teſtes uel ſcripturas, in caſu, quo poſitiones negãtur, unde ordo eſt, ut prius fiat poſitiones, & ad eas producendas detur vnus terminus, & poſtea detur alius terminus ad producendum articulos, ſecundum Card. in d. cle. & quia in 6. & 7. q. & Bal. in d. §. quod obſeruari, circa fin. & probatur ex his, quæ tradit Specu. in d. §. nunc uidendum, colum. 1. colligitur etiam hæc differentia ex uerbis Alex. in l. inter ſtipulantẽ, in prin. ff. de uerb. obl. ubi plus dicit, quod poſitio poteſt fieri mere negatiua, & tenetur pars illi reſpondere ſed articulus non fit negatiuè, quia eſſet in probabilis, niſi coarctaretur loco & tempore ſecundum eum. † Capitulum autem eſt nomen magis generale & poteſt comprehẽdere vtumque, ſ. poſitionem & articulum, ut tenet Bal. in d. § ſe iuramento, ubi dicit, quod terminus datus ad capitulandum, cenſetur datus ad ponendum & articulandum, ſed terminus datus ad ponendum, non cenſetur datus ad articulandum, nec econtra, & ita vt plurimum in iure, articuli uocantur capitula, ut dicit tex. & Abb. in c. per tuas, co. fi. de teſt.

Et hoc eſt illud uocabulum, quo utũtur cõiter iudices inquirentes in criminalibus nam ſolent reo dare capitula, ſuper quibus formatur inquiſitio, nam illa capitula ſuccedunt loco poſitionum, & articulorum, ſuper quibus curia inquirens, intendi probare ſuam intentionem contra reũ inquiſitum, uel per confeſſionem, uel per teſtes, ut habetur in c. qualiter & quando. el 2. §. debet. de acc. ubi eſt tex. de hoc.

3 † Differt autem poſitio a libello, quia libellus habet concluſionem, ſed poſitio non, vnde reſpondens libello, cenſetur litẽ conteſtari, ut dixi ſupra in præcedenti parte, in tractatu de litis conteſtatione, ſed reſpondens poſitionibus, non cenſetur litem conteſtari, ſecũdum Bal. in d. l. 2. §. quod obſeruari, circa fi. C. de iur. cal. Quod tamẽ non poteſt procedere in cauſis ſummariis, in q.
4 bus non requiritur libellus. † ſed cã poteſt incipere a poſitionib. & articulis, qui ſuccedunt loco libelli, ut tenet Old. in conſ. 244. in prin. Nam tunc reſponſio haberet uim litis conteſt. ex identitate rationis, l. Titio. ff. de uerb. obl. l. illud, ff. ad l. Aqui.

5 † Item in cauſis ſummariis iudex poteſt dare unum & eundem terminum ad ponendum & articulandum, ut inquit Car. in d. l. clem. ſæpe, § quia, in 8. nu 7. q. de uer. ſig. Et hoc ſeruatur communiter hodie in regno, quia unus terminus datur ad probandum, & inf. illum terminum fiunt poſitiones & articuli ſine diſtinctione, ut probat regia prag. quæ incipit, quinta die, &c. unde inoleuit communis practica aduocatorum, qui dicunt id articulis, item ponit & probare intendit, &c. Nam per hæc verba intentio articulantis eſt, ut ſi pars confitetur id, quod eſt articulatum, tales articuli ſuccedunt loco poſitionum. Si uero negat, & tunc ſuccedunt loco articulorum, ut ſuper eis poſſint teſtes examinari, ut no. Car. in d §. & quia, in 8. no. & Spec. in tit. de teſt. §, nunc uidendum. poſt prin.

6 † Differunt ẽt poſitiones ab artic. quia is q. ponit, cenſetur fateri illud, quod ponit, ut no. Alex. in conſi. 71. col. 1. in 3. uol. in tantum, quod non poteſt talem confeſſionem reuocare, niſi doceat de errore, & talis confeſſio præiudicat ſibi, ſiue poſitio ſit ſcripta, ſiue non ut no. Spec. in titu. de poſitio. §. 10. colum 1. & 2. uerſicu, quid ſi actore, &

7 verſi. Item ſi ponens. † Sed is qui articulat,
non cenſetur fateri, quod dicit in articulis, no.
Ab. in c. cum venerabilis, in fi. de excep. &
Io. And. in c. ſi. de iureiu. lib. 6. & Anto. de
But. & Doc. in c. fi. de confeſſio. & Bar. in d.
l. 2. §. quod obſeruari & Bal. in l. ſicut, in fi.
C. de rep. hær. & Alc. in conſ. 70. col pe. ver.
8 præterea, 2. uolu. † Illud autem, quod dixi,
b confeſſionem in poſitione b reuocari non
poſſe, ad inſtar confeſſionis, quę inducitur
per libellum, iuxta l. cum precum, & ibi
Bal. C. de lib. cau. intellige procedere ſane,
poſtquam poſitio fuit in iudicio præſentata, & per iudicem approbata & admiſſa,
nam tunc fit de actis, ſecus ſi ante, quia nondum eſt facta de actis, nec concludit parti,
vnde tunc poſſet reuocari per ea, quæ not.
Bal. in l. generaliter, §. ſe iuramentum, col.
1. verſi. not. ſuper verbo. &c. C. de reb. cred.
& no in cap. cum contingat, de offi. deleg.
9 † Limita etiam hoc dictum de confeſſione nō
procedere, quando fieret poſitio præcedente negatiua per modum exceptionis, veputa, ſi pars aduerſa tale quid poſuerit, quod
negauit, &c. excipiendo ponitur, &c. Nam
tunc ponens non videtur fateri, ut eſt gl. in
l. ſi quidem, in ver. conteſtat. C. de excep. &
glo. & Barto. in l. non utique, ff. de excep &
And. de Iſer. in c. 1. §. inſuper cir. fin col. de
conten. inter do. & fin. de inueſt. & Iaſ. in l.
10 Iul. col. 8. ff. de cond. ind. † Quando autem
fieri & preſentem debeant poſitiones ſiue
articuli, trac. Spec. in tit. de poſitio §. 4. Et
breuiter dicas, quod debent fieri infra terminum datum ad probandum, alias elapſo termino ulterius produci non poſſunt,
vt tenet Spe. in ti. de dila. §. fi. uer. item quid
ſi datus, & Bal. in l. in contractib. §. illo, C.
11 de non nume. pec. † Nec tenetur illis poſt
terminum productis pars reſpondere ſecundum Bal. ibi, & Bal. in addi. Spe. in ti. de di.
12 ver. lapſo termino, &c el 10. † Quod tamē
intelligas niſi poſitio eſſet obſcura ſiue articulus obſcurus, quia poteſt declarari poſt
terminum uſque ad concluſionem in cauſa, ſecundum Bald. in l. tres denunciationes
in fi. C. quō & quando iud. Et de prædictis
vide vnum pulchrum con. Old. in conſilio
13 254. † Debeat autem fieri poſitiones poſitiuè non interrogatiuè, alias pars non tenetur illis reſpondere, ſecundum Bal. in l. data
opera, col. 11. C qui accuſ non poſſ. & Pau. de Caſt. & Iaſ. in l. iudices. C. de iud & Gem.
in c. 1. col. pen. de confeſ. lib. 6. vbi aſſignatur ratio, quis is, qui ponit, fatetur, ut ſupra
dixi, non is, qui interrogat, ſecundum Bar.
in d. § quod obſeruari Quia enim ponens
vult, ut aduerſarius reſpondeat, ad hoc, ut
per eius confeſſionem releuetur ab onere
probandi, ita et æquum eſt, ut ipſe ponens
per ſuam confeſſionem releuet aduerſariū
ab onere probandi, ad hoc ne iudicium claudicet.
14 † Reſpōſio autem poſitionib. poteſt
fieri per verbum credit, ut dicitur in d. pra.
c 5. die. Quod uerbum eſt c ueritatis expreſſiuum in principali reſpondente, ſecūdum
Bal. in l. 1. in fin. C. de fal. cau. adiec. lega. &
Spec. in tit. de poſitio. §. 6. uerſi. hoc tamen
de quo vide Gem. in c. 1. colu. 5. de confeſſ.
li. 6. Nam ita præiudicat confeſſio facta per
verbum credit, ſicut de ueritate, ut tenet Petr. Phi. Cor. in conſ. 86. colu. 1. in 3. uolum.
15 † Et debet fieri reſponſio in ſecreto, ſine
præſentia aduocati uel procuratoris, & ſine
eorum conſilio, ut eſt ritus magnæ curiæ,
in num 273. incip. item, quod quandoque.
16 † Quod tamen ſingulariter limita nō procedere in ruſtico uel idiota, quia quando
examinatur principalis, poteſt in ſuo examine intereſſe eius aduocatus vel procurator, ad hoc ne propter eius ſimplicitatem
decipiatur in reſpondendo, ita tenet Hoſti.
in cap. dilecti, de iud. quem refert & ſequitur Soc. in rep. l. 1. columno. 4. ff. de vulgar.
pupil.
17 † Item ſi principalis examinatus cum iuramento deponat falſum, non punitur de periurio, ſed ſolum Deum habet ultorem, ita
dicit dictus titus 27. in iſto caſu poteſt verificari diſpoſitio l. 2. C. de reb. cre.
18 † Poſſet tamen iudex facere præceptū principali uolenti ſe examinare, ut uerum dicat
ſub certa pœna, quo caſu auctoritate præcepti poſſet illum punire, ſi falſum dicit, ſecūdum Bar. in l. ius alimentorum, ff. vbi pup.
edu. debeat.
19 † An autem debeat dari copia articulorū
parti? Dic quod ſic tam de iure cōi, quam
per d. l. regiam prag. 5. die, ut no. Abb. in c.
per tuas, col. fi de teſt. & Bal. in l. 2. C. ut lit.
pen. Verum debet prius pars petens copiam
examinari & reſpondere, et poſtea habere
copiam, ſecundum Bald. & ibi probatur in
20 d. prag. 5. die, vbi plus dicitur. † Quod ſi in

qui

qui habuit copiã, vult nouos articulos producere, poteſt illos pſentare infra tres dies a die acceptæ copiæ. itẽ poſſunt præſentari articul. & in die, quo curia non regitur, dũmodo nõ ſit dies feriatus, ſufficit quod ſoli actorũ magiſtro præſententur ſine præſentia iudicis, ut eſt ritus magnæ curiæ, in nu. 203. qui incipit itẽ ſeruat ipſa curia, quod
21 dato, &c. † Copia autẽ interrogatoriũ non datur ſecundũ Abb. d. c. per tuas. & Alex. in l. 2. C. de edẽ. Et hoc ideo, ne inſtruantur teſtes ad falſum.
22 † An autẽ nolens reſpondere poſitionib. poſſit petere terminũ ad deliberandum, ut quia nõ bene recordatur? Spe. in tit. de poſitio. §. 6. uer. quid ſi interrogatus tenet, quod ſic, quando vult reſpõdere de ueritate. verũ quia hodie in regno p d. prag. 5. dic eſt permiſſum reſpondere per verbũ credit puto, ꝙ non debet dari terminus ad deliberandũ, ut d. Spec. ibidẽ. Et hoc ſentit proprie dicta prag. dũ dicit quod partes debent reſponde
23 re uiciſſim, & ſine tpis interuallo. † Quid autem operetur illa clauſula, quando iudex
d admittit articulos, *d* ſaluo iure impertinẽtium, & non admittendorũ? Dic quod ſi futurum apparet, quod non admittit, habetur pro nõ admiſſis, & reiiciuntur etiam depoſitiones teſtiũ receptæ ſuper illis. ita tenet Io. And. & Io. de Imo. & cõmuniter Docto. in c. cũ contingat de offi. deleg. Reliqua in hac materia poſitionũ dic, ut per Spe. in d. tit. de poſitio & per Bar. Bal. Fr. de Are. & Doc. in l. 2. §. qđ obſeruari. C. de iur. calu. & per Bar. Alex. & Doct. in l. ſi duo. §. idẽ Iulia. ff. de iureiu. Sequitur quintus actus, ſ. confeſſio.
Rob. Marant. V. I. D.

ADDITIONES.

a Actus. De hac materia Pariſ. in add. ad Bar. in l. 2. §. quod obſeruari, n. 17. litera A, de iuram. calum. & ut unum loco omniũ allegẽ, vide Veſtri. in ſua praxi. Ro. Cur. li. 5. c. 13. vſque ad finẽ, & ibi Doctiſ. Nic. Ant. Grau. annota.

b Reuocari. Late de hac reuocatione cõfeſſionis factæ tam in poſitionibus, quã in articulis uideas Octau. Veſtr. in d. praxi Rom. Cur. li. 5, c. 16. vbi Grauatius.

c Veritatis. Limita, ut per Soc. in tra. fal. reg. 68. confeſſio.

d Saluo iure. Affl. dec. 33. Gui. pap. quæſt. 347. Gram. deci. 45. nume. 4. Melius tamen eſſet prius diſcutere, An uenirent admittendi, ne partes in expẽſis defatigerentur. Dec. conſilio 161. Miſſeng. in obſerua. cent. 2. obſer. 90. Dec. in capi. in nomine Domini nume. 35. extra de teſt.

Ludouicus Alferius.

De confesſione.

1 *Confeſſio, inter genera probationum numeratur*
2 *Cõfeſſio extraiudicialis parte, abſente ſemiplene probat, ſed parte præſente plene, nume. 12.*
3 *Confeſſio extraiudicialis in criminibus, facit iudicium ad torturam.*
4 *Confeſſio per uerba diſpoſitiua, uel enunciatiua non probat niſi iurata.*
5 *Cõfeſſio probata per teſtes contra inſtrumentũ in ſcriptis non nocet.*
6 *Confeſſio ſine cauſa non planè probat, niſi fiat ad liberandum.*
7 *Confeſſio prælati, non nocet eccleſiæ, niſi aliter ueritas probatur.*
8 *Confeſſio inter perſonas prohibitas, eſt ſuſpecta & non probat.*
9 *Confeſſio ex cauſa mutui, non probat infra biennium.*
10 *Confeſſio facta calore iracundiæ, non nocet niſi datur perſeuerantia.*
11 *Teſti dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non creditur ad infrigendum eius depoſitionem*
13 *Confeſſio parte abſente probat per unum teſtẽ, nullam facit probationem.*
14 *Cõfeſſio probari debet per duos teſtes, de eadem confeſſione deponentes.*
15 *Confeſſio extraiudicialis geminata plene, probat.*
16 *Confeſſio extraiudicialis parte abſente facta ad exonerationem conſcientiæ facit plenam probationem.*
17 *Confeſſio extraiudicialis emanans ſuper eo, quod dependet ex mera uoluntate confitentis ualet.*
18 *Confeſſio abſente parte acceptata per aliquem nomine abſentis plene probat.*
19 *Confeſſio parte abſente facta, ualet de iure canonico.*

20 *Confeſſio facta in apocha parte abſẽte ualet*
21 *Confeſſio iudicialis hẽt uim ſententiæ, & ſuperat omne genus probationis infrigintq. omnes probationes factas per teſtes uel inſtrumenta in fauorem confitentis, nec reducitur ad concordiã cum dictis teſtium.*
22 *Confeſſio iudicialis, tollit omnẽ præſumptionem iuris, & de iure.*
23 *Confeſſio poſt concluſionem in cauſa plene probat.*
24 *Confeſſio facta in proceſſu inualida, ſufficiẽs eſt ad condemnandam.*
25 *Confeſſio ſe referens ad inſtrumẽtum inualidum an probet.*
26 *Confeſſus in ciuili habetur pro condemnato, ſecus in criminali.*
27 *Confeſſio qualifica, an, & quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte repudiari.*
28 *Debitor, qui non poteſt probari ſolutionẽ mutuus in ſecreto ſoluti, qualiter reſpondere debeat poſitionibus in quibus creditor intendit uelle mutuum ſibi reſtitui.*
29 *Confitens occidiſſe ad ſui defenſionẽ, eã non probando, non punitur, ut homicidia, ſed mitius punitus.*
30 *Confeſſio ut iudicalis, dicatur, an neceſſaria coram iudice pro tribunali ſedente fieri debeat.*
31 *Confeſſio coram arbitro, uel arbitratore recepta an dicatur iudicialis, uel extraiudicialis, & an coram iudice fidẽ faciat, & qualiter.*
32 *Confeſſio dubia, interpretatur in fauorẽ confitentis.*

QVintus actus ſucceſſiue emergens in
1 hac ſecunda parte iudicii, eſt† *a* con
a feſſio, nam dato termino ad probandum,
& preſentatis articulis ſiue poſitionibus, &
proceditur ad examinationem principalis
qui non ſolet quandoque confiteri, & ſua
confeſſio releuat partem ab onere probandi.
Et quoniam uario modo producuntur
confeſſiones in iudiciis, q̃a numeratur con
feſſio inter genera probationem, ut no. glo.
in l. 1. C. de eden. ideo uideamus breuiter aliqua
de eius materia. Vnde eſt ſciendum,
quod confeſſio alia dicitur iudicialis, alia
extra iudicialis. Confeſſio iudicialis dicitur
quæ fit in iudicio, extraiudicialis, quæ fit
2 extra iudicium.† Videamus primo de extra
iudiciali, quę non fit in iudicio, nec coram
iudice. Et ſi quæris quẽ affectũ habet, ſi pro
ducitur in iudicio in uim probationis. Dic,
ꝙ in ciuilibus, ſi ſit parte præſente probata
per duos teſtes, facit plenam probationem,
& præiudicat etiam hæredi confitentis, ſecũdum
Bal. in l. 1. col. fi. uerſi. de uno quæro
&c. C. ex delict. defun. & Soc. in conſi. 228.
col. 1. in 2. vol. & Ioan. And. in rub. extra de
probãt. & Ale. in conſ. 19. col. 1. in 4. uol. Et
licet Alex. in conſi. 20. col. 1. in 4. uolum. teneat,
ꝙ ultra præſentiam partis requiratur
b ẽt acceptatio tamen *b* communiter tenetur
contrarium ſ. qđ non requiritur acceptatio
quia ex quo confeſſio tendit in fauorẽ præſentis,
præſumitur acceptatio ex eius parte,
l. qui patitur. ff. mãd. & per ea, quæ plene tra
hũt Bar. & Mod. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr.
ita in ſpecie tenet Ale. ſibi contrarius in l.
3. C. de rep. hær. & ad prædicta eſt tex. in l.
Pub. §. fi. ff. dep. Si uero confeſſio extraiudicialis
fiat parte abſente, tunc probata per
duos teſtes facit ſolam præſumptionem, i.
ſemiplenam probationem ſecũdum gl. &
Ab. in c fi. col. 5. de ſucceſ. ab inte. & Alex.
in conſi. 24. col. pe. in prin. in 2. uol. & con
ſi. 36. col. 2. in 5. uolu. & habetur per Mat.
de Affl. in dec. 12. 337. & 385. conſ. Neapo.
& Alex. in conſ 152. col. fi. in 5. uol. & Pet.
Phil. mor. in conſi. 113. in litera S, in 1. uolu.
3 lu.† Sed in criminalibus talis confeſſio ex
traiudicialis facit inditium ad torturã, ſecundum
gl. & Bar. in l. c. 5. ff. de adul. & Ludo.
Ro. in conſ. 177. col. 2. & Bar in l. quoniam,
ff. de his, qui no. inf. & Bald. in l. i. ſtus
fuſtium, eo. tit. & Alex. in l. magiſtratibus,
ff. de iur. om. iud. Quod tamẽ limita, multis
modis, quos plene tradit Fel. in c. olim.
ſer. & in c. at ſi clerici. col. 6. de iud. ubi cumulat
multos caſus, in quibus confeſſio extra
iudicium plene probat, etiã in criminalibus.
Et illud quod dixi in criminalibus,
intellige, ſiue parte præſente, ſiue abſente
ut d. l. c. 5. & tenet Pet. Phi. Cor. in cõſ. 260
4 in litera D. in 3. uol.† Super prædictis ego
firmo duas concluſiones. Prima eſt ꝙ con
feſſio extraiudicialis parte pręſente, plene
c probat, ut ſupra, quam *c* limita procedere,
quando fit per uerba diſpoſitiua, ſecus, ſi ꝑ
uerba enunciatiua, quia tunc non probat
per tex. in c. fin. & ibi Abb. & Doct. de ſucceſ.
ab inteſt. & habetur in dec. 105. conſil.
Nea. niſi eſſet cõfeſſio iurata, ut eſt alia de-

ciſ.

5 ciſ.164.conſ.Neap. † Secundo limita, quã do teſtes producerentur ad probandã confeſſionem contra inſtrumentũ celebratum in ſcriptis continens debitũ, quia tũc non omnis probatio confeſſionis parte preſente, facit plenã probationem, ſed eſt neceſſe, quod probetur per quinque teſtes rogatos, iuxta formam l. teſtium, C. de teſt. cũ auth. ibi poſita, & eſt gl. in c. teſtes in gloſſ. magna, in fin. 3. q. 7. & habetur in d. deciſ.

6 105. conſ. Neap. in fi. † Tertio limita, quã do confeſſio fuit facta cũ cauſa, puta con

d fiteor me debere ex cauſa mutui, alias nõ nocet, licet probetur, gl. eſt in d. c. teſtes. in gl. magna, circa fin. 3. q. 7. & eſt tex. c. & ibi Alex. in l. cum de indebito. §. fi. ff de prob. intellige tamen, quod nõ nocet quo ad plenã probationem, ſed facit ſemiplenam, & cauſa debet tunc ſaltem allegari per eum, qui innititur confeſſioni, ſecundum Ale. in cõſil. 4. col. pen. & conſi. 83. col. fi. in 1. vol. & Spec. in tit. de confeſ. §. nunc uidendũ. col. 3. uerſ. ſed quæ ratio, & uerſic. ſeq. & Io. de Imo. in c. ſi caut. de fide inſtr. ubi uide plene per Fely. Item intellige, quando confeſſio fieret ad obligandum, ſecus ſi ad delibe randum, ut ſi dico confiteor te mihi nõ teneri, quia plene probat liberatione, tex. eſt & ibi communiter Doct. maxime Iaſ. in l.

7 tale pactũ. in pr. ff. de pac. † Quarto limita, in confeſſione prelati, quæ non preiudicat eccleſiæ, niſi aliter probetur ueritas, ut habet in dec. 168. conſ. Neap. de qua mate ria, uide plene per Fel. in c. edoceri. de reſcri.

8 † Quinto limita, qñ talis confeſſio fieret inter pſonas prohibitas, & ſuſpectas quia non probat, unde non creditur prelato dicenti ſe donare ſeruitoribus pp merita, & ſeruitia, quæ ab eis recepit, niſi aliter probentur, ut no. Ioã. And. in add. Spec. in tit. de rebus eccle. non alien. ſuper rubr. & Bal. in l. iubemus, colu. 3. uer. deinde uide, &c. C. de ſacroſ. eccl. Et ſimiliter, quando

e maritus donaret uxori, uel pater filio ppter merita, & idem in ſimilibus caſib. qui ſunt in iure innumerabiles de quib. habetur per Bart. & Doc. in l. poſt contractũ, ff. de don. & in l. per diuerſas. C. mãd. & in l. ſi donatione, C. de Coll. & in l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. don. & Ang. in conſ. 5. col. fin. & plene Matt. de Affli. in conſt. diuæ memoriæ, colũ. 25. pro hoc eſt tex. in l. qui teſta-

9 mentũ, ff. de prob. † Sexto limita in cõfeſſione ex cauſa mutui, quia nõ pbat infra biennium, niſi aliter probetur uera numeratio, in toto ti. C. de nõ nu. pec. & inſt. de

10 lite. ob. per totũ. † Septimo limita, niſi con

f feſſio eſſet facta calore iracundiæ, quia non nocet, niſi detur perſeuerãtia. gl. eſt in uer. admonita in fi. & ibi Abb. in c. ex lite

11 ris de diuor. † Octauo limita, nõ pcedere in depoſitione teſtis, dicẽtis extra iudiciũ ſe falſum depoſuiſſe in iudicio, qa non p hoc tollitur eius depoſitio, & idem in iudice dicente ſe uenalem ſententiam tuliſſe, & ſubductum, ſecũdũ Ang. in conſ. 308. uer

12 ſi. deſcendo ad tertium eorum. † Secũda

g cõcluſio eſt, qđ confeſſio facta g parte abſente, probat tantum ſemiplene, quod intellige, etiam ſi fiat ad liberandum, ſcđm

13 Pau. de Caſt. in conſ. 79. in 2. uo † Limita, primo. dummodo talis confeſſio probetur ad minus per duos teſtes, nam ſi probatur per unum teſtẽ, nullam facit probationẽ nec plenam, nec ſemiplenam, nec etiã iudicium, ſecundum Ale. in conſ. 132. co. pen.

14 uer. non obſtat ẽt. &c. in 5. uol. † Secundo limita, dũmodo duo teſtes deponant de indiuiduo de eadẽ confeſſione, ſecus ſi vnus teſtis dicit de vna cõfeſſione facta vno die & alius de alia, quia etiã ſi mille eſſent teſtes non probant, etiam ſemiplene, ex quo ſunt ſingulares, & nõ iunguntur, ſecundũ Alex. in conſ. 36. col. 2. & in conſ. 39. in 5.

15 vol. † Tertio limita, niſi iſta cõfeſſio extraiudicialis eſſet geminata, quia tũc equiparatur, iudiciali confeſſioni, ut plene probatur, ſecundum Bar. in l. cũ ſcimus, C. de agri & cenſ. lib. 11. & Lud. Rom. in conſil. 290. colu. 2. & Pau. de Caſt. in l. Pub. §. fi. ff. dep. & Iaſ. in §. in perſonã, col. 9. inſt. de act. vbi plura cumulat de materia geminationis, & Felyn. in cap. olim. de reſcr. & in cap. ſi cautio. de fid. inſtr. & ibi. etiam Ab. in fin. & habetur vt dec. 336. conſil. Neap.

16 † Quarto limita, quãdo talis confeſſio fieret ad exonerationem cõſcientię, vt ſi quis parte abſente bonam fidem agnoſcens, & pro ſuę conſcientiæ exoneratione fatetur ſe extorſiſſe vſuras, vel habere tale depoſitum, vel ſimile, nam iſta confeſſio plene probat, ſecundum Bald. in l. generaliter in 10. q. C. de non nu. pec. & Pet. Phi. Cor. in conſ. 211. col. 2. in 3. uolum. & habetur in

deciſ.

deciſ. 164. in fi. conſi. Neap. pro hoc ſolet allegari gl. in c. quoties cordis 1. q. 7.

17 † Quinto limita, quando confeſſio emanat ſuper eo, quod dependet ex mera uolũtate confitentis, ut eſt aditio hæreditatis, uel ratihabitio, uel aliud ſimile quia tunc plene probat, etiam abſente parte, ſecundũ Bar. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. Pro hoc eſt gl. in l. Pomp. la 1. ff. de nego. geſt. & Bal. in d. l. generaliter. in 11. q.

18 † Sexto limita, niſi talis confeſſio eſſet h ac h ceptata per aliquẽ nomine abſentis, quia plene probat, ut no. gl. & Paul. de Caſtr. in l. tale pactum in prin. ff. de pac. pro hoc eſt gl. in uer. legatum, & ibi per Doct. in l. hu-

19 iuſmodi in prin. ff. de leg. † Septimo limita, nõ procedere de æquitate canonica, ſecundum q̃ plene probatur talis confeſſio parte abſente, ita tenet Franc. de Aretin. in conſi. 60. & conſi. 64. colu. 2. & præſertim, quando extaret iuramentum, & not. Petr. Philip. Corn. in conſi. 112. col. 3. in 1. uol. & habetur in d. dec. 164. conſi. Neap. in fi. de qua materia uide Mod. maxime Iaſ. in d. l. tale pactum. in prin. ff. de pact. & Mod. in d. c. ſicut. quia multi in hoc tenent cõtrarium, non facientes differentiam inter ius canonicum, & ciuile, quantum ad hoc.

20 † Octauo limita, niſi confeſſio eſſet facta in apocha, parte abſente, quia quandocunque illa apocha peruenit ad creditorẽ, plene probat illa confeſſio legitime probata, ſecundum Bal. in conſi. 380. in 5. uolu. de quo uide d. l. tale pactum. in prin. plures alias limitationes, & dicta ad hanc materiam confeſſionis extraiudicialis uide per Fel. in d. c. fi. caut. de fide inſtrumentorum,

21 & in d. c. olim de reſcri. † Venio nunc ad ſecundum membrum principale, uidelicet de confeſſione iudiciali, ſcilicet, quæ fit in iudicio, quę eſt tantæ efficacię, quod habet uim ſententiæ & rei iudicatæ in ciui-
i libus, adeo quod non expectat aliud, niſi p̃ceptum de ſoluendo, l. unica. C. de confeſ. nam nulla eſt maior probatio, quã proprii oris confeſſio, & dicitur pleniſſima probatio, ut no. Petr. Phil. Corn. in conſi. 261. colu. 2. in 4. uolu. Item facit rem notoriam, ut dicit idem Pet. Phi. Corn. in conſ. 44. colu. 14. uolum. & in conſi. 124. in litera E. in eodẽ uolum ubi dicit, quod ſuperat omne genus probationis, in tantum, quod cõfeſſio infringit omnes p̃bationes factas p̃ teſtes uel inſtrumenta in fauorem confitẽtis contrarium, & nunquam reducẽtur ad concordiam teſtium dicta cum cõfeſſione producentis, ita pluchre tenet Lud. Rom.

22 in conſi. 391. in fin. † Item confeſſio tollit præſumptionem, iuris, & de iure licet alia probatio non admittatur, ut no. gl. & Bar. Bal. & Doct. in auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. & Petr. Phi. Corn. in conſi. 37. col. fi. in litera G. in 3. uol. & conſi. 225. in litera C. in 4. uol. & Alex. in l. non eſt uero ſimile, ff. quod metus cauſa, & ibi etiã Bar. & Fel. in c. 4. col. 2. de præſcri.

23 † Item licet poſt concluſum in cauſa, non admittatur alia probatio, tamen admittitur probatio per confeſſionem, ſecundum Bal. in rub. C. de prob. col. 4. uerſ. ego aliter probo &c. quod tamen intelligit ibi Pau. de Caſtr. quando confeſſio ſponte fieret, non quod inuitus poſſit quis compelli ad confitendum, & Ant. de But. in ca. licet cauſam de prob. ubi idem dicit poſt terminum ad probandum, & probatum habendum prout eſt gl. in c. 1. de confeſ. li. 6. idẽ poſt publicationem proceſſus, ſecundum Card. in Clem. prima 93. q. de cauſa. poſſ. & proprie. & Bal. in auth. ſed nouo iure, C.

24 ſi certum peta. † Item eſt tantæ potentiæ iſta cõfeſſio iudicis, quod etiam ſi fiat in p̃ceſſu inualido poteſt ex ea ferri ſententia, non obſtante inepto proceſſu, ſecundum Bar. in l. ſi cõfeſſus, ff. de cuſt. reo. & dic, ut ibi per eum & Flo. in l. proinde, §. notãdũ. ff. ad l. Aquil. & Alex. conſil. 34. colum. 1. in 3. volum. & Bal. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam. & habetur in dec. 374.

25 circa fin. conſ. Neap. † Quid autem ſi cõfeſſio ſe referat ad inſtrumentum inualidum, an probet, uide Lud. Rom. in conſil.

26 294. † Item in confeſſus habetur pro condemnato, unde non requiritur alia ſententia, ut ſupra dixi, per l. primam C. de confeſ. ſed in criminali, eſt ſecus quia non habetur pro condemnato, unde requiritur ſententia, ut dict. l. ſi confeſſus, & ibi Bartol. ff. de cuſt. reo. & no. Petr. Phili. Corn. in conſilio 55. colum. 2. in 4. uol. & in conſ.

27 260. in litera D. in d. 4. uolum. † Super hac materia confeſſionis, eſt ſciendum, quod quandoque fit ſimpliciter, & quandoque qualificate, ſimpliciter fit confeſſio, quando

do reus confitetur debitum, vel crimen pure ac ſine aliqua qualitate, tunc.n.eſt fundata intentio actoris, vt dixi, ſed qñ adiicitur aliqua qualitas tūc dicitur qualificata, & tunc ſtat dubium, an poſſit acceptari pro parte, & pro parte repudiari. Super qua concluſione adhibetur talis diſtinctio videlicet, aut contra qualitatem annexam confeſſioni, eſt aliqua præſumptio iuris, & tūc poteſt acceptari pro parte, ut ſi reus confitetur ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, dixiſſe verba opprobrioſa, non animo iniuriandi, nam ſtatur ſuæ confeſſioni contra ſe, & non creditur ſibi quo ad illā qualitatem niſi illa qualitas probetur & eſt ratio, quia contra illam qualitatē vrget præſumptio iuris, quæ eſt, vt quilibet occidens vel dicens verba iniurioſa, cenſeatur habere animum offendendi, niſi contrariū probetur l.i.C.de ſicar.& le. ſi non conuicii. C.de iniu.& tūc fit diſtinctio, an ſit vnum capitulum in cōfeſſione, vel plura. Ita hæc omnia declarat Abb.in c.bonæ, el 2.penu. col.de poſt.prel.& Pet.Phil. Cor.in conſilio 94.col.2.& 3.maxime in litera L. in 3. volu. At contra illam qualitatem nulla eſt præſumptio iuris, & tunc aut cōfeſſio qualificata continet vnum capitulum, & dēt tota acceptari, vel tota repudiari, & non poteſt diuidi, vt ſi reus confitetur ſe promiſiſſe ſub conditione, vel ſi dicat verum eſt, ꝙ recepi a te centum quæ mihi debebas ex cauſa mutui, iſtud eſt vnicum capitulū, & confeſſio in iſto caſu non præiudicat cōfitenti, ſecundum Ab.in d.c.bonæ, col.pe. & Bar.in l Aurelianus.§. idem quæſiti, ff. de liber.leg. Aut continet plura capitula, ut ſi dicit, verum eſt, ꝙ mutuaſti mihi centum, ſed feciſti mihi pactum de non petendo, & tunc poteſt acceptari pro parte, & tenetur reus probare pactum de non petendo, alias condemnatur, ſecundum Abba.in d.cap.bonæ, & Bart.in d.§.idem quęſiti, & prędictis adde And.de Iſer. in conſt.terminum uitæ in fi. & in c.1.§.ſi vero violator. col.2.verſi.probare, de pace tenen.

28 † Vnde ſuper hoc nota bonam cautelam quando creditor mutuauit tibi pecuniam quantum in ſecreto reſtituiſti nam ſi facit

K poſitionem, quod mutuauit, & K tu reſpōdens verum eſſe, ſed ſibi reſtituiſti, quam reſtitutionem probare non poteſt, certe iudex te condemnaret. Vnde cautela eſt, quod reſpondeas nihil mutuaſti, propter quod ſum ſibi obligatus, & ſic non eris per iurus nec incides in laqueum, quia ſolutione debiti fuit ſublata obligatio, ita no. tenet Franc.de Are.in l.1.col.2.in fin.ff. ſi cer.pet.

29 † Vnum tamen tene menti, pro declaratione eorū, quæ ſupra dixi, nam licet, is, qui confitetur occidiſſe a ſui defenſionem veniat condemnandus, niſi probet defenſionem, ut ſupra dixi, tamen ex tali confeſſione non poteſt condemnari, ut homicida ad pœnam mortis naturalis, ſed *l* mitius

l puta pœnæ relegationis, & hoc propter illam qualitatem, ita tenet Ab.in c.auditis, col.penn.ibi etiam Fel.de reſc.& Alexa. in l.non ſolum, §.ſciendum in lect. ff de ope. non.nunc.& Soc.in rep.l.primæ, ff.de vulgar.& pupil.in 11.col. quod nota pro limitatione conſt.terminum vitæ, quæ vult ut occidens dubitatur.

30 † Sed poſſet dubitari, qūo cognoſcitur cōfeſſio iudicialis, an ſit neceſſe, quod fiat cu

m ram iudice, *m* pro tribunali ſedente, magis communis opin.neque ſic, in cauſis requirentibus plenam cauſæ cognitionem, vt no.Io.And.in add.Spec.in tit.depoſitio.§. 2.& Abb.in c.at ſi clerici colu.2.& ibi etiā Fel. de iud.& Abb.in c.fi.de confeſſ.& gl. & Bar.in l.cum ſcimus.C.de agr.& cen l.libr.11.ubi dicitur, quod ſi fieret coram notario, non diceretur confeſſio iudicialis, de quo dicto uide glo. & Bal.in l.iubemus, & in l.interrogatam, C de libr.cau.& Fel. in cap.quoniam contra falſam, colum.25.de prob.& Cald.in conſil.2.in tit.de offi.ord. & Bar.in l.4.§ hoc autem, in 6.& 7.oppo. ff de dam.infect.& Alex.in le.ſi confeſſus, ff.de cuſt reo & habetur in dec.245.conſi. Neap.in 3.col.ubi dicitur, quod notarius, non poteſt recipere confeſſionem, niſi præſente iudice, vel committente alias confeſ

n ſio *n* non pręiudicat.

31 † Quid autem, ſi confeſſio fiat coram arbitro, an dicatur iudicialis, uel extra iudicialis, dic ꝙ in arbitratore non eſt dubium, & oēs tenent cōiter, ꝙ ſit extraiudicialis ſecūdum Alex.in conſil.13.col.3.& conſi.96. col.4.verſi.ſi ergo, & c.in 1.uolum.& Lud. Roma.in conſil.316.colu.2.& habetur in deciſ.178.conſ.Neap.in 6.dubio. ſed in arbitrio,

Alex. in d. l. fi. co. 1. & ibi etiã Iaſ. in 6. col. verſic. 5. ſed in cauſis criminalibus dantur duæ dilationes accuſatori. & tres reo. vt d. l. fin. quæ licet loquatur de cauſis capitalibus tantum tñ de conſuetudine extenditur ad oẽs cauſas criminales, vt dicunt ibi Bal. Ange. & Pau. de Caſt. & Iaſ. referendo gloſſ. ibi, quæ iſtud tenet, de qua materia
3 vide ibi per Do. † Plus dico, quod in criminalibus ad defenſionem rei poſſunt quãcũque etiã poſt concluſionẽ in cã recipi teſtes & defenſiones ad probandam innocentiã. ita tenet Bar. in l. 1. § fi. ff. de q. & Bart. in l. diui fratres ff. de pœnis, & Alexan. in auth. iubemus. circa fi. co. C. de iud. & Bart. in l. 2. §. ſi publi co, co. 4. ff. de adu. & Abb in c. ſuborta, col. fi. de re iud. & Pau. de Caſt. in conſil. 325. & Franc. de Are. in conſil. 144. vnde puto, q̃ nõ peccat iudex ſi quandocunque ante ſnãm concederet reo in criminalibus dilationem ad ſe defendẽdum.
4 † Et hoc, quod dicimus de dilatione peremptoria & vnica eſt in cauſis ciuilib. eſt conforme cum diſpoſitione regiæ pragm. quæ incipit, poſt prædicta, quæ ſimiliter concedit vnũ terminum ad probandũ. & vult q̃ non poſſit prorogari ſine iuſta cauſã, vel abſque conſenſu vtriuſq. partis, alias iudex progãs punit, ad duas vnicas. Si ergo non põt prorogari, multo fortius nõ põt multiplicari, quia facilius progaẽ dilatio cum ſit eadẽ, l. ſed ſi manente. ff. de prec. q̃ noua detur facit quod no. Alex. in l. 3. in prin. ff.
5 de dam. inf. † Hanc regulam, vnica tãtum dilatio datur limita non procedere, qñ extaret iuſtũ impedimẽtũ in primã dilationẽ, nã põt dari ſecunda, l. oratione. ff. de feriis, & quo hoc pcedat, vide Bart. & Mod.
6 in l. fi. co. ti. & Bal. in conſ. 33. in 5. vo. † Secundo limita n... elapſa prima dilatione ſuperuenissent ... ati nouæ pbationes quia ad illas pd... n põt dari noua dilatio, ſecundũ Bar. in ... monendi. col. 2. ff. de iureiu. & Sal. in l. 1. ... de dil. & Iaſ. in d. l. fin. colu. 5. de ferijs, & ... oc ſtatur iuſto petẽtis dilationẽ, ſcilicet quod de nouo ſuperuenerũt vbi probationes, vt habet in c.
7 paſtoralis de exec. † Tertio limita, qñ cau ſa examinatur in conſiſtorio Principis, q̃a tũc poſſunt dari plures dilationes. l. in offerendis, & ibi Bart. in fin. C. de app. quod de
8 clara ut ibi per eũ. † Quarto limita, qñ ille qui habuit dilationem, impediretur e facto aduerſarii, ut ſi eſt datus terminus actori ad probãdũ, & reus opponat multas exceptiones & ſubterfugia, nam interim non currit dilatio actori ſecundum Alex. in conſ. 72. colum. 1. in 3. vol. & Iaſ. plenè in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, colum. 3. & 4. ff. ſi quis cau. Cautela tamẽ eſt, vt actor proteſtetur, & ita ſum ſolitus practicare
9 qñ caſus mihi euenit. † Quinto limita, qñ actor adderet aliquid libello, quia ad illud debet noua dilatio dari ita tenet Ange. in l. 1. §. ſi quis ſtipulanti. ff. de verbo. obliga.
10 † Et idem quando noua actio cumulatur vt no. gl. & Bar. in l. edita. C. de eden. & ha-
11 betur per gl. in c. literæ. de dil. † Sexto limita, quando in iudicio emergit aliqua noua exceptio, vel aliud incidens. quia ſemper peti poteſt dilatio noua ad probandũ id quod conſiſtit in facto ſuper illo emergenti, vt habetur in c. paſtoralis de ex cep. nam ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate, § ex cauſa, ff de
12 inter. actio. † Septimo limita, quando iudex daret ſecundum dilationem præſente vtraque parte, & non contradicente, quia cenſetur tunc data de uolũtate ambarum partium, & valet, & ita tenet Bal. in d. leg. fi. ff. de feriis. Et ideo ſemper, quando iudex dat ſecundam dilationem, uel ẽã prorogat, debet altera pars contradicere vel poteſtati, alias cenſetur conſentire, ut inquit Bar. in l. 1. C. rela. quo caſu quando altera pars contradicit, non valet ipſo iure dilatio, & probationes infra eam receptæ nihil ualent, ſecundum. Alex. in d. l. fi. quẽ cõiter ſequũtur ibi Alb. & Mod. idẽ tenet
13 Bal. in conſ. 33. col. fi. in 5. uol. † ſed ſi probationes recipiũtur in iudicio ſine dilatione valet ſcdm Bart. Bal. & Alb. & Mod. in d. l. fi. & præſertim Iaſ. in penu. col. & fir. in dec. 55. conſ. Neap. Similiter eſt cautela p iudice, ut ſemper in dilationib. faciat ſcribi in actis præſentibus ambabus partib. & non contradicentib. uel nihil dicentibus, quia ex non cõtradictione inducitur conſenſus in iudicialibus, per ea quæ dicit
14 Barto. in d. l. 1. C. de rela. † Octauo limita quando dilatio eſt data abſenti, quia non currit, niſi a die, quo fuerit abſenti intimata, & ille dies, quo intimatur, non imputatur, ita tenet Bar. Alexan. & Mod. in l. Labeo,

bet. in fi. ff. de iurei & Bald. in l. ſi ea. col. fi.
C: quia accuſ. non poſſ. & in l. 1. in fi. C. de
15 temp. app. † Secundo principaliter quæro
quanta debeat eſſe dilatio, quam iudex con
cedit ad probandum. Dic ꝙ de iure cõi om
d nis dilatio eſt d arbitraria iudici, nam habi
to reſpectu ad diſtantiam loci, ad qualitatẽ
perſonarum, & cauſæ, poteſt breuiorem, vel
longiorem dilationem concedere, ita tenet
Spec. in ti. de cita. §. nunc de temporum, in
fi. & §. fi. in fi. ubi plura allegat, & habetur
in c. quod ad conſultationem de re iud. pro
16 hoc eſt tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de dila. † Imo
ẽt dilationem legalem poteſt ex cauſa iu-
dex breuiare, vel prorogare, ut not. Alex. &
Doc. in l. 2. ff. de re iud. & Abb. in c. cum ſit
de appel. Verum in cauſis ſummariis debẽt
dilationes breuiari, prout eſt poſſibile, ut
habetur in cle. ſæpe, de ver. ſign. Sed hodie
in regno eſt ſtatuta certa dilatio ad proban
dum per regiam prag. quæ incipit, poſt p̄-
dictas, videlicet dierum 15. ſi per partes de-
claratum fuit ſe habere teſtes infra 20. mil-
liaria, alias ſimili partes declarent de teſtib.
dilatio eſt 20. dierum. Et iſte eſt terminus,
quem iudices appellant terminum iuris Et
ſi partes declarauerint ſe habere teſtes in
remotioribus partibus intra regnum, iu-
dex poſt dare longiorem dilationem dum-
modo non excedat tres menſes. Sed ſi te-
ſtes ſunt extra regnum, iudex pro motu ani
mi ſui poteſt longiorem dilationem ſtatue
re. Et prædicta dilatio cenſetur data ipſo
iure, etiam ſine miniſterio iudicis, facta li-
tis conteſtatione. Ita hæc omnia deciduntur
in d. pragm. poſt prædictas, ſed dilatio,
quæ datur ad repulſam, eſt medietas primæ
dilationis in cauſa principali prædictæ etiã
dilatio ad repulſam repulſæ, & eſt medietas
dilationis datæ ad repulſam, ut habetur in
alia reg. a. pragm. quę incipit, curſu dilatio-
num. Ex cauſa tamen poſſet iudex has dila
tiones breuiare, & prorogare, ut ſupra dixi.
17 † Sed quãdo iudex ſine cauſa daret breuio
rem dilationem ſit cautus litigans, ut con-
tradicat, & proteſtetur, alias ſi ſponte reci-
pit dilationem breuiorem, cẽſetur iuri ſuo
renunciare, ſecundum Abb. in d. cap. quod
ad conſultationem, per illum tex. in 3. col.
in pc no. de re iud. Et eſt utile contradicere
ad hoc pręſertim quia poteſt poſtea petere
ſecundam dilationem, quæ de iure dari dẽt
ſine alia cauſæ cognitione, quando prima
non fuit integra, quia iſta ſecunda non vſ
noua dilatio, ſed potius reintegratio, & ſup
pletio primæ. ita tenet Inn. in ca. ultra ter-
tiam, de teſt. & Bar. in l. 1. in fi. C. de dilat. &
Iaſ. in l. fi. col. 9. in prin. ff. de feriis. Et hanc
poteſt addere pro noua limitatione ad a-
lias fallentias, quas potuit modo in præce-
denti q. videlicet, ꝙ qñ prima non fuit inte
gra, poteſt peti ſecunda dilatio, dummodo
18 ſit contra dictum, ut dixi. † Iſta autem di-
latio probatoria, quæ datur in iudicio, ſẽ-
per eſt cõis, adeo, ꝙ ſi datur uni parti pro-
deſt ẽt, & alii, l. petendę. C. de temp. in int.
reſt. & ibi Bal. & no. Fel. in c. prudentiã, co.
1. de mut. pet. & eſt ritus magni curiæ in
nu. 110. qui incipit, item ſeruat ipſa curia
e declarare, & c. in fin. item eſt e continua re-
gulariter, quia in ea currunt etiam dies fe-
riati, ſecundum Bal. in l. 1. C. de feriis, & gl.
in rub. & l. 1. ff. de diuer. & temp. præſcr. &
gl. & Bal. in l. fi. ff. de feriis Pro hoc eſt text.
in l. ſiue pars, in fi. C. de dil. Quod tñ intel-
lige, niſi feriæ abſorberent tuam dilatio-
nem, uel maiorem partem, quia tunc feriæ
non computantur in dilatione. Vnde ſi in
ſabbato palmarum daretur dilatio dierum
15. talis dilatio inciperet poſt octauam pa-
ſchæ, quia omnes illi 15. dies ſunt feriati, ſe-
cundum Bald. in l. ſi quando, in 45. q. C. de
teſtib. & Hoſt. in c. licet cauſam de probat
& Lanfr. in c. quoniam contra in uerſ. dila-
tione, col. 2. de prob.
19 † Vltimo, ſuper hac materia poſſet dubi-
tari, an infra terminum datum ad proban
dum, debẽt teſtes omnino examinari. Dic
ꝙ iſte terminus datur duplici modo. Quã-
doque enim datur ad probandũ ſimplici-
ter, & qñque ad probandum, & probatum
habendum. Primo caſu qñ datur proban-
dum ſufficit, ꝙ teſtes ſint iurati, & citati
infra terminum, nam poſſunt poſtea exa-
minari, ẽt lapſo termino, & cenſentur corã
depoſitiones factæ infra terminum, quia
depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus iu
ramenti ſecundum Lud. Ro. in conſ. 446.
col. 2. & Abb. in ca. licet cauſam colu. 2. de
probat. & ita quotidie uidemus ſeruari in
practica, & ſup hoc eſt ritus magnæ curiæ
in nu. 149. qui inquit itẽ, ꝙ in quibuſcũq.
qui de æquitate concedit, ꝙ teſtes poſſint
per tres dies poſt terminũ iurare, & deinde

antea examinari, & vide aliquid per Bar. in l. mancipiorum. ff. de optio. leg. Secũdo caſu, ſ qñ datur terminus ad probandum, & probatum habendum, & tunc dẽnt teſtes ẽt examinari infra terminum alias poſtea non admittitur, ita plene tenet Ab. in d. ca. licet cauſam, col. 6 & Soc. in conſil 47. co. 4. in 4. vol. & Bal. in conſil. 133. in 5. volu.

20 † Solet ẽt elapſo termino ad probandum concedi terminus ad examinari faciendũ dummodo teſtes ſint iurati inf. terminum alias ſecus, quo termino elapſo vlterius non admittuntur teſtes, & de hoc eſt alius illius magnæ curię, in nu. 166. inci. item ſi aliqui, &c. & alius ritus in num. 822. incip. item, q cum datur, &c. & alius ritus in nu. 209. incipi. item, ſeruat ipſa curia rato, &c. & poteſt dari dictus terminus, etiã, in dieb

21 fer. vt dr̃ in d. titu. 282. † Sed in termino dato ad repulſam, fallit primum dictum, quia ẽt ſi detur ſimpliciter, & non dicatur ad probatum, habendum, debẽt teſtes examinari infra terminum. Ita de hoc eſt alius ritus magnæ curię, in nu. 256. qui incipit. Item q facta, &c. & hoc poteſt fortificari ex his, quæ dicit Abb. in c. licet dilect. in fin. de teſt. vbi dicit, q repulſa eſt odioſa, & dilatio ad eam dẽt dari breuis, & cum maxima cauſę cognitione. R. Mar. I. V. D.

ADDITIONES.

a Dilationes. Vide Nic. Ant. Grau. in add. ad prac. Octa. Veſt. lib. 5. c. 3. num. 5. vſque in fi. vbi de communi, & de omnibus prædictis caſibus.

b Peremptoria. Amplica & limita, ut per Dueñ. li. 1. reg. vtr. iur. reg. 200. & 201. dilatio.

c Facto aduerſarii. Alex. conſi. 71. libr. 5. Iaſ. conſi. 10. & 35.

d Arbitraria. Veſtri. in d. pract. Ro. Cur. li. 4. c. 1. nu. 4.

e Continua. Fran. Mar. q. del fin. 35.

Ludouicus Alferius.

De poſitione ſeu articulorum productione.

1 *Poſitio, articulus, & capitulum, quid ſit, & qualiter inter ſe differant nu. 2. 3. 6.*

2 *Capitulum eſt nomen generale & poteſt poſitionem & articulum comprehendere.*

3 *Poſitio, in quo differat a libello.*

4 *Cauſa ciuilis, in regno articulis incipere põt,*

5 *Iudex in cauſis ſummarijs unum & eadem terminum ad ponẽdum & articulãdum dare poteſt.*

6 *Poſitionem faciens cenſetur fateri, quod panit. Secus ſi interrogas & nu. 12.*

7 *Articulãs non cenſetur faterit, quod narrat in articulis.*

8 *Confeſſio facta in poſitionibus, reuocari non poteſt niſi de errore doceatur, & quando, & qualiter hoc procedat.*

9 *Poſitiones faciens fateri non uidetur incipiẽte negatiua.*

10 *Poſitiones infra terminum datum ad probãdum debeat fieri, non autem poteſt.*

11 *Poſitionibus & articulis poſt terminum productis, & pars reſpondere eum tenetur.*

12 *Poſitio obſcura ſiue articulus obſcurus declarari poſſunt poſt terminum, uſque ad concluſionem in cauſa*

13 *Poſitiones fieri debent poſitiue, non autẽ interrogatiua qua ſit ratio.*

14 *Verbum, credit, eſt ueritatis expreſſiuum in reſpondente poſitionibus.*

15 *Aduocatus nec procurator reſpondẽti poſitionib. adeſſe nõ dẽt. quãdo illis reſpondetur.*

16 *Ruſticus & idiota reſpondent poſitionib. præſente ſuo aduocato, uel procuratore.*

17 *Periurus non eſt principalis, qui deponit falſum cum iuramento ſed ſolum Deum habet ultorem.*

18 *Iudex poteſt inponere pœnam litiganti, ut ueritatem dica & illam exigere.*

19 *Copia articulorum parte dari debet non autem interrogatorium num. 121.*

20 *Articuli pręſentari poſſunt. etiam de quo curia non regitur. ac modo non ſit dies feriatus & ſoli magiſtro actori ſine iudice pręſentari poſſunt.*

22 *Poſitionibus reſpondere nolens, an poſſit petere terminum ad deliberandum.*

23 *Clauſula ſaluo iure impertinentium, quid operetur.*

a QVartus a actus, qui ſucceſſiue emergit, eſt poſitio ſiue articulorum productio. Et quoniam hæc materia poſitionum eſt plene tacta per Spe. in ti. de poſitio ideo non ualde me extendo, ſed ſolum pro introductionem iuuenum, ut debimus iſtos tres terminos qualiter differant, uidelicet poſitio, articulus, et capitulum, deinde tangam aliquas additiones circa obſeruantiam

1 uantiam in regno in actu practico. † Sciendum eſt igitur, ꝙ iſti tres termini ita differunt. Nam poſitio genericè ita diffinitur, videlicet, poſitio eſt breuis narratio factū continens, ad eliciendam ueritatem concepta, ſecundum Bald. in l. 2. §. quod obſeruari, col. fi. C. de iur. cal. & Spec. in tit. de poſitio. §. 1. ſed magis in ſpecie ita diffinitur. Poſitio, eſt pars intentionis continens id, ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi, ſecundum Bal. in l. generaliter, §. ſed iuramento. C. de reb. cred. articulus uero eſt pars intentionis continens id, ꝙ quis probare intendit, puta per teſtes uel ſcripturas, ut no. Bal. in d. §. ſed iuramento, & Spec. in ti. de teſte, §. nunc uidendum, col. 1. verſic. ſciendum eſt igitur, & Card. in clem. ſæpe, §. & quia in 3. no. & in 1. q. de uerb. ſign. & no. gl. & Doc. plene, in c. præſentiū, de teſt. lib. 6. unde in effectu poſitio reſpicit ſolam confeſſionem partis, & fit per uerbum ponit, & fit ad effectum, ut ponens releuetur ab onere probandi, ſi pars confitetur c. ſtatuimus de confeſ. lib. 6. & Spe. in tit. de poſitio. §. 2. articulus uero fit per uerbum, probare intendit, & reſpicit probationes faciēdas per teſtes uel ſcripturas, in caſu, quo poſitiones negātur, unde ordo eſt, ut prius fiat poſitiones, & ad eas producendas detur vnus terminus, & poſtea detur alius terminus ad producendum articulos, ſecundum Card. in d. cle. & quia in 6. & 7. q. & Bal. in d. §. quod obſeruari, circa fin. & probatur ex his, quæ tradit Specu. in d. §. nunc uidendum, colum. 1. colligitur etiam hæc differentia ex uerbis Alex. in l. inter ſtipulantē, in prin. ff. de uerb. obl. ubi plus dicit, quod poſitio poteſt fieri mere negatiua, & tenetur pars illi reſpondere ſed articulus non fit negatiuè, quia eſſet in probabilis, niſi coarctaretur loco & tempore ſecundum eum. † Capitulum autem eſt nomen magis generale & poteſt comprehēdere vtrumque, ſ. poſitionem & articulum, ut tenet Bal. in d. § ſe iuramento, ubi dicit, quod terminus datus ad capitulandum, cenſetur datus ad ponendum & articulandum, ſed terminus datus ad ponendum, non cenſetur datus ad articulandum, nec econtra, & ita vt plurimum in iure, articuli uocantur capitula, ut dicit tex. & Abb. in c. per tuas, co. fi. de teſt.

Et hoc eſt illud uocabulum, quo utūtur cōiter iudices inquirentes in criminalibus nam ſolent reo dare capitula, ſuper quibus formatur inquiſitio, nam illa capitula ſuccedunt loco poſitionum, & articulorum, ſuper quibus curia inquirens, intendi probare ſuam intentionem contra reū inquiſitum, uel per confeſſionem, uel per teſtes, ut habetur in c. qualiter & quando. el 2. §. debet. de acc. ubi eſt tex. de hoc.

3 † Differt autem poſitio a libello, quia libellus habet concluſionem, ſed poſitio non, vnde reſpondens libello, cenſetur litē conteſtari, ut dixi ſupra in præcedenti parte, in tractatu de litis conteſtatione, ſed reſpondens poſitionibus, non cenſetur litem conteſtari, ſecūdum Bal. in d. l. 2. §. quod obſeruari, circa fi. C. de iur. cal. Quod tamē non poteſt procedere in cauſis ſummariis, in quibus non requiritur libellus, † ſed cā poteſt 4 incipere a poſitionib. & articulis, qui ſuccedunt loco libelli, ut tenet Old. in conſ. 244. in prin. Nam tunc reſponſio haberet uim litis conteſt. ex identitate rationis, l. Titio. ff. de uerb. obl. l. illud, ff. ad l. Aqui.

5 † Item in cauſis ſummariis iudex poteſt dare unum & eundem terminum ad ponendum & articulandum, ut inquit Car. in d. l. clem. ſæpe, § quia, in 8. nu 7. q. de uer. ſig. Et hoc ſeruatur communiter hodie in regno, quia unus terminus datur ad probandum, & in illum terminum fiunt poſitiones & articuli ſine diſtinctione, ut probat regia prag. quæ incipit, quinta die, &c. unde inoleuit communis practica aduocatorum, qui dicunt id articulis, item ponit & probare intendit, &c. Nam per hæc verba intentio articulantis eſt, ut ſi pars confitetur id, quod eſt articulatum, tales articuli ſuccedunt loco poſitionum. Si uero negat, & tunc ſuccedunt loco articulorum, ut ſuper eis poſſint teſtes examinari, ut no. Car. in d §. & quia, in 8. no. & Spec. in tit. de teſt. §, nunc uidendum. poſt prin.

6 † Differunt ēt poſitiones ab artic. quia is q ponit, cenſetur fateri illud, quod ponit, ut no. Alex. in conſi. 71. col. 1. in 3. uol. in tantum, quod non poteſt talem confeſſionem reuocare, niſi doceat de errore, & talis confeſſio præiudicat ſibi, ſiue poſitio ſit ſcripta, ſiue non ut no. Spec. in titu. de poſitio. §. 10. colum 1. & 2. uerſicu, quid ſi actore, &

7 verſi. Item ſi ponens. † Sed is qui articulat,
non cenſetur fateri, q dicit in articulis, no.
Ab. in c. cum venerabilis, in fi. de excep. &
Io. And. in c. ſi. de iureiu. lib. 6. & Anto. de
Bar. & Doc. in c. ſi. de confeſſio. & Bar. in d.
l. 2. §. quod obſeruari & Bal. in l. ſicut, in fi.
C. de rep. hær. & Ale. in conſ. 70. col pe. ver.
8 præterea, 2. uolu. † Illud autem, quod dixi,
b confeſſionem in poſitione b reuocari non
poſſe, ad inſtar confeſſionis, quę inducitur
per libellum, iuxta l. cum precum, & ibi
Bal. C. de lib. cau. intellige procedere ſane,
poſtquam poſitio fuit in iudicio præſentata,
& per iudicem approbata & admiſſa,
nam tunc fit de actis, ſecus ſi ante, quia nõdum
eſt facta de actis, nec concludit parti,
vnde tunc poſſet reuocari per ea, quæ not.
Bal. in l. generaliter, §. ſe iuramentum, col.
1. verſi. not. ſuper verbo. &c. C. de reb. cred.
& no in cap. cum contingat, de offi. deleg.
9 † Limita ẽt hoc dictum de confeſſione nõ
procedere, quando fieret poſitio præcedente
negatiua per modum exceptionis, veputa,
ſi pars aduerſa tale quid poſuerit, quod
negauit, &c. excipiendo ponitur, &c. Nam
60 *Confeſſio in parte, an poſſit acceptari, & in parte negri.*
61 *Mercator an teneatur adere cartulam continentem ſolutionem, uel ſimilia.*
62 *Ballę lunæ ſignatæ ſigno meo, an præſumantur meæ.*
63 *Balla lanæ ſi reperiantur ſignatæ communi ſigno an præſumuntur communes.*
64 *Editia librorum exiſtentium Romę, quibus expenſis fieri debeat.*
65 *Mercator qualiter probet ſe diſrobatum.*
66 *Promittens Titio centum, quę Sempronium ei debet quod probabit.*
67 *Apocha mercatoris ſigillatæ tantum, an probet.*
68 *Promittens centum ſoluere infra menſem, & ſi non ſoluuntur promittit centum, & decem an ualeat promiſſio illa.*
69 *Intereſſe qualiter probetur.*
70 *Et quando licite petatur.*
71 *Excapitum, uel de lucrum qualiter probetur.*
72 *Probationes non concludentes inter mercatores*

tores an probens.

73 *Iurare an cogitur reus uel iuramentum deferre & num. 74. 75.*

76 *Merces empta de pecunia communi, an præſumantur communes.*

77 *Emptio mercium probatur per famam.*

78 *Societas probatur per in titulationem librorum.*

79 *Societas non probatur ex eo quod negociatio geratur per aliques alternis uicibus.*

80 *Mercator ſi confitetur ſe debitorum Titio in centum plus & minus quod important il la uerba.*

81 *Valor frumenti qualiter probabitur.*

82 *Publicatio an ſit neceſſaria in foro mercatorum.*

83 *Terminus ad allegandum in iurans detur.*

84 *Repulſa an detur in foro mercatorum.*

85 *Sortis iudicium quale ſit.*

86 *Sententia per ſortes, an ualeat, & an poſſit ab ea appellari & nu. 87.*

88 *Sententia expertorum in arte, an tranſeat in rem iudicatam.*

89 *Appellatur a ſententia collegij ad ſuperiorem.*

90 *Executio ſententiæ per appellationem, an retardetur.*

91 *Executio ſententiæ latæ contra principalem an contra fideiuſſorem exequatur.*

a SExtus actus, qui emergit in iudicio ſucceſſiue, eſt a teſtium productio, nam dato termino ad probandum, & præſentatis articulis ſiue poſitionib. & habita reſponſione partis, quæ negauit poſitiones, neceſſe eſt probare id, qd in articulis continetur Et quia potiſſimus probandi modus eſt p teſtes, ideo ſolent produci. Quæ materia teſtium eſt totius ventilata per quam plures tractatus, ſcribentium, maxime p Bart. in ſuo tracta. teſtium, per Alb. de mandeſtis, per Tindarum in ſuo trac. per Spec. in tit. de teſte, per Lanfr. in ca. quoniam contra, in ver. teſtium, de prob. & per quã plures alios Mod. maxime per Card. extra de teſti. per totum, ideo ſuperuacuum mihi viſum fuit hãc materiam plene hic cumulare cum ſit ita ampla materia, quæ ſola de per ſe requireret unum magnũ tracta. Solum igitur per introductione iuuenum in actu, practico ſuccincte attingam tres quæſtiones, & de reliquis remitto me ad dictus tracta. Prima igitur q. erit, quo ordine ſint teſtes producendi vel examinandi. Secunda qu. erit, qualiter debent teſtes deponere ad hoc, vt probent. Tertia, vſque ad quod tempus poſſunt teſtes produci.

1 † Reuertor ad primum & dico, q̃ talis ordo ſeruandus eſt videlicet, quia dato termino ad probandum, pars quæ facit articulos, facit citari teſtis, vt veniant prima die iudica coram iudice ad iurandum, & deponendum teſtimonium veritatis ſuper articulis præſentatis, vel præſentandis, nec non facit citari aduerſarium, vt in eodem die compareat viſurus teſtium iuramenta. Et iſta citatio teſtium requiritur, ad hoc, vt appareat, q̃ non ſponte ſe ingerunt, ſed rogati, quia alias ſi vltro ſe ingererent, eſſent ſuſpecti de falſo, ſecundum Bart. in le. poſt legatum §. his vero, ff. de his quib. vt indig. & Alex. in conſi. 68. col. 2. & 6. in 2. vol. Requiritur etiam citatio partis, ad videndum iurare teſtes, quia tota ſubſtantia depoſitionis teſtium conſiſtit in iuramento, l. iuſiurandi. C. de teſtibus

2 † adeo quod ſi pars non eſſet citata, nec aliter præſens

b iuramento, *b* nihil valet eorum depoſitio c. 2. & ibi Abb. de teſtib. & le. ſi quando, & ibi Bal. C. de teſtib. Et pro hoc habemus ritum magnæ curiæ, qui incipit, item ſi in rubr &c. quo cauetur, quod actorum magiſter in rubrica teſtium debet ſcribere, qualiter fuerunt examinati parte præſente, & vidente eorum iuramenta vel abſente per contumaciam, alias depoſitiones non probant. Et facta dicta citatione in prima die iuridica, datur iuramentum de veritate dicenda teſtibus comparentibus, parte citata preſente, vel in eius contumaciam. Si

3 uere † teſtes non comparent, accuſator eorum contumacia, & interponitur decretum, fore procedendum ad eorum examinationem contumacia non obſtante, & ex tunc in antea poſſunt examinari qñcunq. ẽt parte abſente, & in die feriata ad honorem Dei, ut no. glo. in cl. 1 de offi. deleg. & dicam infra, & ẽt poſt terminum probatorium, quia eorum depoſitio refertur ad tẽpus iuri, vt tenet Lud. Rom. in conſil. 343. colu. 2. & Abb. in c. licet cauſam colu. 6. de prob. dixi ſupra in verſic. dilat. circa fin. & prædicta tenet Bart. in reper. l. 1. col. fi. ff. ſi

quis

5 quis in ius uoc.non ier.† Eſt tamen ſtatu-
tum in regno circa refrenationem teſtium,
quia non eſt indiſtincte permiſſum tot te-
ſtes examinari, quotcunque quis producere
re vult, nam non poteſt quis examinare vl
tra ſeptem teſtes, ſuper vnoquoque articu-
lo, niſi aliter uideat æquum iudici, uel niſi
eſſemus in factis antiquis, quia tūc eſt per
miſſum uſque ad decem pro quilibet ar-
ticulo. ut eſt regia prag. quæ incipit, ſtatui
6 mus.† Debent autem dicti teſtes producti
examinari in loco iudicij, & nō extra, niſi
eſſent mulieres, vel perſonæ egregiæ, vel
infirmi, vel alio modo impediti uenire ad
curiam, tunc enim permiſſum eſt illos exa
minare in loco honeſto extra locum iudi-
cij, ut eſt ritus magnæ curiæ in numer. 31.
incipiens, item ꝙ non audeant, &c. & tunc
pars citari debet ad videndum iuramenta
teſtium in illo loco, ubi ſunt examinandi,
vt eſt tex. cum gl. in c. 2. de iud. li. 6. & Ale-
xand. in l. ad egregias. ff. de iureiur. ꝙ nota
contra illos notarios actorum, qui quoti-
die uadunt examinando teſtes per plateas,
7 & uicos extra locū iudicij.† Et quod teſtes
poſſunt examinari in die feriata dummo
do iurauerint in die iuridica, eſt ritus ma-
gnæ curiæ in nu. 47. incipiens, item quod
dicitur, &c. in fin. & alius ritus, in nu. 56.
incipiens. item ꝙ ſi teſtes, &c. & alius. 132.
incipiens, itē ſi teſtes, &c. & alius. 154. inci
8 piens, item, ꝙ ſi teſtes, &c.† Si tn̄ teſtes ſūt
citati infra terminum, & nondum iuraue-
runt in termino poſſunt infra tres didi im
mediate ſequentes iurare, & examinari
poſt terminum, ut eſt alius ritus, in nume.
149. incipiēs, item ꝙ in quibuſcūque, &c.
9 † Super. 1. q. principali cōcludo quod teſtes
ut probent, debent aſſignare bonam cau-
c ſam r ſcientiæ per alterū ex quinque ſen
d ſibus, vt not. Barto. in l. 1. in 3. colum. & ibi
Alex. & Doct. ff. ſi cer. peta. & Alex. in cōſ.
191. col. pen. in 5. uolu. non tamen tenet̃
præciſe teſtis reddere cauſam, niſi interro
getur. l. ſolam, & ibi Bald. C. de teſt. unde ſi
deponat ſine cauſa ſcientiæ, non interro-
gatus, bene probat. Sed interrogatus. ſi
non aſſignat bonam cauſam, uel nullam
nihil probat, ut per Docto. in dict. l. ſolam
10 † Nam ratio attenditur in teſte, & illa eſt
quæ ſaluat diſtruit eius dictum, ſecundum
Alexand. in conſil. 120. col. 3. in 5. uol. &
Abb. in c. cum cauſam col. 3. uerſi. quæro.
dicitur hic, &c. de teſtib. & Bald. in d. l. ſo-
lam, & Bald. in l. conuenticulam, col. 4.
uer. modo uenio ad teſtes, &c. C. de epiſ. &
11 cler. † Et nota, quod iſta cauſa ſcientiæ
debet eſſe ſeparata, ab eius diſpoſitione te-
ſtis, ut non ſit eadem cum dicto. Exemplū
dicit teſtis, quod Titius mutauit ſcio cen-
tum, in cauſa ſcientiæ debet dicere, quia
uidit pecuniam numerati ex cauſa mu-
e tui, &c. ſecus ſi diceret, e quia ſcio nam nō
probat quia tantum eſt, ac ſi diceret, ſcio,
& ſic eadem eſt ratio cum dicto quo ca-
ſu non ualet talis depoſitio, ſecundum
Bar. in l. fin. ff. de offi. proc. & Cæſ. & Soc.
in conſil. 98. colu. fi. in 4. uol. ꝙ nota per-
petuo, quia quotidie tabellionis examinā
tes errant in hoc, & non aduertant ad id
quod faciant, & deſtruit cauſa litigan-
tium, nam ut plurimum recipiunt dictum
teſtis, & in cauſa ſcientiæ ſcribunt, ut ſu-
pra dixit & depoſuit, & ſic expediens ſe
unico uerbo, nam ſi in illa depoſitione
teſtis non fecit mentionem de aliquo ſen
ſu corporis ſed ſolum generaliter dixi ſci-
ri dicta per eum, tunc illa cauſa ſcientiæ de
ſtruit totum eius dictum, & melius eſſet,
ſi notarius ipſum non ea interrogaret, &
milles mihi occurrerūt uati proceſſus cū
talibus diſpoſitionibus ita in aduerten-
ter, & (ut loquar cum reuerentia nota-
riorum) beſtialiter ſcriptis, & pluries op
poſui in allegationibus iuris, & obtinui,
quod tales depoſitiones fidem non faci-
unt, propter illam cauſam ſcientiæ relati-
uam ad ſupra dicta, quæ faciunt, quod ſit
12 eadem cum dicto † Illud tamen quod di-
xi quod teſtis non interrogatus de cauſa
ſcientię probat, limita primo, non proce
dere in cauſis criminalibus in quibus de-
bent teſtes, etiam non interrogati aſſigna
re cauſam alias non probant, ita tenet Ale.
13 in conſi. 25. col. 5. in 1. uol. † Secunda li
mita in omnibus factis preceptulib. ſolo
iudicio intellectus, ſicut in probando ali-
quem furioſum, vel dominū, vel diuitem,
uel mortuum, uel aliud ſimile, quod non
percipitur ſenſu corporis, nam etiam in-
terrogatus debet teſtis deponere de cauſa
ſcientiæ alias non probat ſecundum Abb.
in d. c. cum cauſam, colum. 3. de teſtib. &
Barto. in l. qui teſtamento §. fi. ff. de teſt. &
Bald.

Bal. in d. l. ſolam, col. 1. & Alex. in conſ. 85. col. 4. & B. l. & Iaſ. in l. furioſum. C. qui te-
24 ſta. fac. poſ. † Tertio limita, quando per unum teſtem eſt, deferendum iuramentum ſuppletorium, quia eſt neceſſe, quod ille teſtis etiam non interrogatus reddiderit cauſam, alias non facit ſemiplenam probationem ſecundum Bald. in c. 1. ſacramentum, col. 2. de conſuetud. rec. feu. & Ale. in conſilio 22. in 2. uol. & Iaſ. in repet. l. admonendi, col. 94. uer. 4. ff. de iureiur. plures alias limitationes uide per Bal. & Doct. in d. leg. ſolam, & per mod. Can. in d. cap. cum cau-
25 ſam de teſt. † ex prædictis ergo concluditur, quod ubicunque teſtis deponit, & aſſignat cauſam remotã a ſenſu proprio ipſius teſtis non probat. Hinc eſt, quod te-
f ſtis *f* de credulitate non probat, quia non deponit per ſenſum proprium, ut no. plene
26 Iaſ. in rub. de iurei. † Quod tamen limita quando teſtis deponit aliquid contra producentem per uerbum credit, quia tũc plene probat contra eum, ex quo ab eo opprobatur ita pulchre tenet Lud. Rom. in con-
27 ſi. 104. in fi. † Similiter, quando deponit,
g per *g* uerbum uidetur, uel iudicio ſuo non probat quia non deponit de uero ſenſu ſecundum Bar. in l. quid tamen §. ſi arbiter. ff. de arb. & Alex. in conſ. 10. col. 3. in pri.
28 in 1. uol. & conſ. 10. col. fin. 2. uol. † Eodem
h modo, quando teſtis deponit de *h* auditu alieno non probat, puta, ſcio, quia audiui dici a tali, &c. quia non deponit de ſenſu proprio, ut eſt gl. in uer. præſto in l. teſtiũ. C. de teſt. & plene per Fel. & Fran. de Are. in c. tam literis. de teſti. niſi in factis antiquis, ut habetur in le. ſi arbiter, ff. de prob.
29 Requiritur etiam in teſte ad hoc, ut probet, ut deponat cum iuramento alias non ualet eius depoſitio, l. iuſiurandi. C. de teſtibus. & l. ſi quando eod. tit. & debet iurare in iudicio, non extra l. 3. §. Sabino. cum gl.
30 ff. de teſtibus † & debet *i* iurare dicere ue-
i ritatem pro utraque parte, ut eſt gl. & Bar. in auth. ſed iudex. C. de epiſc. & cle. & glo. & Bal. & communiter Moder. in leg. 2. C. de edeu. & gl. in cap. fraternitatis de teſtib.
31 † Et ſi aliquis teſtis deponeret falſum ſine iuramento, non punitur pœna falſi, ſed extraordinaria, ſecundum Bal. in conſi. 106. in 1. uol. & Ang. in conſi. 194. columu. 2. in fin. quod nota pro limitatione conſtit. eos
22 qui ſcientes. † Super tertia quæſt. principalis communis cõcluſio, eſt quod teſtes poſſunt produci uſque ad publicationem in cauſa. & non ultra niſi ſuper articulis, nouis dependentib. a ueteribus & habet locũ tam in cauſa principali, quam appellationis, propter timorem ſubornationis, text. eſt in cle. . de teſt. & habetur per Bart. in in l. per hanc C. de temp. app. & quoniam materia illa eſt plene uentilata per Bart. & Doct. in auth. at qui ſemel. C. de prob. & per Abb. Fel. & cau. in c. fraternitatis in c. cum clamor & c. feries, de cap. ultra tertiũ de teſti. & eſt conformis conſti. quæ incipit, iuriſperitorum, ideo ſufficiat pro nunc remiſſio ad loca prælegata, reliqua in materia teſtium [illegible] infra in uer. repulſa. Sequitur ſeptimus actus de interrogatoris. Rob. Mar. V. I. D.

ADDITIO. Quia dominus actor in iſto ſexto actu iudicii tractat de probationibus fiendis iccirco cõgruere hic uidetur pars, quarta meæ praxis nundinariæ ĩ qua
23 de probationib. diſſeritur. † Quamobrẽ
K illud primo examinãdum [illegible] *K* nunquid liber mercatoris probet ita uel nec in qeo Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. in 4. colum. uerſic. circa ſecundum, diſtinguendo dicit quod aut liber mercatoris aliq d continet pro ſcribẽte in ſui fauorem, & tunc ſubdiſtinguẽdum inquit, quod aut loquimur in iis, quę dependẽt ex mera uoluntate ſcribentis, ut puta (ſi quis ponat ſe feciſſe alimenta nepoti ſuo non animo donandi ſed repetendi ab eo) et iſto caſu hic liber pleno probat, le. Neſennius. ff. de neg. geſt. ſi uero loquimur de iis, q̃ nõ ex mera uoluntate ſcribentis dependent, et iſto caſu, in quia talẽ in librum in iis, nihil probare, citat l. exẽplo. C. de prob. puta tũ, q ſi proponeretur foro librum alicuius defuncti, qui fuerat bonus hõ, et legalis li-
l cet tunc ad plenã probationem minime ſufficiet, tamen ad miniculatur, ut cõcurrentibus aliis plena proficiſcatur exinde probatio. Si uero liber nec contra me ſcribentem, nec pro me, ſed contra tertium ſcriptorem (ut in exemplis per eum poſitis) et hoc caſu ſi talis liber confectus ſit ab eo, qui publice exerceret artem, et ex publico ſuſcepit, et facit ſemiplenã probationem, arg. no. in l. quędã. §. numula-

latios.ff.de aden.& ita reſidet. Ale. vero in d.l.admonendi in 12. col. in verſi.circa fidem vero libri inquit, ꝙ oẽs doctores vñr tranſire cum Bart. in hoc excepto Ro. qui tenet contra Bar.ſed Ale.ipſe dicit, ꝙ cum Bar.concordat Bal.in rub. C.de fi.inſtr.in 70.col. verſi. ſequitur videre de ſcripturis mercatorum,& pro opin. Bar.dicit facere id quod notat Bal.in rub. C. de conſt.pec. & idem tenet ipſemet Bal. ſecundum eum in aut.ſi contractus,C.de fid. inſtr.limitat tamen vt procedat dictum Bar.ſi ex cõſuetudine ad illos mercatores pertinebat rõne exercitij, & artis ſuę facere illud,ꝙ in libris eorum adnotatum reperitur, aliàs ſecus,arg.l.1.§.eo.modo,ff.nau.cau.& ſtab. Sed Iaſ. ibidẽ more ſolito latius proſequendo,col.41. addendo, & ſupplendo in quolibet membro doctrinæ Bar. dicit,ꝙ inquãtum Bart.determinat, ꝙ liber contra ſcribentẽ indifferenter probat, habet locũ nõ ſolum in libro ſcripto manu propria ꝑ ipſum mercatorem, ſed &t ſcripto manu alterius ſcribentis rationes ſuas,q̃a ex quo vtitur illo libro, facit plenam fidem cõtra eum,imo plus ſi mercator negaret librum eſſe ſcriptũ manu ſua,vel alterius ſuo mandato nihilominus plene probat cõtra eũ, ita tamen ſi ſit liber ſuarũ rationum,quia quidquid reperitur ſcriptũ in libro ſuarũ rationum pœnes ſe exiſtente, præſumitur vel ab eo ſcriptum vel ab alio eius nomine, & ſic nõ eſt differentia an liber ſit ſcriptus per ſe vel ſuos inſtitores,vt plenè pro-
24 bet contra ſcribentem. † Limita tamen tribus modis primo vt procedat, quando liber contineret cauſam debiti expreſſam (puta quia in libro proprio reperiatur adnotandum, qualiter ipſe eſt debitor Titij in centũ ex cauſa depoſiti, vel mutui,vel aliter)ſed ſi nullam contineret cauſam tũc non probaret etiam contra ſcribentẽ, ſed eo caſu ſecundum eum ſufficit per coniecturas probari de cauſa, vbi alias requiretur, probatio de vera cauſa, q; approbat Bal.in rub.C.de fid inſtr.& Bertr.in conſi. 298.in 2.lib Adde Alexan.in conſ.4.in 1. lib.in 6.col.num.10. puta tamen poſſe allegari erroneam eam confeſſionem per ea quæ infra dicam.

25 † Sed illud ſubnectendum hic puto numquid confitens in eius libro ſe eſſe alicuius debitorem in centum pro reſto, & ſaldo rationis, præbeat ſuæ confeſſioni cauſam ſufficientem? Sal.in l.vni.C.de confeſ.nu. 6.dicit quod ſatis videtur habere cauſam legitimam annexam.citat.l.public.ff.dep. ib:(itẽ ex ratione partis) & l. cũ ſeruus,ff. de cond.& demon. Item ea ratione ſecundum eum, quia ſtandum eſt calculo, niſi error probetur l.1.C.de err. cal. quod hoc dixit confirmari per gl.in l. ſi ex pluribus, ff. de ſol. ſuper verbo reliquam, contrariũ dicit tenendum, vbi diceretur ſe eſſe debitorem ex reſto, & non adijceret talis debiti,neque adijceret ex ſaldo rationum,quia tunc ſecundũ eum eſſet indiſcreta, & abſque cauſa;de quo dubitat Bertr. in conſi. 298.in 2.lib.

26 † Secundo limitatur dictum Bar. ſecũdũ Iaſ. vt procedit in lib.rationum in quo cõtinue ſcribuntur data, & recepta, ſecus ſi cauſa vnius debiti tantum reperiatur ſcripta, vt aliquid reperiatur ſcriptum in aliquo memoriali vel cedula, licet reperiatur in libro mercatoris, quod approbatum reperio per Bal. in l. rationes,colum.1.C.de prob.& rub.C.de conſt. per col.3.verſicu. modo hic quæro de lib. rationum, voluit idem Rom. in l.nuda ratio col.2.verſi.4. in quantum,ff.de don.& ſe ſubſcribit Bertr. conſulendo in conſ.298.in 2.lib.

27 † Tertio limitãdum dixit dictum Bart.vt non procedat quando pars in cuius fauorem,aliquid in lib.adnotandum reperitur expreſsè contradixiſſe dicto lib.quia ſi poſtea in ſui fauorem, voluerit ei ſtare, non eſſet audienda,quod bonis rationibus cõprobauit.

28 † Quarto limitandum dico ultra eum,vt nõ procedat, ſi in libro rationis dicatur ſe recepiſſe cẽtũ in plurib. & diuerſis partitis a pluribus, & diuerſis perſonis,ita ꝙ appareat hanc fuiſſe computationem,& calculationem, quia cum ſuper ea non præſupponatur latam eſſe ſententiam erronea allegari poteſt, ꝙ probatur quia poſito, ꝙ quis per publicum inſtrumentum cõfitetur ſe recepiſſe centũ in pluribus,& diuerſis partitis, poteſt tamen allegari error(vt ſupra in proxima præcedenti parte adnotauimus)ſequitur non in congruè, vt idẽ dicamus in libro rationis,cum ratio diuerſitatis reddi non poteſt, vide dec.in conſ. 40.nu.

40.nu.3.& conſ.196.num 6.Tom.Gram. conſ.25.nu.27.Aymo.Cra.conſ.73.num. 41.& conſ.158.nu.7.8.

29 † Quinto intelligendum credo dictum Bar. quando talis confeſſio, quę reſultat ex ſcriptura libri, eſſet veriſimilis, & contra eam minimè appareant coniecturæ in cõtrarium, ſecus aũt vbi confeſſio in lib. priuato rationum eſſet inueriſimilis, & cõtra eam adeſſent coniecturæ in cõtrariũ, quia tunc non ſtatur dictæ confeſſioni per ea, q̃ no. in l. in confeſſionib. ff. de inter. actio. & probatur in l. inde Neratius, in fi. ff. ad leg. Aqui. & in l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de q. ex inueriſimili confeſſione abſurdum eſt ſeq̃ cõdemnationem, vt tradit Bald. in l. ſi quis in hoc genus verſ. deinde. C. de epiſc. & cleri. per d. tex. in leg. 1. ſi quis vltro, voluit d. Ant. de But. in c. vlt. col. 5. de cõceſ. & multa congerit Dec. in l. cum te, la. 2. in 4. no. C. ſic tranſ. & Mod. repeten. in repetitione l. ſi vnquam in 1. car. ver. ad hæc confeſſio, num. 4. de reuoc. don.

30 † In ſecundo membro Bar. an liber ꝓbet pro ſcribente in ſui fauorem? dicit Iaſ. q̃d Bar. facit regulam negatiuam, ꝙ regulariter non probat, quod dicit non procedere n quando ſcribens fuiſſet n homo legalis. veridicus, & fidelis, & eſſet mortuus, quia tũc pro hærede facit aliqualem probationem cum Bart. ſecundum eum tranſeũt Fulgo. Pau. de Caſt. & D. Alex. in d. l. admonendi, & D. Ant. de But. in c. ſi. extra de iureiur. & c. 2. 3. col. de fid. inſtru. & ibi Pan. in 6. co. & Bald. poſt. Nic. de Mat. in l. rationes. C. de prob. quod approbauit etiam Iaſon. ita tamen ſi liber haberet debitam formã, & ꝙ contineret debita, & recepta, ad ſecus ſi eſſet ſcriptura vnius debiti tantum, quia tunc nihil probaret, ſecundum Bal. in d. l. rationes & in rub. C. de fid. inſtr. 13. col. & Alex. in d. l. admonendi.

31 † Limitat etiam d. concluſio Iaſ. quod licet liber mercatoris regulariter nõ probet pro ſcribente, hoc tamen fallit, niſi ex qualitate & quantitate rei iuncta veriſimilitudine, aliud induceretur, nã eo caſu, ſaltim cum iuramento producentis, credi admittendum, inquit, quod totum iudicis arbitrio relinquitur, ſecundum Sal. in l. vl. col. C. de eden. & Bal. in l. unica 4. colum. C. de confeſ. vbi inquit, ꝙ libris mercatorum de iurecommuni datur plena fides proſcribẽ o te in o parua quantitate, refert, & ſequitur Panor. in cap. bonæ, el 2. in vlt. colu. extra de poſt. præl.

32 † Item non procedit ex mente Paul. de Caſt. in conſil. 358. incip. ad bene examinandum dubia de quibus ſupra in 2. colu. quem refert, & ſequitur Ang. Aret. in §. actio. 13. quæſtio. inſt. de actio. quando aliquæ partitæ deſcriptæ in libro eſſent verificatæ per documenta publica, vel per libros aliorum mercatorum, vel aliter, & ſic p in nullo p redarguitur de mendacio, nam cum in aliquibus ratio libri ſit vera, in omnibus præſumitur vera. & econtra, quando in uno reperitur falſa, in omnibus reputatur falſa, quod approbatum, & ſatis commendatum reperi per Bertran. in cõſ. 298. in 1. li. nu. 11. vide Per. & Paul. Paris conſilio 90. num. 6. volu. 1. & conſi. 47. eod. volum. & Corne. in conſil. 319. numero 11. colum. 3.

33 † Item non procedere inquit in alio caſu, videlicet, qñ liber rationum cõtinet facta adeo connexa & ſubordinaria, vt non poſſit acceptari pro parte contra ſcribẽtẽ faciente niſi etiã acceptetur in parte faciente pro ſcribente (vt quando liber contineret data, & recepta inter eaſdẽ perſonas, & ex eodem facto) ſed ſi liber continet facta diuerſa, tunc poteſt acceptari in parte faciente pro ſe, & aliam oppugnare.

34 † Concludit ergo Iaſ. regulariter (vt dixi libro rationum non eſſe credendum pro ſcribente, circunſcripta conſuetudine, vel ſtatuto, ſed aliquando aliquam fidem facit pro ſcribente, ſecundũ qualitatem ſcribẽtis, & cauſæ, ſed in hoc plenius vide Guido Pap. in deciſio delfi. par. la ſub nu. 441. vbi dicit, ꝙ regulariter non adhibetur fides libro rationum proſcribẽte, ſed ſi probatur ꝙ mercator ſolitus erat ſcribere, & erat bonus, & probus vir, & pro tali publice reputari. item ꝙ manu ſua ſcripſit in dicto ſuo libro rationem vel debitũ de quo agitur, item ꝙ ipſe cõſueuit ſcribere veritatem, item ꝙ in tali ſcriptura eſt ſcripta cauſa debiti, item ꝙ in eo lib. ſcripta ſunt debita contra ſe, iſtis ergo probatis cõcludit lib. credendum eſſe, de quo etiã videat Boer. in deciſ. 105. in 1. par. nu. 45. & dec. Capp. Toloſ. nu. 496. vbi pleniſſime.

35 †Circa tertium membrum d[illegible]r. Bar. vide licet an liber mercatoris de publico ꝓ tertio contra tertium probet, Iaſ. tranſit cum communi opi. videlicet, ꝙ liber rationum mercatoris vel campſoris iurati, & matricu lati, ſemiplenam probationem facit pro
q tertio cõtra tertium, ſecus ſi q non ſit iuratus, hoc verum niſi mercator alias eſſet infamis uel alias inſpectus, vel liber non haberet formam rationis, & ſic data, & recepta minime contineret, & in ſpectantibus ad eius officium, & non aliter, & ſic reſidet. Sed an liber gabellatiorum probet. Bald. in le.
36 quædam. §. nummularios, ff. de edend. dicit, quod tales libri probant, & hoc ideo quia ſunt electi publica auctoritate, licet non ſunt publicæ perſonæ, & ſequitur Ioã. de Fir. in tract. de gabel. in 4. parte prin. n. 2. idem dicit Bar. in d. §. numul. de lib. collect. publica auctoritate electorum, ad exigẽdas collectas & in libris ſtationariorum ex publico electorum, idẽ in libris officialium ex publico ſimiliter electorum cum poteſtate ſcribendi, ut tenet idem Bar. in l. Titio textores. ff. de le. i. ut refert Ioann. de Firmo. ubi ſupra, & de hoc uide Bart. Soc. in conſi. 10. 108. in lib. colum. 2. verſi. 3. ex libris eorum vbi aſſeuerãt hanc opinionem fore ueram, ſed dicit procedere in pertinentibus ad eorum officium & non aliter. Sed
37 † ad primq. redeundo an liber mercatoris
r de conſuetudine plenè probet, & an talis conſuetudo, ualeat ita uel nõ, Bart. Soc. in conſilio 88. 2. colu. verſicu. confirmantur, conſuluit quod hodie de generali conſuetudine totius Italiæ libri mercatorum plene probant & talis conſuetudo probata ualet ut etiam dicunt Bal. Et Ang. & Alexan. in l. quædam, §. nummullarios per illum tex. ff. de ædend. idem tenet Bald. in le. comparationes. 4. colum. C. de fi. inſtru. pro quo facit capitu. cum dilectus de conſuetu. idem tenet Bald. in l. cunctos populos 14. colu. C. de ſum. tri. & fid. cath. & ſequitur Pet. de Anch. in capitu. canonum ſtatuta extra de conſtit. uer. procedo ulterius & ſequitur, ac refert Iaſo. in d. l. admonendi, colu. 37. nu. 120. quæ limitat Bal. in l. unica. C. de conſi. ut procedant prædicta dummodo conſuetudo non ſit indifferens, & indiſcreta (puta quod in omni caſu credatur libro mercatoris) quia talis conſuetudo ſic indifferens.
ſ & indiſcreta s non ualeret, quia eſſet prona ad falſum committendum, ut refert & ſequitur Abb. in capitul. bonæ el 2. in ulti. columm. extra de poſt. præl. ubi dicit (referendo dictum Bald. quod ſi conſuetudo extaret, quod magnis quantitatibus credatur libr. mercatoris pro ſcribente, debet intelligi talis conſuetudo accedente tamen conſenſu iudicis & ſi iudici uidebitur conſiderata qualitate mercatoris, quantitate, ac præiudicio cauſæ & ſequitur Iaſon. vbi ſupra, limitantur etiam prædicta, ut procedat quando alias mercator non eſſet infamis, uel ſuſpectæ uitæ, ſecundum Bald. in d. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. cath. in repe. in 15. colum. uerſi. exemplum 5. & Bald. in l. caſſius, ult. column. uerſiculo ult. queritur ſi liber mercatoris. ff. de ſentẽ. & hoc uerum ſi talis infamia ſit publica, ut refert etiam Iaſ. ibi, limitantur etiam prædicta, ut procedat dicta conſuetudo in ꝑ
u tinentibus ad artem illam, ſeu ad illam negociationem, quam quis exercet, puta ſi quis eſt mercator pannorum, & ſcribit in lib. pertinentia ad artem pannorum, ſecus ſi ſcribat de aliquo mutuo uel depoſito, quod non eſſet de arte ſua, ita dicit Alexand. in d leg. admonendi, 29 column. in fin. & ita dicit Roma. conſil. 240. incipi. diſcutienda ueritate, & ſequitur Iaſon. ubi ſupra, column. 58. numero 123. s diligenter attende Nouiſſime Do. Thom. Gram. in conſil. 82. in ciuilib. incl in cauſa honorabilis Franciſci, dicit prædicta procedere ubi talis mercator iuraſſet talem eius mercaturam legaliter, & fideliter exercere, & quod teſtes deponẽtes de conſuetudine ad hoc ut probet, debent atteſtari in ſpecie factum, quod uiderunt, & etiam de uiſu illius facti, cuius conſuetudo allegatur, & defectum frequentia & temporis diuturnitate, pro quo uideatur Franciſc. Aretin. in conſilio 44. & conſilio 33. & Lanfr. in repe. capitu. quoniam contra de probatio. i ueibo inſtrumẽtorum productiones numero 74. & Alexandr. in conſilio 186. alias. 321 uiſis ſubtiliſſimis dubiis in 2. libro & Cardin Zaba. in conſilio 152. incip.
38 in ſocietate accidenti. † Sed finge librum reperiri abraſum in loco non ſuſpecto, uel mercatorem ſcribentem retractaſſe librum in una partita auctorica.

te publici inſtrumenti . an in omnibus li-
ber ille perdat fidem . Vide Paul. de Caſtr.
in conſil. 314. incip. obmiſſo 1. & 2. dubio
3. lib. in nouis, ubi concludit quod ex hoc
non minus fides adhibetur dicto lib. & ſic
39 non perdit fidem † Nunquid edendus ſit
liber mercatoris parti petenti, uel ſuo con-
ſocio, in quo Barto in d. l. quædam, in duo
bus locis concludit, quod nummularii , &
mercatores noſtri temporis, uſurarii, ac ar-
tifices coguntur edere eorum libros quos
confecerint rationes eorum negociationis
et exercitii, ſed An in l. argentarius. ff. de e-
dend. tenet quod campſores, mercatores, ar
tifices, & alii, qui de conſuetudine. pro tra-
fico eorum artis ſolent componere ali-
quos libros rationum, quod non tenentur
illos edere petẽtibus, & dicit eſſe caſum in
clem. i. de uſur. ubi in uſurario eſt ſpeciale,
ergo in contrarium eſt ius commune, di-
ctum tamen Bart. dicit procedere in duo-
bus caſibus tãtum, primo ſi petens edictio
nem eſſet priuilegiatus (ut fiſcus) uel uiſi, &
ſecundo ſuadeat æquitas, eo quod ipſe mer
cator utetur illis, & iſta ſunt uera in rationi
bus quæ non ſunt, confeſſæ mandante illo
qui petit ædi, quia alias eſſet indubitale ,
ſubdit tamen; quod Peruſii extat conſuetu
do in curia mercatorũm, quod indiſtincte
ſeruetur opin. Bartol. & ſubdit ſatis eſſe æ-
quum , cum in curia mercatorũ agatur de
bono . & æquo & non attenditur iuris ri-
gor idem Angel. in l. non eſt nouum. C. de
eden. verſic. tenere indiſtincte opin. Barto.
& Bald. in l. 2 C. de eden. firmat quod non
tenetur edere, & ſic contra. Barto. licet ſub-
dat , quod ex quadam æquitate debet fieri
edictio, & ibi Ange. ſibi parum conſtans ,
tenet quod debet fieri edictio , & infert ex
hoc, quod bona eſt practica conſulũ mer-
catorum Peruſii qui cogunt mercatores
ad editionem librorum indifferenter , &
idem tenet ipſemet Ange. in l. argentarius.
nu. 2. ff. de eden. & Bart. in l. ſi quis. §. perti-
nere. ff. de eden. Iaſ. in d. le. i. tenet. quod de
facto, ſeruatur opinio Barto. in practica ,
ſed de iure contraria opinio eſſet verior, &
firmat opinionem Bar. Alexa. in d. l. prima
& ſequitur Pet. Phil. Corn. in conſil. 419. in
3. lib. in litera S.
40 † Et an debeat fieri ædictio de toto. li-
x bro continente plures rationes, dicas quod
non, ſed bene de tota ratio vel argentarius
§. ædi. ff. de eden. & ibi Alex. & Fel. in d. ca.
41 cum contingat de fid. inſtr. † Et an debeat
ædi Taghiola ſeu Tacca; qua vtuntur piſto
res, dicas quod ſic ſecundum Bart. in l. non
ſolum. §. ſed probari ff. de ope. no. nu. & ibi
42 Ang. † Sed quid de libro inſtitoris, ſeu fa-
ctoris nunquid ædẽdus ſit, dicas quod ſic,
ſecundum Bar. in l. ſi. §. inter cætera. ff. de li
ber. leg. & in leg. cum ſeruus & ibi Ioan. de
Pra. d. cond. & demonſt. & in l. i. §. offic. ff.
de tut. & ratio diſtr.
43 † Item ædi debet liber gabellarii in par-
ticula ad propoſitũ faciente, ſecũdum Bal.
in l. 1. C. de condi. ex lege, & ſeqaitur Ioan.
44 de firmo ibi ſupra. † Sed quid de libro ſpe-
ciariorũ cui de conſuetudine totius Italiæ
credi ſolet, ſi ponatur ĩ eo ſore caſſatas om
nes partitas, & in pede adnotatũ reperiatur
quod facto finali calculo cum tali, & habi
ta rõne dati , & recepti vſque ad hodiernũ
diem remanet debitor in decem, nunquid
in hoc probet ex dicta conſuetudine . Hic
caſus euenit mihi in ciuitate Salerni , &
fuit oppoſitum quod liber probat data , &
recepta, & partitas ad notatas particularĩ-
ter, ſed ſi ſunt caſſatæ partitæ, & in fine mẽ
tio de compotu facto, quod in hoc nõ cre-
datur, & quod ita debet limitari conſuetu-
do prædicta, & in hoc fuerunt excluſi plu-
res ſpeciarii, qui atteſtari fuerunt, quod cõ
ſuetudo, quod credatur libris ſpeciariorũ
habet locum in partis deſcriptis, ſed non ſi
partitę ſunt caſſæ & in fine ſit dictum, fa-
cto computo talis remanet debitor in cen
tum & ſic fuit determinatum, quod nota
quia ita practicatur.
45 † Sed quia ſolent multoties eligi per iudi
ces mercatorum calculatores, ad calculan-
das rationes ipſorum mercatorum, an de-
beãt dicti calculatores (vt legitime probẽt)
ante omnia iurare, dicit Bal. in l. hac ædi. §.
his illud C. de ſec. nup. 2. colu. in prin. verſi.
pone. conſules, quod debent iurare, & par-
tes debent intereſſe vel debent citari, ut di-
cit notari per Bart. in l. Theopompus. ff. de
dot. præ. & iſti calculatores habent nedum
poteſtatem ſuper erroribus calculi , ſed e-
tiam determinandi in illis quæ extra cal-
culum euenıet ſecũdum Ro. in conſ. 116.
46 per totum. † Hoc in loco nunc conſequẽs
y eſt adnotare nunquid y literæ cãbi proba-
uo-

tionem, & obligationẽ inducãt? & in hoc diſtinguẽdum eſt, quod aut loquitur quo ad campſorem, ſeu mercatorem, ſcribentẽ puta (pagarete p meal portatore de queſta ducati cento per altri tãti riceuuti) aut loquimur quo ad mercatorem cui dirigũtur literæ primo caſu, aut literę loquuntur diſpoſitiue, aut enunciatiue, primo caſu ſi loquuntur diſpoſitiue probationẽ, & obligationẽ inducuntur, ſi materia hoc patiatur, per tex. in l. quidam, ff. de conſt. pec. & per textum, & ibi Bartol. in l. Titius eo. ti. & Bar. in rubr. C. de conſt. pec. in penu. colum. ſecundo uero caſu ſi loquuntur enunciatiue probatur tales literæ, ſed non obligant, ubi diſponunt, l. publ. in h. ff. dep l. ſi. & ibi ſcribẽtes, ff. de inſtr. & ſequitur Mar. in rub. C. de prob. numero. 283. ſecundo uero caſu ſi loquimur quo ad mercatorẽ, qui, directæ ſunt literæ, quod ſoluat, tunc aut literæ acceptantur per ipſum mercatorem cui diriguntur, & tunc uidetur fateri eſſe uerum id, quod in eis continetur, & remanet obligatus, ſecundum Bal. in rubr. C. de fi. inſtr. in antep. colum. uer. quęro quid de literis? nam per acceptationem literarum abſque contradictione uidet̃ conſtare de approbatione narratorũ, & cõuẽtorum in eis, l. ſi filius, ff. ad Mace. & cl. 1. de proc. iũcta l. filiusfam. l. §. inuitus, ff. de proc. & no. Bar. in l. quoniam in prin. ff. rẽ ra. habe. & in c. cum tabernam, §. 1. in fi. p illum tex. ff. de pign. & conſuluit Alex. in conſ. 78. in 1. lib. incip. in cauſa. & lite uertẽte, & firmat lo. de Ita. & in l. ſi procuratorem abſentem, ff. de proc. 2. col. & firmat Spec. in tit. de ſolo §. cõſequenter. uer. ſed pone, & Card. in cl. 1. de proc. 4. no. & Alexand. in d. l. cum tabernam, §. idem de pig. & ſic cautela eſt quod præſentẽ literæ coram teſti, ſcientibus tenorem literam, quia ſi recepit. & non contradicit expreſſe remanet obligatus, ſecundum Matthæ. in not. 31. & Alexan. in d. l. quoniam, & Bal. in leg. ſi abſentes, ff. ſi cer. pet. Bald. in l. fi. 1. colum. ad fin. uerſi. quero ſi contrahitur filio. C. ad Maced. & l. ſiue 2. colu. uerſicu. 4. C. ad Velle. & per Iaſon. in repetitione, admonendi. colum. 12. uerſic. & uerſi. 1. & nota, quod ille, ff. de iureiur. & Phi. Cor. in conſ. 340. incip. circa in litera H, in 5. lib. & per Car. Zab. in cõſ. 153. incip. in ſocietate accidenti.

47 † Et ſi diſpoſitiuas literas cambij fore proponas minime reuocari poſſe antequam ſoluatur ſcriptum relinquit Bald. in rub. C. de conſt. pec. 2. co. quẽ ſequitur Iaſ. in l. admonendi. ff. de iureiur.

48 nu. 151. † Vlterius quæro, ecce quod mercator dedit mihi literas cãbij, & eas itinere perdidi, uado ad mercatorum, & repeto depoſitum meum ex quo nõn erat ſecutũ cambium mercator dicit reddas mihi literas cambii, quia poterit eſſe, quod aliquis inuenerit eas, & uadit ad bãchum cui dirigebantur literę, & recipis pecuniam quid iuris? Bal. in l. inſtrumenta. C. de fideicom. in fin. tetigit hanc quæſtionem, & finaliter

2 decidit, quod tenet mihi æ reddere depoſitum, at ego teneor liberare mercatorem per publicum inſtrumentũ ab ipſis literis, & ad hoc etiã facit id, quod ipſemet Bald. no. in l. pecuniæ, C. de ſol. l. fi. & firmat. Iaſ. in l huiuſmodi, §. ita, ff. de leg. 1. 2. lectu. ita & in l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 153.

49 † Sed per pulchrum eſt ſcire nunquid ſi Titius debitor meus in certũ fecit, quod bãchum de Pinellis facere literas cambij, & ego liberaui Titiũ in cauta forma, & antequam banchus de Pinellis mihi ſoluiſſet dictos ducatos centũ decoxerit, an habeã recurſum cõtra Titium principalem debitorem) quaſi ꝙ literæ cambii nõ potuerint effectũ ſortiri, & uidetur literarũ fore. Titiũ principalem debitorẽ, nã licet diſſentiãt Doc. utrũ delegatio fiat per interuẽtũ nouæ perſonæ, qñ illa noua pſona nõ eſt debitrix delegantis, nã quidam tenent, quod erit ut fideiuſſor, ſcdm Bar. in cõſ. inci. tertius. & Ang. in l. ſecundũ. in prin. ff. de ędi. edit & ſic non inducitur nouatio, & ſit bãchum quod promiſit. & fecit literas cãbij eſt ut fideiuſſor, & eo nõ ſoluẽte, principalis non eſt liberatus, alii uero fuerunt in cõtrarium, aſſeuerãtes, quod fiat nouatio interuentu nouæ perſonæ, etiã quod illa noua perſona nõ ſi debitor meus ſecundum Fra. Are. in. conſ. 5. inci. in cauſa, & pũcto, tñ in cauſa iſta poſtquã banchũ p me fuit acceptatũ in debitorẽ, & ab eo literas cãbii recęperẽ, & proinde Titium meum debitorẽ liberauerim, non poteſt ulterius inquietari Titius, & ita refert fuiſſe deciſũ in cõtingentia facti Affl. in dec. 353. inc. dubia.

50 † Sed ecce ponamus banchũ de Pinellis

nelli feciſſe mihi literas cābij, vt mihi ſoluantur mille in ciuitate. Venetiarum, per bāchum de Spannochis, quam cū detuliſſem illi banchos de Spānochis quod acceptauit eas, ſed antequā mihi ſolueret, decoxit, aufugitque, quæritur cuius ſit periculū? Bart. in l. ſingularia, ff. ſi cer. pet. (vt refert Bal. in l. pro debito. C de bo. auct. in poſſ. dicit, quod periculum eſt meū ad cuius inſtantiam fuerunt literæ expeditæ, ſi bāchū Venetiarum acceptauit literas, & promiſiſſet ſoluere. & ratio eſt ſecundum Bar. quia breui manu videt mihi numeraſſe, & ego denuo penes ipsū poſuiſſe, ſed hæ ratio parum placuit. Bald. in conſil. 348. vol. 1. vbi cōtra Bar. videtur ſentire, ideo ipſe dat aliā rationem quia mihi ſatiſfactum cenſebit, (ex quo illud banchum acceptauit literas) niſi bāchum de Pinellis promiſiſſet mihi ſe facturum, & curaturum, q banchū. Venetiarum ſoluat mihi, quia tunc periculū erit ipſius, & idē procedit quando banchū de Pinellis fuiſſet cōſcium, quod in breui banchum Venetiarum aufugeret, tunc propter ſuum dolum indiſtincte teneretur ſecundum eū. Sal. autem in d. l. pro debito. intelligit primum dictum, quādo ego ſecutus ſui fidem plenam banchi Venetiarum (quod videtur ī dubio ſi reliqui literas penes eum) ſecus ſi non plenam fidem fuiſſē ſecutus. quia non dimiſi literas ibique Sal. dat aliam limitationem. ut intelligatur dictum Bartoli, niſi banchū de Spannochis ſocij forent, quia vnus pro parte cuiuſque videtur ab altero inſtitutus, & ſic non libe-

51 ratur. † Econuerſo aliud dubium motum reperio p Sal. vt ſupra & pone quod expeditis literis cambii per banchum de Pinellis, vt mille mihi ſoluerētur in ciuitate Venetiarum per banchum de Spannochis, & antequam mihi ſoluiſſet decoxit banchū de Pinellis, quo ſcito per banchum de Spānochis recuſat ſoluere, quæritur quid iuris? & diſtinguit, quod aut ponatur acceptaſſe a principio literas, & tunc nulli dubiū eſt quod tenetur, q a quod ſemel approbauit amplius recuſare non poteſt, aut non acce-

52 ptauit & non tenetur. † Illud proximum ſcire, quid ſi feci depoſitum in bancho Venetiarum, & feci mihi fieri literas cambii. vt redatur depoſitum Paduæ, & antequam detuliſſem dictas literas pœnitentia ductus redeo ad dictum cāpſorem, & volo ut alias literas expediret nō Paduæ directas, ſed alibi, vel volo repetere depoſitum, nūquid ad id cogatur campſor ille? Bald. in conſ. 348. in primo libro plene cōſuluit ſup caſu iſto, & finaliter concludendum dixit, q ſi literæ ſecundum primum modum poterant verìſimiliter effectum ſortiri, cāpſor non poteſt cogi, alias facere, vel depoſitū retrodare aliter cogetur. ſi veriſimiliter effectum ſortiri non poterant.

53 † Sed finge campſorem Venetiarum mihi feciſſe literas cambii directas campſori Neapolitani, vt ſolueret mihi ducatos mille per reum habitos, & receptos, euenit q campſor Neapolitanus minime acceptare vult dictas literas, nec earū vigore aliquid mihi ſoluere, ago contra campſorē Venetiarum ad repetendum debitum ille opponit exceptione non numeratæ pecuniæ, quæritur an ex illis literis probetur vera receptio, & uero numeratio dicas quod nō, ſed probatur tantum cōfeſſio, vt not. C. de non num. pecu. leg. ſi ex cautione. niſi reus confiteatur numerationem, vel ſaltem nō diffiteatur, l. lecta. ff. ſi cer. pet. & l. ſi ita ſtipulatus, §. griſogonus, ff. de verb. oblig. & ita conſuluit Bal. in conſ. 390. vol. & dixi in mater in exceptionum.

54 † Sed nūquid campſor recipiēdo literas vitiatas liberetur ſoluēdo ita vel nē? Arg. in conſ. 370. in c. conſultatio tetigit punctū quæſtionis & finaliter decidendum putauit, quod aut vitium literarum eſt ad oo patēs quod de facili potuiſſet diſcerni vel ſi, non de facili poterat cōſultari principalis, & tunc quia eſt in culpa non liberatur, aut non ita de facili poterat diſcerni vitiū, & hoc caſu ſoluendo liberatur, quia nulla culpa ei imputari pōteſt.

55 † Prædictis non abeſt, an literæ credentiæ (quas ſæpe mercatores alteri mittunt) probent, & mandatum indicat ita vel ne? Bar. in l. Lucius Ti. ff. de fideiuſ. tetigit quæſtionem, & diſtinctiones fœdere inquit, quod quandoque literæ ſunt multum generales (vt tali præſentiū datori in iis, quæ nobis dixerim plenam & indubitatam fidem dabitis) tunc vigore earū illo latori nihil contra ſcribentem prætendere pōt, & ſi mercator cui ſunt ſcriptæ aliquid in præiudicium ſcribentis facit, nō remanent ex hoc

obliga-

obligatis, iſtæ enim literæ magis commendatoriæ ſunt (q.d. iſtæ lator literarum eſt fidelis, poteſtis de illo confidere) & non obligant ſcribentem, ac ſecus ſi contrariũ poſſet apparere ex qualitate perſonæ ſcribentis, ex quo generaliſſima certificatur, vt ſi mercator miſit ſuum factorem in aliqua mercantia, quia tunc videtur commiſiſſe quod adhibeat ei fidem in negotio illius mercantiæ. Item non procedit, ſi fuerit in literis dictum (adhibeas fidem præſentium latori ſupra me, vel meo periculo) quandoque iſtæ literæ ſecundum Bart. ſunt magis ſpirituales (vt puta dabitis fidem plenam præſentium latori de noſtra intentione plenius informata) & tunc cenſetur mandatum, vt ei credatur tantum id, cum quo ſecum loquetur, non autem vt cum eo aliquis contractus celebretur, vnde ſi cum tali contraheretur non obligat ſcribentem, fallit in prænominatis caſibus, vt in primo caſu nũquam enim credi debet aliquid quod ſpeciatim ſpectat ad ipſum referentem per quod tibi acquiratur officium, vel commodum, & hanc opinionem approbat Caſt. in d. l. Lucius Titius. & Bald. & Sal. in l. fin. C. quod cum eo. & Bal. in rub. C. de conſti. pecu. & pleniſſimè Boer. in dec 282. 2. par. incip. ſed quid, & ſequitur Marſ. in rub. C. de prob. nu. 189. & quis in literis commendatitiis Boer. in d. deciſ. 282. idem concludit, quia a pari procedunt literæ commendatitiæ, & literæ credentiæ, & habetur per Sal. & Doc. in l. fi. C. quod cum eo. & in d. l. Lucius Titius.

56 † Huic prope eſt, vt de aliis literis & epiſtolis miſſiuis quæramus an probent. Bart. in lege, nuda ratio de dona. & ibi Alb. dicũt, quod aut litera miſſiua, ſeu epiſtola eſt recognita, & acceptata per partem ſcribentem, & ſine dubio probat contractum per l. pub. §. final. ff. depo. aut eſt negata, & tamen habet *a* ſigillum authenticum, & plenè probat per glo. in l. ſi qua per calumniam. 2. de epiſco. & cler. aut talis epiſtola negata non habet ſigillum, & tunc per *b* comparationem literarum plenam fidem facit, in hoc vltimo Abb. in cap. ſecundo, de fide inſtru. & in cap. fin. tenet contra Bar. quod per cõparationem literarum non fit, plena probatio. & hanc dicit veram opinionem Iaſ. in l. admonendi, ff. de iureiur. num. 159. ſed in hoc Boer. deciſ. 282. in 2. parte dicit, quod de facto in regno Franciæ ſeruatur opinio. Barto. & approbat opin. Bar. in aliis primis duobus caſibus & de conſuetudine regni Franciæ approbat tertium caſum. Et opi. Bar. reperio approbatam etiam duo ad tertiũ caſum per Benu. ſtrach in trac. de merc. in vltim. par. nu. 13. & dicit approbari per Par. in conſi. 19. ad reſolutionem numero 15. & in conſi. 47. nume. 1. vol. 1. & in conſi. 112. nu. 44. eod. volu. & in conſi. 91. viſo copioſo, eodem volum. ego autem puto opinionem contra Bart. eſſe veriorem per ea, quæ ſcribit Aff. in deciſ. 181. incip. in quodam proceſſu, & Gram. in deci. 84. & Deci. in conſi. 615. in 4. vol. inci. viſa inquiſitione formata, & per ea quæ ipſemet Bar. voluit in auth. contractus de fide inſtrum. & Ang. in l. comparationes. C. de fid. inſtr. ſed nunc melius cogitans dico opin. Barto. tenendam eſſe, quam dicit communem Feli. in c. 2. de fid. inſtr. & ita tenet etiam Alexan. in d. l. admonendi in 14. col. licet Bal. in l. fi. C. de edic. de Had. tollen. in 14 colu. & Sal. ibi in 5. colum. videantur tenere contrarium.

57 † Sed illud conſequens eſt, an obligent dictæ literæ & epiſtolæ cum ad quem mittitur, dic ꝙ ſi per eum fuerint acceptatæ obligant, ſed ſi non fuerint acceptatæ non obligant, ut late proſequitur Iaſ. in d. l. admonendi, ff. de iurei. nume. 142. (& dixi ſupra in literis cambii) ſed aduertendum eſt ad vnum, quod in quantum ſupradictum eſt, ꝙ epiſtola acceptata & recognita per partem, vel epiſt. cum ſigillo plene probat, & obligat mittentem, hoc procedit eo viuo, *c* ſed eo mortuo non præiudicat hæredibus, ſecundum Innoc. in cap. cum dilect. extra de ſucc. ab inteſt. & Anto. in c. fin. 5. colum. de conf. & Barb. in d. c. cum dilect. & Corſ. in ſuis notabilibus, in verbo confeſſio. in ca. ſi ſcribo. & ſequitur & refert Marſ. in rub. C. de prob. nu. 348. & Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 141. col. 56.

58 † Finge igitur nunc quod extat ſtatutum, debitum non poſſe probari niſi per inſtrumẽtum publicum (ut eſt in regno in depoſito) an obſtante ſtatuto, aliter poſſit probari inter mercatores, & dicẽdum eſt quod ſic conſuluit Ioan. de Ana. in conſi. 95. inc. quia dubia ſuper facto iſto occurrentia in

nelli feciſſe mihi literas cābij, vt mihi ſoluantur mille in ciuitate . Venetiarum, per bāchum de Spannochis, quam cū detuliſſem illi banchos de Spānochis quod acceptauit eas, ſed antequā mihi ſolueret, decoxit, aufugitque, queritur cuius ſit periculū? Bart. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. (vt refert Bal. in l. pro debito. C. de bo. auct. in poſſ. dicit, quod periculum eſt meū ad cuius inſtantiam fuerunt literæ expeditæ, ſi ſbāchū Venetiarum acceptauit literas, & promiſiſſet ſoluere. & ratio eſt ſecundum Bar. quia breui manu videt mihi numeraſſe, & ego denuo penes ipſū poſuiſſe, ſed hæ ratio parum placuit. Bald. in conſil. 348. vol. 1. vbi cōtra Bar. videtur ſentire, ideo ipſe dat aliā rationem quia mihi ſatisfactum cenſebit, (ex quo illud banchum acceptauit literas) niſi bāchum de Pinellis promiſiſſet mihi ſe facturum, & curaturum, quod banchū. Venetiarum ſoluat mihi, quia tunc periculū erit ipſius, & idē procedit quando banchū de Pinellis fuiſſet cōſcium, quod in breui banchum Venetiarum aufugeret, tunc propter ſuum dolum indiſtincte teneretur ſecundum eū. Sal. autem in d. l. pro debito. intelligit primum dictum, quādo ego ſecutus ſui fidem plenam banchi Venetiarum (quod videtur ī dubio ſi reliqui literas penes eum) ſecus ſi non plenam fidem fuiſſē ſecutus. quia non dimiſi literas ibique Sal. dat aliam limitationem. ut intelligatur dictum Bartoli, niſi banchū de Spannochis ſocij forent, quia vnus pro parte cuiuſque videtur ab altero inſtitutus, & ſic non libe-

51 ratur. † Econuerſo aliud dubium motum reperio p Sal. vt ſupra & pono quod expeditis literis cambii per banchum de Pinellis, vt mille mihi ſoluerētur in ciuitate Venetiarum per banchum de Spannochis, & antequam mihi ſoluiſſet decoxit banchū de Pinellis, quo ſcito per banchum de Spānochis recuſat ſoluere, queritur quid iuris? & diſtinguit, quod aut ponatur acceptaſſe a principio literas, & tunc nulli dubiū eſt quod tenetur, quia quod ſemel approbauit amplius recuſare non poteſt, aut non acce-

52 ptauit, & non tenetur. † Illud proximum ſcire, quid ſi feci depoſitum in bancho Venetiarum, & feci mihi fieri literas cambii. vt redatur depoſitum Paduæ, & antequam detuliſſem dictas literas penitentia ductus redeo ad dictum cāpſorem, & volo ut alias literas expediret nō Paduæ directas, ſed alibi, vel volo repetere depoſitum, nūquid ad id cogatur campſor ille? Bald. in conſ. 348. in primo libro pleno cōſuluit ſup. caſu iſto, & finaliter concludendum dixit, quod ſi literæ ſecundum primum modum poterant, veriſimiliter effectum ſortiri, cāpſor non poteſt cogi, alias facere, vel depoſitū retrodare aliter cogetur. ſi veriſimiliter effectum ſortiri non poterant.

53 † Sed finge campſorem Venetiarum mihi feciſſe literas cambii directas campſori Neapolitani, vt ſolueret mihi ducatos mille per reum habitos, & receptos, euenit quod campſor Neapolitanus minime acceptare vult dictas literas, nec eārū vigore aliquid mihi ſoluere, ago contra campſorē Venetiarum ad repetendum debitum ille opponit exceptione non numeratæ pecuniæ, quæritur an ex illis literis probetur vera receptio, & uero numeratio dicas quod nō, ſed probatur tantum cōfeſſio, vt not. C. de non num. pecu. leg. ſi ex cautione. niſi reus confiteatur numerationem, vel ſaltem nō diffiteatur, l. lecta. ff. ſi cer. pet. & l. ſi ita ſtipulatus, §. griſogonus, ff. de verb. oblig. & ita conſuluit Bal. in conſ. 100. vol. & dixi in mater in exceptionum.

54 † Sed nūquid campſor recipiendo literas vitiatas liberetur ſoluēdo ita vel nē? Arg. in conſ. 370. in c. conſultatio tetigit punctū quæſtionis & finaliter decidendum putauit, quod aut vitium literarum eſt adeo patēs quod de facili potuiſſet diſcerni vel ſi non de facili poterat cōſultari principalis, & tunc quia eſt in culpa non liberatur, aut non ita de facili poterat diſcerni vitiū, & hoc caſu ſoluendo liberatur, quia nulla culpa ei imputari poteſt.

55 † Prædictis non abeſt, an literæ credentiæ (quas ſæpe mercatores alteri mittunt) probent, & mandatum indicat ita vel ne? Bar. in l. Lucius Ti. ff. de fideiuſ. tetigit queſtionem, & diſtinctiones fœdere inquit, quod quandoque literæ ſunt multum generales (vt tali præſentiū datori ut iis, quæ nobis dixerim plenam & indubitatam fidem dabitis) tunc vigore earū ille latro nihil contra ſcribentem prætendere pōt, & ſi mercator cui ſunt ſcriptæ aliquid in præiudicium ſcribentis facit, nō remanent ex hoc

obliga-

to, vt dixi ſupra ĩ ver. poſitio, & hoc appel
latur iuramẽtum veritatis, dato quod fiat
per verbum credulitatis, vt ibi dixi, & eſt
volun-

uoluntarium ex parte deferentis differt tñ
hoc iuramẽtũ pcedẽti, quia hoc delato pt
nihilominus probari contrariũ, verum ijs,
qui iurauit nõ punitur de periurio, ſed ſo-
lum Deũ habet ultorẽ l.2. C. de reb. cred.
& And. de Iſer. in d. §. ſimiliter, & de hoc eſt
ritus magnæ curiæ, in num. 183 incip. itẽ
25 quod quandocunque, &c. in fin. † Quarta
ſpecies iuramenti iudicialis, eſt iuramentũ
ueritatis, quod refertur teſtib. nã teſtis de-
bet iurare de mea ueritate, alias non pro-
bat ut d. xi ſupra in uerſ. teſtis, nec ſufficit,
ſi diceret, ita eſt, ſi bene recordor, ut tenet
Petr. Phil. Corn. in conſi. 94. colum. 1. in li
26 tera, C. in 3. vol. † Quinta ſpecies iuramẽ-
ti iudicialis eſt iuramentum calumniæ, de
quo plene ſupra dixi in uerſ. iuramentum
calumniæ, & iſtud appellatur iuſm creduli
tatis, ut l. 2. § quod obſeruari, & ibi Bart.
& Doc. C. de iure cal. & de eius materia, ut
de. aliqua per And. de Iſer. in conſt. uniuer
27 ſos, & conſt. lite legitime. † Sexta ſpecies
iuramenti iudicialis eſt iuramentum in li
tem de quo loquitur totus titulus. ff. de in
litem iur. & iſtud defertur per iudicem, nõ
autem per partẽm, & defertur actori l. 2. &
l. uideamus. § deferre. ff. eo. tit. itẽ defertur
ob ſolum dolum aduerſarij, non oblatam
culpam l. in actionibus. eo. tit. & iſtud iura
mentum eſt triplex, uidelicet iuramentum
in litem affectionis in quo conſideratur in
tereſſe ſingulare affectionis, ut habeam af
fectionem ad liberum, ad quẽ es mihi cõ-
demnatus, poſſum iurare de illo intereſſe
affectionis, propter dolum tuum. & poteſt
hoc intereſſe excedere verum ac iuſtũ ua-
lorem, quo tria requirentur copulatiuẽ.
Primũ, quod ſit actio bonæ fidei. uel ſtricti
iuris arbitraria, ſecundum quod condem-
natus ſit in dolo, nolẽdo reſtituere. Tertiũ,
quod ſit res in qua uerisimiliter cadat affe
ctio, ſicut in lib. alias ſecus, ut in numis.
leg. numis. ff. de in litẽ iur. ita hæc omnia
tangit Iaſ. in rub. ff. eod. titu. Secũdum eſt
iuramentum in litem de intereſſe ſingu
lari, ut ſi depoſui pecuniam, & quia eam
mihi non reſtituiſti, fuit condemnatus ad
pœnam uel pignus meum fuit uenditum a
creditore meo poſſũ iurare de iſto intereſ-
ſe ſingulari extra rem ut d. l. numis Tertiũ
eſt iuramentum in litem de intereſſe com
muni, & de ueritate. ut ſi fuiſti in mora dã-
di mihi ſeruũ, qui mortuus eſt, poſſum iu-
rare ob dolũ tuum de uera æſtimãti, quãti
ualebat ille ſeruus. & eatenus mihi condẽ-
naberis, ut d. l. in actionibus. § pl... cũ l.
28 ſeq. & no. Iaſ. in d. rub. eod. titu. † Septima
ſpecies iuramenti iudicialis eſt iuramentũ
purgationis, quod deferẽ reo in cauſis ar-
duis in criminalibus, & etiam in ciuilib.
ptta, qñ contra reum ſunt aliqua indicia,
uel ſemiplena probatio, ita quod non po-
teſt diffinitiue condemnari, tunc iudex po
teſt ſibi deferre iuramentum purgationis,
per quod iurabit reus ſe non teneri ad de-
bitum uel non commiſiſſe tale delictũ, &
ſic diffinitiue abſoluẽ. Et de iſto iuramen
to loquitur proprie text. in d. l. admonẽdi,
& in auth. nouo iure. C. de pœna iud. q. ma
le iud. & l. 5. C. de fal. & glo. in l. 1. C. de fic.
& Bar. in cõſ. 104. in fi. inci. uiſus teſti. & c.
29 Iaſ. in l. 3. in prin. col. 5. ff. de iureiur. † Itẽ
de iſto iuramento loquitur totus tit. extra
de purg. can. ubi ſi aliquis eſt infamatus de
crimine, quod non põt plene probari con-
pellitur ſe purgare p iuſm. Et q̃dam alia
purgatio, q̃ dr̃ vulgaris, de qua loquitur ti
tulus extra de purg. uulg. quæ loquitur de
duello, ut qñ litigantes nolũt ſe purgare p
duellum, quæ purgatio eſt oĩ iure prohi-
bita, quia per ea uẽ tentari Deus, ut in c. 1.
& ibi Abb. de purg. uulg. & habetur ĩ cõſt.
regni monarchiam. Et de hoc iuramento
purgationis loquitur And. de Iſer. ĩ c. 1. § ſi
30 uero fuerit, de contro. inueſt. † Octaua ſpe
cies iuramẽti iudicialis eſt, quãdo propter
enormitatem criminis, defertur iuramen-
tum contra uiolentum ſpoliatorem, ut ſi
quis ſpoliat me poſſeſſione, ſed domo mea
poſſum probare per iuramentum meum,
de reb. mobilib. ibi exiſtentibus, & hoc in
odio ſpoliatoris, iuxta l. ſi quando, cum
ibi no. C. unde ui, &c. ſi t extra quod metus
cauſa, & hoc poteſt dici iuramentum in li
tem, & non datur contra uniuerſitatem in
damno clandeſtino pro ualore rerũ amiſ-
ſarum, ut no. glo. in conſt. ſi damna. & ibi
31 etiam And. de Iſer. in pen colum. † Nona
ſpecies iuramenti iudicialis eſt qñ n extare
ret ſtatutum q̃ iteretur iuramẽto damnum
paſſi, prout eſt hodie in regno regia prag.
quæ incipit ſtatuimus, qua cauetur, quod
qñ damnum paſſus, habet animalia in dam-
nũ dãtia in poſſe ſuo, ſtatur ſuo iuramẽto.

Idem

Idem etiam, ſi officialis deprehendit ani-
malia, quia ſtatur ſoli iuramento officialis
denunciantis, alias eſt neceſſe, q probetur
ad minus per vnum teſtem cum iuſo dam
num paſſi. qn̄ non habet animalia in ma-
nu, & iudex qui aliter pronunciat ad quin
que vncias applicandas fiſco, & agitantur
iſtæ qōnes coram baiulis, vt habetur in d.
32 prag. † Scias tamen, q licet alias præſuma
tur ꝑ decreto iudicis, l. Herēnius, §. Caia,
& ibi gl. & Bar. ff. de euict. tamen intelligi
tur de iudicib. maioribus, non autē de iſtis
baiulis, & iudicibus minimis, & pędaneis,
quia pro eorum ſententijs & decreto non
pręſumitur, ita tenet Bal. in l. tutores. ff. de
confir. tu. & Iaſ. in rub. C. qui admit. col. 2.
33 in prin. † Decima ſpecies iuramenti iudi-
cialis, eſt iuramentum, q pręſtatur in ta-
xatione expenſarum, nam expenſæ factæ
in iudicio prius taxantur per iudicē & po
ſtea datur iuramentū victori, qui fecit ex-
pēſas, & poſtea interponitur declaratoria
per iudicem, vt habetur in auth. poſt iuſiu
randū, & auth. nouo iure & ibi Bald. C. de
iud. & hoc fuit introductū ex cauſa, quia
grauatur victor in eo, quod non recuperat
omnes expenſas propter taxationem, rele-
uatur in alio, vt ſtetur ſuo iuramento, vn-
de ſi vellet plenè probare per teſtes omnes
expenſas, non fieret earum taxatio per iu-
dicem, vt dicūt Doc. in d. auth. & hæc quo
ad iuramentum iudiciale dicta, ſufficiant.
34 SECVNDVM principale † iuramentū
eſt extra iudiciale, & ideo ſic dicitur, quia
extra iudicium præſtatur. Cuius ſimiliter
multæ ſunt ſpecies, & primo reperitur, v-
num iuramentum quod appellatur, pro-
miſſorium, vt quando aliquis iurat ſe da-
turum, vel facturum aliquid ſimpliciter ſi-
ne aliqua cauſa, vel ſtipulatione, & ſic cōti
net promiſſionem de futuro, & de iſto lo-
quitur text. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ.
& c. debitores. de iureiur. & iſtud iuramen
tum nō producit actionem de iure ciuili,
nec obligat iurantē, niſi in vno caſu. ſ. qn̄
libertus iurat pſtare operas patrono, l. vt
iuſiurādi. ff. de ope. lib. & not. Bar. in d. l. ſi
quis ꝑ eo, col. 1. & 2. & Ioā. de Imo. in rep.
c. cū contingat. col. 23. cum trib. ſeq. verſ.
circa tertiam, & c. de iureiur. ſed de iure ca-
nonico eſt ſecus, quia poteſt agi ex tali iu-
ramento ſaltem implorando officium iu-
dicis, vt dicit Imol. in d. c. cum contingat
col. 26. in fin. & ſeq. & hanc cōcluſionem,
firmat B. Tho. in ſua ſumma, ſecunda ſecū
dæ, q. 89. ar. 7. ubi tenet, quod talis promit
tens tenetur ad obſeruationem iuramēti,
ſi cum eo concurrat iudicium, & iuſtitia,
unde dicerē in iſto caſu, quod poſſet adiri
iudex eccleſiaſticus per viam denunciatio
nis euāgelicæ, per ea quæ dixi ſupra intra
de denuntiatione, in princ. huius 6. partis.
35 † Ex prædictis poteſt ſolui illud dubium ſ.
vtrum pactum nudum firmetur iuramen-
to, nam de iure canonico non eſt dubium,
quia etiam ſine iuramento ex pacto nudo
oritur actio, vt eſt communis opin. omniū
ſcribentium in c. 1. de pact. multo fortius,
qn̄ iuramentū interuenerit, ſed de iure ciui
li non producit actionem pactum nudum
iuratum, ut no. Ion. cap. 2. de eo, q metus
cauſa, & Bal. in l. ſi. col. 2. C. de fide. & Bar.
in l. 1. C. de ope. lib. & idem Bal. in auth. ſa
cta, C. ſi aduer. uend. de qua materia, uide
Iaſ. in l. iuriſgentium, § ſed cum nulla, col.
5. ff. de pact. & in l. ſi quis maior. C. de tráſ.
36 † Secunda ſpecies iuramenti extraiudicia
lis, eſt illud, quod appellatur iuramentum
aſſertorium, ut qn̄ quis aſſerit aliquid eſſe
de præſenti, uel de præterito, & iurat, vt qn̄
iurat quis ſe eſſe maiorem, vel regem ha-
buiſſe uictoriā, vel ſimile, de hoc loquitur
text. in c. omne & c. ut noueritis. 22. q. 1. &
per totā, & l. ſi alterius, in ſi. C. ſi minor ſe
maior dixe. & no. Imol. in d. c. cum contin
gat, co. 15. in ſi. & colu. 107. in pri. de iure
iur. Verum in minore ſit differentia, quia
ſi iurat uerbaliter, ſe maiorem poteſt pro-
bare contrarium, ſecus ſi realiter tactis ſcri
pturis, ut d. l. ſi alterius, & de hoc iuſo aſſer
torio ſimiliter tractat B. Th. in ſum. ſecūda
37 ſec. q. 89. art. 7. † Tertia ſpecies iuramenti
extraiudicialis eſt, quod dicitur confirma
torium, ut quando apponitur iuramentū
in aliquo actu ſe inualido, & per iuramen
tum firmatur. Exemplis in auth. ſacramē
ta, C. ſi aduer. uēd. & in c. cum cōtingat de
iureiur. Similiter in donatione inter virū.
& uxorem, quæ non valet, l. 1. & per totū.
ff. de do. inter uirum. & uxorē tn̄ firmatur
iuramento, ſecundum Bar. Alexand. in l.
Seius, & Augerius. ff. ad l. Fal. & Abb. in c.
donatio de dona. iter uir. & vxor. & Paul.
de Caſtr. in conſi. 73. co. 2. in vol. & de iſto
iura-

iuramento tractat plene Bar. in d. l. ſi quis
pro eo. & Imo. in d. ca. cum contingat vbi
plura exempla ponit, & Alc. in conſ. 43. &
59. in 2. vol. & conſil. 53. in 3. vol. & Fran.
de Are. in conſ. 22. & 74. & And. de Iſer. in
c. 1. §. item ſacramenta, de pace iur. fir.
38 † Quarta ſpecies iuraméti extraiudicialis
p eſt iuramentum ꝓ fidelitatis ꝙ tenetur, præ
ſtare vaſallus dño ſuo, ſiue ſit vaſallus feu-
datarius, ſiue burgenſis, ſecundum And. de
Iſer. in c. 1. col. 1. qua. uaſ. iura deb. do. fide.
39 † In quo iuramento ſex continentur. Pri-
mum. ſ. quo iuret ſeruare dñm incolumē,
tutum, honeſtum, vtilem, facilem, & præ-
ſtare auxilium, quæ ſex numerantur in c.
1. de noua for. fide. & ibi per And. de Iſer.
& habetur plene in dec. 865. conſil. Neap.
40 in 4. & 5. col. † Item qñ tale iuramentum
præſtatur dño baroni, debet iurãs excipe
re perſonam Imperatorum, ſeu Regis, quæ
ſemper cenſetur exceptuata. ſ. vt ꝓmittat
dominum ſuum defendere aduerſus, quan
cũque perſonã, contra Regem, c. Imperia-
lem, § fi. & ibi And. de Iſer. de prob. feud.
alie. p Fed. & in d. c. 1. in prin. de nou. for.
41 fide. † Et hoc iuramentum poteſt præſta-
ri ẽt per tutorem, vel curatorem, & procu-
ratorem, ſecundum Alex. in conſil. 10. col.
42 3. in 2. vo. † Item non poteſt Baro exigere
hoc iuramentum a vaſallis ſine mandato
regis, vel literis, alias punitur priuatione
feudi, & publicatione bonorum, ut eſt
conſt. regni, quæ incipit, comite vel baro-
ne, &c. & tenet And. de Iſern. in c. ſi mino-
ri, circa fi. ſi de inue. feu. fue. contro. & hē-
tur in d. dec. 265. conſ. Neap. verſ. 20 &c.
43 † Eſt & aliud iuramentũ fidelitatis, ꝙ ap-
pellatur iuramento ligij, & propriè eſt il-
lud, ꝙ præſtatur ſoli Imperatori, vel Regi,
non autem inferiori, & in hoc differt iura-
mentũ ligij a iuramento fidelitatis, & tũc
qñ vaſallus iurat regi, iurat indiſtinctè ip-
ſum defendere, contra omnem perſonam
neminē exceptuãdo, & de hoc eſt alia dec.
44 conſi. Neapo. in nu. 307. † vbi declaratur
quis dicatur ligius, nã exponitur quaſi li-
gatus, & aſtrictus regi, vel dicitur, a legali-
tate, q̃ tenetur ſeruare regi contra omnem
perſonã, vt not. Bal. in l. 1. in §. 1. col. pen.
C. de ead. toll. & And. de Iſer. in conſt. dñia
vaſallis, & in d. cap. 1. de noua for. fidel. &
Ioan. And. in cl. paſtoralis § rurſus verſi.
ligius, de re iud. & Franc. de Are. in con
151. vbi etiam examinat de iuramento fi-
delitatis, quod tenetur præſtare epiſcopus
archiepiſcopo, & qd ſi epiſcopus ſit exē-
ptus, de qua materia tractatur in c. dilect.
de maior. & obe. & in c. cum olim. el. 2. & c.
45 antiqua. & ibi gloſ. de priuil. † Quinta ſpe
cies iuramenti extraiudicialis eſt iuramen
q tum temerariũ, vt quando aliquis ꝗ calore
iracundiæ iurat; nam ſi iuramentum eſt
alias illicitum, non valet, ſi vero eſſe licitũ
vt ſi quis iurat non exire domum, vel non
ludere, uel aliud ſimile tunc propter ira-
cundiam non ligat nec eſt periturus con-
traueniens. Tutus tamen eſt petere abſo-
lutionem ad cautelam, quæ de facili concē-
ditur ſecũdum Ab. in d. c. ſicut. de iureiur.
& de hoc iuramento habetur Deuterono-
mii c. 6. & Eccleſiaſtici c. 23. & p Io. Chry.
46 ſuper Matth. c. 5. † De eo tñ quod dixi de
iurante nõ ludere, ſi tale iuramentum fie-
ret ſine iracundia, ita eſſet periũrus luden-
do, ſicut videndo ludere, vel mutuãdo pe-
cuniam ludenti, & ita punitur æqualiter
pęna contra ludentes inductam, tã ipſe quĩ
ludit, quam is, qui videt ludere, uel pecu-
niam mutuat. ita tenet Bald. in auth. inter
dicimus in princ. C. de epiſ. & cle. vbi idem
dicit in eo, qui docet ludērem. Multa alia
exempla poſſent dari de hoc iuramẽto te
merario. præſertim, quando quis praua
conſuetudine iurat, vt habetur in c. iura-
47 uit 22. q. 4. † Sexta ſpecies iuraméti extra
r iudicialis, eſt iuramentum illicitum, de
quo loquitur tex. in c. innocens, & per totã
illã q. 24 q. 4. & not. gloſſ. ibi in ſumma.
Super hoc eſt ſciẽdum, ꝙ iuramẽtum põt
dici illicitum altero de trib. modis, vt ha-
betur in d. innocens. Primo modo ex eo qđ
iuratur. Secundo modo ex cauſa extra ve-
niente. Tertio modo iurandi exemplum
primi eſt, quando illud iuramentum de ſe
48 eſt prohibitum, & vitioſum. † vt ſi quis
iurat cõmittere vnum delictum, quo caſu
non tenetur ad obſeruantiam, quia tale iu
ramentum non ligat. c. ſi aliquid, &c. non
eſt, &c. actione, &c. inter cet. 22. q. 4. & hſ
per Abb. & Doct. in ca. intimauit, de teſt.
49 † Idem etiam quando quis iurat nõ ferre
s teſtimonium, quia non obſtante iuramen
to poteſt examinari ſecundum Abb. in d.
c. intimauit. Idem in eo, qui iurat non eſſe

conſ.

50 conſ. ſin. in prin. ff. ad municip. † Idē in b eo, qui iurat nō fideiubere, quia poteſt nō obſtante iuramento fideiubere pro proxi- c mo in periculo cōſtituto, vt no. Ioa. And. in addi. Spe. in ti. de iureiur. in rub. de quo vide omnino Old. in conſ. 90. Et de his, & d alijs ſimul. bus exemplis, tractat plene Iaſ. in §. item, ſi quis poſtulante col. 11. & ſeq. e inſti. de actio. & Paul. de Caſt. in cōſi. 345. in 1. vol. & Cald. in cōſ. 8 in ti. de iureiur.
51 † & quod iuramentum in male promiſſis nō ſit ſeruandum, tenet And. de ſer. in c. 1. cal... qui ſucceſſ. teneatur in feud.
52 † Exemplum ſecundi eſt qn̄ quis poſt vo-
53 tum caſtitatis iurat ducere vxorē. † idem quādo iurat adimplere omnia, quæ ab eo petentur, quia ſi petatur aliquid turpe, nō tenetur implere iuramentum, c. cum iuramēto, de ho. & ca. ... & ca. vnuſquiſq. f
54 de ... Exemplum tertij eſt, vt ſi quis iurat per viſcera Chriſti, vel p ventrem, uel per capillos, vel per membra pudibunda Chriſti, nam tale iuramentum dicitur blaſphemia, vt ingt Bal. in l. 2. in fi. C. de reb. cred. & Bald. in l. 1. C. ſi quis imp. male. & in l. accuſationē. co. 3. C. qui accuſ. nō poſ. g vbi plus dicit, quod tale iuramētum a ſpecies hęreſis, vt eſt tex. in auth. vt non luxu. h cōtra nat. in rubro. & nigro & c. ſi per ca-
55 pillum, 22. q. 1. † Eodē modo ſi quis iurat per dæmones, vel aliam creaturam, eſt iuramentum illicitū, & peccat iurans, decet tamen ſeruare iuramentum ſi id, quod iurat, non eſt prohibitū, c. mouet. 22. q. 4. & no. Alex. in conſil. 27. col. pen. in 2. vol. & habetur in c. 1. & ſi Chriſtus de iureiur. reliqua, circa hāc materiam dic, vt p Spec. i in titu. de iur. dela. per totum, & per Mod. repetentes in rub. de iureiur. & per Doc. in K
56 locis ſuperius allegatis † An autem iuramētū poſſit præſtari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, Dic quod ſic l in animam conſtituentis, ſecundum Bart. & Alexand. in l. qui bona, §. ſi. alieno. ff. de damn. infect. & Alex. in l. ad egregias, in m princi. ff. de iureiur. & in l. vulgo. ff. de in litem iur. Rob. Maranta. n

ADDITIONES.

a Suppletorium Socin. in tract. fallen. reg. 204. Et Præceptor meus D. Marcus Antonius Eugenius in d. l. admonēdi, in vlt. par. de iurantē. ſupple. vbi late de iſta materia.

b Ante concluſionem. Quia po. ff. peti nō poteſt, Soc. d. reg. 404. nu. 40.

c Hæredi. D. And. Alferi. conſ. 3. nu. 8. & conſil. 8. nu. 30. vſque in fi. & conſ. 9. nu 6 & 7. & conſ. 10. num. 2.

d Perſonæ vili. Marg. ſing. 27. Boe. conſ. 49. nu. 69. Duaren. lib. 2. diſpu. c. p. 33.

e Criminali. Boer. dec. 86. Socin. d. leg. 404. nu. 12. Al. conſ. 66. lib. 1. Dec. conſil. 17. in fin. Quod pcedit in reo, ſecus in actore, & eſt communis, de qua per Alex. d. cōſi. 60. col. 1. & Iaſ. d. l. admonēdi n. 175. Vel niſi ſit modici præiudicij Abb. in c. fi. nu. 2. de his quæ vi, metus ue cau. fiunt. Crau. conſ. 182. n. 15 & ſeq. Vel niſi ſit ſemiplene probatum, R om. d. l. admonēdi, & Cur. ſe. ibi nu. 309 Alex. conſ. 122. nu. 7 lib. 2. Boer. vbi ſupra in d. deciſio. 85.

f Conditionem perſonarum. Gloſſ. in l. ſed & ſi §. 1. ff. de iud. Bart. d. l. admonendi nu. 54. Soc. d. reg. 404. nu. 11. & e cōmuni clariſſimis Iuriſc. & D. meus D. Marcus Mantua d. l admonēdi, n. 321. Marſil. ſing. 17. declarat, quando iuramētum ſuppletoriū defertur in cauſa magnæ quantitatis.

g Præſente vel citata. Veſtr. in Prac. Roma. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 10.

h De his actenus. Idem eſt ſciendum, quando ſtatutum, ſiue lex requirit manifeſtiſſima probationes, tale iuramentum non defertur glo. no. in l. ſi. in princ. ff quod met. cau. Auguſt. Bero. in c cum ſit Romana. nu. 10. de app. Soc. conſ. 116. col. 3. lib. 1. Rip. in d. l. ſi. nu. 189. Dec. in rub. extra de prob. de com. Viui in 1. par. com. opi. opi. 187. iuramento neceſſario.

i Exemplum, Soci. in tracta. fallen. reg. 105. iuramentum.

K Approbat Viu. de com. opin. par. 1. opin. 188. iuramentum iudiciale.

l Iuramentum in litem. Quid ſit, vide Plot. in repet. l. ſi quando. num 869. C. vnde vi, Bello lib. 2. ſupp. uer. ca. 14. Coraſ. li. 4 miſcella. c. 2. nu. 11. vbi etiā in hac materia.

m Intereſſe ſingulari. Plot ubi ſupra. n. 870. Coraſ lib. 6, miſcella. cap. 12. & 4. vbi late.

n Extra ſtatutū. Dec. in rub. extra de prob. col. 13. Admittitur tamen probatio in cōtrarium, R u. conſ. 87. nu. 12. lib. 3. talē ſtatutum nō habet locum in furto, Alexan. conſ. 167. col. 1 lib. 2. Plot. in d. l. ſi quādo, nu. 824. C. vnde vi, limita etiam quod non

credatur

credatur tali iuramento, quando inſtantia fieret iudicij vt ad locum accedere, Marſ. l. 1. §. ſi ſerui mihi nu. 4. ff. quæſt. Cotta in memor. in verſi. ſtatuto ciuitatis Mediolani, in ver. damnum. Cæpol. cau 104 nu. 1, interpretatur etiam alijs modis, vt per totam d. l. nu. 151. vſque ad nu. 155.

8 Taxatione expenſarum. Octau. Veſtri. in prac. Ro. cur. li. 3. c. fi. nu. 25. vbi Grau ſub nu. 36 Et an requiratur citatio infra in 3, & vlt. actu. 3 par. 6. par. prin. nu. 21.

7 Fidelitatis. Rebuff videas in declarat. arbor. feud col. 3. & 4.

9 Calore iracundiæ. Tiraq. in tract. de pen. cauſa 1. nu. 16. Duen, lib. 1. reg. vtr. iu. reg. 292. factum uel dictum, in 1. amplia.

r Iuramentum illicitum. Illicitum etiam dicitur, ſi quis iurauit de non loquendo patri, matri, vel ſimi. l. cum quidam, §. fin. ff. de iureiu. Tamen eſt de neceſſaria abſolutio, Couar. in relect. c quamuis in initio, 2. parte num. 4. de pact. in 6.

Ludouicus Alferius.

De actorum æditione.

1 *Actorum appellatione quæ ſcriptura veniāt.*

2 *Inſtrumenta & ſcriptura producta in iudicio an dicantur eſſe de actis.*

4 *Exemplum ſcriptura in actis regiſtrata, non facit fidem niſi ſit collationatū parte preſente vel citata.*

5 *Acta iudicij voluntarij, veniunt actorum appellatione.*

6 *Exempla qualiter probent.*

7 *Acti an debeant inſtrumenta relata in inſtrumento Producto*

8 *Acdi ante omnia, an debeant inſtrumenta relata, in libello num. 9 10. 11.*

12 *Aeditio qualiter fiat.*

13 *Acta iudicij, & acta litis ſine cauſa quia dicantur.*

14 *Actorum genus triplex reperitur.*

15 *Acta geſta & monumenta qualiter inter ſe differant*

16 *Acta iudicij fieri debent parte præſente vel citata, & abſente per contumaciam alias non probant, nec alteri parte præiudicāt in cauſa in quo ſumus contradictorio iudicio.*

17 *Acta iudicij ad alterius partis inſtantiam debeant fieri, alias non valeant.*

18 *Acta iudicij coram iudice, vel eo mandante fieri debent, vt faciat fidem.*

19 *Obligatio penes actu curię recipi debet corā iudice vel iudice mandante alias recepta extra locum iudicij non valet, nec habet executionem paratam num. 20.*

20 *Obligatio penes actę curię poteſt recipi, etiā abſente creditore.*

21 *Acta per notarium deputatum ſcribi debēt, nec poſſunt per alium proſequi.*

22 *Acta iudicij ſcribi debet per notariū a rege creatū, vel per duos ſcriptores priuatos de iure communi. Et quid ſeruetur in regno.*

23 *Princeps ſine cauſa iuriſgentium detrahere non poteſt.*

24 *Acta ſcripta per priuatum in loco, vbi priuatus actorum magiſter eſſe conſueuit an faciant publicam fidem, & an iſte communis error ius faciat num 25. 26.*

25 *Conſuetudo tanti temporis cuius initij non eſt memoriam non priuilegij.*

26 *Acta reciproca ſcripta per priuatum per alteram partem impugnari non poſſunt.*

27 *Scriptura inhabili utens non poteſt ſimilem contra ſe productum impugnare.*

28 *Dictio vnius ſtatur de voluntate partium.*

29 *Acta iudicii in ſcriptis celebrari debent, alias nō valent, niſi in cauſis breuioribus.*

30 *Acta iudicii, an per teſte probari poſſint.*

31 *Acta coram iudice non requirunt teſtes ſed ſic coram arbitrio.*

32 *Teſtes debent adhiberi in ſententiis.*

33 *Acta ante publicationem, publicam fidem non habent.*

34 *Atteſtationes non publicatę, etiam ſemiplenē non probant.*

35 *Acta non publicata æquiparant breuiatura notarii.*

36 *Acta iudicii non poſſunt fieri in die feriata.*

37 *Libellus poteſt præſentari, & recipi die feriato etiam ad honorem Dei.*

38 *Latro inſignis poteſt mitti ad furcas, etiam die feriato ad honorem Dei.*

39 *Acta voluntarię iuriſdictionis, die feriato exerceri poſſunt.*

40 *Teſtes etiā die feriato ad honorem Dei examinari poſſunt.*

41 *Acta p a & requirentia celeritatem, fieri die feriato.*

42 *Decretum ſuper alienatione rerum minoris die feriato interponi non poteſt.*

43 *Debitor fugitiuus capi poteſt etiam die feriato*

riato ad honorem Dei.

44 *Confeſſio etiam in die feriato poteſt in iudicio recipi.*

45 *Proceſſus factus die feriato ad honorem Dei valet, quando iudicis iuriſdictio erat tempore peritura.*

46 *Proceſſus poteſt fieri die feriato ad honorem Dei in curia principis.*

47 *Excõicationis ſnĩa die feriato ferri poteſt.*

48 *In cauſis carceratorum die feriato proceditur.*

49 *Actus omnes iudiciarii expediri poſſunt in feriis meſſium, & vindemiarum.*

50 *Acta de die, & non de recte fieri debent.*

51 *Acta iudicii locum menſem, diem & annũ in quo celebrantur continere debet alias non valent.*

52 *Actis deperditis, & aliis de nouo confectis ſi prima poſtea reperiantur, quibus potius debet fides adhiberi, & ſecundum quę debet iudicari.*

53 *Acta omnia regulariter ſunt edenda alias poteſt appellari, & non edens præſumitur in dolo.*

54 *Actorum æditio eſt ſpecies defenſionis.*

55 *Actorum æditio per notarium iudice mandante fieri debet, & non aliter.*

56 *Atteſtationes teſtium, ante publicationes ædi non debent parti.*

57 *Interrogatorium copia pariter dari non dẽt.*

58 *Allegationes iuris, an debeant ædi parti.*

59 *Notarius acta edere nõ tenetur ſine ſalario.*

60 *Nomina teſtium non tenetur quis edere parti ante publicationem.*

61 *Acta debent ædi cuicunque prætendenti intereſſe etiam ſi non ſint ad eius inſtantiã celebrata ſecus in inſtrumentis.*

62 *Acta debent ędi ſumptibus potentis.*

63 *Copia libelli ſumptibus actoris dari debet.*

64 *Acta originalia non debent ędi, ſed ſolum copia ſub pœna falſi.*

65 *Acta ędi debent, cum die conſule loco, & tempore.*

66 *Acta ſemel edita poſſunt millies peti, vt iterum edantur. Secus in inſtrumento, quia regulariter non editur niſi ſemel.*

DEcimus actus, qui ſucceſſiuè conſideratur in iudiciis, eſt actorum æditio ſuper quo breuiter examinabo tres quæſtiones principales. Prima erit quid veniat appellatione actorum. Secunda, an indiſtinctè omnia acta iudicii faciant plena fidem, & qualiter. Tertia erit qualiter iſta acta ſint ædenda petentibus.

VENIO ad primam q. ſuper qua concludo.

1 † quod acta dicũtur omnes ſcripturæ in iudicio factæ corã iudice, & ſcriptæ manu officialis, ſcilicet tabellionis ad hoc deputati, ut declarat Ale. in l. acta, & in l. actorum, ff. de re iud. vbi dicit, quod etiam ſententia venit appellatione actorũ, idem tenet Abb. in cap. quoniam contra col.

2 2. in fi. de prob. vbi vide Bal. plene declarãtem, q́ ſcripturæ venit appellatione actorum, hoc etiam declarat Bal. in auth. quæ ſupplicatio. col. 1. ver. item licet ſcriptura, &c. C. de præ. impo. off. vbi dicit, ꝙ nõ ex eo ſolo, ꝙ ſcriptura eſt facta per tabellionem actorum, dicitur de actis iudicii, niſi fiat coram iudice, vel iudice mandãte. adde Bald. in l. interrogatam C. de lib. & cã. & Bar. in l. illud, col. 2. ver. deinde nota, &c. & ibi & Bar. C. de ſac. ſan. eccl. & Card. in cl. ſępe, §. & quia in 9. q. de verbor. ſign. & Ale. in l. 1. in prin. ff. de verb. obl. & Bal. in c. 1. §. item ſacramenta, col. pen. in fin. ver. quæritur inſuper, & c. de pac. iur. fir. & ꝙ ſnĩa venit appellatione actorum, eſt text. cum gl. & Bar. in l. in fraudem, §. neque. ff. de iure fiſci. An aũt inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ productæ in iudicio, dicãtur effecta de actis, eo ipſo ꝙ ſunt producta? Inn. in c. cũ in iure in fi. de offi. dele. tenet ꝙ ipſum inſtrumentũ quantũ ad contractũ, & obligationẽ, in eo contentã, non eſt de actis, ſed ſola productio inſtrumentorũ & ſcripturarum eſt de actis. Idem tenet Bal. in l. 2. col. 3. ver. iuxta hoc quærit, &c. C. de eden. vbi per hoc infert, ꝙ inſtrumentũ productum in actis, editur ſine die & conſule, ſed ſolũ editur dies productionis, quia quãtum ad productionẽ, eſt effectum cõe inſtrumentum, iux. l. 1. §. edẽda, ff. de eden. ſed certe, ſi iſta opi. in hoc Inn. & Bal. ita ſimpliciter intelligeretſ, reſultare poſſẽt aliqua abſurda & maxime, q2 altera pars nõ poſſet petere copiã tenoris inſtri producti in actis, ſed ſolã copiã præſentationis ipſius, nã ſi tenor non eſt de actis, ergo nõ eſt effectus cõis & ſic non eſſet edendus, ꝙ eſt contra d. §. edẽda. Preterea, ſi in tenore inſtri eſſet aliqd uerbũ faciens contra producentẽ, & in fauorẽ aduerſarii, nõ poſſet aduerſarius

[illegible]i pro ſe,quia non eſt de actis, quod eſt
cōtra no.per gl.& Mod.in l.1.§.editiones.
ff.de eden.ubi habetur communiter quod
producēs inſtrumentum in iudicio cenſe-
tur approbare omnia cōtenta in eo, etiam
contra ſe facientia,& aduerſarius poteſt eo
vti pro, ſicut dicimus in teſtibus,qui depo-
nere debent pro utraque parte,.ita plene de
clarat Iaſ.in d.§,æditiones vnde cauſa uitā
di iſta contraria,uī eſſe dicendum,quod tā
productio,quam tenor inſtrumenti produ
cti ſit de actis,maximè cum tota die uidea
mus communiter practicari,quod eo ipſo,
quod inſtrumentum,uel alia ſcriptura pro
ducitur in iudicio,poteſt aduerſarius pete-
re eius copiam,& ſibi editur cum die,& cō
ſule,& cum toto tenore ſcripturæ ergo to-
3 ta eſt effecta de actis,& tota communis. †
Puto in iſta uarietate poſſe dari iſtam de-
clarationem,uidelicet,quando aliquis pro-
ducit inſtrumentum,in iudicio, & non fa-
cit illud regiſtrari in actis de uerbo ad uer-
bum , ſed ſolū notarius ſcribit in actis die
tali , &c. talis produxit unum inſtrumen-
tum procurationis,vel debiti,vel aliud ſi-
mile,quod incipit ſic,& finit ſic,&c. ſi eius
tenor non apparet extenſus in actis , puta
quia producens retinuit ſibi inſtrumentū
pœnes ſe,& tunc verum dicit Inn.& Bald.
quod ſola productio eſt de actis, & non te
nor inſtrumenti,ex quo tenor non reperiī
in actis , & dato , quod notarius fecerit de
eo mentionem quod uiderit,non tamē in
hoc ſibi creditur,ut not. Ale. in cōſ. 6.col.
2.in fi.in 4.uol.& per mod. in auth.ſi quis
in aliquo C.de eden.nam ſi tenor eſſet de
actis,faceret publ.fidem.ſicut alia acta abſ
que eo, quod originale producatur , quod
eſt falſum ſecundum Ale ibi & Doc.in d.
auth.ſi quis in aliquo. Sed ſi quæris,an iſto
caſu poſſit aduerſarius petere copiam teno
ris inſtrumenti. Dic quo ſic,nam licet non
ſit de actis pp deficientiam regiſtrationis,
tamē quia pars cœpit eo uti in iudicio per
productionem,rōne huius uſus tenetur il-
lud edere,ita tenet Bald.& Ale.in l. 2. ff de
eden.per d. §. edenda ſunt omnia,& tunc
poſſet procedere opi.Bal.in d.l.2.C. de ed.
I.quod edatur ſine die & cōſule. Nec ſēper
ſequitur illa conſequētia, iſta ſcriptura nō
eſt de actis,ergo non debent ædi. Nam ſi
5 quis facit mentionem de inſtrumēto in li
bello, p dictionē limitatiuā , tenetur illud
edere ante litem conteſt. *t tamen non eſt
de actis,ut Bar.& Doc.in l. edita.C.de edē.
Quandoque producens inſtrumentum,fa
cit ipſum regiſtrari in actis,vel quia relin-
quit ipſum originale authenticum in actis
cū præſentata ſub tali die , &c.uel quia fa-
cit ipſum exemplari auctoritate iudicis, &
facit ipſum collationari per actorum nota
rium cum fide ſua in calce, quod ipsū col-
lationauit, ſcilicet exemplum cū origina-
li,& concordat de uerbo ad uerbum,& illa
copia collationata relinquitur in actis, cō
tinens totum tenorem inſtrumenti, origi
nale autem recipitur per producentem, ne
forte aliquo caſu perdatur, & iſtud quoti-
die uidemus ſeruare iudiciis . Et tunc di-
co,quod totus tenor inſtrumenti de actis,
non ſolum ipſa productio, adeo quod illa
productio illius copiæ regiſtratæ,& colla-
tionatę facit dictam copiam habere publi
cam fidē,abſque eo, quod producatur ori-
ginale. Ita tenet Bal in fi.in 5.q.C. de edic.
diui.And.col.& de mente Specu.in titu.de
inſtr.epi.§.nunc dicamus colum.4.uer.il-
lud autem ſcias,&c pro hoc eſt gloſſ.in d.
authē ſi quis in aliquo,& ibi etiam Bar.&
cōmu.Doc.& gl & Bar.in l.chirographis.
ff.de admi.tut.& A[illegible]g.in §.illud.in auth.vt
4 infra filij,&c.† Hoc tamē intellige,& decla
ra dūmō , talis [illegible]atio ſit facta a parte
præſente,& non contradicente,uel parte ci
tata,alias nullam fidem faceret talis copia,
quamuis collationata,ita tenet Alex. in d.
conſi. 6.col fi.in princ.in 4.uolu. & eſt de
mente Bar.& Doct.in d.auth.ſi quis in ali
quo,quod not.perpetuo,quia raro hoc ad-
uertunt litigantes,& actorum notarii, un-
de allegationibus iuris poſſis talē ſcriptu-
ram deſtruere. De reliquis autem,quæ ue-
niunt appellatione actorū traditur plene
in d.c.quoniam cōtra,de prob.tam in tex.
5 quam in gloſſ.& per Doc.† ibi inter,quæ
adde,ꝙ non ſolum acta, quæ fiunt in iudi-
cio contentioſo, & contradictorio ueniūt
appellatione actorū ſed etiam omnia alia,
quæ fiunt in iudicio uoluntario,in quibus
decretum iudicis interponitur,prout ſunt
tutelæ,& emācipationes,& aliæ ſimiles ſe-
cundum Inno.in c.1.col.1.de probat.quæ
alio uocabulo dicuntur acta forentia,ſecū
dum eū ibi.ex eo,quia in foro agitatur, &

no etiam Bal. in l. comparationes, col. 2. verſi quærit etiam de forenſi, &c. C. de fide inſtrum.

6 ADDITIO. † Adde quod omnia exemplata, & regiſtrata probant eo modo, quo probarent originalia, & non vltra neque plus, vnde quidquid poterit obijci, & opponi cõtra originale exemplarium omne illud poteſt obijci contra exemplum, & Bart. & Doc. in l. teſt. la 1. ff. de cond. & demonſt de quo per Doct. plenè, in c. quo-
7 niam contra extra, de prob. † Item illud addas, quod ne dum debet fieri æditio inſtrumẽti producti in iudicio quo quis utitur, ſed etiam eorum inſtrumentorum ibi relatorum, ſecundum Bal. in l. ciuile, circa fi. ff. de leg. & Ale. in conſi. 3. li. 2. col. 1. refert & ſequitur Dec. in l. edita, col. pen. circa fi. C. de eden. & Aymo. Crau. in conſi. 112.
8 lib. 1. nu. 15. † Item eſt aduertendũ, quod vbicunque in libello actoris fit mentio de aliquo inſtrumento, uel ſcriptura ſuper quib. fundetur intentio actoris poteſt compelli ut ante omnia exhibeat, ut detur reo occaſio deliberandi, ſecundum Inn. in c. ex epiſtolæ, quem ibi omnes ſequuntur, & Bald. in l. fi. C. de pre imp. offer. & procedit concluſio ſupradicta, ſi in libello fit mentio limitatiuè taliter, quod actor ſtatus redditus dubius de narratis per actorem, puta uendidiſti talem petiam terræ prout conſtat tali inſtrumento, ſecundum Barto. in l. poſt. quam, §. ſi dies, ff. ut leg. no. caueat, & in l. ædita, pe. co. C. de eod. & ibi Bar. in pe. car. & Fel. plenè in d. c. ex epiſtolæ.
9 † Adeo quod fieret mentio inſtrumenti in libello narratiue (vt ſi dicatur, quæ omnia conſtat publico inſtrumento exinde cõfecto) non fit æditio ante litem conteſtatam ſecundum Bar. in d. l. ædita & Doc. in d. c. ex epiſtolæ, tu autem dicas contrarium ſeruari in magna curia uicariæ, & alijs curijs ubi extat cõs ſtilus, quod ſi limitatiue uel narratiue fit mentio inſtrumenti in libello ſemper fit æditio ſi petitur ad effectũ deliberandi, uel fundatur exceptiones, & ita
10 practicatur. † Sed ſi actor negat ſe habere copiam inſtrumenti in promptu proceditur adulteriora, ſecundum Rot. in nouis deciſ. 33. de quo ſtatur iuramento actoris, & no. expreſſe Bar. in l. qui ſtipendia in fi. C. de proc. & Fel. in d. ca. ex epiſtolæ, nu.
11 27. † Item ſi ille qui petit ædi inſtrumentum uериſimiliter habere debet, uel habet copiam inſtrumenti qualitercunq. fiat mẽtio inſtrumenti in libello nõ tenetur libellans ante omnia edere ſecundum Bal. in l. legatum, ff. de eden. & Rotam vbi ſupra, nam ſi legatarius petit legatum uirtute teſtamenti ab hærede non tenetur edere teſtamentum ipſi hæredi, quia præſumitur habere notitiam contentorũ in eo, de quo
12 plene per Fel. ubi ſup. nu. 27. † Et adde quod in caſibus in quibus ante litem conteſt. fit æditio ſufficit oſtendere iudici originale, & relinquere in actis copiam ſecundum Inn. in c. cum in iure, de offi. deleg. & Bal. in l. 2. C. de eden. & Ab. in d. c. ex epiſtolæ, & ibi Fel. nu. 31. in medio. Pet. Fol. V. I. D.
13 † Iſta autem acta, quæ fiunt in iudicio quædam dicuntur acta iudicii propriæ, & quædam acta litis ſiue cauſæ, & differunt inter ſe, quia acta iudicii ſunt illa, quæ tendunt ad iudiciorum ſolennitatem & ordinem, prout ſunt citationes, libelli ſatiſdationes & litis cõteſtatio, publicatio, & concluſio & alijs ſimiles actus. Acta vero cauſæ ſeu litis ſunt, quæ reſpiciunt factum pro uictoria cauſæ obtinenda, prout ſunt atteſtationes, confeſſiones, ſcripturæ, & aliæ probationes ita declarat gl. in cle. ſæpe, in uerſi. deciſ. & ibi etiam Card. in 3. not. & in 2. q de uerb. ſig. & Abb. in c. cauſam, quæ in 2
14 not. de teſt. † & propterea in materia actorum ſolet fieri diſtinctio trimembris, uidelicet. Quædam ſunt, quæ reſpiciunt litis ordinationem, & ſunt illa, quæ modo appellaui acta iudicii. Quædam ſunt, quæ reſpiciunt ueritatis indaginem, & ſunt illa, quæ modo appellaui acta litis, ſeu cauſæ. Quædam ſunt, quæ reſpiciunt litis deciſionem & ſunt ſententiæ diffinitiuæ, de quibus plene per Bar. in l. is, apud quem. C. de eden. & in l. cum lite mortua, ff. de iu. ſol. & Abb. Fel. & commo. Doc. in d. c. cauſam, quæ, in quibus locis plene declaratur, quæ acta pereãt perempta inſtantia, & ad ibi dicta me remitto, & aliqua dixi in materia inſtantiæ ſup. in 5. par prin. huius tracta. Quæ autẽ
15 ſit differentia † inter acta geſta, & monumenta? Hic quod acta propriè ſunt illa, quæ ſunt ſcripta a cõmuni notario, & iudice, ſi per ipſum notarium actori. Geſta poſſunt dici ea, quæ ſunt facta, ſed non ſcripta. Itẽ

geſta

geſta cenſentur facta à magnorum principium, & omnia regiſtrata in archiſtis publicarum perſonarum, poſſunt appellari geſta. Sed monumenta, dicuntur ſcripturæ publicæ, & priuatæ, quas quis habet penes ſe extra iudicium, ex eo quia cauſam ipſius muniunt, quæ alio uocabulo appellantur documenta, ut habetur in c. cordi de appe. libro 5. & in auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. & ita hanc differentiam declarat Car. in cle. ſæpe §. & quia. in 7. q. de uerbo. ſing. Aliquando tamen acta & geſta confunduntur, & unum & idem important. vt eſt text. in leg. geſta. C. de re. iud. & not. Barthol. in leg. prima. ff. de offic. proc. cæſa.

VENIO. Ad ſecundam quæſt. principalem uidelicet. † an indiſtinctè oĩa acta
16 iudicii faciant plenam fidem, & qualiter ſuper quæ oportet inueſtigare, quæ requirantur ad ualiditatem actorum ad hoc, vt tanquam publica faciant plenam fidē, & hic quæ plura requirũtur. Et primo requiritur, quod fiãt parte pñte, uel citata, & abſente per contumaciam, alias non probant nec alteri parti præiudicant, & in caſu, in quo ſumus in contradictorio iudicio. leg. de unoquoque. ff. de re iu. l. nam ita diuus, ff. de adop. l. ſi quando. C. de teſt. & ca. 2. de teſt.

17 † Secundo requiritur, quod acta fiant altera parte inſtante adeo, quod debet apparere ex actis, ad cuius inſtantiam actus celebratur, alias acta non ualēt, ita tenet Ang. in conſ. 286. colu. 2. vbi præcipue loquitur de ſnĩa lata, quod non ualeat, niſi appareat ad cuius inſtantiã lata fuit, unde ſententia nũquam debet ferri, niſi una pars faciat inſtantiam, & faciat aliam partem citari ad ſnĩam, alias non ualet, ita tenet Imo. in d. l. unoquoque. ff. de re iud. & Bart. in l. 1. C. ut quę deſ. adu. Pau. de Caſt. in l. 1. C. de iu. & Iaſ. in l. properandum. § & ſi quidē, col.
18 1. C. de iud † Tertio, requiritur quod fiãt coram iudice, uel iudice mandante, ut no. Alex. & Imol. in l. acta. ff. de re iu. gl. & Bar. in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. & Bald. in l. interrogatam, C. de lib. cau. et Luc. de Pen.
19 in l. inſtat. C. de iure fiſc. libr. 10. † ubi per hoc infert, non ualere obligationem receptam penes acta curiæ, niſi ſit recepta corã iudice. Adde etiam, uel niſi recepta ſit iudice mandante, ut habetur in dec. 215 conſ.
20 Neap. ubi plus dr, q̃ rõna iuſa in ea oppoſiti, poteſt recipi talis obligatio penes acta, etiam abſente creditore. Et per hoc patet, quod iſtæ obligationes quas quotidie recipiunt notarii extra locum iudicii, & ſine pñia iudicis, & dicunt illas recepiſſe penes acta, non ualent, nec habent executionē paratã, ut eſt de mēte Luc. de Pen. in d. l. inſtat. & expreſſius tenet Mat. de Affir. in conſt. magiſtri camerarii, colum. penul. et conſt. cordi nobis, colu. pen. in prin. quod not. quia quotidie notarij actorum errant in hoc.

ADDITIO Adde hic ea, quæ dixi in practica mea cauſarum crim. in frag. par. in tit. de fideiuſſoribus. P. F.

21 † Quarto requiritur, quod acta ſcribãtur per notarium actorũ deputatũ, adeo quod ille notarius, q incepit ſcribere acta vnius pceſſus, ille debet ſcribere reliqua, alias acta non probant, niſi iſte eſſet impeditus. quia tũc põt alius ſubrogari, ita tenet Bal. p illũ text. in l. 1. C. de ſport. & Bald. in l. 2. C. quõ, & qñ iud. & Bar. in l. 1. de off. cõ. iu. & Bald. in l. repetita. C. de epiſ. & cl. & Lu. Ro. in conſ. 181. & Bal. & Pau. de Caſtr. in
22 l. teſtamenta oĩa. C. de teſtamentis † Quinto requiritur, qđ ille, qui ſcribit acta, ſit notarius creatus a rege alias acta ſcripta ab alia perſona, non valēt in hoc regno, ſecus eſſet de iure cõi, quin vbi non poteſt haberi notarius, põt adhiberi duo ſcriptores, et priuatim ad ſcribendum acta quorum ſcripta faciunt publicam fidem in iudicio, vt eſt text. in c. qñ contra. de prob. imo dicit ſimpliciter Bal. in l. comparationes. col. 3. ver. quæritur ēt de forenſi. &c C. de fide in. quod de mandato iudicis poſſunt ſcribi p alium, quam per tabellionem. Sed hodie in regno eſt iuri cõi delegatum per conſtitutiones regni, quib. inductum eſt. vt acta non fiant per aliam perſonam, niſi per notarium creatũ a rege, & ſic in hoc eſt correcta diſpoſitio dicta capit. quoniam contra, vt eſt conſt. quæ incipit, Magiſtri camerari, & ita illam conſtitutionem intelligit ibi Mat. in pen. colu. (quod per eam ſit derogatum iuri cõi. Sed certe ego puto, quod non fuit iſta mens illius conſt. l. velle corrigere d. c. quoniam contra. Nam legum correctio ſemper eſt euitanda, vbi

non apparet expreſſe,l. præcipimus. C de
app. & l ſancimus,C.de teſt. ſed dico,qđ,
potius illa conſt.eſt cõformis cũ iure, cõi,
Nam in cõe ponit duos caſus, ſcilicet, qđ
magr̃ actorum,debet eſſe notarius,ubi ha
beri poteſt, ſed vbi deeſt copia notariorũ,
poſſunt adhiberi duo probi, & idonei viri
ad ſcribendum acta,quorum ſides æquipa
ratur fidei tabellionis. Sed conſtitutio re-
gni prouidit ſolum in vnũ caſum.ſ. quod
magr̃ actorum ſit notarius,& in hoc eſt cõ
formis cum iure cõi,& vltra non progredi
tur corrigendo ius cõe de duobus ſcripto
ribus. Ergo ille ſecundus caſus,tanquam
obmiſſus per regni conſtitutionem debet
remanere in diſpoſitione iuris cõmunis,
l.ſi cum dotem,in prin.ff. ſoluto matrim.
& l.commodiſſime,ff.de liber. & poſth. vt
euitetur legum correctio. Præterea, illa
conſt.non dicit,quod ſiue poſſit haberi co
pia notariorum, ſiue non,ſemper magr̃ a-
ctorum debeat eſſe notarius creatus a re-
ge alias,acta non valeant, merito debet de
clarari & limitari p legem antiq iuris cõis
ſcilicet,quod adhibeatur notarius creatus
a rege,vbi copia notarij haberi poteſt alias
ſufficiant duo ſcriptores priuati viri ido-
nei, ut lex noua diſtinguatur per ueterem
leg.ſed,& poſter.ff.de leg. cum debeat læ-
dere ius cõmune in minus, quã põt.Præte-
rea ius cõmune in hoc fuit cõforme cũ iu-
re gentium,ſecundum, ꝙ in ore duorũ,vel
trium ſtat omne verbium,cap.nouit,de iu.
l.ubi numerus.ff.de teſtibus. Vnde ſatis in
iuſta fuiſſet illa conſt. qñ in defectum no-
tarii uoluiſſet detraheret fidei duorum te-
ſtiũ,quos lex cõis in hoc adhibuit,ut ſcri-
ptores,& teſtes, æquiparando eos fidei no-
tarii, quia uideretur detrahere iurigẽtium
13 † quod ſine cauſa princeps huius ſeculi fa
cere non poteſt,ut plene tradit Fel. c. quæ
in eccl.colu. 2. & colu. 10.& ſeq.de conſt.
Ex quibus rationibus firmo hanc conclu-
ſionem, quod diſpoſitio d.c.quoniam con
tra.non eſt hodie correcta in regno, imò
eſt in viridi obſeruantia. Vnde etiam ho-
die in defectum notarij poſſunt adhiberi
duo ſcriptores.

ADDITIO. Adde quod iſti duo vi-
ri,de quibus per do. Actorem, debent eſ-
ſe idonei,& honeſti, & bonæ famæ,ſecun-
dum Hoſt,& Ioan.And.in d.ca. quoniam
contra,& ibi plene per Pari. nu. 153. de-
bent etiam iuramentum præſtare ſecun-
dum Fel.ibi poſt Bal. & ibi Barb & ibi Pa
ris,& an omnes debeant ſcribere,uel ſuffi-
ciat ſi unus ſcribat,& alter ſubſcribat et cõ
cluditur, quod unus dẽt ſcribere alter ſub-
ſcribere ſecundum Abb.& Pari.& omnes
Doct.in d.c.quoniam contra extra de pro
bat. Pet.Follerius, V.I.D.

14 † Sed iuxta hoc cadit quotidianum du-
bium in multis locis,terris,& ciuitatib. hu
ius regni,eſt quædam antiqua obſeruãtia,
ꝙ in curijs ſolet eſſe vnus actorũ magiſter
priuatus,& non notarius,qui tolerante po
pulo ſcribit acta iudicij, & coram eo par-
tes litigant ſine contradictione aliqua,q̃ro
an acta ſcripta ab iſto faciant publicam fi
dem, ſi forte altera pars uidens ſuccumbe-
re uult uenire ad hoc refugium miſerorũ,
& allegare nullitatem actorum, & proceſ-
ſus ? prout pluries hic caſus mihi euenit in
facto. Et certè nulli eſt dubium quod ſcri
ptor talis nec de iure communi,cum ſit ſo
lus,nec per regni cõſtitutionem, habet pu
blicam fidem,vnde eius acta non valẽt, ſo
lum poſſet eſſe dubium, an ille communis
error populi, qui tenuit eum,vt actorum
magiſtrum faciat ius,iuxta ea,quæ tradun
tur in l.Barbarius,ff.de præt.Super iſto ca-
ſu pro deciſione pono hanc concluſionem
negatiuam,quod talia acta non habeãt pu
blicam fidem, quia iſte eſt caſus expreſ-
ſus contra conſtitutionem regni prędictã,
quæ uult, quod quando magiſter actorum
eſt unus debet eſſe notandus,& conſuetu-
do contraria non poſſet tollere illam con-
ſtitutionem, quia in proœmio conſtitutio
num in fine, imperator tollit omnes con-
ſuetudines,etiam futuras,quæ facerẽt con-
tra illam conſt.ut no. ibi glo. & probatur
in alia conſt.quæ incipit,puritatẽ,vbi man
dat primo ſeruari conſtitutiones regni, &
in defectum earum tunc ſeruentur conſue
tudines,vnde dato, quod populus per con-
ſuetudinem introduxiſſet, ꝙ priuatus ſcri-
ptor poſſit eſſe actorum magiſter, non tñ
potuit derogare conſtitutioni regni. Nec
obſtat, quod communis error facit ius q a
in contrarium eſt ueritas in caſu iſto, ex
quo communis error non poteſt facere
notarium eam,qui non eſt,vnde acta facta
per talem notarium putatiuũ, non valent

ita

Ita plenè cōcludit Iaſ. in d. l. Barbatius, co. 22. ſuper illa q. an inſtrumenta geſta p notarium putatiuum ualeant, & concludit q non, & plures allegat tanto fortius in caſu iſto, ubi populus ſcit eū non eſſe notariū, vnde ceſſat ille communis error, in titulo notarius, nam populus uellet tunc vendicare ſibi auctoritatē regiam, ſcilicet creandi tabelliones & publicas perſonas, quorū & quarum ſcripturis detur plena fides, qd

25 fieri non pōt ubi per Iaſo. † Iſtam concluſionem limito duob. modis. Primo niſi eſſet conſuetudo, cuius initii nō eſſet memoria, quod ſemp in tali loci & ciuitate fuerunt magiſtri actorum priuati, & non reperitur memoria interruptionis huius cōſuetudinis, nam tunc ex quo talis conſuetudo habet uim ſpecialis priuilegij principis, puto quod talia acta facerent plenam fidem ex præſumpto priuilegio principis, per ea, quæ not. Abb. in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de uerbo. ſignifi. Pro hoc ex te. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. & tenet And. de Iſer. in c. imperialem, §. præterea ducatus. colum. penul. in princ. de prob. feu. alie. & per Fed. & in conſtit. ſi dubitatio. col. 3. Nam per tantum tempus cuius initii nō eſt memoria, &c. præſcribūtur omnia regalia, & principi reſeruata, ut tenet idem And. de Iſer. in conſtit. quadragenalem, co. 1. & in c. 1. uer. flumina nauigabilia, col. 2. quæ ſint regalia.

ADDITIO. Adde Alex. ſic concludentem in conſil. 120. in pen. co. in li. 7. Petrus Fol. V.I.D.

26 † Secundo limito, quando duo litigauerunt coram iudice, ubi erat ſcriptor priuatus, & ambo produxerunt ſua iura coram illo priuato actorum magiſtro, & fecerunt pariformiter per illum ſcribi reciprocos actus in iudicio, nulla ipſarum partium diſcrepante, nam ſi in fine cauſæ uellet altera partiū annullare proceſſum, tanquam ſcriptum per nō publicam perſonam, dico qd non debet audiri, quia cenſetur dictū ſcriptorem, & eius fidem approbaſſe, patiēdo ab eo examinari ſuos teſtes, & alia ſua acta ſcribi, unde non poteſt modo illius fidem impugnare, & moueor per ea, quæ plene cumulat Iaſ. in l. 1. §. ædit. colum. 3. & 4. ff. de eden. & idem Iaſ. in l. 1. in princ. colum-

27 na tertia. ff. quodquiſque iur. † ubi plura exempla ponit de eo, qui utitur aliqua ſcriptura inhabili pro ſe, uel approbat aliquā perſonam in aliquo officio, nam non poteſt alterius dictam ſcripturam, uel perſonam in eodem, uel ſimili officio, impugnare, ubi multos Doct. allegat. & ad ibi allegata me remitto. Nec poſſet obſtare, quod priuati uellent creare tabellionem, quia dico, quod non creant, nec officium publicū

28 ſibi uendicant. † Sed ſolum dant fidei uni uiro priuato, quod poteſt fieri per partes. l. Theopompus. & ibi Bart. & Doct. ff. de dot. præleg. & Barto. in leg. Lucius. ff. de fideiuſ. ſicut dicimus etiam in arbitro electo per partes, cui per compromiſſum datur fides, ut ſtetur dicto ipſius. Eodem modo poſſunt partes eligere unum ſcriptorem, cuius ſcriptis habeant dare plenam fidem in earum præiudicium, cum nihil repugnet, nec in aliquo lædatur hic publica utilitas, imò in hoc caſu ſuggerit æquitas illius edicti, quod quiſque iuris, &cæt.

ADDITIO. Adde quod conſenſus partium facit, ut credatur copiæ cui alias non crederetur ſecundum Doc. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Item facit ualiditate probationes, vel atteſtationes inualidas, ſecundū Inn. in c. cum cām, in ult. col. ī prin. in gl. ſua in uerbo præſumptionem. de teſt. per Bal. in l. ſi. C. de teſ. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de ſer. fug. Abb. in c. conſt. in fi. de teſt. Pet. Foll. V.I.D.

Nam eo ipſo, quod ego produco iura mea coram tali ſcriptore, & facio per eum examinari meos teſtes, & ſcribi oīa acta mea in proceſſu, uideor habere hanc intentionem ut illa acta mea faciunt publicam fidē, & proſint mihi ad uictoriam obtinendam contra aduerſarium meum, unde nō poſſum poſtea impugnare proceſſum, quē ſemel approbaui, quia debeo pati, quod ſimiliter acta aduerſarii mei per eundem ſcriptorem recepta, faciant fidem contra me, propter æquitatem dicti edicti, per ea quæ no. Iaſo. in d. leg. 1. & in d. §. æditio-

29 nes. † Sexto requiritur, quod acta reducantur in ſcriptis, niſi cauſæ eſſent breuiores. quia tunc non requiritur ſcriptura per auth. niſi breuiores. & ibi Bar. C. de ſenten. ex breui rec. ita tenet. Abb. in d. cap. quoniam contra in 3. notab. per illum text. &

ibi etiam Fel.de prob.& declarat Anto.de
Bur.in c cum ad ſedem.de reſt.ſpol.
30 † Et ſuper hoc poteſt cadere illud dubiũ,
an acta iudicij poſſint probari per teſtes,&
ſic aliter,quam per ſcripturam Nam ſecũ-
b dum b communem cõcluſionem, acta cu-
riæ non acquirunt teſtes,quia ſine teſtibus
habent publicam fidem.Bar.in l. emanci.
pat.C.de fide inſt.& Bal.in l geſta uer.quæ
31 ro,nunquid acta.&c.C.de re iud † Quod
tamen notabiliter intellige,de actis factis,
coram iudice, ſecus, ſi fiant corã arbitro,
quia non ualent ſine teſtibus, ẽt ſi per no
tarium ſcribantur,ita tenet Alex.in conſi.
13.in 4.col.in 1.uol & conſ.19.col 3.in 4
vol. Quod nota perpetuo,quia poterit an-
nullare multos proceſſus arbitrorum.quia
nunquam,uel raro aduertunt in adhibẽdo
teſtes in eorum actis,unde ad q.incidenter
moram, d co, ꝙ acta poſſunt probari per
teſtes dummodo deponant de tenore ipſo-
rum,tex eſt in l.quoniã,C.de hæret & Bal.
in l.ne in arbitris.col.2.uer.uenio ad uer.ſi
autem,&c. C.de arb.quod tamen intellige,
quando acta requirentia ſcripturam fue-
runt celebrata in ſcriptis,& ſunt deperdita
tũc enim poſſunt probari per teſtes, ſecus,
ſi nunquam fuerũt ſcripta, quia ex quo ua
lent non oportet,ea probari per teſtes. Sed
ſi ſunt talia acta, quæ de neceſſitate non re
quirunt ſcripturã,poſſunt indiſtinctè pro-
bari per teſtes,ita dec. Bal.in d.l.emancip.
& Lanfr.in d.c.quoniam contra,colu.3.&
habetur per Cano.in c. Alb de teſtibus.

ADDITIO. Adde ꝙ contrarium ſerua
tur in actis factis coram arbitris electis, ſe
cundum formam Regiæ prag.inter cõiun
ctos, ut ẽt dicit Alex.in d.conſil.13.& con-
trar ũ uidi ſeruari in quibuslibet arbitris.
32 † Ad unum tamen aduertas, ꝙ cum ubi
de generali conſuetudine,ſolẽt adhiberi te
ſtes in lectura ſentẽtiæ, licet alias nõ requi-
rantur teſtes in actis, tamen in diffinitiuis
ſententiis, poſtquam ex conſuetudine ſo-
lent adhiberi,& conſuetudo eſt optima le-
gum interpres,l.fin. de interpretatione, ff.
de leg.debent omnino adhiberi, alias non
ualerent,ſecundum gl.& Io.de Imo.in c 2.
quoniam contra de prob.& ibi refert & ſe
quitur Lanfr.nu.19.in uerbo probation s,
& de actis coram arbitro uide dom. Bapt.
de San.Bla.in trac.de arb.n.23. ubi plenè.

33 Pe. Fol. V.I.D.† Septimo requiritur,quod
acta ſint ĩ iudicio publicata, nã ante publi
cationẽ non habent publicam fidẽ.l.geſta,
C.de re iud.& Bal.in l.pub.in 5. C.de teſt.
34 † Et dicit Bal in l.in bonæ fidei,col.5.uer
ſi.item quæritur,C. de reb. cred. qđ etiam
ſemiplenè non probant atteſtationes non
35 publicatæ. † Acta.n. non publicata, ſunt
ad inſtar imbreuiaturæ notarij non ſolem-
nis,ut no.gl.& Bar.in l.fide com.§. ff. de
leg. 3. & hoc requiſitum poſſet referri ſo
lum ad atteſtationes. Verum magis com-
munis concluſio eſt in contrarium,ſ.quod
coram eodem iudice,uel ſurrogato in eius
locum acta faciunt fidem,etiam ſine publi
catione,quia alias,ſequeretur,quod nõ ua-
leret ſententia lata obmiſſa publicatione,
cuius contrarium tenet Bar.in l.prolatam.
C. de ſent.& hoc tenet Abb.in cap.cauſam
quæ colu.2. de teſtibus, ubi optimè decla-
rat hanc materiam,& ibi etiam Franc. de
Aret.in 1.& 2.col.
36 † Octauo requiritur,ꝙ acta ſcribantur,&
recipiantur in die non feriato,alias non ua
lent, maxime ſi eſt dies feriatas ad honorẽ
Dei,l.ſi.C.de fer.& c.ſi. de fer. ſunt tamen
multi actus,qui poſſunt celebrari die feria
to,qui ſignantur pro fallentiis ad hanc re-
gulam.
37 † Et primo limita,non procedere in porre
ctione libelli, quia poteſt offerri, & recipi
in die feriato ẽt ad honorem Dei, l. miles,
§.ſexaginta,ff.de adul.& idẽ in libello app.
l.1.& ibi Bal.C.de fer.& no.Bart in l.2.ff.
ſi quis in ius uoc.non ie. Et uide,quæ dixi
ſupra in c.1.de lib.oblat.in hac 6 par. ubi
38 tractaui plene de ueritate huius dicti.† ſe-
cundo limita, in executione faciẽda cõtra
latronem inſignẽ, quia poteſt mitti ad fur
cas,etiam in die feriato,l. prouinciarum &
ibi Bar.& Bal.C.de fer.
39 † Tertio limita,in omnib.actis uoluntariç
iuriſdictionis,quia poſſunt exerceri die fe-
riato prout eſt emancipare,adoptare,tuto-
res dare, & inſtrumenta ac teſtamenta con
ficere,& alia ſimilia,ita tenet Spe.in tit.de
fer.§.ſequitur,uer.quid ſi ĩ feriis,&c.& uer.
porro,& Ab.in c conqueſtus.col 5. de fer.
40 & eſt tex.in l.actus.C.de fer † Quarto limi
ta,nõ procedere in examinatione teſtium,
quia pñt examinari in die feriato ad hono
rẽ Dei, dũmodo iurauerint in die non fe-
riato

riato, glo. eſt in cle. 1. de off. deleg. & eſt ri-
tus magnæ curiæ in nu. 47. incip. item. qđ
ſi detur, &c. & diei ſupra, in uerſ. teſtiũ pro
doctio & tenet Spec. in titu. de fer. §. ſequi-
tur, uer ſi quod ſi tunc teſtis, &c.
41 † Quinto limita, in omnibus actis piis,
& requirentibus celeritatem, de quibus, in
42 l. 1. & 2. ff. de fer. † An autem decretum in
alienatione rerum minoris poſſit interpo
ni die feriata, dic quod, non ſecundũ spec.
in d. §. ſequitur, in fi.
43 † ſexto limita e in captura debitoris ſuſpe
c cti de fuga qui pōt capi, ẽt in die feriato ad
honorẽ Dei gl. eſt ſingularis in l. fi. C. đ fe.
& Alber. & communiter Doct. in l. ſi feria
tis. ff. de feri. & Bal. in c. fi. extra de fer. & Ia
ſo. in l. 2. col. 6. in prin. ff. de iur. om. iu.
44 † ſeptimo limita, in confeſſione partis,
quia poteſt recipi in iudicio, etiam in die fe
riato, ſecundum Bal. in marg. in uerbo, fe-
riæ, uerſ. ult. & Inn. in c ultra 3. de teſtibus.
45 † Octauo limita, quando iuriſdictio iudi
cis eſſet tempore peritura quia tunc poteſt
procedere tempore feriato ad honorem
Dei, & hominum, ſecundum Abb. in c. fi.
col. fi. de iu. & spe. in tit. de fer. §. ſequitur,
uerſ. pen.
46 † Nono limita, in curia principis, quia in
eã procedi pōt die feriato, ut tenet Spe. in
47 tit. de fer. §. 1. uer. eſt autem. † Decimo limi
ta in ſentẽtia excōmunicationis, quæ pōt
ferri die feriato ſecundũ Spe. in tit. de fer.
§. ſequitur, uer. porro, & Fed. de ſen. conſi.
48 11. † Vndecimo limita, in cauſis carcerato-
rum, quia in eis procedi poteſt die feriato,
l. diuus, & ibi Alc. & Doct. ff. de fer. & habe
tur in l. cuſtodias, ff. de publ. iuſt.
49 † Duodecimo generaliter limita, hodie in
regno, quo ad ferias meſſiũ, & uindemiarũ
quia omnes actus iudiciarii poſſunt in tali
bus feriis expediri, ex quo in regno de con
ſuetudine ſunt ſublatæ, & non ſeruantur,
gl. eſt in conſtit. regni, quæ incipit, baiulos
50 omnes. † Nono principaliter requiritur ꝙ
acta fiant de die, & non de nocte, c. conſul
uit, & ibi gl. & Abb. in fi. col. de off. deleg.
& præſertim ſententia non poteſt ferri de
nocte, ut no Doc. in l. non minorem. C. de
tranſ. Quid autem ſi extaret cōſuetudo cō
traria, in quibus caſibus ualeãt acta de no
cte, uide Iaſ. in d. l. non minorem, & Fel. in
51 d. c. conſuluit, col. antepen. † Decimo prin
cipaliter requiritur ꝓ ualidatione actorũ
qđ in eis ſingulis inferatur locus, dies, &
meſis & annus, in quo celebrantur, tex. eſt
in c. quoniam contra, & ibi in gl uerſ. tẽpo
ra, de prob. et habetur in c. Abb. te ſane, cir
52 ca fi. de re iud. lib. 6. † Sed iuxta hoc poſſet
cadere dubium, quid ſi ſunt facta acta ali-
cuius proceſſus, & poſtea perditur proceſſus
adeo quod eſt neceſſe facere acta de nouo
deinde celebratus nouis actis reperitur pri
mus proceſſus, cui eſt danda fides, an creda
tur primis, uel ſecundis actis, dic, ꝙ ſi non
dum eſt lata ſententia ſuper ſecundo pro-
ceſſu, creditur primo tantum, & non ſecũ
do, & ſecundum prima acta debet ferri ſẽ
tetia. Secus ſi eſſet ſententiatum ſuper ſecũ
dis actis, antequam eſſent inuenta prima,
ita tenet And. de Iſer. in conſt. cordi nobis.
Venio. Ad 3. quæſtionem principalem ſci
53 cet † qualiter ſunt edenda acta, ſuper qua
firmo non nullas concluſiones ueras & cō
munes. Et prima concluſio generalis eſt
d ꝙ d omnia acta iudicialia, ſiue cauſæ ciui-
lis, ſiue criminalis, debent edi litigantibus
petentibus, l 2. cum ſua materia C. de edẽ.
in tm̃, ꝙ ſi nō edantur, poteſt appellari, le.
2. C. ut lite pen. & e perpetuus ac fide inſti.
Probatur ẽt in l. 2. §. edẽda. ff. de eden. ea ꝓ-
ſertim ratione attenta, quia actus iudicia-
rius eo ipſo, ꝙ factus eſt, cẽſetur cōmunis
alteri parti, & ideo pōt petere copiã, ut ſu-
pra dixi, & hr̃ in d. §. edẽda & § editiones
& ibi nota. eod. tit. Item is, qui iudice man
dante non uult. acta edere, præſumitur in
dolo, ſcđm Al. in l. ubi ff de eden. pro hoc
eſt tex. in l. non poteſt dolo. ff. de regu. iur.
54 † Poteſt etiam aſſignari ratio, quia editio
actorum eſt ſpecies defenſionis. Patet, quia
fit ad effectum, ut petens poſſit deliberare
ſi uelit cedere an contendere, l. i. in prin. ff.
de eden. & auth. offeratur. C. de litis cō te.
Item fit ad effectum ueritatis inueſtigan-
dę, ut dicit tex. in d. l. is apud, quem nã ha-
bita copia facilius poteſt quis reſponderi
confitendo uel obiiciẽdo, & ſic merita cau
ſarum partium aſſertione panduntur. l. fi.
C. ſi per uim uel alio modo, unde iudex po
terit de ueritate cauſæ facilius iudicare, &
ipſam ueritatem inquirere uiſis allegatio-
55 nibus, utriuſque partis. † Limita hanc con
cluſionem, dũ modo talis editio ſint iudi-
cis mandante, alias ſine mandato iudicis

non tenetur notarius actorum edere acta, ſed m Bal. in d. l. is, apud quē. col. 2. in prin. per illum tex. in uer. iubebit ubi etiā Paul.
56 de Caſt. C. de ed. † Secundo limita, non ꝓcedere in atteſtationibus teſtium, quæ ante publicationē edi. non debent patri, ſed debent eſſe ſecretæ penes iudicē, & actorū notarium, timore ſubornationis, gl. eſt in d. l. is apud quem per illū text. ſed in quint. l. C. de ed. & ibi Bal. hoc expreſſe tenet in 2. col. uer. uenio ad quintam, & ē per §. qa
57 uero in auth. de teſta. † Tertio limita, in interrogatoriis teſtium quę licet ſint de actis non tamen debent edi alteri parti ad euitā dum ſubornationem teſtium, ut no. Abb. & Doct. in c. per tuas de teſt. & Alex. in d. l.
58 is apud quē. † Quarto limita, in allegationibus iuris, quæ licet ſint in actis ꝓductæ tamen non debent edi. alteri parti, ex quo fiunt ad meram inſtructionem iudicis ita tenet Inno. in d. c. per tuas, de teſt. & Alex. in auth. iubemus, C. de iud. contrarium tamen tenuit Iaſ. in d. l. is apud quem col. 2. & in d. l. 1. §. editi. ff. de ed. & ratio eſt ſed m eū, quia poſtq̄ allegationes ſunt regiſtratæ in actis, ſunt effectæ communes, unde debent edi, ſicut alia communia, ſed Mat. de Affl. Doc. Neap. in conſt. ſi dam. col. 12. tenet primam partē, ſcilicet, ꝙ nō datur copia allegationū, & dicit quod hoc iure utimur. Ego puto eſſe diſtinguēdum. Aut is qui producit allegationes, facit ſcribi eis præſentatam, & facit ille regiſtrari in actis & tunc teneo opi. Iaſ. ꝙ edi debent, p d. §. edenda. Aut non præſentat illas in modū actorum proceſſu, ſed dat illas in manica iudicis, ad meram iudicis inſtructionē & non uult, ꝙ ſint de actis & tunc procedat alias opi. ſ. ꝙ non edātur, & quotidie uideo ſeruari in practica, quia tunc pars non pōt petere copiam ex quo non ſunt affectæ cōmunes, cum ſint productæ extra ꝓceſſum unde finita cauſa, poteſt producens illas ſibi retaccipere, quia de neceſſitate nō debet in ꝓceſſu remanere, cū nō ſint de proceſſu
59 † Quinto limita, dummodo offeratur ſalariū actorum magiſtro, alias ſine mercede non tenetur edere acta tex. in l. argentarius in prin. & ibi cōiter Docto. ff. de eden.
60 † Sexto limita, in e nominibus teſtium, in iudicio productorum. & examinandorum quia ante eorum publicationē nō tenetur pars, quæ uult aliquos teſtes examinare, edere nomina eorum alteri parti ne ſubducantur, uel ſubornentur, ſed ſoli iudici nominare tenetur, ita tenet Spe. in ti. de teſte § qualiter, uer. poſt hoc & Ale. in l. 1. §. edi.
61 col pen ff. de eden. † Secunda principalis concluſio in hac q. eſt, quod acta publica iudici debēt edi indiſtincte cuicūque ſuū intereſſe prætendenti, etiam ſi ad eius inſtantiam, non ſunt iſta acta celebrata, licet ſecus ſi inſtrumento, ita tenet Ale. in d. l. is apud quem, C. de ed. & Bar. & Mod. in l. 1. §. editiones. ff. de ed. & Ang. in § præcepta
62 in auth de def ciui. † Tertia concluſio eſt quod acta debent edi ſumptibus petentis regulariter, ſecundū Car. in cle. cauſam, in 22. q. de el. & per Doct. in d. l. is apud quem
63 † Fallit in copia libelli primi, quæ dēt dari ſumptibus actoris, ut eſt gl. in l. 2. in uer. oblatos, de app. & Card. in cl. ſępe. in prin. in 17. q. de uer. ſig. & eſt regia prag. quæ incipit, comparente.
64 † Quarta concluſio eſt quod acta originalia nullo modo debent edi parti. nec iudici appellationis, ſed tātū copia actorum edēda eſt, & ib per omnes Doct. in c. quoniam contra. de prob. & gl. Bar. & Doct. in l. eos. § ſuper his, C. de ap. & habetur in regia pragm. quę incipit cōcluſionem, ubi imponitur pęna falſi notario edenti originalem proceſſum.
65 † Quinta cōcluſio eſt, quod acta dēnt ædi cum die, & conſulē loco, & tempore, ut d. c. quoniam contra, & ibi glo. in uerſi. tempora, & ibi communiter Docto. ponun. & no. Bal. & Doct in l. 2. C. de eden & Alexa. in l. 1. ff. edi. colum. 2 ff. de eden. De practica autem, qualiter ſit facienda iſta editio per notarium uide Spec. in tit. de inſt. edi. §. poſt quam. in fi. uer poſtremo & de multis aliis in materia editionis uide plene per Fuly. in cap. 1. de prob. & per Bar. & Mod. in d. l. is apud quem. C. de eden. ubi eſt propria materia.
66 † Sexta concluſio eſt, quod acta debent edi toties quoties quis petit ſibi edi etiam millies ſiue amiſerit prima acta edita ſiue non. Et in hoc differt iſta editio ab editione inſtrumenti, quæ non fit niſi probetur amiſſio, ita tenet Pau. de Ca. in lege ueluti, § hæc vox & ibi communiter Doct. ff. de eden. & Ale. in l. 2. C. eo. titu. illud autē quod dixi de editione inſtrumēti intelligas, quando inſtrumentum cōtinet,

tale quod dependet ex uoluntate duorum, ſecus ſi dependet ex voluntate unius, ſ. ex petentis æditionem, quia millies poteſt peti, ut edatur, ſiue ſit amiſſum, ſiue non & ſine aliqua auctoritate iudicis, ita tenet Spe. in tit. de inſtr. edi. §. poſtquam, ver. 1. & verſi. ſed nunquid. Bald. in l. ne caſu, C. de diſcuſ. li. 10. & Ale. & Doct. in d. §. hęc uox, & Iaſ. in l. ſi quis, §. prætor ait, in 5. not. ff. de eden. per hoc eſt tex. in l. unum, ff. de teſta. & in l. Sempronius proculo, ff. de leg. 4. & l. fi. ff. de his quæ in teſt. delent. Rob. Mar. V. I. D.

ADDITIONES.

a Parte præſente Marſi. ſing. 81. Caſſad. deci. 1. nu. 1. de excep. pedemontan. deciſ. 1. nu. 46. verſ. poterit.

b Communem. De hac communi uideas Viuii in trac com. opi. in 1. par. opi. 345. teſtes non requiruntur.

c In captura. Supra in 16 di. in uer. ualidum uel inualidum 4. par. prin. nu. 92.

d Omnia acta Duen. li. 1. reg. utr. iur, reg. 54 acta omnia, Bello li. 2. ſupput. iur. c. 12.

e Nominibus teſtium. Pro hac opi. Pyrrhus Alfanus in l. 1. nu. 44. C. de eden. contra per Veſtri. in praxi Rom. Cur. lib. 6. c. 2. nu. 18. Rom. ſing. 266. Ludouicus Alferius.

De proceſſus publicatione.

1 *Publicatio proceſſus, quare & qualiter fiat & qui ſit effectus eius, & an ſit de ordine iudicij.*

2 *Decretum primum præambulum eſt ad ſecundum.*

3 *Publicatio proceſſus fit ipſo iure in regno, eo ipſo quod labitur terminus probatorius.*

4 *Publicatio obmiſſa uel facta die feriato non uitiat proceſſum.*

5 *Publicatio facta de uoluntate partium, non ualidas depoſitiones teſtium non rite examinatorum.*

6 *Delegatus, cui commiſſa eſt teſtium receptio, non poteſt illorum atteſtationes publicare.*

7 *Publicatio non requiritur, quando teſtes utraq. parte præſente ſunt examinati, ſed ſolum quando in ſecreto.*

8 *Publicatio ſolum poteſt fieri in atteſtationibus unius partis quando citius expedita fuerunt, & poſtea alterius.*

VNdecimus actus, qui ſucceſſiue emer-
1 git in iudicio eſt † publicatio proceſ-
ſus, nam elapſo termino probatorio ſiue
ſint productæ probationes, ſiue nõ, poteſt
altera partium inſtare, ut fiat publicatio in
cauſa, & fit ad effectum, ut partes poſſunt
recipere copiam examinis teſtium ex tũc
in antea. Item fit ut ſeruetur ordo iudicii,
quia publicatio eſt de ordine, ſecundum
Bar. in l. prolatam, C. de ſen. Item per eam
datur maius robur atteſtationis, ut hẽtur
in l. geſta, & ibi per Bal. & doc. C. de re iud.
& per Can. in c. cauſam quæ de teſtibus, &
Bar. in l. ſola, C. de teſt. eſt. n. ordo præam-
bulus ad concluſionem in cauſa, quæ po-
2 ſtea ſequitur, † ſicut dicimus de primo de-
creto, quod eſt præambulum ad ſcđm, ut tra
dunt Mod. in l. iubere, cauere, ff. de iuriſc.
om. iud. & Bar. in l. ſi finita, §. Iulian. ff. de
dam. infec. Fit autem iſta publicatio par-
tibus præſentibus, vel altera parte citata,
& contumace, alias non ualet ex quo pars
per eam poteſt lædi per regulam l. de uno
quoque, ff. de re iud. Notarius ergo actorũ
de mandato iudicis ſcribit in proceſſu, die
tali, & cæt. facta eſt publicatio in præſenti
cauſa, ſeu proceſſu, præſentib. partibus, vel
altera parte abſente citata tamen, ac relata
&c. ita hæc omnia declarat Bald. d. l. geſta,
col. 1. uer. quæro qualiter, & c. & ex tunc cẽ
ſetur præcluſa uia producendorum teſtiũ,
niſi in caſibus, quos ponit Bar. in auth. at
qui ſemel, C. de prob. & Abb. & doc. in ca.
fraternitatis, de teſt.
3 † Hodie autem in regno fit publicatio ip-
ſo iure eo ipſo, q labitur terminus proba-
torius ſiue ſint teſtes examinati, ſiue non,
niſi pars infra quatuor dies poſt lapſum
termini probauerit aliquod iuſtum impe-
dimentum, quia debeat allegare, q publi-
catio habetur pro non facta, ob tale impe
dimentum, &c. De hoc eſt regia prag. quæ
incipit curſu dilationum, in prin. unde lap
ſo termino non oportet petere publica-
tionem fieri, ſed inſtare, ut declaret ipſam
eſſe factam ipſo iure.
4 † An autẽ poſſit obmitti iſta publicatio,
& ſi procedatur ad ulteriora ea non facta,
an ualeat proceſſus. Communis concluſio
eſt, q ſic, ita plene tenent Abb. & Fely. in
cap. cum I. & A. de re iud. & Bar. in l. prola
tum, C. de ſent. & Pet. Phi. Cor. in conſilio
102.

102.col.fi.in litera R in 1.uo. Plus ét dicit Pet. Phi. Cor. ib. d. quod etiam ſi publicatio ſit in die feriato, non per hoc uitiatur proceſſus tanto magis hodie in regno per iura municipalia ſæpius allegata, ſub ſublata omnia ſubſtantialia iudiciorum iuris poſitiui, & ſic poteſt ſine dubio obmitti publicatio, imo nunquam poteſt dici obmiſſa, ex quo ſemper tacite fit ipſo iure q d.prag.

5 † Quid autem, ſi teſtes in proceſſu fuerunt non rite recepti, deinde ſunt publicati *a* de conſenſu utriuſque partis, an per hoc ualidetur eorum depoſitio, dic q nō, ita tenet Bal. in auth. ſi quis in aliquo, col. 1. uer. iuxta primam rationem, &c. C. de eden. & tenet Inn. in c. ſignificauit, &c. cum cauſam de teſt. quod nota, quia prima facie quilibet diceret contrarium, ſicut dicimus in exemplo publicato de communi conſenſu, & facit fidem, ſecundū Bal. ib. d. ſed in teſtibus eſt contrarium.

6 † Sed quæritur, pone quod iudex commiſit, ſeu delegauit alicui teſtium receptionē, & examinationem, an ipſe idem obligatus poſſit eos publicare, dic quod non, ſed debet examen clauſum remittere ad delegantem, & corā ipſo delegante fiet publicatio, ſecundum Bar. in l. cum ab initio circa fi. ff. quemad. teſt. ap.

7 † Requiritur autē iſta publicatio, quando teſtes ſunt recepti in ſecreto ſecus, ſi utraque parte præſente, prout ſolent quandoque iudices ſummarim cognoſcendo, tunc non requiritur alia publicatio, ſecundum *Bal.* in aut. ſi quis in aliquo, col 3. in fi. uerſi. ſed aduerſe, &c. C de eden. Reliqua de materia publicationis teſtium, uide per Specu. in tit. de teſte. §. ſatis utiliter per totum.

8 † Quid autem, ſi citius ſint expeditæ examinationes teſtium unius partis, quam alterius, an poſſit peti fieri publicationem quo ad illas tantum, & poſtea cōpletis aliis fiat iterum alia publicatio in aliis, dic q ſic, de hoc eſt ritus magnæ curiæ in nu. 90. inci. Item ſeruat ipſa curia, q ſi examinationes &c. licet in fine illius ritus dicatur, quod iſta non ſunt in uſu. Rob. Ma. Ven. V. I. D.

ADDITIONES.

a De conſenſu. De conſenſu uero partium atteſtationes ipſorum licet inualidæ poſſunt conualidari. Dec. lib. 1. reg utr. iu. reg. 23 Ludouicus Alfetius.

De incidenti criminali, contra aduerſarium quid falſo producentem.

1 *Criminale incidens utrum, & qualiter poſſit exerceri iudicio ciuili Quod reducitur ad practicam prout in nu. 3.*

2 *Teſtis punitur de falſo a iudice, coram quo falſum depoſuit.*

3 *Clericus falſum deponens coram iudice Laico non poteſt per eum puniri.*

4 *Clericus etiam de mandato ſui epiſcopi non poteſt puniri neque torqueri per iudicem laicum.*

5 *Laicus criminatus qui coram iudice eccleſiaſtico falſum depoſuit, per iudicē eccleſiaſticum, & ſecularem puniri poteſt.*

Dvodecimus actus, quæ ſucceſſiue e-

1 mergit in iudiciis eſt, † quia plerūq. facta publicatione, & recepta copia pceſſus, altera partium aduertit in proceſſu eſſe aliquam falſitatem in teſtib. uel ſcripturis, & vult aduerſarium accuſare de falſo vtrum, & qualiter poſſit iſtud iudicium criminale exerceri in iudicio ciuili, uideam⁹, & certe iſta accuſatio poteſt obiici, lite pēdente, ut habetur in l. nullum, C. de teſt. & per Abb. & Io. de Ana. in c 1. de fal. & Bal. & Doc. in l. fi. C. de fide inſtrum. & eſt ritus magnæ curiæ in nu. 195. inci. item ſeruat. dicta curia non concedere, &c. Verum, ſi

a quæris an faciat *a* ſuperſederi in cā principaliter intentata dic, ſi quæſtio falſi mouetur contra teſtes, proceditur interim in cā, ſecus ſi mouetur contra principalem, qui teſtes, uel ſcripturam falſam produxit ita tenet Bald. in d. l. fin. circa fi. & Bal. in l. fi. ſi quis teſtibus, col. 2. in fi. uerſi. quero poſſitio, &c. C. de teſt de qua materia uide aliqua per Mat. de affl. in conſti. ſi ciuiliter agens, co. pen. & fi. ubi allegat quandam nouellam conſt. regis Cathol.

2 † Et poteſt tunc teſtis falſus *b* puniri per iudicem, coram quo depoſuit, etiam ſi alias eſſet ſuus in competens iudex, quia ratione ſuæ falſæ depoſitionis efficitur de eius foro, ut l. nullum. & ibi Bald. & Saly. & habetur in d. c. 1. de cri. fal.

3 † Et hoc autem inole

inoleuit practica, quod facta publicatione in cauſa, pars quæ vult aduerſarium accuſare de falſo, ſolet ipſum interrogari facere ſi vult vti teſt bus, & ſcriptura per eum productis, & ille dicit, quod ſic poteſt tunc accuſare, & falſitatem probare, qua probata punitur ad amiſſionem cauſæ, & eſt regia prag. quæ incipit, teſtem falſum, ultra quã pœnam punitur etiam pœna falſi, ut ibi dicitur, & probatur etiam in l. ſi fraudem. §. quoties, ff de iure fiſci. Dicta autẽ interrogatio fit ad effectum, ut ſi aduerſarius dicit ſe uelle uti, non poſſit poſtea renunciare teſtibus inf. 8. dies poſt publicationem, & euitari pœnam, ut dicitur in d. prag. & de hac materia qualiter debeat fieri reſponſio ad iſtam interrogationẽ, uidelicet, ſimpliciter uel conditionale tractaui in deciſ. 189 conſi. Neap & dixi de inſtrumẽto productione, ſupra in octauo actu. verſi. quid aũt, ſi producatur inſtrumentũ falſum &c.

4 † Sed quid ſi fuit productus *c* clericus in teſtem coram iudice laico, & falſum deponit,
c an te poſſit puniri per iudicem laicum? Bal. in d. l. nullum, tenet quod ſic. Sed magis communis opi. eſt in contrarium per ca. ſi diligenti de foro compet. nam ſi clericus deliquit coram iudice eccleſiaſtico nõ ſuo uerum eſt, quod poteſt per eũ puniri ſecus per ſecularem, ita tenet Inn. Io. And. & Anto. de But. in ca. uerum, de foro compet. & Io. de Anan. in d. ca. 1. de cri. fal. & habetur.

5 in dec. 2 o conſi. Neap. † Iudex enim ſecularis non poteſt imponere manum in clericum, cauſa puniendi, etiam de mandato ſui epiſcopi adeo quod etiam ſi epiſcopus mandaret iudici laico, quod clericum torqueret, vel uerberaret, non poſſet hoc facere. ſed capere tantum poteſt ex ſuo mandato, ſ. epiſcopi, & remittere eum epiſcopo. Ita tenet Io. de Anan. in c. 2. col 2. in fi. de cri fal & Pet. de Anch. in cap. uniuerſitatis,

6 in fi. de ſent. ex comm. † Quid autem econtra? pone quod laicus fuit examinatus coram iudice eccleſiaſtico, & falsũ depoſuit, an poſſit puniri per iudicem eccleſiaſticũ, & ſecularem? dic, quod poteſt per utrumq. iudicem puniri, & habet locum præuẽtio, iudicis, coram quo prius accuſatur, procedit contra eum, ita habetur in deciſ. 219. conſi. Neap. ubi plures allegantur, Et etiã plus dicitur, quod dato quod laicus procedat contra talem teſtem. & punit eum, poteſt nihilominus etiam iudex eccleſiaſticus procedere, & punire eum pœna eccleſiaſtica per ea, quæ habentur in c. felicis, de pœnis, lib. 6. & in alijs locis ibi allegatis.

Rob. Mar. Venu. V. I. D.

ADDITIONES.

a Superſederi. Vide Rolan. a Vallẽ conſ. 13. per totum li. 1. Ploт. & Grau. in conſil. 73. & 74. in 2. Th. conſi etiam diuerſ. doct. Capic. dec. 27. Afflict dec. 133. & 129. Declara ut ſup. in 20. diſt. 4. par. prin. nu. 50.

b Puniri. Soc. reg. 428. Abb. & Dec. in c. prætерea, de offic. deleg. Couar. prac. qq. cap 19. nu. 7 uſque ad fi. Afflict. deciſ. 219 in foro Archiepiſcopi Alferi. diſputat. 1. in 2. par. num. 201.

c Clericus Capic. dec. 5. nu 15. Soc. reg. 428. teſtis. laté Viui. de communi opi. in ſecunda par. opi. 47. clericus productus.

Ludouicus Alferius.

De teſtium repulſa, Et quæ, quot ve ſint ad eorum vſum neceſſaria. Et quibus illa contingat.

1 *Repulſa teſtium qualiter & quando petatur & quis terminus detur ad eam, & quid de repulſa.*

2 *Repulſa teſtium fit contra perſonas uel cõtra dicta, & ut concedatur altero de trib. requiſitis maxime proteſtatio.*

3 *Repulſa contra teſtes debet crimina in ſpecie continere, nec ſufficit probare in genere quod quis ſit criminoſus.*

4 *Teſtis deponens in fauorem partis aduerſæ, non facit fidem quando fuit contra eum proteſtata cauſa ipſum repulſandi.*

5 *Repulſam petens et non probans ſaltem ſemiplene punitur ad 10 tarenos Idem ſi producit articulos impertinentes.*

6 *Teſtes debent citari, & etiam examinari infra terminum datum ad repulſam, & eo lapſo admittuntur.*

7 *Repulſa teſtium dicitur odioſa.*

8 *Repulſa teſtium an poſſit ſimul fieri in primis capitulis cauſæ principalis.*

9 *Repulſa non fit contra ſcripturas ſed ſolum contra teſtes.*

10 Pro-

10 *Producens teſtem pro ſe. non poteſt illum reprobare etiam in alia cauſa.*

11 *Producens teſtem poteſt illum, repulſare ſi ſu peruenirent cauſæ.*

12 *Producens teſtem poteſt illum, quo ad eiusdi cta repulſare.*

13 *Repulſa an. & quando admittatur in cauſa appellationis.*

14 *Repulſa an admittatur in cā attentatorum*

15 *Repulſam opponens & non probans contra teſtes, an teneatur iniuriarum.*

16 *Repulſa non permittitur in teſtibus per producentem approbatis.*

17 *Repulſa nō cōceditur in crimine laſa maieſt.*

18 *Repulſa non admittitur in cauſa blaſphemia Dei.*

19 *Repulſa in cauſis ſumarijs ubi ſemiplene probationes ſufficiunt admittitur.*

TErtius decimus actus, qui ſucceſſiuè
emergit in iudicio eſt repulſa teſtiũ.
1 † Nam facta publicatione proceſſus, ſi ali-
qua partium habet teſtes contrarios, qui
valde vrgent contra eam, poteſt in iudicio
petere terminum ad repulſam, qui termi-
nus conceditur per iudicem, & eſt medie-
tas primi termini probatorii, ut deciditur
per regiam prag. curſu dilationum, & peti-
tur iſte terminus immediate poſt lapſos o-
cto dies, conceſſos per dictam prag. ad per-
cũctandum proceſſum, quo termino dato
ad repulſam elapſo, ipſo iure cẽſetur publi-
catum in cauſa repulſæ. Sic diximus ſupra
de publicatione in cā principali. Et facta
dicta publicatione, ſi altera pars uidet ſe
grauari p dictã repulſam, i. quia ſui teſtes
fuerunt reprobati, poteſt petere nouum ter
minum ad repulſam repulſæ, & datur ſibi
medietas termini dati ad repulſam, & ela-
pſo hoc termino, ſic publicatio ſuper iſta
repulſa repulſæ, & ulterius nō datur alia re
pulſa, ne procedatur in infinitũ, ita hęc oĩa
habẽt in d. prag. curſu dilationum. Pro ali
quali tamen introductione iuuenũ, ad hãc
materiã formo tres q. Prima erit, qualiter
debeat fieri iſta repulſa teſtium. Secunda,
an poſſit quis reprobare teſtes per eum pro
ductos. Tertia erit, an teſtes poſſunt repul
ſari in cā appellationis, qui non fuerunt re-
2 probati in cauſa principali. † Ad primam
q. eſt ſciendum q̃ repulſa fit altero de duo-
bus modis, uidelicet, uno modo contra per
ſonas, alio modo contra dicta teſtiũ. Item
præſuppono, quod repulſa non conceditur
petenti, niſi concurrat alterum de tribus re
quiſitis, quæ traduntur in cap. præſentium.
de teſtibus. Primum eſt, quod ante publica
tionem ſit proteſtatus ſe velle reprobare te
ſtes, & ex hoc inoleuit in practica, qua quo
tidie vtũtur procuratores, vt tempore quo
comparent uiſuri iuramentum teſtium, p
teſtentur contra perſonas teſtium, & dicen
dam per eos, non tamen nego quin quãdo
cunq. in alio actu ante publicationẽ poſ-
ſit fieri dicta proteſtatio, ut d. c. præſentiũ
de teſtibus uide Franc. de Aret. de ueritate
huius dicti. Hoc tamen intellige, quando
teſtis habet aliquem defectũ, per quem re-
probatur fauorem ipſius reprobantis, quia
tunc requiritur proteſtatio, alias uidetur
cõſentire, & teſtem approbare. Secus, ſi de
fectus eſſet in odium ipſius teſtis, ut quia
eſſet excommunicatus uel bannitus, quia
tunc etiam ſine proteſtatione poteſt repul
ſari, ita declarat *Bal.* in l. ſi quis teſtibus. co
lu. 2. in fi. uerſ. dubitauit hic, &c. C. de teſt.
licet ſubdat, quòd cauti aduocati ſemper
interponunt dictam proteſtationẽ eo mo-
do quo ſupra. Secundum requiſitum eſt,
quando probat, quod poſt publicationem
habuit notitiam de defectibus, & exceptio
nibus contra teſtes idem ſi forte fuiſſet ab
ſens tempore receptionis teſtium, uſque ad
duplicationem ſecũdum Bal. in d. l. ſi quis
de teſt. verſ. dubitatur hic, circa fi. & no. gl.
& Bal. in l. laudabilem. C. de aduoc. diuer.
iud. Tertium requiſitum eſt, quando non
fuit proteſtatus, & iurat ſe nõ petere repul-
ſam ex malitia, alias ſibi nõ conceditur, ut
in d. c. præſentiũ, de teſt. ubi iſta tradũtur.
3 † Reuertor nunc ad primum modũ repul-
ſandi, ſcilicet contra perſonas teſtium, quo
caſu non ſufficit allegare crimina in gene-
re, dicẽdo qualiter ſunt homines malæ ui-
tæ fures, adulteri, vel quid ſimile ſed eſt ne-
ceſſe, quod crimina opponantur in ſpecie,
puta quod fecerunt tale crimẽ, tale furtum
uel ſimile ita tenet *Bar.* in l. teſtium. §. lege
Iul. ff. de teſt. & *Bal.* in authen. ſi dicatur. in
fi. C. de teſt. & *Bar.* in l. 1. in fi. C. de teſt. pro
hoc eſt tex. in cap. præſentium. §. teſtes, de
teſt. lib. 7. & ſimiliter, quando vult quis re-
pulſare dicta teſtium debet in ſpecie obii-
cere, quod ſunt falſarii, quia falſum depo-
ſuerunt

fuerunt ob talem rationem, & in tali loco examinis Itē, q̄ ſunt varii in eorū dictis in tali loco examinis,&c. iuxta l.q. falſa aut auria.ff.de teſt.& no.per Bar.in l. eos.ff. de fal. Itē q̄a ſūt ſingulares,iuxta no per Bal. plenè in l.teſtiū.C.de teſt. itē quia nō deponant de ſenſu proprio,iuxta not.per Alex. & Mod.in l.1.ff.ſi cer.pet.& dixi ſupra de teſtium pro luctione, & ſic de alijs ſimilib. Pars uero cōtraria eod. tpe facit articulos cōprobatorios,probando q̄ ſunt hoīes bonæ uitæ,& emēdatæ, & quod per trienniū perſeuerauerunt in eorum bonis morib.& emendatione, quo caſu per tm̄ tp̄s præſumūtur boni,& emendati.tex.et ibi Ang. in fi.auth.de monachis. [illegible] articulare, quod non ſunt uarij, ſed reducibiles ad concordiā iuxta no.per Alex. & Doct. in l.1.creditum.§.ff.ſi cer.pet. & Fel.in ca. cū tuæ.&c.in noſtra,& ibi gloſſ.de teſt. & Bar.in l.Gallus.§ ille caſus.ff. de li.& poſt. & ſic patet ex prædictis, quando repulſantur teſtes,quo ad perſonas, & quando quo ad dicta.

4 † Vnum tamē ſcias, quod illa proteſtatio, quæ fit contra teſtes habet vnum mirabilem effectum,qui eſt talis,videlicet, quod ſi contingat teſtes deponere aliquid in fauorem alterius partis proteſtantis, nō faciunt fidem in eius fauorem, & ratio eſt, quia per dictam proteſtationem cenſetur declarare ſe nolle eis fidem adhibere, ita de hoc eſt tex. in d.c.præſentiū.in fi.de teſti. ubi hoc expreſſe tenet.Fel.in ult.not.quod eſt menti tenendum, quia quotidie in ſingulis cauſis fiūt iſte proteſtationes, & pauci aduertunt,nam ex hoc poſſunt eſſe damnoſæ,proteſtantibus, unde caueant procuratores,ne paſſim faciant iſtas proteſtationes,niſi quando omnino ſunt certi, quod volunt teſtes repulſare. De cuius tamen dicti declaratione,& ueritate, uide omnino. Franc.de Are.in d.c præſentium, colu.antepe.& pen

5 † Ad euitandas tñ malitias petentium repulſas, eſt in regno prodita una regi pra.quæ incipit,crimina,quę irrogāt pęnam 10.tarenorum opponenti crimina contra teſtes, ſi illa non prob uerit ſaltem ſemiplene,uel p famā publicā, & ſimiliter ſi quis ſub colore repulſę,pducit,nouos articulos impertinentes,q poſt publicationē pduci nō poterāt obſtātibus regulis traditis i aut.at q ſemel. & ibi per Bar.C.de pb. punitur pro quolibet articulo impertinēti productio in cauſa repulſæ ad 5.tarenos,ſi fuerit principalis, ſed procurator punitur duplicata pęna,ut eſt alia prag. quæ incipit contingit ſæpe,&c.

6 † Super hac repulſa eſt ſciendum,quod teſtes debent citari, & etiā examinari infra terminum datū ad repulſam alias elapſo termino nō admittuntur ut eſt ritus magnæ curiæ,num.156. qui incipit,itē quod facta,&c.& eſt ratio,

7 † quia repulſa eſt odioſa eſt reſtringēda,& dilationes in ea conceduntur cum grandi cauſæ cognitione,ſecundum Abb.in c.licet dilectus.in fi.de teſt.licet ſecus ſit in cauſa principali ubi nō uiget tale odium, quia teſtes citati, & iurati, infra terminum poſſunt examinari poſt terminū, ut dixi ſupra in uerſicu.dilatio,cir.fin. & in uerſic.teſtium productio.

8 † Quid autem ſi quis in primis ar.uellet repulſare teſtes & facere ſuas probationes ſimul cum repulſa an poſſet? Dic quod non quia ſunt articuli impertinētes tunc,unde nō admittuntur, niſi poſt publicationem,niſi uellet quis repulſare ex cauſa inimicitiæ, quia poſt ante publicationē & non ex alia cauſa, de hoc eſt alius ritus magnæ curiæ,nume.155.qui incipit, item ſeruat ipſa curia,quod in exceptionibus.

9 † Fuit autem introducta repulſa ſolum cōtra teſtes ſed contra ſcripturas non conceditur,ſed bene datur facultas parti accuſādi utentem falſis ſcripturis,vt dixi ſupra in actu præcedenti, & de hoc eſt alius magnæ curiæ.nu. 165.incipiens,item, ſeruat dicta curia non concedere, &c.

10 † Ad ſecundam q. principalem dico,quod communis concluſio eſt quod producens teſtem pro ſe nō poteſt illum reprobare, quia per productionem cenſetur approbatus, unde non auditur uolendo illum repulſare, tanquã in ſ. bi ipſi notarius,text. eſt, & ibi Bald. in l.ſi quis teſtibus C. de teſt.& in c. de teſt.& ibi Ab.& Fel.extra,de teſt.& Lud. Ro. in cōſ. 104.in fi.& Lanf. in c. quoniam contra,in uerſic.teſtium nouū nō obmitto, & c. de probat.& Bar.in conſ.92.col pen.& Iaſ.in l.1.§.editiones colum.3. in fi. uerſi.adde, fortius,&c. ff. de eden. & ubi hoc ampliat etiam ſi producatur poſtea contra eum in alia cauſa,& pro alia cauſa,& per aliam perſonam.ita tenet Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de teſte.§.ſæpe, uerſi. quid ſi produxit &c.

10 *Producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare etiam in alia cauſa.*

11 *Producens teſtem poteſt illum, repulſare ſi ſuperuenirent cauſæ.*

12 *Producens teſtem poteſt illum, quo ad eiusdé cta repulſare.*

13 *Repulſa an, & quando admittatur in cauſa appellationis.*

14 *Repulſa an admittatur in cã attentatorum*

15 *Repulſam opponens & non probans contra teſtes, an teneatur iniuriarum.*

16 *Repulſa non permittitur in teſtibus per producentem approbatis.*

17 *Repulſa nõ cõceditur in crimine læſa maieſt.*

18 *Repulſa non admittitur in cauſa blaſphemia Dei.*

19 *Repulſa in cauſis ſumarijs ubi ſemiplenæ probationes ſufficiunt admittitur.*

TErtius decimus actus, qui ſucceſſiuè emergit in iudicio eſt repulſa teſtiũ.
1 † Nam facta publicatione proceſſus, ſi aliqua partium habet teſtes contrarios, qui valde vrgent contra eam, poteſt in iudicio petere terminum ad repulſam, qui terminus conceditur per iudicem, & eſt medietas primi termini probatorii, ut deciditur per regiam prag. curſu dilationum, & petitur iſte terminus immediatè poſt lapſos octo dies, conceſſos per dictam prag. ad percũctandum proceſſum, quo termino dato ad repulſam elapſo, ipſo iure cẽletur publicatum in cauſa repulſæ. Sic diximus ſupra de publicatione in cã principali. Et facta dicta publicatione, ſi altera pars uidet ſe grauari p dictã repulſam, i. quia ſui teſtes fuerunt reprobati, poteſt petere nouum terminum ad repulſam repulſæ, & datur ſibi medietas termini dati ad repulſam, & elapſo hoc termino, ſic publicatio ſuper iſta repulſa repulſæ, & ulterius nõ datur alia repulſa, ne procedatur in infinitũ, ita hęc oĩa habẽt in d. prag. curſu dilationum. Pro ali quali tamen introductione iuuenũ, ad hãc materiã formo tres q. Prima erit, qualiter debeat fieri iſta repulſa teſtium. Secunda, an poſſit quis reprobare teſtes per eum productos. Tertia erit, an teſtes poſſunt repulſari in cã appellationis, qui non fuerunt re-
2 probati in cauſa principali. † Ad primam q. eſt ſciendum q̃ repulſa fit altero de duobus modis, uidelicet uno modo contra perſonas, alio modo contra dicta teſtiũ. Item præſuppono, quod repulſa non conceditur petenti, niſi concurrat alterum de tribus requiſitis, quæ traduntur in cap. præſentium. de teſtibus. Primum eſt, quod ante publicationem ſit proteſtatus ſe velle reprobare teſtes, & ex hoc inoleuit in practica, qua quotidie vtũtur procuratores, vt tempore quo comparent uiſuri iuramentum teſtium, p teſtentur contra perſonas teſtium, & dicendam per eos, non tamen nego quin quãdocunq. in alio actu ante publicationẽ poſſit fieri dicta proteſtatio, ut d. c. præſentiũ de teſtibus uide Franc. de *Aret.* de ueritate huius dicti. Hoc tamen intellige, quando teſtis habet aliquem defectũ, per quem reprobatur fauorem ipſius reprobantis, quia tunc requiritur proteſtatio, alias uidetur cõſentire, & teſtem approbare. Secus, ſi defectus eſſet in odium ipſius teſtis, ut quia eſſet excommunicatus uel bannitus, quia tunc etiam ſine proteſtatione poteſt repulſari, ita declarat *Bal.* in l. ſi quis teſtibus. colu. 2. in fi. uerſ. dubitauit hic, &c. C. de teſt. licet ſubdat, quòd cauti aduocati ſemper interponunt dictam proteſtationẽ eo modo quo ſupra. Secundum requiſitum eſt, quando probat, quod poſt publicationem habuit notitiam de defectibus, & exceptionibus contra teſtes idem ſi forte fuiſſet abſens tempore receptionis teſtium, uſque ad duplicationem ſecũdum Bal. in d. l. ſi quis de teſt. verſ. dubitatur hic, circa fi. & no. gl. & Bal. in l. laudabilem. C. de aduoc. diuer. iud. Tertium requiſitum eſt, quando non fuit proteſtatus, & iurat ſe nõ petere repulſam ex malitia, alias ſibi nõ conceditur, ut in d. c. præſentiũ, de teſt. ubi iſta tradũtur.
3 † Reuertor nunc ad primum modũ repulſandi, ſcilicet contra perſonas teſtium, quo caſu non ſufficit allegare crimina in genere, dicẽdo qualiter ſunt homines malæ uitæ fures, adulteri, vel quid ſimile ſed eſt neceſſe, quod crimina opponantur in ſpecie, puta quod fecerunt tale crimẽ, tale furtum uel ſimile ita tenet *Bar.* in l. teſtium. §. lege Iul. ff. de teſt. & *Bal.* in authen. ſi dicatur. in fi. C. de teſt. & *Bar.* in l. 1. in fi. C. de teſt. pro hoc eſt tex. in cap. præſentium. §. teſtes, de teſt. lib. 7. & ſimiliter, quando vult quis repulſare dicta teſtium debet in ſpecie obiicere, quod ſunt falſarii, quia falſum depo-

ſuerunt

fuerunt ob talem rationem, & in tali loco examinis Itē, q̄ ſunt varii in eorū dictis in tali loco examinis,&c. iuxta l.q. falſa aut auria.ff.de teſt.& no.per Bar.in l. eos.ff. de fal. Itē q̄ ſūt ſingulares,iuxta no per Bal. plenè in l.teſtiū.C.de teſt. itē quia nō deponunt de ſenſu proprio,iuxta not.per Alex. & Mod.in l.1.ff.ſi cer.pet.& dixi ſupra de teſtium productione,& ſic de alijs ſimilib. Pars uero cōtraria eod. tpe facit articulos cōprobatorios,probando q̄ ſunt hoīes bonæ uitæ,& emēdatæ, & quod per trienniū perſeuerauerunt in eorum bonis morib.& emendatione, quo caſu per tm̄ tp̄s præſumūtur boni,& emendati.tex. [illegible] ibi Ang. in ſi. auth.de monachis. [illegible] articulare, quod non ſunt uarij, ſed reducibiles ad concordiā iuxta no.per Alex. & Doct. in l.2.creditum.§.ff.ſi cer.pet. & Fel.in ca. cū tuæ.&c.in noſtra,& ibi gloſſ.de teſt. & Bar.in l. Gallus.§ ille caſus.ff. de li.& poſt. & ſic patet ex prædictis, quando repulſantur teſtes,quo ad perſonas, & quando quo ad dicta.

4 † Vnum tamē ſcias, quod illa proteſtatio, quæ fit contra teſtes habet vnum mirabilem effectum,qui eſt talis,videlicet, quod ſi contingat teſtes deponere aliquid in fauorem alterius partis proteſtantis, nō faciunt fidem in eius fauorem, & ratio eſt, quia per dictam proteſtationem cenſetur declarare ſe nolle eis fidem adhibere, ita de hoc eſt tex. in d.c.præſentiū.in ſi.de teſti. ubi hoc expreſſe tenet. Fel.in ult.not.quod eſt menti tenendum, quia quotidie in ſingulis cauſis fiūt iſte proteſtationes, & pauci aduertunt,nam ex hoc poſſunt eſſe damnoſæ,proteſtantibus, unde caueant procuratores,ne paſſim faciant iſtas proteſtationes,niſi quando omnino ſunt certi, quod volunt teſtes repulſare. De cuius tamen dicti declaratione,& ueritate, uide omnino. Franc.de Are.in d.c præſentium, colu.antepe.& pen

5 † Ad euitandas tn̄ malitias petentium repulſas, eſt in regno prodita una regi pra. quæ incipit,crimina,quę irrogāt penam 10.tarenorum opponenti crimina contra teſtes, ſi illa non probauerit ſaltem ſemiplene,uel p famā publicā, & ſimiliter ſi quis ſub colore repulſę, pducit,nouos articulos impertinentes,q poſt publicationē pduci nō poterāt obſtātibus regulis traditis i aut.at q ſemel. & ibi per Bar.C.de pb. punitur pro quolibet articulo impertinēti producto in cauſa repulſæ ad 5.tarenos,ſi fuerit principalis, ſed procurator punitur duplicata pęna,ut eſt alia prag quæ incipit

6 contingit ſæpe,&c.† Super hac repulſa eſt ſciendum,quod teſtes debent citari, & etiā examinari infra terminum datū ad repulſam alias elapſo termino nō admittuntur ut eſt ritus magnæ curiæ,num.156. qui in

7 cipit,itē quod facta,&c.& eſt ratio, † quia repulſa eſt odioſa eſt reſtringēda,& dilationes in ea conceduntur cum grandi cauſæ cognitione,ſecundum Abb.in c. licet dilectus.in ſi.de teſt.licet ſecus ſit in cauſa principali ubi nō uiget tale odium, quia teſtes citati, & iurati, infra terminum poſſunt examinari poteſt terminū, ut dixi ſupra in uerſicu.dilatio,cir.fin. & in uerſic.teſtium

8 productio.† Quid autem ſi quis in primis ar.uellet repulſare teſtes & facere ſuas probationes ſimul cum repulſa an poſſet? Dic quod non quia ſunt articuli impertinētes tunc,unde nō admittuntur, niſi poſt publicationem,niſi uellet quis repulſare ex cauſa inimicitiæ, quia poſt ante publicationē & non ex alia cauſa, de hoc eſt alius ritus magnæ curiæ,nume.155.qui incipit, item ſeruat ipſa curia,quod in exceptionibus.

9 † Fuit autem introducta repulſa ſolum cōtra teſtes ſed contra ſcripturas non conceditur,ſed bene datur facultas parti accuſādi utentem falſis ſcripturis,vt dixi ſupra in actu præcedenti, & de hoc eſt alius magnæ curiæ.nu. 165.incipiens,item, ſeruat dicta

10 curia non concedere, &c.† Ad ſecundam q. principalem dico,quod communis concluſio eſt quod producens teſtem pro ſe nō poteſt illum reprobare, quia per productionem cenſetur approbatus, unde non auditur uolendo illum repulſare, tanquam ſibi ipſi notarius,text. eſt,& ibi Bald. in l.ſi quis teſtibus C. de teſt.& in c. de teſt.& ibi Ab.& Fel.extra,de teſt.& Lud. Ro. in cōſ. 104.in ſi.& Lanf. in c. quoniam contra,in uerſic.teſtium nouū nō obmitto, & c. de probat.& Bar.in conſ.92.col.pen.& Iaſ.in l.1.§.editiones colum.3. in ſi. uerſi.adde, fortius,&c. ff. de eden. & ubi hoc ampliat etiam ſi producatur poſtea contra eum in alia cauſa,& pro alia cauſa,& per aliam perſonam,ita tenet Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de teſte.§.ſæpe, uerſi. quid ſi produxit

&c.

&c. Et cẽſetur approbatus teſtis per ſolam productionem licet alias producens eo nõ utatur ſecundum Fel. in d. ca. præſentium, colum. 3. & uerſi. habet locum, &c. de teſt. & hanc opin. tenet Ioan. And. in d. §. ſæpe, verſ. ſed quid ſi eum, &c. licet Spec. ubi ali-
11 ter diſtinguat. † Limita tamen hoc. quando poſt productionẽ naſceretur noua cauſa, puta quia ſuperuenirẽt inimicitiæ, quia poteſt repulſari ex noua cauſa, ut eſt tex. in
12 l. ſi quis teſt. C. de teſtib. † Secundo limita quo, ad repulſam perſonarum procedere iſtud, ſecus quo ad repulſam dictorum per teſtes, quia poteſt producens reprobare teſtes, quo ad eorum dicta, puta probãdo, ꝙ falſum depoſuerunt, ita tenet Abb. in d. ca. præſentium, colum. 3. & 4. fateor tamẽ, ꝙ ſi facta publicatione producens taceret, & non reprobaret dicta teſtium cenſeretur approbaſſe, & ita poſſet procedere dictum Lud. Rom. in conſi. 114. in fin. ubi uidetur
13 contrariari huic dicto Abb. † Ad tertiã q. principalem reſpondeo. quod iſta q decciditur per And. de Iſer. in conſt. iuriſperitorũ, vbi tenet, quod in cauſa appellationis non admittitur repulſa, niſi ex ſola cauſa falſitatis, & ita ſeruatur in regno, unde quilibet litigator uitaut reprobare teſtes in ca. princ pali, quia poſtea non admittitur in cauſa appellationis, niſi uellet eos redarguere de falſo. Verũ ego reſtringo iſtud dictũ ꝓcedere in teſtib. iã examinatis in cauſa principali, ſecus eſt, ſi quis nouos teſtes produxit in cauſa appellationis, quia puto quod aduerſarius poteſt illos reprobare, ex quo nõ potuerũt repulſari in cauſa principali, quia non fuerant producti, arguendo
14 a ratione ceſſante. † Quid autem in cauſa ãttentatorum, an admittatur repulſa? vide
15 dec. 351. conſ. Neap. † Et quid ſi opponẽs crimina contra teſtes nõ probat, an teneatur actione iniuriarũ ipſis teſtibus, & quid ſi fuerit proteſtatus, quod non animo iniuriandi, &c. uide unum pulchrum cõſ. Soc.
16 in conſ. 118. col. 3. & 4. in 1. uol. † Vltimo ex 2. q. præcedenti poteſt colligi una limitatio ad regulã, quæ ſe habet, quod repulſa teſtium eſt regulariter permiſſa, nam tallit inteſt approbatis per producentem, ut ibi fuit dictum, & not. Car. in cle. ſi. in fi. de
17 teſt. † Secundo limita, in cauſa criminis læſæ maieſt. nam in ea non habet locum repulſa teſtium, l. famoſi, & in quæſtionibus
18 & ibi Bar. ff. ad l. Iul. maieſt. † Tertio limita, in cauſa blaſphemiæ Dei, quia non admittitur repulſa, quia hæc æquiparatur crimine læſæ maieſ. ita tenet Par. in trac. ſyn.
19 in uerſ. eõdem. col 4. in fi. † Quarto limita in cauſis ſummariis ubi ſufficiunt ſemiplene probationes, quia nõ admittitur in eis a repulſa, ut no. Ab. in c. uenientes, el 2 col. 5. in prin. de teſt. & ibi etiam Fel. in 6. col de cuius dicti ueritate, uide Fr. & Are. in d. c. ueniens, col. 9 ubi diſtinguit. Rob. Mar.

ADDITIO.

a Repulſ[illegible] hic Foller. in prac. crim. laico, in 2. par. 2. par. in uer. concedatur repulſa. Ludouicus Alterius.

De quæſtione, quę duplici nomine admittitur. In quibus locum illa habeat. Ex quo ordine ad eam perueniatur.

1 *Tortura quandoque datur ad pœnã. quãdoque ad ueritatem eruendam n. 4.*
2 *Tortura ad pænam eſt meri imperij.*
3 *Banna facta ab officialibus ſub torturę pœna an valeant.*
5 *Tortura pro quib. criminib irrogari poteſt.*
6 *Tortura irrogari poteſt teſtib. uacillantib. tam in cauſa ciuili quam in criminali.*
7 *Tortura an poſſit irrogari in crimine uſurarum.*
8 *Tortura an poſſit in cã appellationis irrogari.*
9 *Tortura quãdoq; datur ad emendã ſolã reſponſionẽ affirmat nam uel negatiuã. & tunc ad eam deueniatur ſine iudicij s.*
10 *Proceſſus criminalis qualiter. & quo ordine debet a iudice fabricari, ut poſſit ad torturam deueniri.*
11 *Iudex habens aliunde plenas probationes, peccat mortaliter torquendo reum.*
12 *Tortura intẽta eſt ad veritatem inueſtigãdam ob defectum probationum. (debet.*
13 *Tortus in mẽbris corporis, leſionem nõ pati*
14 *Iudices cauti clã interponat decretũ de torquẽdo reũ, ne detur materia appellãdi.*
15 *Confeſſio in tortura ratificari debet extra tormenta. cum breui termino producendum defenſione. (ſiſtente.*
16 *Inditia purgata sũt, reo in tortura nõ con-*

Quar-

QVartuſdecimus actus qui ſucceſſiuè emergit in iudicijs,eſt tortura,† quę
2 datur ad duplicem effectum, quandoque enim datur ad pœnam, & quandoque ad veritatem eruendam. De primo caſu non eſt materia noſtra, quia illa eſt potius executio ſententiæ, nam datur tortura ad pœnam in omnibus criminibus, in quibus eſt pœna arbitraria, in quibus permittitur iudici acriter uerberare in corpus iuxta l. ſi.ff.de iniu.& in quam pluribus alijs legibus iuris ciuilis hoc cauetur,ut no.Bart.& Mod.in l imperiũ,ff.de iur.om.iu.& Bart. in l.interdum.§.qui fure.ff.de fur. & in l. cum ſeruus,ff.de cond.ob cauſam in quib.
3 locis dicit Barto. ꝙ tunc † tortura eſt meri imperij ex quo irrogatur pro pœna criminis. ‡ poteſt ẽt poni exemplum in bannis officialium,ut in plurimum faciunt bãna, ꝙ nullus ambulet de nocte, uel portet arma,ad pœnam,quatuor tractuum cordæ, quæ banna, qñ fiant per iſtos officiales inferiores non habentes poteſtatẽ ſtatuendi non ualent,quia non poſſunt alterare pœnas legales,ita declarat Paris in tract.ſyn. uerſi.tortura,in c.an in cã pecuniaria,&c. Solum ergo iſta banna ualerent in criminibus,in quib.eſſet pœna arbitraria ut ſupra dixi, quia poteſt iudex tunc ex ſuo ar
4 bitrio eligere iſtam pœnam.† De ſecundo effectu haberemus nos tractare, l. qñ irrogatur ad ueritatem eruendam,& quia hæc eſt materia multum prolixa, & in multis li.& tractatib uẽtilata,nam plene eam tra
a ctat. Paris in d.uer.tortura, & Ang.de Are. in trac.male in uer.fama pub &c.& Gan. in trac.malef.in ti.de queſtionib & tormẽtis & Fran Bennus in ſuo ſolemni tract de indicijs & tortura,& Cæpo. in quam pluribus ſuis cõſ.& nouiſſime tractatur ſatis copioſe per ſublimis ingenij Mod. Hippolitum de Marſ.in ſua lec.ſuper tit. ff q.adeo ꝙ ſi uellemus hic ponere tractatum ſuo,ordine,non eſſet aliquid addendum, ſed ſolũ tranſcribendum. ꝙ putaui ſuperuacuum, ideo quantum ad hunc trac.pro ſola remiſſione contẽtus ad loca præalegata, ſolum pro introductione inuentum ad actũ practicæ,tangam duas breues quæſtio. Et prima erit in quib. cauſis habet locum, & poteſt irrogari tortura.Secũda erit,quo ordine ſit deueniendum ad torturam.

5 † Ad primam q.dico.ꝙ tortura qñque datur principali,quandoque teſtibus, primo caſu,quãdo datur principali ad ueritatem eruendam irrogatur ſolum in cauſis criminalibus irrogantibus pœnam ultra relegationem,& non in alijs criminib.& ita ſeruatur in regno prout de hoc eſt cap regni ꝙ incipit,tormenta,& aliud,quod incipit, ſi iuſte, põt etiam de iure irrogari tortura in cauſis ciuilib.habentibus crimen annexum,ut eſt tex.& ibi Ab.in c grauis depoſiti,& tenet Soc.in conſi. 219. in 2.uol.in cauſis aũt mere ciuilib. non deuenitur ad torturã,quia in illis ſuccedit regula actore nõ probante,&c.l.qui accuſ.C.de eden. &
6 c.ſi.de iureiu.† Secundo caſu,qñ ſumus in teſtib poſſunt torqueri teſtes tã in cauſa ciuili,quam criminali,quando uariãt, ſeu uacillent pp ſuſpicionẽ falſi,ut in auth.de teſt.§.ſi uero ignoti,& no.Bal.in l.præsbyteri,col.1.C.de epiſ.& cler.& Bar.in l.1.§. qui q.ff.de q.& Ale. in conſi.63.in 1.uol. & Cæp.in conſi.60.& And.de Iſer. in conſti.ſi dãna claud.& Bal in l.milites C.de q
7 † An autem in crimine uſurarũ poſſit irrogari tortura,uide Soc.tenẽtem,ꝙ ſic in
8 conſ.219.in fi.in 2.uo. † quid in cã appellationis,an poſſit irrogari tortura ? vide
9 Io.de Ana.in cõſi. .in fi.† Scias tamen ꝙ quandoque poterit irrogari tortura nõ ad eruendam ueritatem, ſed ad eruendam ſo
b lam b reſponſionem affirmatiuam,uel negatiuam,& tunc datur ſine alijs iudicijs,ut qñ accuſatus uel inquiſitus nõ uult rñdere iudici ſuper accuſatione uel inquiſitione, põt torqueri ad hoc,ut reſpondeat,ita tenet Bald.in l.accuſationem,in 3.col.C.q acc. non poſ.& ipſum ſequitur Par. in tra.ſyn. in uer.tortura,in c.ſequitur,quo,&c in fi.
34 cuſ. † Octauo quæro, quid de ſnĩa quæ fertur in iudicio intentatio ſecundũ formã, l. diffamari. C. de ing. & man. Dic, quod ſi lis non conteſtatur, puta quia citatus cui ſtatuitur terminus ad agendum, non agit intra terminum, quo caſu iudex imponit ſibi ſilentium perpetuum tunc talis ſententia eſt interlocutoria, ſecus ſi comparet, & litẽ conteſtatur quia tunc eſſet diffinitiua ita tenet. Bal. & Sal. in d. l. diffamari, & Phil. in d. c. cum ceſſante, col. fi.

35 † Nono quæro, quid de ſentẽtia lata in poſſeſſorio. Fel. in c. conſultationib. de off. dele. in 3. col. tenet, ꝙ non eſt uera diffinitiua, nec uera interlocutoria, ſed quaſi diffinitiua, unde uidetur ponere tertiã ſpẽm ſnĩæ. Sed quia ego dixi ſupra quod omnes ſententiæ de modo poſſunt reducere ad illam bimembrem diſtinctionem, quam feci propterea in hoc puto. ꝙ melius loquit. Phi. in d. c. cum ceſſante, col. pen. uerſi. 2 1. ubi d. c. 1, & iſta eſt ueritas, quando principaliter agitur poſſeſſorio, & ſuper eo lis cõteſtatur, talis ſententia quæ fertur ſuper eo eſt mere diffinitiua, quia diffinit cãm poſſeſſorij principaliter intentatã non obſtante, ꝙ ſuper peritorio poſſet reuocari, q2 illud eſſet nouum iudicium ſed quando poſſeſſorium redoceretur incidenter tunc eſt interlocutoria, & ita tenet etiam Car. Ale. in d. cum ceſſante, col. 7. ver. habetis etiam, &c.

36 † Decimo quæro, an condemnatio ex penſarum dicatur interlocutoria uel diffinitiua? Communis concluſio eſt, quod ſi fiat in proceſſu cauſæ ante ſententiã diffinitiuam, eſt interlocutoria, ſecus ſi fiat una cum ſententia diffinitiua, quia tunc cenſetur pars ſentẽtiæ diffinitiuæ, ita tenet Phil. in d. c. cum ceſſante, col. antep. uer. 17. de appel. & Ang. in l. qui agnitis. ff. de excep. Fel. in rub. de rei iud. col. 9.

37 † Ex hoc ſequitur notabilis cõcluſio ꝙ illa, quæ fertur ante diffinitiuã, põt reuocari

quando

quandocunque, ſicut quælibet alia interlocutoria, ſed illa, quæ fertur ſimul cum diffinitiua non poteſt reuocari et eadem die, ſicut nec diffinitiua ſecundum Phi. in d. ca. cum ceſſante, col. 9. uerſ. vndecimo limita, &c. & col. antep. uer. 17.

38 † Imo ſi iudex interlocutoria obmiſiſſet condemnationem expenſarum, poteſt illã facere quandocunque uſque ad ſententiam diffinitiuam, et ad inſtãtiam partis, ex quo ante diffinitiuã ſemper durat eius officiũ, Secus, ſi obmiſit condemnationem expenſarum in diffinitiua quia nõ poteſt illã adere, niſi eadem die ut habetur in l. Paulus ff. de re iud. ita not. tenet. Ab. in c. ſæpe in fin. ſequendo Inn. ibi de app. & Pau. de Caſt. in l. ſancimus, C. de iud. & Phi. in d. c. ſæpe col. 14. uerſ. 8. quæritur, &c. vbi ita limitat. l. terminatio. C. de fr. & lit. expen. & ita dẽt intelligi q tenet Bal. in l. patris, & filij, in fi.

39 ff. de vulg. & pupill. † Vndecimo quæro, quid de ſententia lata ſuper exceptione peremptoria: dic q ſi quidem iudex pronunciat eam admittendam, uel non admittendam, eſt interlocutoria, ex quo ſperat aliam ſententiam poſt ſe, ſi vero, pronunciet, vtrũ obſtet exceptio vel non, & tunc ſi quidem pronunciet eam non obſtare, eſt interlocutoria, quia ſperat aliam ſentẽtiam poſt ſe ſi uero pronũciet, eam obſtare, & eius contẽplatione imponit ſilentium actori, uel reũ abſoluit, tunc eſt diffinitiua, ita declarat Fel. in rub. de re iud. in 7. col.

40 † Duodecimo quæro, quid de ſententia excommunicationis? dic quod eſt interlocutoria, ũt no. gl. & doct. in ſumma 2. q. 1. & Fel. in d. rub. de re iud. col. 9. vbi idem dicit de ſententia interdicti, quod eſt interlocutoria, idem tenet Bald. in l. 1. C. de poſt. & Bal. in add. Spe. in tit. de ſen. col. 3. uerſ. ſententia excom. &c.

41 † Quod poteſt corroborari, quia excõicatio ab homine non poteſt irrogari ad pœnã delicti diffinitiuæ, niſi ſolũ pro cõtumacia, ut declarat Phi. in c. qua frõte, in 2. no. &c. reprehenſibilis, in 1. & 2. not. de app. ergo eſt interlocutoria quia uenit incidẽter ob contumaciã ſicut dicimus de banno, & mulcta. Multos alios caſus dubios, in quib. põt dubitari, an aliqua pronũciatio ſit diffinitiua, uel interlocutorie, uide cumulatos pleniſſime per Bal. in add. Spe. in ti. de ſent. & per Phi. & Car. in d. c. cũ ceſſante, & Fel. in rub. de re iud. Ego tñ voluit iſtos 12. caſus declarare per has 12. tanquã magis dubitabiles, & quotidianos. † Vltimo, ſuper

42 iſta 1. q. prin. quæro ex quib cognoſci poſſit, quando interlocutoria habet uim diffinitiuæ, & qñ non dic q ex multis cognoſcitur, quæ declarabo per ſingulas cõclutiones quas modo ſubijciam. Prima igitur cõcluſio eſt, quod oĩs interlocutoria, quæ nõ ſperat aliam ſñiam poſt ſe dr hre vim diffinitiuæ, quia uſ facere effectum quem facit diffinitiua, quia imponit finem illi inſtantiæ, ita declarat Phil. in d. c. cum ceſſante, col. 4. & ibi etiã An. de But. Imo & Abb. de app. & Bart. in leg. quod iuſſit. ff. de re iud. Exemplum põt eſſe de ſñia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. Item de illa, per quã pronũciatur appellationem eſſe deſertam. Item de præcepto de ſoluendo. Item de ſecundo decreto. Item de ſententia mulctę

43 de alijs ſimilibus. † Secunda concluſio eſt, omnes interlocutoria per quam finitur officium iudicis dicitur habere uim diffinitiuæ, ſecundum Bar. in d. l. quod iuſſit, põt eſſe exemplum, quando iudex pronunciat ſe eſſe incompetentem, ut colligitur ex dictis Ale. in d. l. quod iuſſit, col. 7. ver. 12.

44 † Tertia concluſio eſt. Omnis interlocutoria, quæ diffinit unum articulum ſubſtãtialẽ cauſę principalis, dicitur habere uim diffinitiuæ, gl. eſt in cl. ſi. in gl. 1. in fi. de ap. & in cle. 1. de cau. poſſ. & proprie. & Bal. in l. 1. C. qñ prou. non eſt neceſſe, & Ale. in l. 5. col. 2. ff. de uerb. obl.

Pro hoc eſt text. in leg. intra utile. ff. de min. ut quãdo, minor petit reſtõnem in integrum, & iudex pronunciat ſuper ætate, ſcilicet eum non eſſe minorem, nam tacite excluditur reſtitutione petita, & ſic deciditur articulus ſubſtantialis cauſæ. & hoc tenet in ſpecie Alex. in rub. ff. de re iud. in fi. colum. Poſſes hanc cõcluſionem exemplificare infinitis caſibus, ut quando repellitur exceptio peremptoria, uel admittitur, ut in d. cle. ſi. Item qñ iudex nollet admittere aliquas probationes, ſine quibus producens illas, non poſſet obtinere, & ſic de

45 alijs ſimilibus. † Quarta concluſio eſt. Omnis interlocutoria continens, aliquid dari, uel fieri, habet uim diffinitiuæ, ſecundum Bart. in l. nec quidquam, §. ubi decretum,

tum,in prin.ff.de off.proc. Et adde prædictis,quod ſicut reperit interlocutoria hñs vim diffinitiuæ,ita etiam reperitur diffinitiua hñs vim interlocutoriæ. Exemplũ ponit Bal.in l.cum & minores,colu.2.C.ſi aduer.rem iud. vt quando iudex pronunciat
46 male appellatum.† An aũt indiſtincte non poſſint reuocari interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ,dic q illæ, quæ non ſperãt aliam ſententiã poſt ſe, non poſſunt reuocari,aliæ vero, quæ dãtur in medio proceſſus,quæ ſperant diffinitiuã poſt ſe, reuocari poſſunt ita declarat Ale.in l.quod iuſſit col.5. de re iud.& ita intelligas, id quod dixi ſupra in 6.q Et ex his remanet expedita prima q.principalis.
47 Secundo principaliter quæro † qualiter ſententia ferri debet,& quid debet continere ad hoc,ut ualeat, dic quod multas requiruntur. Primo, enim debet continere nomen iudicis proferentis,& dicat.an ſit ordinarius,uel delegatus,item nomina litigantium,item tenorem primæ petitionis ſuper qua fundatum eſt iudicium. Item debet facere mentionem de ſubſtãtialib. proceſſus puta,uiſa litis cõteſtatione,iuro calumniæ teſtiũ depoſitionibus,& aliis proceſſus meritis, &c.itẽ,debet cõtinere abſolutionem uel condemnationem. Item, q feratur partibus præſentibus,uel abſentib. per contumaciam & hoc ultimum ſolet ſcribi in litera lata per notariũ actorum,ita tenet Spe. in tit.de ſente.§.qualiter,in fi.item ſententia debet recitari in ſcriptis,& de ſcriptis recitatione,ut ſupra dixi. & habere in le.1.& l.fi.& ibi Bar.& Doc.de ſen.ex peri.reci.& in conſt.& ab o[?]nibus, & fuit dictum in
48 q.præcedenti,in 8.differentia.† Item,debet iudex ſedere pro tribunali alias non ualet ſententia ſecundum Bart. & Bald in d.le.1.de
49 ſen.ex peti.rec p.† Item debet ipſe iudex legere ſententiam, non autem poteſt aliũ mandare lectionem ſententię,niſi ſit perſona illuſtris,uel epiſcopus,ut not.Specu. in tit.de ſen.§.ſequitur in prin.& Ale.in rub. ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ. col pen. & eſt tex.in c.fi.de re iud li.6.& hr̃ in d.conſt. ab omnibus,& ibi per Matthæ la 1 colu.
50 † An aũt requiratur,quod iudex exprimat cauſam,qua mouetur ĩ ſententia, dic quod regulariter non requiritur, unde ualet ſententia,etiam ſine expreſſione cauſæ, poteſt tamen illam apponere,ſi vult text.eſt,& ibi Abb.& Docto.in c.ſicut de re iud.fallit tñ in nonnullis caſibus.quos ponit Ab. in d. capit.ſicut in ultimo notabili. et ibi uide.
51 † Item ferri debet q cauſa cognita,alias nõ ualet,ut hr̃ in l.probata.C.de ſen.& ĩ l.nec quidquam,§.vbi decretum.ff.de offic.pro-
52 conſ.† Ego autem pro clariori intelligentia & ut faciã magis ordinatum cõpendiũ intendo prædicta,& quam plura alia requiſita ad ualiditatem ſñiæ, examinare per quatuor cauſas. Sicut.n. ſecundũ philoſophos in oĩ actu humano, ut plurimũ conſiderantur quatuor cãæ, uidelicet cauſa efficiens,materialis,formalis,& finalis, prout alias in iudicio conſideraui illas in prin.huius operis, ita etiam dico q in ſñia debet concurrere iſtæ quatuor cauſæ,ita quod ap-
53 pareant,ex prolatione ipſius.† Primo igitur debet eſſe in ſententia,cauſa efficiens, & hoc eſt, q dixi ſupra in 1.requiſito, ſcilicet quod ſententia debet continere nomen iudicis,nam ipſe iudex eſt cauſæ efficiens, quia in ipſe componit ſententiã,& intereſſe producit,& debet exprimere,an ſit ordinarius,uel delegatus,ut no. spe.in d.§.qua-
54 liter,in fi.†quia ſi iudex ignorat fundamẽtum ſuæ poteſtatis,non ualet ſententia, ut not.Bar.in l multum.ff.de cond.& dem.& in le.2.ff.de iud.& in leg hæc autem,ff. ex quibus cau.in poſſ.ea.et Abb. in c.prudentia,in prin in fi.colum de off.deleg.in qua cauſa efficiente,ſi eſſet aliquis defectus,non ualeret ſententia, ut quia iudex eſſet mutus uel furioſus uel infans, uel excommunicatus,uel ſimilis,quos defectus potuit spe. in tit.de ſen.§.iuxta.columm 1. & 2.& habent in l.eum prætor, ff.de iud.& per hoc infero contra prauam obſeruantiã nonnullorum iudicũ,qui quando formant ſententias, incipiunt,in Dei nomine,&c. unde nos, qui ſupra nullã fecerunt mentionem de nomine ſuo proprio,nec dignitatis,ſed parendo labore cauſa breuitatis,admittunt nomen proprium,& debẽt unde nos,qui ſupra, nã per hoc puto,quod dicta ſentẽtia, quæ ita ſcripta reperitur poſſet dici nulla,quia peccat in expreſſione cauſæ efficientis non obſtante, quod in lectione ſententiæ exprimeretur nomen iudicis, quia ſententia debet tota ſcribi, & poſtea deſcripti recitatione legi, et non ſufficit, quod uoce pro-

feratur, ut dixi ſupra in 8. differentia præ-
55 cedentis, ꝙ per ea, quæ dicit Ang. † Dicit ēt ſupra, quod iudex dēt ſedere pro tribunali, ut in §. ſedebunt, in auth. de iud. & c. fi. de re iud. li. 6. & iſta ēt eſt qualitas audita, & annexa huic cauſæ efficienti, ut not. Bar. Bal. & Doc. in d. l. 1. C. de ſen. ex peri. reci. ubi limitat hoc nō procedere in interlocutoria, quæ non requirit plenam cauſę cognitionem. Item limitant non procedere, in iudice timente potentiam alicuius, quia pōt ſuper equo, uel ex turri ferre ſententiam, ut cito poſſit fugere, ut not. gl. in d. l. 1. & gl. in c. fi. de re iud. li. 6. de quo uide Spec. in ti. de ſent. §. iuxta, uer. item eſt nulla ratione modi, &c. & Lanfr. in c. qm̄ contra, in uer. interlocutiones, col. 4. de prob. & Gen. in d. c. fin. Et pp hoc poni ſolet in ſententiis. Nos talis iudex ſedentes pro tribunali, &c. tn̄ non procedit in cauſis ſummariis, in quibus poteſt iudex ēt ſtando & non ſedendo ferre ſententiam ut in cl. ſæpe, §. ſententiam, de uer. ſig. & ex hoc patet quod hodie in regno nō oportet, & iudex ſtat, cum cauſę ciuiles oēs ſint ſummariæ,
56 ut ſupra pluries fuit dictum. † Item dixi, quod iudex dēt per ſe legere ſententiam, & non per alium, niſi ſit perſona illuſtris, vel epūs, ut d. c. fi. de re iud. lib. 6. de quo dicto uide Fel. in c. ſuper q. in princ. in fi. col. de offi dele. Certe ſi iſtud eſſet uerū, hodie nulla ſnīa ualeret maxime in hoc regno, cum generaliter omnes ſententiæ tam maiorum, quam minorum iudiciū, legantur per alios, ſ. per actorum magiſtros, & non per ipſoſmet iudices, uide non poſſet aliud dici, quod hoc toleratur ex generali cōſuetudine, quę poſt in hac ſolennitate deroga re iuri poſitiuo, ut dicit Gem. in d. c. fi. col. 2. uer. in ea gl. ibi. Italiæ &c de re iud li. 6. & tenet in ſimili Arch. in c. ſtatutis, 2. q. 1. & Bal. & Sal. in l. hac conſultiſſima, C. qui
57 teſ. facere poſſ. † Item dixi, quod ſententiam ferat in ſcriptis, hoc dēt intelligi, qđ ſcriptura præcedat recitationem, nec ſuffi ceret, ſi iudex ſcribendo unico cōtextu uoce proferret, ut declarat Gem. in d. c. fin. in
58 2. & 3. no. † Secundo conſideratur in ſentētia cauſa materialis & eſt illa, quam in iudiciis conſideraui in prin. huius tractatus. Materia. n. dicitur, ex aliquid fit unde in propoſito cā materialis ſententiæ eſt ipſa cā deducta in iudicium, per primum libellū, & ex conſequenti totus proceſſus ſuper ea fabricatur, quia ex illo proceſſu, & cā in eo contēta, fit ſnīa diffinitiua, & ppea dixi ſupra de mente Spe. quod in ſententia dēt inſeri tenor libelli, ad hoc ut ipſa cā materialis appareat in ſententia. Verum illud nō eſt omnino neceſſarium, imo ualet ſententia, etiam ſi tenor libelli non exprimatur in ea ſecundum Bart. in l. 2. C. de ſent. ſufficit enim, quod ſub epilogo fiat mētio de libello actoris, & rñſione rei, puta, uiſa petitione actoris continēte iſtud, & iſtud, &c. attinet Spe. in d. §. qualiter, uerſi. cæterum & ita cōiter ſeruatur in practica, imo ēt ſi iudex nullam faceret mentionem de libello, ſed ſimpliciter diceret, ſuper pręſenti proceſſu ita pronuncia. condemnando uel abſoluendo, &c. puto ſententia ualere. Nec iſtud contradicit his, quæ paulo ante dixi, in quantum dixi exprimendum eſſe cām materialem, quia totus proceſſus eſt cauſa materialis, & bene fit mentio de ipſa cā, ſaltem per relationem, quia ſententia refertur ad acta, & per illa declaratur, & habetur in l. 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. & per Alex. in l. præſes, ff. de re iud. & in l. ait prætor, §. ſi iudex, eo. tit. Paria. n. sūt aliqua eſſe certa de ſe, uel per relationem ad aliud l. certum, ff. ſi cer. pet. leg. aſſe toto, ff. de hæ
59 re. inſti. † Hinc eſt, ꝙ dicimus ſupra dixi, non ualere ſententiam latam ſine cāæ cognitione, & ſic ſine proceſſu, ut hētur in d. l. prolatam, C. de ſent. & ibi Bart. & in l. ex ſtipulatione, in fi. eo. ti. & in l. cauſæ, § cauſa cognita, ff. de mino. Pro hoc eſt tex. aptus, in c. qm̄ contra, de proba. ubi declaratur, quo ordine iudex dēt cauſas diffinire, quia primo debet acta & proceſſum facere in ſcriptis, alias pro eius ſententia non pręſumitur, qn̄ proceſſus per legitima documenta non apparet. Hinc ēt dicimus, ꝙ
r iudex dēt iudicare ſecundum allegata & probata, & ſic ſecundum proceſſum, ut habetur in l. illicitas, §. ueritas, ff. de off. præſ. ergo ſententia, quæ non habet proceſſum, dicitur carere materia, & ſic eſt nulla, quia ſecūdum philoſophum, ex nihilo nihil fit.
60 † Quid autem ſi feratur ſententia ſine probationib. an ualeat, uide Soc. in conſi. 134.
61 uol. 2. in 5. & 3. in 1. uol. † Ex hoc ēt oritur quædam ſolennitas materialis, quę eſt, ut

ſententia

s ſententia feratur, ſ conformis libello iuxta
l. ut fundus. ff. de communi diu. & ca. licet
Hæly. de Simp. & l. fin. C. de fideic. ubi di-
cit Bald. quod faturus eſt iudex qui ſuper
aliis, quam ſuper petitis pronunciat, unde
ſententia aliter lata, non valet, quia habita
relatione ſententię ad eius materiã, non po
teſt eſſe cõformitas, unde ſentẽtia reperire-
tur facta ex nihilo. Nam ſi peto bouem, &
proceſſus fabricauit ſuper boue, & ſentẽtia
fertur ſuper quo talis ſententia uidetur eſ-
ſe ſine proceſſu quia nullus proceſſus eſt fa
ctus ſuper equo, & ſic nõ haberet materiã
præexiſtentem correſpondentem, merito
eſt nulla, ſicut quando aliquis uult facere li
brum, & habet chatas, & non uult librum
conficere ex chartis, & uult quod ſic liber,
iſtud continet in ſe repugnantiam, quia nõ
poteſt eſſe liber ſine chartis, unde iſte liber
nõ poteſt eſſe niſi imaginarius, ſcilicet mẽ-
te conſideratur, & in eſſe nõ productus, ita
iſta ſnĩa eſſet imaginaria, & nullius momẽ
62 ti, l. imaginaria. ff. de regul. iur. † Hoc tñ li-
mitetur non procedere in cauſis in quibus
ꝓceditur ſola facti ueritate inſpecta, quia
poteſt tunc iudex ferre ſententiam nõ con
formẽ libello, ut declarat Iaſ. in l. unum, co
lu. 17. ff. ſi cer. pe. vnde hodie ĩ regno per c.
deteſtãtes poſſet indiſtincte hoc fieri, & ua
leret ſnĩa, & ſic quoad hoc eſſet correcta re
gula d. l. ut fundus. idem qñ unum petit &
aliud conſtet per confeſſionem partis, quia
poteſt iudex ad illud condemnare, non ob
ſtante, ꝙ non ſit ut petitũ, ut hr̃ in deci. 31.
63 in fi. conſi. Neap. † Itẽ poteſt iudex petentẽ
debitum condemnare ad reſtitutionem pi
gnoris, poſt obſtante, quod pignus non ſit
petitũ, ut no. Bart. in l. eum qui. § qui ita. ff.
de ver. oblig. & Bal. in l. cum eorum. Co de
ſen. hr̃ in deciſ. 32. conſ. Neapo. & ratio eſt,
quia dicta reſtitutio pignoris uenit ex na-
tura actionis intẽtate, plures alias fallẽtias
ad d. l. ut fundus, uide pleniſſime per Fel. in
d. c. licet Hely. col. antepe. & penu. in fi. ubi
cumulat. 31. fall. & aliquas etiam ponit Iaſ.
in d. l. uitium colu. 16. & 17. & in §. curare.
64 co. 5. inſt. de act. † Verũ, quia ſuperius dixi
quod ex nihilo, nihil fit, & iuris limitatur
naturam. §. minorẽ. inſt. & de adop. ex quo
ergo põt ſubſiſtere ſnĩa in iſtis & aliis fallẽ
tiis, ſi curat materia. Ad hoc reſpondeo, &
donuam gñalem declarationem prædictis
quod iſta fallentia procedunt, qñ vnũ fuit
petitum in libellũ & pendẽte iudicio inci-
pit cõſtare de alio, uel per probationes uel
per confeſſionem, nam iudex qui habet ſe
qui ueritatem. põt condẽnare ad aliud iſtis
caſibus ſpecialib. ex quo ſibi liquet ex eo-
dem proceſſu, uel ex natura actionis, inten
tatæ, vel ex virtute probationis ad hoc ut
veritas ſortiatur effectũ, obmiſſis ſcrupulo
ſitatib. iuris poſitiui gñalis, uolentis, quod
non feratur ſententia, niſi ſuper eo, ſuper
quod eſt facta litis conteſt. ut dicit Bart. in
d. l. prolatã. C. de ſent. & ſic bene formatur
ſentẽtia ex aliquo quia ſubeſt materia quę
naſcitur pendente iudicio, ſed qñ unũ eſſet
petitum, & ſuper eo fabricatus totius ꝓceſ
ſus, uſq. ad concluſionẽ, & nihil aliud con-
ſtaret ex illo proceſſu de alia re, tunc indu-
bitanter dico, quod etiam in iſtis fallentiis
non ualeret ſententia non conformis libel
lo, quia nullam haberet materiam, ſm exẽ
plum præpoſitũ, & ita debent prædicta de-
65 clarari. † Conſideratur t etiam in iſta cau-
t ſa materiali non ſolũ, quod ſubſit materia,
ſed ẽt quod ſit apta materia, unde ſi libel-
lus eſſet ineptus, ſententia ſuper eo lata nõ
ualet, ut no. gl. in ver. 2. in fi. inſti. de obl. in
prin. & Abb. in c. cũ dilecti de empt. & uen.
& An. de Bu. in c. examinata, de iud. & Bal.
in l. ex hoc iure, & in le. fi. ff. de iuſt. & iu. &
in l. actor. in fi. C. de reb. cre. Sic etiam dici-
mus de toto proceſſu, q a debet apte & ſecũ
dũ iuris ordinem fabricari, alias ſententia
eſt nulla, ut d. l. prolatam. Verum in caſib.
in quibus non requiritur libellus, prout in
ſummariis, & præſertim hodie in regno, va
leret ſententia lata ſuper libello inepto, ut
declarat Ale. in d. l. uinum, col. fi. & ibi eſt
gl. ff. ſi cer. pe. & Fel. in c. cum ordinem de
reſcr. quia per iura municipalia ſunt ſubla
tæ ſolemnitates libellorũ in ciuilib. unde
illa materia inepta eſt reducta ad aptitudi-
nem, quia non inſpicimus aliud niſi, quod
apparet intentio actoris, quibuſcũq. verbis
declarata, uel per talẽ qualẽ petitionẽ, uel
per articulos, & merita proceſſus, ut plures
fuit dictum ſupra in proceſſu huius tracta
66 tus. † Sed iuxta hoc cadit pulchrum dubiũ
Pone, quod aliquis ꝓduxit libellũ bene cõ
ceptũ, tñ in eo intẽtauit actionem, quę ſibi
non competebat, & ſic egit ſine actione.
Reus non oppoſuit, iudex protulit ſenten-
tiam

tiam pro actore ſuper illa actione, quæ nō
competebat, an ualeat talis ſententia. Cer-
te videretur eſſe dicendum, quod non, quia
caret materia, nam ubi nulla eſt actio, nul-
la poteſt eſſe ſententia, & hoc in ſpecie te-
net glo. inſt. de obla. in princ. d. glo. in ver.
67 v. in fi. † quæ expreſſe dicit, quod ſolutio
debet fieri per competētes actiones, & iudi
ces, alias nō ualet ſententia, & illa gl. cōiter
approbatur. Pro hoc etiam eſt regula trita
quod nemo ſine actione experitur, l. ſi pu-
pilli. §. uideamus, ff. de neg. geſ. ubi per *Bar.*
68 & Doc. † Imo iudex ex officio pōt repelle
re agentem ſine actione, ut no. gl. & Doct.
in l. ubi pactū. C. de tranſ. cōtrarium tenet
Bart. in conſi. 100. inci. A Domino Cy. &c.
ver. ſuper quarto, &c. ubi dicit, quod ualet
proceſſus, licet actor omni actione careat,
& pōt ſuper eo ferri ſententia ualida, per l.
2. C. de cōd. inde. cum aliis allegatis per eū
ibi. Pro hoc eſt tex. & ibi Alb. in l. cum puta
rem, ff. fam. hær. & uide omnino Iaſ. in l. nā
& poſtea. §. ſi damnetur, col. 2. ff. de iureiu.
Puto in iſta uarietate poſſe ita diſtingui,
quandoque aliquis agit narrādo talem cau
ſam in libello, quod ex ea apparet non cō-
petere ſibi ius agendi, ut quia dicit, peto ta
lem fundum, quia rex eſt in Francia, & tūc
quia cōis cōcluſio eſt quod talis libellus eſt
ineptus etiam parte non opponente, ut te
net Bartol. & Alex. in l. edita. C. de edent. &
glo. in l. 2. §. circa. ff. de doli excep. & cōiter
Mod. in l. 1. in princ. ff. de eden. dico, quod
ſententia lata ſuper tali proceſſu & libello
non ualet, quia ex forma ipſius apparet ca
lumnia manifeſta, & quod ſine actione agi
tur, poſſet etiam poni exemplum, quando
aliquis agit rei uendicatione contra Titiū
narrando ipſum Titium nō poſſidere, qua
ſeipſum excludit a iure agendi, unde ſi in
iſto caſu iudex ferret ſententiam cōtra Ti
tium, talis ſententia eſſet nulla, nec poſſet
habere executionem cōtra Titium, quem
ipſemet actor aſſerit nō poſſidere, & ſic ex
ipſo libello apparet, quod nō competit ius
agendi, hoc probatur ex his, quæ dicit Ab.
in c. cum dilecti, in 3. not. de empt. & uen.
ubi etiam, quod talis ineptitudo pōt oppo
ni poſt ſententiam, ergo reddit proceſſum
nullū per ea, quæ no. *Bar.* & Doct. in l. licet,
C. de proc. idem tenet Alex. in d. l. in princ.
69 col. 5. ff. de eden. † Qñque aliquis agit nar
rando aptam cām in libello, ſed exprimit
ineptam actionem, ut quia dicit, ꝙ mutui
Titio centum, ideo peto ipſum mihi con-
demnari, actione ex locato & tūc cōis opi.
Doct. eſt, quod talis libellus ualet, & ſimili
ter ſententia ualebit inſpecta narratione
apta, ex quo nomen actionis non eſt neceſ
ſe exprimi in libello, c. dilecti, de iud. unde
ſi fuit expreſſa, & inepta nō uitiat. ita tenet
Alex. in d. l. 1. col. fi. ff. de ed. ubi plures alle-
gat, & tenet Inno. Ant. *But.* & Can. in c. exa
minata de iud. Dato ergo, quod nō cōpetat
actio ex locato, pōt tamen ferri ſententia
ſuper mutuo, ꝙ perpenditur ex narratione
apta, quam concludit in mutuo. *Et* hunc
intellectum puto eſſet de neceſſitate dandū
ad illam glo. quæ reputatur ſingularis inſt.
de obl. in princ. quem ſupra allegaui, & ita
in terminis illā gl. intelligit ibi Io. Fab. vbi
dicit iſta formalia uerba uidelicet caue, qa
u ſi eſſet competens iudex, quamuis ſit inepta
actio, teneret ſententia, &c. & ſic uidetur re
prehendere illam glo. quæ dicit per compe
tentes actiones, &c. poſſet tñ ſaluari, intelli
gendo eo mō, quo dixi ī primo membro. ſ.
qñ ex facie libelli apparet, quod nullo mō
competit ius agendi, ſed ſecundum dicta ī
70 2. membro loquitur bene. Ioā. Fabe. † Ter
tia cauſa principalis, q̄ conſideratur in ſen
tentia, eſt cauſa formalis, & hinc eſt ſcien-
dum, quod iſta cauſa pōt conſiderari tripli
citer, uno modo reſpectu iudicis proferen-
tis. Secundo, modo reſpectu litigantium.
Tertio modo reſpectu ipſius ſententię. Pri
mo modo dixi reſpectu iudicis, iſtud ſimili
ter īſpicitur trib. modis, uidelicet reſpectu
locis temporis & perſonę ipſius iudicis. Pri
mo mō ſcilicet reſpectu loci hoc ideo dixi
71 † quia iudex, qñ fert ſentētiam, debet ſtare
in loco ſolito maiorum ſuorū, ubi ſui præ
deceſſores, ſoliti ſunt reddere ius, alias ſen-
tentia non ualeret, tex. eſt & ibi *Bal.* & doc.
in l. cum ſententiam. C. de ſent. & no. Bart.
in l. ſi ut proponis la 2. C. quō & qñ iud. &
in l. 1. C. de ſēt. ex peri. rec. & Bar. Bald. Iaſ.
& cōiter Doc. in l. pe. per illū tex. ff. de iuſ.
& iu. & *A*nge. in tract. male. in uerſi. ad no
ſtrum ſolitum bāchū iuris, &c. Et perpetua
in ſententiis ſolet apponi illa clauſula. Nō
talis iudex, &c. ſedētes pro tribunali in ta-
li loco, &c. ubi curia regi ſolet, & reddit po-
tentibus, &c. ad demonſtrādum, quod iſta
ſolem-

ſolemnitas formalis interuenit in ſenten-
72 tia.† Limita tñ non procedere in iudice or
dinario, qui habet certam ſedem & locum
reddendæ iuſtitiæ, ſecus in delegato, quia
ex quo non habet certam ſedem deputatã,
poteſt ſibi eligere locum, ubi uult etiam in
camera ſua, ſecundum Bal. in d. l. cum ſen-
tentiam, & Bal. in dicta l. pe. in 2. lect. circa
fi. ff. de iuſt. & iur. ubi hoc intelligit in dele
73 gato ad unam cauſam particularem. † Se-
cus in delegato ad uniuerſitate cauſarum
quia tenetur ſeruare locum delegantis, ſe-
cundum eum & ita debet intelligi tex. in l.
ſi locus, ff. de iud. ut declarat Bald. ibi. ſcili-
cet, quod delegatus particularis põt ſibi eli
gere locum, dummodo ſit congruus litigã
tibu, & honeſtus, alias, ſecus per l. ſi cũ dies,
§. ſi arbiter, ff. de arb. quidquid dicat Paul.
de Caſt. in d. l. ſi locus, qui tenet, quod dele-
gantis, qui intelligenda de particulari non
gatus debet ferre ſentẽtiã in tribunali dele
eſt uerum, nam non eſt idem tribunal.
Quod patet, quia ab eo appellatur ad dele-
gantem, ut per Bar. & Doc. in l. 1. §. ſi. ff. quis
74 & a quo appel. † & ibi probatur ſecus eſſe
in uicario quia cum eius tribunal ſit idem
cũ tribunali principalis, debet ſedere in tri
bunali principalis, fateor tamen, quod poſt
iudex delegatus elegit ſibi locum, ſemper
debet ad illũ locũ facere citationes, & ibi
ferre ſententiam, ſecundum Bart. & Pau. de
Caſt. in d. l. ſi ut proponis, l. 2. C. quomodo
& quando iud. & in l. 1. in fin. C. de ſen. ex
75 peri. reci. † Sed iuxta hoc cadit pulchrum
dubium uidelicet, an delegatus ad unã cau
ſam, poſſit procedere, & ſententiare extra
locum iuriſdictionis delegationis, & an
poſſit ibi eligere ſibi iuriſdictionem dele-
gationis, & an poſſit ibi eligere ſibi locum,
ſcilicet in loco non ſubdito delegant. Et
cum iſte caſus quandoque mihi eueniſſe in
facto, quia illud Dux Sueſſæ delegauit
mihi unam cauſam ſuorum ſubditorum,
& tamen tunc reſidebam in ciuitate Mel-
phiæ, qui eſt locus extra ſuam iuriſdictio-
nem, & litigantes faciebant dubium, quod
procedere non poteram, tamen ut eis mo-
rem gererem feci ſupplicationem illuſtriſ
ſimo principi dicti ciuitatis Melphiç, ut de
beret cõcedere mihi ſuũ aſſenſum, qui fuit
mihi in ſcriptis conceſſus ad tollendũ om
nẽ ambiguitatem. Dico tñ. quod non fuit
neceſſe obtinere dictum aſſenſum, ſed po-
tius fuit cautela ſuper abundans. Et nunc
reſpõdeo ad q. propoſitã, & dico, ꝙ ſi am-
bæ partes cõſentiãt, ꝙ delegatus procedat
extra territorium delegantis, ualet proceſ-
ſus, & ſic ſententia, abſque eo, ꝙ conſentiat
dominus illius territorii, tex. eſt ſingularis
76 in c. ſtatutũ. §. in nullo. de reſcr. lib. 6. † per
quem ita in terminis tenet Abb. in c. pen.
& gl. col. 5. verſ. uenio ad 4 &c. de off. dele-
gat. ubi tenet, quod in delegato poteſt fieri
prorogatio de loco ad locum, & ratio po-
77 teſt eſſe, † quia iuriſdictio delegati, non co
hæret, nec terminatur territorio ſicut iuriſ
dictio ordinarii, ut d. Abb. ibidem, licet ſe
cus eſſet ordinario, ſecundũ eum, quia or-
dinarius nõ poteſt procedere extra territo-
riũ, niſi interueniat conſenſus dñi illius lo
ci, ultra conſenſum partium, idẽ tenet Bal.
in l. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſco. aud. &
Bar. & Doc. in l. quæro. ff. de ſol. & uide re-
miſſiue per Iaſ. in d. l. pen. ff. de iuſt. & iu in
78 fi. col. † Secundo principaliter limita prædi
ctam regulam nõ procedere in epõ haben-
te plures terras, & caſtra in ſua diœceſi, quia
in quolibet loco de diœceſi, ubi reperitur,
poteſt curiam regere & citare, ac ĩbi ſe ferre
tex. eſt in c. cum epiſcopus, de offic. ord. li.
6. per quem ita tenet Bal. in d. l. pen. in 1. le
ctu. uer. ſed an epi, &c. & ibi etiam Aug. &
Paul. de Caſt. in l. ſi. ff. de iuſt. iu. & Bal. in
l. teſtamenta omnia, C. de teſt.
79 † Tertio limita, niſi iudex de cõſenſu par
tium ferre ſententiam in alio loco non ſo
lito, quia ualet pp prorogationem, dummo-
do non egrediatur territorium ſuum ita te
net Abb. in d. c. pen. & gl. col. 5. uerſ. uenio
ad quartam, &c. de off. deleg. & Bar. in d. l.
pe. cir. fi. ff. de iuſt. & iu. & gl. ſi in leg. cum
non eodem die. C. quando prou. non eſt ne
ceſſa.
80 † Quarto limita non procedere in arbi-
tro, qui poteſt eligere ſibi locum dũmodo
honeſtum leg. ſi cum dies, §. ſi arbiter, ff. de
arb. & Bald in l. cum ſententia. C. de ſen. in
dubio autem quando arbiter non eligit lo
cum, intelligitur de loco, ubi factum eſt
compromiſſum, ut tenet Alex. poſt Bart. in
d. §. ſi arbiter, per illũ tex. & Bal. in d. l. pen.
81 in 2. lec. cir. fi. ff. de iuſt. & iu. † Quinto limi
ta nõ procedere in iudice appellõis, qui po
teſt etiam in domo ſua, & in oĩ alio loco ho-
neſto iuſtitiam regere, & ſñiam ferre, glo. eſt
notabilis in d. l. cum ſñiam, C. de ſen. & ibi

Bald.in 1.lect.& Paul. de Caſt.& cõmuni
82 ter Doc.ibidem.† Sexto limita in iſtis uiſca riis generalib.& præſidibus prouinciarum qui uadunt diſcurrendo per prouinciam, inquirendo maleficia & prouidẽdo oppreſſis & alia faciendo, quæ ſpectant ad cultum iuſtitiæ, quia in quolibet loco illius prouinciæ poſſunt ius reddere ad eorum electionem, ita tenent Albe.de Rol. & Mod.in d. leg.penult.ff.de iuſt.& iur.& Ang.in tract. male.in uer.ad noſtrum ſolum bãchum iuris,&c.in fi. & Bal. in l. teſtamenta omnia.
83 C.de teſt. † Septimo limita, quando locus ſolitus non eſſet tutus, uel propter metum tyranni, uel propter guerras, uel peſtẽ, uel quia minatur ruinam, nam tunc poteſt iudex eligere alium locum, & ibi ſententiare. Debet tamẽ proteſtari, quod propter illam neceſſitatem eligit talem locum, ita tenet Bal.in d.l.co.2. verſ.in gl. ibi, uel equo & eadẽ ſen.ex peri.reci pro hoc eſt tex.in c.
84 ſtatuimus.de off.deleg lib.† Octauo limita in epiſcopo expulſo a ſua ſede & diœceſi per alium, nam poteſt in alieno diœceſi conuicina exercere iuriſdictionem, procedendo contra expulſores, & eorum fautores, ſecundum formam cle. 1.de foro compe.
85 † Nono limita in cauſis in quibus proceditur de plano, nam ualet ſententia lata in alio loco ſolito maiorum, ſecundum Bart. in l.nec quidquam. §. de plano.ff.de offic. proc & Bald in l.teſtamenta oĩa, C.de teſt. & Bar.in l. 1.col.1.C.de confeſ. & habetur in l. 2.§.dies,ff.quis ordo in bo poſſ.ſeruetur prout ſunt ea, quæ non requirunt plenam cauſæ cognitionem, ut eſt text. cum
86 glo.in l.uolun.§.fi. ff.de inter.act. † Decimo limita, non procedere in cauſis uoluntariæ iuriſdictionis, quia in omni loco, etiã in itinere, & de ambulando poſſunt expediri, ita tenet Bal.in d.l. teſtamenta omnia col. 1. C. de teſt. Bal.in d.l.1 col.1.C.de confeſ. & eſt text.in l.2.ff.de off.pro conſ.& in §.ſerui uero, inſt.de libertinis.
87 † Vndecimo limita, in omnib.actis reſpicientibus litis ordinationẽ, quia in illis nõ tenetur iudex ſeruare locum maiorum, ſecundum Bar.in d.l.1.col.1.C de confeſ. per
88 d.l.uolun.ff. de inter.act.† Reuertendo ad cauſam formale, dixi ſupra, quod in hac cauſa, quæ reſpicit iudicem, conſideratur ſecundo loco tempus hoc ideo dixi, quia ſententia debet ferri cõgruo tempore.ſ. ut ſit dies iuridicus,& nõ feriatus, quia alias non ualeret, l.fi. C.de feriis, & not. Barto. & Doc.in l. 2.ff. ſi quis in ius uoc.non ie. & l. ſi ut proponis, la 1. C. quomodo quando
89 iud.† Item cõſideratur tempus congruum .ſ.ut feratur ſententia in die & hora, in qua facta eſt citatio, alias ſi ferret ante uel poſt terminum citationis, non ualet, tanquam lata parte non citata, tex. eſt notabilis in l. aut qui aliter, in prin. & in l.ſi uicem.§. fi.& utrobique per Bar. ff. quod ui aut clam. & in l.cum non eo die. C.quando pro uo nõ eſt neceſ.& habetur per Doc.in c. cõſuluit, de off. del. Quod tamen intellige, quando citatus non fuit cõtumax, alias ſecus, quia ſi fuit cõtumax, in nõ cõparendo in termino, põt iudex ferre ſñiam poſt terminum quandocunque ſine alia citatione, ex quo pp contumaciã ſemper eſt in mora, unde non debet amplius citari, ita notãter tenet Bal.in d.leg.cum non eo die.
90 † Tertio, cõſideratur tempus cõgruum, re-
x ſpectu inſtantiæ, quia ſi iudex fert ſñiam x perempta inſtãtia, puta poſt triẽnium non ualet ſñia, ſecundum Bar.in l. properandũ, prin.in fi. illius princ.C.de iud.& ibi etiam Bal.in 2.q.vbi idem dicit de ſententia lata
y y poſt desertã appellationem, ut nõ ualeat. Idem tenet Ale.in conſ. 82. in prin.5.uol.
91 † Idem dicimus de ſententia arbitri, quia ſi eſt lata poſt tempus præfixũ compromiſſo, non ualet, §.ſi cum dies, §.ſi intra.& leg. non diſtinguemus, §.compromiſſo, & §. fi. ff.de arb.& Bal.in c.quintauallis de iureiu.
92 † Quarto, conſideratur tempus cõgruum, ut ſententia feratur de die, & non de nocte
z alias z lata de nocte, nõ ualet, ut no. gloſſ. Bar.Paul.de Caſt.Iaſ.& cõiter Doc.in l.more Ro.ff.de fer.& eſt tex.& ibi Abb.& Fel. in c.cõſuluit de off.del.& per Mod.in l.nõ minorem C.de trã.& Pet.Phil.Cor. in cõſ. 54.col.pe.in 2.uol. ubi dicit hanc eſſe magis cõem opi. quod tñ limita, niſi conſuetudo aliter ſe haberet.ſ.ut ferantur ſententiæ de nocte, quia tunc ualet ſñia, idem ſi ambæ partes ſint præſentes,& nõ contradicãt ſecundum Pau.de Caſt.& Mod.in d.l.more Ro.& Fel.in d.c. cõſuluit in quib. locis traduntur plures aliæ limitationes, de quib.
93 me remitto ad dicta ibi.† Quinto cõſideratur tempus congruum nõ feratur ſñia

pendẽ.

a pendente a dilatione, l. ſiue partis, C. de dil.
alias eſt nulla, ſicut, ſi eſſet lata die feriato
ſecundum Bal. in l. pe. col. ſi. uerſ. conſidera
&c. & ibi etiam Cyn. C. de arbit.
94 Sexto conſideratur tempus congruum, ut
ſi cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, nã
interim non poteſt ferri ſnĩa ante habitum
conſilium, ſecundum Bald. in l. ex illo C. de
app. & Barto. in l. 1. in princ. Cod. de rela. &
Phi. in c. intimaſti, de app. ſi tñ feratur de fa
cto, debet appellari, ſecũdum Bar. in d. le. 1.
95 † Septimo conſideratur tempus cõgruum
ut iudex pronunciet tempore, quo utraque
b pars eſt præſens, uel altera tantũ abſens per
contumaciã, le. de unoquoque, ff. de re iud.
alias ſi utraque pars eſt abſens nõ ualet ſen
tentia, ita tenet Bal. in l. 1. colum. 5. uerſ. &
prædicta faciunt ad q &c. & uerſ. quæſitum
fuit, &c. de his quæ pœnæ no. ubi plus dicit
multum ſingulariter, ꝙ ſi iudex incœpit le-
gere ſententiam, & ante completam lectio
nem ſententiæ ambæ partes ſe abſentat, nõ
ualet ſententia, quod dictum nota, quia for
te prima facie quilibet diceret cõtrariũ. Et
prædictis adde gl. in l. properandum, §. ſin
autem alterutra in glo. 1. Co. de iud. quod li-
mita, niſi in caſibus, in quibus iudex proce
dit ex officio, quia tũc ualet ſententia utra-
que parte abſente. ſecundum Ange. in le. ſi
quis libertatem. ff. de pecu. hær. & gl. in c. cu
96 pientes, §. ꝙ ſi per 20 de elec. lib. 6. † Tertio
dixi ſupra, qđ conſideratur ſolemnitas for-
malis reſpectu ipſius iudicis, quoad ſuã per
ſonam, hoc poteſt intelligi multipliciter.
Primo, ꝙ ſit iudex, & nõ priuatus, alias ſen
tentia non ualet, l. priuatorum. C. de iuriſd.
97 om. iud. l. eum, qui, & ibi gl. ff. eo tit. † Item
requiritur, ꝙ ſit competens iudex, alias ſen
tentia nõ ualet, ut toto tit. C. ſi a nõ comp.
98 iud. † Item, qđ ſit ſanus mente, ſecus ſi eſſet
furioſus, ſurdus, uel mutus, ut l. cum prætor
§. non autem & l. iudex datus. ff. de iud. Idẽ
ſi eſſet impubes uel ſeruus, uel mulier, ut d.
§. non autem. Item debet iudex ſedere pro
tribunali, ut no. Bar. in l. 1. C de ſen. ex peri.
99 rec. & dixi ſupra pluries. † Item, ſi eſſet iu-
dex excommunicatus, non ualet eius ſentẽ
tia, ut habetur in cap. pia. de except. lib. 6. &
no. glo. 35. q. 9 in ſumma. & Bald. in l. 1. co-
lu. pe. in uer. unum obmiſi, &c. Co. de iur. &
fac. ign. & Barto. in l. ſi arbiter, C. de ſen. ibi
ꝙ intelligit in publice excommunicato,
100 alias ſecus. † Idem, ſi iudex eſt publice in-
famis, quia nõ ualet eius ſnĩa ſecũdum Bar.
in d. l. ſi arbiter & Bar. in l. quidã conſulebãt
101 ff. de re iud. † Idem ſi ignoret ſe iudicem,
uel aliter dubitet, quia non ualet eius ſentẽ
tia, ſecundum Bar. in l. quæ in lect. Nicolai
de Neap. de eo, qui pro tut. ff. Doctores in
102 l. ſed ſi de ſua ff. de acqu. hær. † Idem ſi iu-
dex detulit appellationi, quia ſi poſtea pro
cedit, uel ſententiam ferat, nihil ualet, quod
agit ſecundum gl. & Card. in cl. 1. in q. 1. de
103 dolo, & contu. † Et ſimiliter, quando ſibi
eſſet inhibitum per ſuperiorem, c. nõ ſolũ,
de apppel. lib. 6. poſſunt etiã multa & uaria
exempla poni de impedimẽtis reſpicietib.
perſonam iudicis, quæ diligẽs ſcrutator per
quirere poterit, & breuitatis cauſa omitto.
104 † Secundo principaliter conſideratur cau
ſa formalis in ſententia reſpectu litigantiũ
Et hoc ſimiliter dicitur multis reſpectibus,
primo, quia nomina litigantium debent
exprimi in ſnĩa, ut ſciatur inter quos uenti
latur negocium, & quis ſit abſolutus uel cõ
demnatus ut dixi ſupra in prin. huius ſecũ-
dæ quæſtio. principalis. Item quia eſt neceſ-
ſe, quod litigantes ſint habiles ad comparẽ
dum in iudicio, nam ſi aliquis eorum eſſet
pupillus, uel furioſus, & litigaret, ſine tuto-
re, uel curatore, non ualet ſnĩa, l. acta, & ſin.
& l contra pupillum, & ibi Bart. & Alexan.
105 ff. de re iudi. † ubi idem dicitur de ſenten
tia lata contra minorem indefenſum, ut nõ
ualeat ipſo iure. Pro hoc eſt text. in le. cum
& minores C. ſi aduer. rem iu. & le. ſi præſes,
& ibi Bar. C. quõ. & qñ iud. De furioſo, autẽ
ꝙ non valet ſnĩa, eſt text. in l. furioſo, & ibi
Bart. & Alexan. ff. de re iud. quod procedit,
etiã in ſentẽtia lata in cauſa appellationis,
106 ſecundum Bal. in l. alienã, C. de procu. † Il-
lud aũt quod dixi non ualere ſnĩam intelli
ge, qñ fertur contra minores indefenſos ſe-
cus, ſi pro eis, quia tunc bene ualet, l. nõ eo
minus, & ibi Ale. & communiter Doct. C.
de proc. & Alex. in d. l. furioſo. colu. 1. ſed in
furioſo non ualet ſententia etiam pro eis la
ta, quia pro abſente reputatur, ut d. l. furioſo
& ibi Alex. & Doc. Et per hoc infert Alex.
in d. l. furioſo ꝙ idem eſſet in pupillo, nul
lum habente intellectum, puta quia eſt in-
fans, quia minime ualet pro eo ſententia,
& ſic eſt pulchra limitatio ad d. l. nõ eo mi-
107 nus. † Similiter non ualet ſnĩa quã ſo fer-

c tur contra eũ qui eſt e mortuus tẽpore pro-
lationis ſñiæ, l. in ſumma §. fi. ff. de re iud.
& l. 3. §. fi. alias eſt l. 2. ff. quæ ſent. ſi app. re
ſc. imo etiã in fauorem mortui, non ualet
ſententia, ſecundum Bar. in d. l. in ſumma,
& ibi etiã Ale. in fi. & ibi uide per Doct. idem
qñ ſententia fertur contra infirmum graui
infirmitate l. quæſitum, ff. de re iud. uerum
in hoc datur cautella, ut infirmus citatus
mittat excuſatorem, ad ſignificandum iudi
ci, qualiter eſt infirmus, quia tunc, non ob-
ſtante infirmitate iudex profert ſententiã,
talis ſententia eſt nulla, ſcd̃m Al. in d. l. quæ
ſitũ, col. fi. & ibi uide per Doct. an teneatur
108 mittere procuratorem. † Quid autem, ſi
quis litigat per procuratorem, & facta litis
conteſtatione dñs moritur an poſſit ferri
ſententia contra procuratorem, dic q̃ ſic,
quia tale mandatum morte non extingui-
d tur, ex quo procurator eſt effectus dñs li
tis, ſed qualiter ſint concipienda uerba ſen
tentiæ, quia ſi nominatur mortuus, uř ſen-
tentia non ualere, per prædicta Bart. tangit
hanc q. in l. nulla. C. de procu. & relinquit
eam indeciſam. Veritas eſt, quam tenet A-
le. in d. l. nulla. ubi dicit cõem, & magis to
tam opi. ſ. ut iudex dicat, condemno talem
procuratorem quondam Titii defuncti,
procuratorio nomine hæredum, uel eorũ,
ad quos ea res pertinet, & ita ualebit ſenten
109 tia. † ſed hoc ceſſaret in procuratore præ
lati uel rectoris eccleſiæ, quia quamuis effi-
ciatur dominus litis, tamen extinguitur
mandatum qñcunque per mortem prælati
uel rectoris, tex. eſt in cl. fi. de proc. & nota.
Iaſ. in d. l. nulla, unde tunc non ualeret ſen-
tentia contra illum procuratorem, niſi ha-
beret nouum mandatum a ſucceſſore.
110 † Similiter non ualet ſententia, quãdo fer
tur contra eum, qui nõ eſt legitimus defen
ſor, tã in agendo, quã in defendendo puta
in falſo procuratore non habente manda-
111 tũ, l. licet & ibi per doc. C. de procu. † & idẽ
dicimus de eo, qui ſuſcepit iudiciũ pro ali-
quo abſente, quem credebat uiuere, cum eſ
ſet mortuus, nã non ualet ſententia lata in
tali cã, ut eſt tex. in l. de qua re §. fi. ff. de iudi
112 ciis. † eodẽ mõ, quando lis eſſet agitata e
cũ procuratore, & iudex ferret ſententiã in
perſonam domini, nã non ualet, tex. eſt in l.
1. C. de ſent. tamen iſta ſolennitas hodie in
regno hoc non curatur, ex quo proceditur
ſine figura iudicii in cauſis ciuilibus, unde
ualeret talis ſententia, ſecundum Barto. in
extrau. ad reprimendam, in uer. & figura.
114 † Similiter, quando ſententia eſſet lata cõ
tra tutorem inhabilem, & minus legitime
conſtitutum, non ualet, tex. eſt in l. ſi tutor.
C. in quibus cau. in integ. reſt. non eſt ne-
114 ceſ. † Similiter non ualet ſententia lata cõ
tra carceratum, uel alio modo ſimili impe-
dimento impeditum, ſi iudex ſciuit im
pedimentum, ſecundum Ale. in l. quæſitum
115 col. 1. in fi. ff. de re iu. † Tertio, principali
ter conſideratur cauſa formalis, reſpectu
ipſius ſententiæ, & hoc multipliciter eue
nit. Primo. quia debet ſcribi, & recitari de
ſcripto recitatione, l. fi. & ibi Bar. & Doct.
C. de ſen. ex bre. rec. & dixi ſupra plene, q̃ li
mita pluribus modis, de quibus per Iaſo. in
§. re. col. fi. inſt. de act. et in l. nec quidquam
§. ubi decretum, col. 4. & 15. ff. de off. proc.
16 † Secundo, quia debet ſententia continere
iuſtitiam, alias ſi contineret manifeſtam i-
niquitatem, eſt ipſo iure nulla cap. inter cæ
teras, & ibi per Ab. & Fel. de re iud. c. Secus,
ſi iniquitas non eſt manifeſta, quia tunc
ualet, & debet reſcindi per appellationem,
tunc dicitur eſſe contra ius litigatoris ita
habetur per Doct. in l. §. item contra ſacras
ff. quę ſen. ſine app. reſcin. & Ale. in leg. cum
prolatis. ff. de re iud. & per Bar. & Doc. in l.
2. C. de erro. cal. & Abb. & Doc. in c. 1. de re
iud. de hoc articulo, uide plene Phi. in c. di
117 lecto. in 55. de app. † Tertio, peccat ſenten
tiam in ſe ipſa, quando continet expreſſum
iuris errorem, qui poteſt legi oculo corpora
li quo caſu eſt nulla. l. 2. C. quando prouo.
non eſt neceſſar. Secus, quando error iuris
non poteſt legi oculo corporali, de quo ui
de plene per Ale. in add. ad Bar. in d. l. 2. & in
d. l. cum prolatis. ff. de re iud. et Abba. et Fe
ly. in d. c. 1. de re iud. et Alex. in conſ. 79. in
118 fi. in 2. volum. † Quarto dicitur ſententia
continere expreſſum errorem, quando iu
dex exprimit cãm in ſentẽtia, ex qua moue
tur ad ſententiandum, & illa cã relata ad
acta, eſt falſa, ſeu erronea quo caſu ſentẽtia
eſt nulla, ita tenet Rapha. Cu. in l. 1. § itẽ cõ
contra ſacras. ff quæ ſent. ſine appe. reſcr. &
Pet. Phi. Cor. in conſ. 4. in litera t. in 4. uol.
nã licet alias in ſẽtẽtia nõ debeat exprimi cã,
tamẽ ſi exprimatur falſa, et erronea ſẽtẽtia
uitiatur, et non ualet ita tenẽt Ab. et Doct.

in

cap. ſicut, ubi eſt ſua materia, de re iud. &
119 dic ut ibi. † Quinto, non ualet ſententia
f lata contra *f* aliam ſnſam, quæ tranſiuit in
rē iudicatā l. 1. & ibi Bar. & doc. C. quādo
120 prou. non eſt neceſſ. † Sexto peccat ſnīa
g in ſe ipſa, *g* qn̄ eſt in certa, & non ualet re-
gulariter, quod dic, ut hſ in l. 1. 2. & 3. C. de
ſen. quæ ſine cer. quant. prof. & per Iaſ. in
§. curare, inſt. de act. & p Barto. & doct. in l.
121 aut prætor, §. ſi iudex. ff. de rei iud. † Septi
mo, non ualet ſnīa, qn̄ facit mētionē de ali
quo procuratore litigante, de cuius manda
to non apparet, ita tenent And. & Matt. in
conſt. uniuerſos concluſiue debet ſnīa con
tinere ea, de quibus feci mentionem ſupra
in prin. huius ſecundæ q. principalis, & ui-
122 de, quæ ſupra dixi. † Quarta cauſa princi
palis, quæ conſideratur in ſententia, eſt cau
ſa finalis, quæ cauſa cōſiſtit in uno ſolo uer
bo ſententiæ, uidelicet in uerbo. condēno,
uel abſoluo, nam ad hunc finem fit totalis
inter litigantes, ut per eam ſententiam me
diante iudice obtineatur condemnatio uel
abſolutio, & quantum ad hunc effectū po-
teſt dici cauſa finalis ipſa cōdemnatio uel
abſolutio, ſed quantum ad hæc uerba, po-
teſt dici cauſa formalis, & ſubſtantialis ip-
ſius ſententiæ, quia ſi ſententia non conti-
net uerbū, cōdemno, uel abſoluo, uel æqui-
pollens, eſt ipſo iure nulla, & nō dicitur ſen
tentia, ut colligitur ex diffinitione ipſius,
quam tradidi ſupra in 1. qu. prin. & de hoc
123 eſt tex. in l. 1. ff. de re iud. † Quod autem
poteſt eſſe uerbum æquipollens cōdemna
tioni, uel abſolutioni, declarat Alex. in d. l.
124 1. colum. 2. in fi. ff. de re iud. † Inter alia
nota unum, quod ſi iudex declarat in ſen-
tentia, Titium teneri mihi ad centum, pe-
rinde eſt, ac ſi condemnaſſet eum ad cen-
tum, ita tenet Pet. Phil. Cor. in conſil. 301.
in litera f. in 3. uol. & eſt glo. in l. diem pro-
125 ferre. §. ſi plures. ff. de arb. † Quid autem
ſi iudex dicere, pronuncio Titium cōdem
nandum, an cenſeatur cōdēnaſſe: dic quod
non, quia tractus futuri temporis non ſpe-
ctat ad iudicem leg. non quemadmodum.
ff. de iud. l. 1. in princ. ff. de uſu. gl. eſt, & ibi
Bar. & Doc. in l. 1. C. ſi aduer. liber. iſtam q.
tangit Alexand. in l. 1. §. ſi quis ita, colum.
4. ff. de uerb. obl. & plures allegat. Tandem
firmat hanc opi. tanquam ueriorem per iu
ra allegata ibi per eum. Tangit etiam Ale-
xand. in d. leg. 1. colum. 2. in fi. ff. de re iud.
Aliud. n. eſt condemnare, & aliud pronun-
ciare condemnandum, nam talis pronun-
ciatio expectat aliam ſententiam poſt ſe.
126 † Sed ſtat dubium, quid ſi iudex mittit
h proceſſum *h* ad conſilium ſapientis, & ſa-
piens ſcribit, uotum ſuum. ſ. Titium eſſe
condemnandum, &c. & iudex dicit, pro-
nuncio, prout in tali conſilio continetur
an uideatur condemnaſſe? deciſio præce-
dens facit, quod non. Tamen communiter
Doc. tenent contrarium, quia talis eſt mēs
iudicis relata ad conſilium. ſ. ut condem-
net, & ita debet interpretari ut actus ma-
gis ualeat, quam pereat, ita concludit Ale.
in l. 1. in fin. ff. de re iud. Quod ſanè intelli-
ge, quando iudex ſimpliciter dicere, & ego
ita pronuncio, prout in tali conſilio conti-
netur. Secus, ſi adderet, pronuncio cōdem
nandum, prout in dicto conſilio, &c. quia
tunc non cenſetur condemnaſſe de præſen-
ti. ita declarat Bal. in l. cum iudex, circa fi.
C. de ſent. & ita reſtringe, & declara id qđ
dixi ſupra in 1. q. princ. huius ult. partis. in
§. differentiæ, uerſ. ſed iuxta hoc moueor,
&c. & uer. ſequen. ubi de hoc.
127 † Quid autem ſi iudex dicit cōdeno. ſi eſt
probatum, an ualeat ſnīa? uide plene de his
& aliis ſimilibus Alexan. in l. ait prætor. §.
ſi iudex. colu. 3. cum duab. ſeq. ff. de re iud.
Et quid ſi dicat, condemno, imo abſoluo?
uide Alexan. in l. actorum. eo. tit. & quid ſi
dicat pronuncio, prout talis iudex pronun
ciauit in tali cauſa? uide Alexan. in l. ſi con
uenerit, in fin. ff. de re iud. Et quid ſi dicat,
condemno uel abſoluo? Tunc non ualet.
ſecundum Alex. in l. iudex poſtquam, colu.
2. eo. tit. Et quid ſi dicat, condemno ſalu
eo, quod infra dicam? uide Alex. in d. le. iu-
dex poſtquam. col. 2.

VENIO ad tertiam q. principalem, &
128 quæro ſequēdo ordinem præpoſitū. † in
quibus caſibus ſententia nō trāſit in rē iu-
dicatam. Et quia multi, & quaſi infiniti ſūt
iſti caſus, colligā aliquos magis quotidia-
nos. tū prius uolo declarare hūc terminū,
quid eſt hoc dicere, quod ſententia tranſit
in rem iudicatā. Hoc declarat Abb. qui ple
ne tāgit in rub. extra de re iud. Et cōcluſio
uera eſt, quod qn̄ dicimus ſimpliciter rē iu
dicatam, pōt accipi largo modo, pro ſentē-
tia, quæ imponit finem controuerſiæ per

abſolutionem vel condemnationem, ut l. 1. ff. de re iud. & l. litigatoribus, & ibi gl. & Bar. C. de appel. Iaſ. in leg. & poſt rem. ff. de tranſ. ſed qñ dicimus, quod ſententia tranſiuit in rem iudicatam, intelligitur. i. quia accepit auctoritatem, & uires rei iudicatæ, quæ pro ueritate accipitur, & pro leg. habetur. leg. res iudicata. ff. de reg. iur. quod eſt, qñ per lapſum 10 dierum fuit firma remanet, ſi ab ea non fuit appellatum infra 10. dies. c. quod ad conſultationem de re iud. & auth. hodie, C. de app. Idẽ, quando fuit appellatũ & appellatio eſt deſerta auth. ei, qui appellat. C. de temp. app. & habetur in cõſt.
129 appellationum tempora. † & eſt i ſtãte au-
I ctoritatis ſuæ, quod facit de non ente ens, & de falſo uerum, & de albo nigrum, ſecundum Iaſ. in l. Iulianus, la 1. ff. de cond. ind. Primo, igitur dicitur res iudicata, largo modo, inhærendo ſolis uerbis, ex eo, quia per iudicem iudicatũ eſt nõ tamẽ aſſumit auctoritatem rei iudicatæ, niſi elapſis decẽ diebus, & poſtea dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam i. irreuocabiliter, quia ulterius per remedium appellationis reuocari nõ poteſt, nec cauſa reuideri, de qua materia remitto me ad dicta per Abb. in d. ru. extra
130 de re iud. † Hoc præſuppoſito dico, quod multi ſunt caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam. Et primus caſus eſt, quando ſententia eſt lata de conſilio alicuius Doctoris, ſeu iuriſperiti, nam nunquam tranſit in rem iudicatam, imo ſemper poteſt retractari, quandocunque apparebit conſilium alterius Doctoris rectius ſentientis, ita tenet Lud. Rom. in cõſ. 228. colum. fi. & Ant. de But. in cap. propoſuiſti, de prob. & Alexand. in l. ſi ab hoſtibus. colum. 3. ff. ſol. mat. & in c. intimaſti, in fin. de app. & Iaſ. in rep. l. admonendi. colu. 21. de iureiur. Verum hunc caſum, & omnes ſequentes declara, & limita, ut dicam infra in
409 *Appellationem eſſe deſertam poteſt iudex pronunciare ex officio abſque exceptione.*

410 *Appellatio deſerta efficitur ob non proſecutionem infra legitima tempora.*

411 *Appellatio efficitur diſerta, appellans non præſentat proceſſum iudici ad quem, infra quinquaginta dies.*

412 *Verum in ſacro conſilio eſt ſtilus quod cauſa reuidetur ex eiſdem actis, etiã poſt quinquaginta dies.*

413 *Reſtitutio in integrum peti poteſt aduerſus temporis lapſum appellatione deſerta infra quadriennium.*

414 *Appellans impeditus a iudice, qui noluit infra terminum literas expedire poteſt appellationẽ proſequi ultra terminũ decurſum.*

415 *Appellatio in cauſis beneficialib. nõ efficitur deſerta per lapſum termini dati a iudice, nec nunquam eſt deſerta quod iudicem.*

416 *Appellatio an & quod efficitur deſerta, ob non petitionem apoſtolorum.*

417 *Appellans quo actu implere debet ut appellatio non efficiatur deſerta.*

418 *Apoſtolos hodie in Regno non eſt neceſſe petere inſtanter, & inſtantiſſime, ſed ſufficit ſimpliciter, & ſemel.*

419 *Appellatio non efficitur deſerta per lapſum quinquaginta dierum, quando appellans ſuam fecit diligentiam & per iudicem ſtetit, ſed ceſſante impedimento, deſertur ſi nõ ſollicitat & ſupra nu. 44.*

420 *Appellatio deſerta efficitur, appellante non parente in die ſtatuto per iudicem ad recipiendos apoſtolos, etiam ſi iudex non venerit ad locum.*

421 *Appellatio ab interlocutoria efficitur deſerta eo ipſo, quod nõ admittitur & appellãs non appellat iterum a non admiſſione.*

422 *Appellatio cenſetur deſerta eo ipſo, quod appellans aliquid contra aduerſarium innouat ut quia ipſum ſpoliat.*

423 *Appellationi renunciat petens dilationem ad ſoluendum.*

424 *Faciens actum incompatibilem cum appellatione, appellationi renunciat.*

SEcundus actus principalis qui emergit in hac ultima parte iudicij, eſt appellatio, nam lata ſententia diffinitiua illa pars, quæ ſentit ſe grauatam, poteſt appellare ad ſuperiorem infra 10. dies, ut in aut. hodie. C. de appell. Et quoniã iſta materia appellationis eſt, quotidiana & prolixa, q̃ in rei veritate exigeret in unũ magnũ tractatum ideo obmiſſis ſuperfluis utar hic ꝑ aliquali introductione practicantiũ, put breuius potero ea attingere, & ipſam examinabo per 8. q. princ. referendo dicta magis notabilia & quotidiana. Et prima, quæ erit quid ſit appellatio. Secũda, qualiter fiat appellatio. Tertia quando fit appellatio. Quarta, a quibus iudicibus, & actib. appelletur. Quinta ad quem iudicem appellari debeat. Sexta, quibus appellationib. ſit deferẽdum, uel non. Septima, quod poſſit facere iudex appellatione pendente. Octaua & vltima, quando & ex quibus cauſis appellatio dicatur deſerta.

1 VENIO ad primam. Et quæro quid † ſit appellatio. Hanc diffinitionem ponit *Bart.* in l. 1. in princ. ff. de app. & Abba. in rub. extra, de app. & ibi etiã Phi. ſimiliter. Bald. ponit ĩ rub C. eo. ti. & breuiter obmiſſis alijs diffinitionibus placet mihi illa diffinitio, videlicet. Appellatio ẽ prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati uel inferendi. *In* hac diffinitione ille terminus, prouocatio. ponitur loco generis, q̃a plus continet prouocatio, quam appellatio.

2 † Nam prouocatio eſt omnis actus, per quẽ iudicis officium ſeu auxilium imploratur ut d. Bart. in l. ſi minoris, col. 2. uerſi. 3. modo legitur. &c. ff. de adm. tut. in tantum, ꝙ prouocatio cõtinet appellationem iudicialem, & extraiudicialem, ſeu appellatio ex ꝓprio ſignificatu continet iudicialem tam tum non extraiudicialem, ut habetur in capitu. cum ſit Romana, & ibi *Abb.* in verſic. no. & *Phil.* in ult. not. de app. & idem Abb. in c. fin. in 1. not. de ſeq. poſſeſ. & fruct. ubi plus dicit, quod omnis appellatio poteſt dici prouocatio, ſed non econtra. & ſequitur Fel. in rub. de app. in prin. ergo prouocatio eſt genus, l. inter agnatos. ff. vnde legi. & l. ſi quid eorum, §. interemptum. ff. de l.

3 † Sequitur in diffinitione, ad maiorem iudicem, & hoc ideo ponitur, quia de natura appellationis eſt, ut fiat de minori iudice ad maiorem, non enim eſt æquum, ut minor corrigat errorem maioris iudicis, ſed potius econtra, ut not. glo. in cap. 2. de conſue. lib. 6. ubi dicit, quod non poteſt etiam cõſuetudine induci, ut appelletur a maiorẽ ad minorem, uel ad patrẽ, & ſequitur Phi. rub. de appell. & ibi communiter Doct.

4 Sequitur in diffinitione, ratione grauaminis illati uel inferẽdi, hoc ideo dicitur, quia non ſolum ab illato, uero etiam a futuro grauamine poteſt appellari, ut habetur per Doct. in c. vt debitus, de ap. & dicam infra in 4. q. quando hoc habeat locum. Super iſta q. quia hic congruentius accidit, eſt ſciẽdum, quod in iure habemus plures per minos ſuſpenſiuos cauſarum, qui ſunt iſti, videlicet, appellatio, prouocatio, relatio reclamatio, ſup. recuſatio, reſtitutio querela, reductio. & dilatio.

5 † Appellatio proprie dicitur quando aliquis in iudicio ſe aggrauat ab aliquo actu iudiciario tendente in eius læſionem habendo recurſum ad ſuperiorẽ, vt ſupra declaraui in diffinitione appell. & de hoc termino loquitur totus tit. ff. de ap.

6 † Prouocatio, eſt nomen magis generale comprehendens appellationem iudicialẽ, & extra iudicialem, ut habetur in d. cap. cum ſit Romana, de appella. dicitur enim actus per quem auxilium iudicis imploratur, ut ſupra dixi, & no. Bar. ĩ d. leg. ſi minoris, co. 1. ff. de adm. tu. quicunque enim auxilium iudicis implorat, dicit iudicem, prouocare, quando tamen iſti duo termini. ſ. appellatio, & prouocatio, profundatur, & unus pro alio ponitur, ut habetur in l. talepactũ. §. qui prouocauit. ff. de pac. & l. ſi apud

7 & l. ſi quis prouocatione. C de ap. † Relatio poteſt multipliciter intelligitur. Primo. n. dr̃ relatio quando iudex conſulit prĩcipem putat ĩ aliqua cauſa ardua, & expectat rñſionem prĩcipis in illa cauſa, qualiter habeat

in ea procedere, ut not. Spec. in titu. de rela. in prin. & de hac relatione loquitur text. in leg. 1 & fin. & ibi Bart. & Bald. C. de rela. & in ca. intimaſti, & ibi per Phil. & do. de app. Secundo modo dr relatio, quæ fit ex neceſſitate delegationis. ut qñ princeps uel alius ſuperior delegat aliquam cauſam alicui cũ poteſtate procedẽdi uſq ad ſententiã excluſiue. & cõpleto proceſſu lapſum trãſmittat ipſi principi decidẽdum. nã illa tranſmiſſo proceſſus, dicitur relatio, & de hac tractatur in conſt. de ap. & tangunt Abb. Phi. & Car. in d. c. intimaſti, eo. tit. ubi plus dñt, q ſi eſt ſtatutum tempus procedendi per principẽ, puta ut procedat infra duos menſes, & poſtea proceſſum referat, nõ põt delegatus referre, niſi finito termino; quia proceſſus debet expediri infra terminum, relatio uero debet fieri põt terminum, alias non ualet, niſi de conſenſu utriuſque partis, ita tenet Phi. in c. intimaſti. co. 3. uer. 2. fit relatio, & c. ibi ẽt Card. in 1. col. Tertio mõ dicitur relatio, quæ fit ex natura cauſæ, ut quia eſt aliqua cauſa maior puta feudalis, de qua iudex inferior cognoſcere non poteſt, nam debet nam referre ad ſuperiorem iudicem competentem, ut habetur in c. maiores, de baptiſ. & in d. c. ut debitus, & d. c. intimaſti & ibi ẽt Phi. in 3. col. de appel. Quarto modo dicitur relatio quæ in regno cõiter in ſacro cõſ. & in magna curia uicariæ fit, uidelicet, qñ uice protonarius cõmittit cauſam conſilio deuolutam uni ex regis conſiliariis, ut fabricato proceſſu, in ſacro conſilio referat. Similiter quando regens magnæ curiæ cõmittit cauſam alicui iuriſperito, uel unius iudicibus, ut fabricato proceſſu referat uotum ſuum. nam in iſto caſu ille commiſſarius procedit ſolus in cauſa, & facit proceſſum uſque ad concluſionem incluſiue, & deinde ſcribit uotum ſuum, et ipſum refert in conſilio uel in magna curia, una cum toto proceſſu, et ſecundum eius uotũ refertur ſnĩa per totum conſilium, quantum ipſi ſacro conſi. iuſtum uidetur & figuratur ſnĩa ſub nomine conſilii, ſeu regiæ maieſtatis, & de hac relatiõe eſt ritus magnæ curiæ nu. 161. qui incipit, item ſeruat dicta curia committere cauſas, &c. de hac relatione loquuntur duæ deciſiones conſ. Nea. quorum
8 una eſt, num. 18. & alia. num. 47. † Quinto modo dr relatio, qñ petitur conſilium iuriſperiti in aliqua cauſa, puta quãdo iudex idiota uult ferre ſnĩa, ſecundum conſilium iuriſperiti nã tranſmittitur proceſſum iuriſperito una cum literis relationis in quib. literis narrat cauſam ſuper quo conſulit ipſum iſta appellatur relatio, quia refert ſe ad conſilium iuriſperiti, & tenetur in narratione caſus referre totam cauſam pro utraque parte alia pars quæ læditur, poſſet appellare ab illa formatione puncti, ita plene Phi. in d. c. intimaſti. 3. not. ubi plus dicit, quod quando iudex uult figurare caſum ſeu punctum tranſmittendum iurriſperito dẽt illum formare in pñtia utriuſq. partis, & de eo dẽt dare copiã partibus, ſi uoluerint, et talis copia dẽt eſſe in forma authẽtica cum ſigillo notarii, et hoc fit, ne aliqua partium lædatur in formatione caſus, ſi forte tacerẽtur iura alterius partis. Si autem partes diſcordarent informatione puncti, tunc iudex ex ſuo officio in contumaciã partium põt punctum formare, et ita hæc omnia dicit Ph. in d. c. intimaſti, et ibi etiam Abb. &
9 Car. † Ex quib. elici bonã practicã in caſu quotidiano, q quando iudex uult trãſmittere proceſſum ad cõſilium iuriſperiti, uel uult referre caſum uel punctum pro hñdo conſilio põt litigatur requirere iudicem q antea quã trãſmittat proceſſum uel formationem caſus, debeat ſibi dare copiã literarum, quas mittit iuriſperito ad uidendum, utrum ſi grauatus in aliquo ſuper formatione caſus. & tenetur iudex dare dictã copiam ad requiſitionem litigantis, alias poſ- 1
ſet appellari p prædicta. Puto tñ. q iudex non debeat dare copiã nominis iuriſperitis qñ ſecreto mittitur ad iuriſperitum allegatis aliis, ſuſpectis ad hoc ne ille iuriſperitus poſſit ſubornari & trahi ad uotum alterius partis, ſed quãdo publice, mittitur puta uoluntate partium, tunc debent ædi ẽt nomẽ iuriſpiriti. Quod nota quia quotidie euenit iſtæ caſus, & pauci aduertunt in petẽdo copiam dictarum litterarum, et ut plurimum iſti iudices idiotæ pẽdent pro aliqua parte, et ſolẽt ſcribere lr̃as cõmendatitias in fauorẽ alterius quæ litere ſolẽt mouere aĩum aliquorum conſultorum in præiudicium alterius partis, et mihi id pluries euenit, qñ fuerunt mihi tranſmiſſi aliqui proceſſu per iudices idiotas diuerſorum locorum nã fuerunt mihi tranſmiſſa literæ cõmendatitiæ

in fa-

in fauorem alterius. Verum non obſtraxerũt animum meum a recto iudicio, & idẽ rogo, ꝙ omnes conſultores faciant, & prædicta ẽt tenet Spec. in titu. de rela. § qualr.

10 † Scias ẽt ad propoſitum materiæ noſtræ, ꝙ relatio eſt actus ſuſpenſiuus, ſicut appellatio, nam relatione pendente nihil poteſt innouari, tex. eſt, & ibi Bal. in l. fi. C. de rela. ubi infert, ꝙ quandiu cã transmiſſa eſt ad conſilium iuriſperiti, iudex non poteſt interferre ſententiam ante conſilium habitum ab iuriſperito, & habetur in l. ex illo & ibi Bal. & doc. C. de appel. & per Bar. in l. 1. C. de rela. & Bal. in c. intimaſti. de appe. An autem ſi iudex procedere relatione pendente, proceſſus ſit nullus, uel ſi opus appellatione, uide pulchre per Car. in d. c. antimaſti, col. pen. & fi. ubi relatis omnibus opinionibus aliorum, finaliter ponit bonam diſtinctionem cum ueris concluſionibus, ad cuius dicta me remitto.

11 RECLAMATIO, † eſt quidẽ terminus generalis, & refertur ad illas ſnĩas, a quibus de iure non appellatur. unde poteſt referri ad ſnĩas arbitrorum, & tunc reclamatio eſt idem, ꝙ reductio ad arbitrium boni iuri, ut habetur per Sal. in l. cum antea, § 1. C. de arb. & Abb. in conſi. 1. col. fi. in 1. uolu. ubi iudicium reductionis appellat iudicium reclamationis, & ſic æquiuocat iſta duo uocabula. Item poteſt referri ad ſnĩas principũ uel præfeti prætorio, & tunc reclamatio eſt idem quod ſupplicatio, de qua hr in l. 1. C. de ſen. præfe. præt. & per Spec. in toto tit. de ſupplicatione, & ita accipitur hodie in ſacro conſi. Neapo. a cuius ſnĩa non licet appellare, ſed reclamari põt, & idem importat iſta reclamatio, qđ ſupplicatio, de qua habetur & fit mentio in dec. 231. conſilio. Neap. iſta. n. reclamatio fit ad idem conſilium, quia profert ſententias ſub nomine regię maieſtatis de cuius materia plene dicam infra proxime, in uer. ſupplicatio.

12 SVPPLICATIO, † dr propriè, qñ aliquis reclamat a ſnĩa principis, uel ſnĩa pſecti prætorio, nam hmõi ſnĩa pp excellentiam iudicum non poteſt de iure appellari, ſed ſolum is, qui ſentit ſe grauatum poteſt ſupplicare apud eundem principem uel præfectum ut ipſe idem cauſam reuideat, & ſuo grauamini prouideat, & ita fit hodie a ſacro conſ. & ita appellatur ſupplicatio, quæ alio uocabulo dicitur reclamatio, ut dixi ſupra proximo uer. ita habetur in d. l. 1. C. de ſen. præfe. prgt. & in l. ſi quis, & auth. quæ ſupp. C. de præ. imp. off. & not. Spec. in tit. de ſupplicatione §. 1. & per totum, & eſt tex. in l. 1. in prin. ff. a qui appel. non licet, & in l. præfecti. ff. de mi. & habetur in c. ex literis, & ibi per Abb. de in integ. reſt.

13 † Amplia hoc procedere non ſolum in ſnĩa principis, & præfecti prætorio, ũerum etiã in ſententijs aliorum inferiorum admittitur ſupplicatio, qñ prohibetur appellatio, ut puta, ſi prohibetur per ſtatutum, uel per principem committentem cauſam appellatione remota, nam tunc ex quo ceſſat remedium ordinariũ, ſ. appellationis, admittitur extraordinarium, ſ. ſupplicationis, ita tenet Ab. in d. c. ex literis. in 4 not. & in gl. in uer. ſupplicauit alias autem nunquã admittitur ſupplicatio, ubi poteſt habere locum appellatio, ut ibi habetur, & ibi etiam Abb. in d. c. ex literis, in ult. no. ponit deſcriptionem, & diffinitionem ſupplicationis, dicens, quod ſupplicatio eſt quædam precum porrectio facta principi, per quam ex quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſnĩam, contra quã non competit remedium ordinarium. ſ. appellationis. Non tñ intelligas diſtincte, qđ in omnib. caſibus, in quib. remouetur appellatio, habeat locũ ſupplicatio, quia imo in multis caſibus, in quib. quis non poteſt appellare, minime poteſt ſupplicare. ut ecce,

14 † uerus contumax non appellat, l. ex cõſenſu §. fi. ff. de ap. l. 1. C. quo. app non recip. & ſicut non poteſt appellare. ita minime poteſt ſupplicare, ſm Io. de Imo. in d. l. ex conſenſu. § fi. & Phil. Dec. in conſ. 34. col. 3. in prin. & ſuper hoc tradit unam magiſtralem regulam Iaſ. in auth. quæ ſupplicatione. col. 2. in fi. C. de præc. imp. off. quod ubi quis prohibetur appellare pp excellentiam iudicis, & ſic in priuilegium ſnĩæ latæ tunc poteſt ſupplicare ſed ubi non põt appellare de iure communi, minime poteſt ſupplicare.

15 † Differt autem ſupplicatio ab appellatione in pluribus, & primo, quia appellatio debet fieri infra 10 dies ut in authen. hodie. C. de appel. ſupplicatio uero poteſt fieri infra x. dies & etiam infra duos annos. Verum in hoc eſt dñia quia qñ fit infra decem dies, ſi pars uictrix uult petere

executionem ſuiæ, non aliter fit executio
niſi præſtiterit ſatiſdationem de reſtituen-
do executionem in caſu, quo ſnia fuerit,
retractata, ut eſt text. in d. auth. quæ ſuppli-
catio. ſed quando fit infra duos annos, fit
executio, etiam ſine dicta ſatiſdatione ita
declarat Ab. in d. c. ex literis, col. pe. uer. &
in fi. glo. & c. de inte. reſt. & Spec. in titu. de
ſupp. §. 1 uer. ſolus tamen, &c.

16 † Secundo differt, quia appellatione pen-
dente, non põt fieri executio, ut toto titu.
nihil nouari appellatione pend. ſed pendẽ-
te ſupplicatione, fit executio cum dicta ſa
tiſdatione, eo modo, quo ſupra dixi, ut d.
aut quæ ſuppl. & no. Spec in tit. de ſuppl. §.
differt, & no. Bal. in d. auth. quæ ſupplic. in
2. not. Verum in hoc eſt prodita in regno
noua declaratio per ritum magnæ curiæ, ſ.
q licet fiat executio per iudicem pendente
ſupplicatione, intelligitur tamen quoad
cauſam principalem, non autem quoad ex
penſas. Nam in expenſis non fit executio
pendente ſupplicatione, etiam ſi uictor of-
ferat ſatiſdationem de hoc eſt ritus magnæ
curiæ in nu. 10. qui incipit, item ſi contin-
gat cauſas, &c. & eſt deciſ. 231. conſ. Neap.

17 † Tertio differt, quia appellatio fit ad aliũ
iudicem ſuperiorem, non autem ad eun-
dem, qui, pronunciauit. l. eos. C. de app. Sup
plicatio uero fit ad eundem iudicem, qui
pronunciauit ut d. aut quæ ſupplicatio &
ibi glo. & Doc. Spec. in d. titu. de ſuppl. §. 1.
ver. ſolus tamen. Et ita ſeruatur hodie in ſa
cro conſ. quia ſupplicatur ab eius ſententia
eidem ſacro conſi. ut eam reuideri faciat, &
interim non fit executio in expenſis, ut ha
betur in deciſ. 231. conſi. Neap.

18 † Quarto differt, quia appellatio, eſt reme
dium ordinarium & concernit meram iu-
ſtitiam, quia eſt ſpẽs defenſionis. c. cum po
cial. §. porro de app & Soc. in conſil. 159.
colu. 3. uer. confirmatur, nã appellatio, &c.
in 2. uol. ſupplicatio uero concernit gratiã,
& eſt remedium extraordinarium, concedi
tur. n. ex mera benignitate, & gratia princi
pis, colligitur ex no. per Ab. in d. c. ex lite-
ris, in ultimo no. de in integ. reſt.

19 † Quinto differt. quia appellans qui nihil
poſuit, nec probauit in cã principali, non
auditur niſi ante oĩa reficiat expenſas, ut
dicta regia prag. quæ incipit qui id cã. Se-
cus eſt in eo, qui ſupplicat, quia nõ tenetur
reficere expenſas etiamſi nihil poſuit nec
probauit, ita de hoc eſt dec. conſi Neapol.
20 nu. 231. † Sexto differt, quia licet pendente
poteſt a quocunque grauamine appellari
ante diffinitiuam ſententiam c. ut debitus,
de app. & habetur in l. 2. & 3. ff. de appella.
rec. & ibi per Bart. ſed ſupplicare non licet
ante diffinitiuam ſniam. l. 1. C. ut lite pẽd.
& no. Spe. in tit. de ſuppl. §. differt, uer. item
21 ante, &c. † Septimo differt quia appellare
permittitur hic a qualibet ſnia, ut habetur
in l. 1. C. ne lic. ter. prou. ſed ſupplicari non
poteſt, niſi ſemel, eſt text. & ibi Bald. in l. ſi
quis C. de prec. imp. off. & no. Spec. in d. §.
differt, in fi. uerbis, & habetur in d. dec. 23.
22 5. conſ. Neapo. in fi. † Octauo differt, quia
qui appellat, conqueritur de iudice, quod
iniquam tulerit ſententiam, ſed qui ſuppli-
cat, non dẽt conqueri de iudice, quia turpe
eſſet allegare iniquitatem tam magni iudi
cis, ſed debet allegare negligentiam ſuam
propriam, & petere ueniam proprij erroris
uel allegare reconuentionem aduerſarij, ut
habetur in l. præfecti. ff. de mi & no. Azo.
in ſumma. C. de ſent. præſ. præt. & Mat. de
Afflict. in præludijs conſt. in 10. q. in 4. fall.
23 † Conueniunt autem ſupplicatio, & appel
latio. quia ſi fit eadem die, quam fertur ſen-
tentia poteſt tam ſupplicatio. quã appella-
tiõ fieri uiua uoce, ſed fieret poſtea, non ua
let, niſi fiat in ſcriptis. ita declarat Iaſ. in au
then. quæ ſuppl. in fi. col.

24 RECVSATIO. † eſt ſextus actus ſpen-
ſiuus, & habet locũ, qñ iudex ex aliqua iu-
ſta cã redditur ſuſpectus, nam poteſt recu-
ſari, & interim ſuſpenditur eius iuriſdictio
quia recuſatione pendente non põt ad ali-
quã actum procedere in illa cã, & ſi proce-
dit proceſſus eſt nullus. ſm Bar. & Doc. in
l. quia poterat. ff. ad Treb. & dixi ſupra in
4. par. in 16. d. uer. 2. de iudicium nullũ. &c.

25 † Qualiter autem hodie proponatur
iſta recuſatio iudicis, maxime in regno, &
an iudex recuſatus poſſit cauſam alteri de
legare, dixi ſup. in 4. par. in 5. d. uer. 15. dif-
ferunt, &c. & uerſi ſeq. De hac materia iudi
cis ſuſpecti, & eius recuſationis, tractatur
plenè per Lanfr. in c. qñ contra in uerſi. re
cuſatione, de prob. & per Doct. in c. ſuſpi-
cionis, de off. del. & in c. poſtremo. & c. 2. re
quiris, & c. cum ſpecialis de app. & per Do-
cto. maxime Iaſ. in l. apertiſſimi. C. de iudi

Et

26 †Et inter alia dicta nota unū, qđ exceptio
recuſationis debet opponi, nō ſolū ante li-
tem conteſtatam, uerū et debet eſſe prima
quæ opponi debet ante oēs dilatorias, q2
ſi opponitur alia dilatoria, cenſetur prouo-
cari iudex, ut ſuper eam pronūciat. & ſic in
ducitur conſenſus in iudicem, unde poſtea
non poteſt recuſari ita dicit Lanf. in diuer.
recuſationes in pri. per ea quæ not. Bart. &
Docto. in l. quidam conſulebant. ff. de reg.
iu. & gl. & Doc. in c. inter monaſterium de
re iud. & dixi ſupra in 12. diſt. uer. ſcias. tñ
pro complemento, &c. & uide quæ dicam
27 infra in fi. ſequentium recuſarum.† Vnam
tantum q. puto hic attingendam pro utili
tate huius materiæ, poſtquam hic incidi
eam tractari, uidelicet, quæ ſint cauſæ ex
quibus poteſt iudex, ut ſuſpectus recuſari,
& dic quod multæ ſunt, quarum aliquas
28 quas recolo hic ſubijciam.† Prima igitur
cauſa iuſtæ ſuſpicionis eſt, quando iudex
eſt familiaris alterius partis, quæ familiari
tas debet eſſe magna, quæ modica nō ſuf-
ficit tex. eſt in ca. inſinuante, & ibi Abb. &
Fel. & glo. de off. del. & ibi declarat plene p
Doct. maxime in fi. co. quis dicatur dome
ſticus, & quis familiaris, & per Specu. in ti.
de iud. del. §. ſupereſt. uer. item ſi eſt nimis,
29 &c. †Secunda cauſa ſuſpicionis eſt, quan-
do iudex ordinarius eſt ex aliqua iuſta cau
ſa ſuſpectus, nō poteſt ex eadem cauſa recu
ſari eius uicarius, licet in ſpecie contra ui-
carium, nulla alia ſit ſuſpicio, ſecūdū Abb.
& Fel. in d. c. inſinuante, col. 1. de off. del.
29 † tertia cauſa eſt quando iudex eſt conſan
guineus alterius partis, ut dicitur in ca. po
ſtremo. de app. & in c. accedens. el 2. ut lite
nō conſti. Idem, ſi eſt affinis ut habetur in
dictis iurib. & in l. qui iuriſdictioni ff. d iu
30 riſd. omn. iud. q ñ non pcedit, qñ iudex
eſſet æqualiter coniunctus utriq; parti, q2
non pōt tūc, ut ſuſpectus recuſari ſecūdū
Bar. in d. l. qui iuriſdictioni in 1. leg. & per
pdicta infert Ab. in d. c. inſinuāte. col. 2. in
pri. uerſ. not. & ibi, & c. quod qñ iudex con
ſanguineus præfati alicuius eccleſię poteſt
recuſari, ut ſuſpectus in cauſa illis eccleſiæ.
Adde prædicta Phil. in d. ca. poſtremo. co-
31 lu. 6. de ap. † Quarta cauſa eſt, quando dñs
eſt ſuſpectus, nam propter ſuſpitionem do
mini poteſt tota eius familia allegari ſu-
ſpecta, ſecūdū Ab. in d. c. inſinuante col. 4
32 in fi. de off. deleg. & ibi etiam Fel.† Quin
ta cauſa eſt, quādo quis uellet eſſe iudex in
cauſa propria, ut d. l. qui iuriſdictionē ff.
de iud. omn. iu. & l. pri. C. ne quis in ſua cā.
33 †in tantum q etiā Rex uel imperator nō
dēt eſſe iudex in cauſa propria. ſed debet
illam delegare, ut plene declarat. Andr. de
Iſer. in c. imperialē §. præterea ſi inter. col.
34 7. & 8 de proh. feu. alie. p Fede.† uerum ſi
a uellet princeps, non recognoſcēs ſuperio
rem, eſſe iudex in cauſa propria, quam ha-
bet cum ſuo ſubdito poſſet eſſe iudex, ſe-
cus, ſi haberetur cauſā cū nō ſubdito, ita
tenet Soc. in conſ. 110. col. 6. in pri. in 1. uo
35 lu.† ſexta cauſa eſt, quando iudex inimi-
cus capitalis, alterius partis, ut no. Spe. in ti
tu. de iud. del. §. ſupereſt uerſ. item, ſi eſt ini
micus, & no. Abb & Fel. in ca. accedens el
2. ut lite non cōt. & habetur in ca. cum R.
de off. del. adde Phi. in c. poſtremo, colum.
9. uer. 32. de appel. ubi dicit ſufficere quāli
bet inimicitiam, etiam non capitalem.
36 Septima cauſa eſt, quando iudex eſt con-
ſanguineus inimici alterius partis, ita dicit
Abb. in d. cap. accedens in 1. no. & Bald. in
l. quoniam liberi. C. de teſt. b. ubi dicit, q
37 † qui copulat parentelam uel amicitiam
cum inimico meo, dr mihi inimicus, quia
cēſetur eſſe eiuſdem intentionis. Idem te
net expreſſe Fel. in d. cap. accedens, colu. 1.
& Phil. in cap. poſtremo, in 3. col. de appe.
38 † Octauo cauſa eſt, qñ iudex eſt commen
ſalis alterius partis, uel inimicus alterius
partis, ſecūdū Abb. in d. c. accedēs, col. 1. uer.
1. cauſa, &c. & Phil. in capi. poſtremo, col.
39 7. uerſ. 8. de app.† Nona cauſa eſt, ſi iudex
eſt conterraneus alterius partis, ut quia eſt
ortundus de eadem ciuitate, de qua eſt al-
teras pars, ſecundum Abb. in d. cap. acce-
dens colum. 1. uerſ. 3. cauſa, &c. in 2. colu.
uerſ. 2. hæc glo. quærit, &c quod tamen in
telligitur indiſtincte, ſecundū Abb. ibi, qñ
ſunt duo conciues, qui repertūtur extra eo
rum patriam, ex quo ſolēt ſe ut fratres dili
gere, quando ſunt in remotis partibus, &
ſequi Fel. ibi in 1. col. in prin. ſed quando
eſſent in eodem patria, eſt iuſta cauſa ſuſpi
cionis in delegato, non autem in ordina-
rio, ut declarat Abb. in d. capitu. accedens.
40 colu. 2. circa fi.† Decima cauſa eum, qñ iu
dex ſubditus ratione iuriſdictionē aduer
ſarii ſui, puta, quia ē ſuffraganeus, uel ua-

ſallus,nam ex hac cauſa poſſum ipſum al-
legare ſuſpectum,tex.eſt,& ibi Abb.& cõi
ter doct.in cap. accedens,el 1. extra,ut lite
41 non conteſt.† Idem,quãdo iudex eſt ſubdi
tus inimici mei contendentis meum, quia
timorẽ ſuperioris ſui poſſet a recto trami-
te deuiare,ita dicit Abb.in capi. accedens,
el 2.colum.1.uerſ.4.cauſa, & capit.ut lite.
non conteſt.& Phil.in cap. poſtremo col.
42 7.uerſ.13.& 15.de app.† Vndecimo cau-
ſa eſt, quando iudex fui aduocatus alte-
rius partis in illa cauſa in qua uult iudica
re,ut eſt text.& ibi Alexan.& Docto.in le.
prætor.ff.de iur.om.iud.& in capit.poſtre
mo,& ibi Abba.& Phil.de appel.Secus ta-
men eſt quãdo fuit aduocatus in alia cau-
ſa penitus ſeparata, quia aduocatus meus
in una cauſa,poteſt eſſe iudex in alia cauſa
mea penitus ſeparata, & non per hoc po-
teſt per aduerſarium meum refutari, ita te
43 net Phi.in d cap poſtremo colu.1.† Duo
decima,cauſa eſt,ſi iudex nimis fauet alte
ri,demonſtrando ei nimiam amicitiam,
& alteram partem grauando, & intelligi-
tur de nimio fauore,nam modica amicitia
non ſufficit ad iudicem recuſandum ita di
cit Abb.in d.cap.accedens, el 2.col.1.in fi.
& col.2.in fi.ut lite non conteſ. & habetur
in c.cã.q.el 2.de iud. & per Phil. in d.c.po-
44 ſtremo.col 8 ver.21.de ap.† Decimatertia
cauſa eſt, ſi altera pars alloquitur iudice
ſecreto in aure, poteſt ex hoc per alteram
partem recuſari,ſecundum Abb. in d.cap.
accedens,col.3.uerſ.& aduerte,&c.& Lan-
fr.in c.quoniã contra, in uerſic. recuſatio-
45 nis col.fi.circa fi.de proba.† Decimaquar-
ta cauſa eſt,ſi iudex animoſo, & iniuſte,
ſeu extraiudicialiter procedit contra ali-
quẽ ſecundum Abb.in c.conquerente,col.
2.de reſt.ſpo.& Abb.in ca.cum ueniſſent.
in 5.no.de reſt.in inte.& Phil. in d.cap.po
46 ſtremo col.8.ver.17.† Decimaquinta cau-
ſa eſt,ſi iudex habet conſimilem cauſa cũ
illa,in qua uult iudicare,quia ex hoc reddi
tur ſuſpectus,quia præſumitur iudicare ta
liter,prout uellet in ſua cauſa iudicari § le-
en,& ibi Abb.& Doc.in c. cãm quæ el 2.
47 de iud.† Decimaſexta cauſa eſt pars recu-
ſans habet aliquam cãm cum iudice, tan-
quam cum priuato,ut quia litigat cum iu
dicem alia cã, nam ex tali litigio cauſatur
quædam inimicitia,quę eſt ſufficiens ad iu
dicẽ recuſandum ita d. Abb. in c.cũ ſuper
48 in 3 no.de off.del.† Decimaſeptima cauſa
eſt,ſi iudex uoluit exercere actum huma-
nitatis cum parte, ut quia uoluit partẽ ad-
mittere ad oſculum pacis,quia ex hoc præ
ſumitur inimicus,& põt recuſari, ſecundũ
Ab.in d.c.cũ ſuper.cõſ.1.uer.2.cauſa,&c.
ubi infert notanter ad unum modum pro
bandi inimicitia,ſ.qñ in eccleſia ſolitũ eſt
dari oſculum pacis, quia ſi aliquis nõ uult
admittere alterum ad oſculum pacis, præ-
49 ſumitur ex hoc inimicus.† Decimaocta-
ua cã eſt,qñ iudex fuit minatus alteri par-
ti,ꝙ ei noceret,ſecundum Ab.in d.c.cum
ſuper,co. 1.uer,tertia cã,&c.extra de offic.
50 del.† Decimanona cauſa eſt, quando iu-
dex non uult aliquẽ ſalutare, quia ex hoc
cenſetur inimicus ſecũdum Ab.in d.cum
ſuper col.1.uer.adde quartum,&c.Iaſo.in
l.apertiſſimi,col.3.C.de iud.
51 † Vigeſima cã eſt, qñ prælatus uellet eſſe
iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, quia licet de
de iure poſſit eſſe iudex,tñ poteſt ut ſuſpe
ctus recuſari, pp præſumptã affectionem
ſecundũ Phi.in c.poſtremo, col.5.uer.q̃ri
tur et ca. de app.ubi multos allegat pro &
contra,et cõcludit hãc opi. eſſe ueriorem
52 Vigeſima primã cã eſt,qñ iudex fuit con
ſultor tantum in aliqua cã.Et quia fuit cõ
ſultus,& propalauit uotum ſuum pro una
parte redditur ſuſpectus in illa cauſa,dato
quod fuerit aduocatus.Secus ſi non ꝓpa-
lauit uotum,licet fuerit conſultus, quia nõ
redditur ſuſpectus, ſecundum Phil.in d.c.
poſtremo,co.7.uer.7.&c.de appe. & Doc.
53 in l. prætor.ff.de iuriſd.om.iud.† Vigeſi-
maſecunda cã eſt ſi fuit datur ad petitio
alterius partis, quia ex hoc ſolo poteſt per
alteram partem recuſari. ſ.obſeruandũ.ff.
de iud et habetur in c.inſinuã e.de of.del.
54 & Phi.in d.c.poſtremo,co 8.uer 22.† vi-
geſimatertia cã eſt,ſi iudex fuit teſtis in ea
dẽ cã in qua modo uult iudicare,l. fi.ff.de
teſt.& Spec in titul. de iud.del.§.ſupereſt,
55 uer.item,ſi fuit teſtis,&c.† Quid aũt ſi fi
lius,uel alter conſanguineus,uel commẽ-
ſalis iudicis fuit aduocatus in aliqua cau-
ſa an ex hoc poſſit iudex,ſuſpectus recuſa
ri,dic,qđ non ita tenet Phil.in d.ca.poſtre
mo col.5.uerſ.in gl.in uerſ.aduocati,etc.
de app.ꝙ nota,quia prima facies quis dice
56 ret contrarium † uigeſimaquarta cauſa eſt,
ſi iu-

ſi iudex eſt canonicus, & coram eo litiga-
ret canonicus eiuſdem eccleſiæ, quia põt p
diuerſam partem recuſari, ut hꝭ in c. cum
R. de off. dele. & no. Spe. in ti. de iudice del.
§ ſupereſt, uer. item ſi eſt cum canonicus,
& Phi. in d. c. poſtremo, col. 7. uer. 11. ubi li-
57 mitat, niſi ambo litigantes eſſent canoni-
ci, quia per ratio affectionis ſuſpicionem
58 excludit. † Vigeſimaquinta cauſa eſt, ſi liti
gator impetrauit ſibi iudicem in cauſa ſua
eum, qui erat ſuus dñs, quia altera pars põt
eum recuſare, tex. eſt in c. cauſam, quæ de
59 offi. deleg. † vigeſima ſexta cauſa eſt, ſi iu-
dex eſt ſocius alterius partis, uel habitat in
eadem modo cum altera parte, ut no. Spe.
in tit. de iud. dele. §. ſupereſt uer. quid ſi ſit
ſocius, & Phi. in d. c. poſtremo, colum. 8. in
60 prin. uer. 18. de app. † vigeſimaſeptima cã
eſt, ſi ipſe iudex ſe impetrari procurauit ſe
cundum Spec. in d. §. ſupereſt, uerſi. item ſi
61 ipſe per l. quæ oia. ff. de procur. † Vigeſima
octaua cauſa eſt, qñ eſt appellatum a ſentẽ
tia iudicis, qui partem grauauit, nam ap-
pellatione pendente, reddit ſuſpectas appel
lanti, tam in illa cauſa quam in omni alia
& poteſt recuſari, ſecundum Phil. in d. cap.
62 poſtremo. col. 8. in fi ver. 27. † Vigeſima-
nona cauſa eſt, quando iudex accepit ali-
quam donationem ab altera partium ſe-
cundum Phi. in d. c. poſtremo, col. uer. 28.
63 † Trigeſima cauſa eſt, quãdo iudex a quo
eſt ſurrogatus iudex in cauſa appellatio-
nis, quid redditur ſuſpectus in illa cauſa,
in qua pronunciauit ſecundum Phi. in d.
64 poſtremo, col. 10. uer. 29. † Trigeſimapri
ma cauſa eſt ſi iudex fuit quondam inimi
cus alterius partis, nam licet modo ſit re-
conciliatus, poteſt tamen ut ſuſpectus alle
gat, ſecundum Phi. in d. c. poſtremo, col. 6.
uerſ. 35. inimicus enim reconciliatus ad-
huc remanet ſuſpectus. & etiam ex teſtimo
nio repellitur ſecundum Abb. in c. cum o-
65 porteat. col. 2. de accuſ. † Trigeſimaſecun
da cauſa eſt, quando cauſa ſpectaret aliquo
reſpectu ad commodum, uel incommodũ
iudicis, ut quia tenetur de euictione rei, p
qua agitur, uel poſſet fideiuſſor alterius,
partis, ſecundum Phi. in d. c. poſtremo, co.
66 6. uerſ. 30. & 31 de appell. † Trigeſimater
tia cauſa eſt, ſi iudex fuit ab altera parte
corruptus prece, uel precio, uel timet ad-
uerſarium ſuum, uel ſi ex aliqua cauſa cũ
b nimis diligit, ſecundum Spec in ti. de iud.
deleg. §. ſupereſt. uerſic. item ſi ſit inimicus
67 in pen. col † Trigeſimaquarta cauſa eſt, ſi
iudex eſt homo illiteratus, uel imperitus,
& groſſus, & cauſa eſt ardue, & ſubtilis, q2
cauſæ ſubtiles nõ ſunt committendæ groſ
ſis iudicibus ſecundum Bal. in l. fi. in 16. q.
C. de hær. inſt. & Fel. in c. ſuſcitatus, col. 7.
in prin. uer. dicit etiam Bal &c. de reſcript.
ubi dicit hanc eſſe iuſtam cauſam ſuſpi-
cionis, & Iaſ. in l. apertiſſimi, uerſi. ſecunda
68 cauſa. &c. C. de iud. † Trigeſimaquinta cã
eſt, ſi iudex eſſet unus ſeuerus, & crudelis,
ſecundum Iaſ. in d. l. apertiſſimi, colu. 2. in
fi uer. tertia cauſa &c. per ea, quæ not. Bal,
in l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui uel alie. iu. ubi
dicit, quod poteſt iudici tolli iuriſdictio
propter nimiam eius crudelitatem.
69 † Trigeſimaſexta cauſa eſt, ſi iudex eſt in
diſcretus, quia poteſt recuſari, ſicut ſi eſſet
iniquus, ſecundum Bal. in c. ad noſtram, in
fi. per illum text. extra de probatio.
70 † Trigeſimaſeptima cauſa eſt, ſi iudex cõ
ſueuit eſſe iniquus, ſecundum Bal. in d. ca.
71 ad noſtram, in fi. de proba. † Trigeſimao-
b ctaua cauſa eſt, ſi iudex b eſt compater al-
terius partis ſecundum Imo. c. prudentiã,
de offic. deleg. & Iaſ. in d. l. apertiſſimi, col.
3. in prin. c. de iud. & per glo. in c. cum I. &
A. de re iud.
72 † Trigeſimanona cauſa eſt, ſi iudex non
uult audire aduocatum in cauſa licet cau-
ſa ſit clara poteſt ex hoc recuſari, ut ſuſpe-
ctus, ſecundum Lanfr. in cle. ſæpe. in uerſi,
73 de plano, col. 1. de uerb. ſig. † Quadrageſi-
ma cauſa eſt omnis cauſa, quę eſt ſufficiẽs
ad remouendum procuratorem, uel arbi-
trium illa eadem ſufficit ad remouendum
iudicem, ſecundum Ab. in c. poſtremo, de
app. & ibi ẽt Phi. in 4. co. ver. ſed pro decla
74 ratione, etc. et co. 7. uer. 10. † Vltimo pro
cõplemento huius materiæ adde quod in-
quantum dixi ut ſupra in principio huius
recuſationis, quod hæc exceptio dẽt oppo-
ni ante litem conteſt. limita, niſi de nouo
ſuperueniet, quia poteſt in quacunq. parte
litis opponi ẽt poſt concluſionem. ſi poſt
ſuperuenit, ſecundum Fel. in c. inſinuante.
col. pen. in fi. de offi. deleg. & de hoc habe-
mus capitulum regni in nuo c. 112. quod
iure p. t prolixitatẽ, & diſpoſitiones quod
exceptio recuſationis poſt litem conte-
ſtat. in

ſtatam ita demum opponitur. ſi notoria
& euidenter conſtat iudici, quod de nouo
75 ſuperuenit, alias non admittitur. † Item
adde, q ſi quis poſt oppoſitã recuſationẽ
litigat coram a iudice recuſato, uſ. per hoc
renunciare recuſationi, ſm Abb. in c. inter
76 monaſteriũ, in 3 not. de re iud. † Itẽ iudex
impetratus per aliquem, non põt, per eũ-
dẽ recuſari, niſi noua cauſa ſuperueniat, ut
eſt gl. & ibi Abb. in fi. in d. c. inſinuante de
off. dele. & ad materiam, uide Pau. de Caſt.
in conſi. 442. col. pe. in 2. vol.

77 c RESTITVTIO, † eſt ſeptimus actus
c ſuſpẽſiuus, & nihil aliud eſt reſtitutio, niſi
in primum ſtatum repoſitio. l. quod ſi mi-
nor. §. reſtitutio, & ibi Bart. ff. de minor. &
Bar. in l. Gallus §. & quid ſi tantum, col. 2.
verſicu. quæro, quid ſi filius &c. ff. de lib. &
poſt. & Bar. in l. interdum, co. 1. ff. de cond.
indeb. & Car. in cle. pſl. in 3. nota. de reſt.
in integ. per hãc enim reſtitutionẽ reduci-
tur quis in illum ſtatum priſtinum, in quo
erat ante læſionem.

78 ADDITIO. † Habes hic diſertiſſimæ le-
ctor reſtitutionem eſſe in priſtinũ ſtatum
repoſitionem. ſed illud aduertendum eſt
præcipue ſuper quo imploretur reſtitutio
in integrum, ſi nam quis uſucapione for-
taſſe, dominum alicuius rei perdiderit (vt
ẽ in aut. n. ſi triccnale rẽ. C. de bo. mater.)
tũc erit ille reſtituendus, illud uſucapionis
obſtaculum ſibi non obſtet, & id etiã pro-
cedit in præſcriptione & id tantũ peti dẽt
quod ſi quis a poſſeſſione ſola ceciderit
puta ob eius abſentiam, uel aliam iuſtam
cauſam, tunc ad eam poſſeſſionẽ reſtituen
dus eſt, ita ut pro ea ſola ſi intentanda re-
ſtitutio, nulla alia re cumulata, q ſi in poſ
ſeſſione, & proprietate ſe læſum quis dicat
in utroque erit ei copulandũ, maxime ubi
utrunque remediũ erit intentatum, ſi uero
in acquirendo fuerit deceptus, uel quia nõ
acquiſierit, ita etiam reſtituetur, ut denuo
acquirat, quod quæſiuiſſe profuiſſet, qua
de re in l bello concipiendo conſultiſſime
erit a patronis hoc ſpectãdum, nec potiſſi-
mum aliam, reſtitutionis cauſam deducãt,
nec modum in petitione trãſcedantur do-
cet Bar. in lege quod tempore. C. de reſt. Pe
tr. Folle. V. I. D.

79 † Eſt igitur ſciendum, quod multis perſo-
nis conceditur iſta reſtitutio, prima enim
d conceditur minoribus & intelligitur mi-
nor, de iure communi, qui eſt minor. 25.
80 annis, & in toto tit. ff. de mino. † Illa enim
ætas 25. annorum dr ætas legitima leg. fi.
C. de his qui veni ęta. imp. hodie tamen in
regno eſt correcta iſta ætas per cõſt. regni
quæ incipit, minorum iura, in fi. quæ uult
q ætas minor tam in maſculo, quam in fę
mina dicitur, uſque ad 18. annos, & infra
iſtud ad tẽpus datur reſtitutio in integrũ,
tam in iudiciis, quam in contractib.

81 ADDITIO. † Nunquid conceſſa reſtitu-
tione in integrum minori extendatur ad
eius fideiuſſores in contractibus, vide Ioã.
Maur. in tract. de reſti. in integrum, ca. 74.
vbi concludit beneficium reſtitutionis in
integrũ minoris ad fideiuſſores con tranſ-
mitti, ubi non eſſe cautum creditoribus,
aut ubi dolus fideiuſſorius interceſſerit.
Petr. Foll. V. I. D.

82 † Secundo datur reſtitutio maiorib. 25. an
nis ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa eſſe uidebitur, de qua habetur in l. 1.
& per totum tit. ff. ex quib. cau. maio. & in
l. Pantonius. ff. de acqui. hered. & Spe. in ti.
de locato. §. 6. ver. 16. & ver. ſequ. & Ale. in
83 conſil. 20. & 71. in 1. uolum † Tertio dat
e reſtitutio læſis, e ultra dimidiam iuſti pre-
cii in contractu, puta in uẽditione & datur
etiam maioribus, iuxt. l. 2. C. de reſc. uend.
& c. cum dilecti, & c. cum cauſa de empt. &
uend. quo caſu, qñ uenditor agit ex dece-
ptione, eſt in arbitrio emptoris conuenti
uelle reſcindere contractum, uel iuſtũ præ
tium ſupplere ut d. c. cum dilecti adeo, qđ
ſi venditor peteret præciſe unum, ſuccum-
beret, quia tolleret electionem emptori, ut
84 ibi habetur, & in d. l. 2. † Differt ãt iſta reſti
tutio ab aliis, quoad tẽpus petendi, quia a-
ſf liæ reſtitutiones petuntur f infra quadrien
nium contrarium a tempore, quo minor
effectus eſt maior. l. fin. C. de tẽp. in integr.
reſt. Iſta vero quæ datur exceptis ultra di
mediam competit uſque ad 30. annos quia
eſt ciuilis actio. & perpetuo ſecundũ Bald.
in d. l. 2. co. 3. in prin. & Abb. in d. c. cũ cau
ſa. co. 1. iſtud autẽ quadriennium, eſt utile
in principio, quia incipit currere niſi a die
ſciẽtiæ ſecũdum. Phi. Dec. in conſ. 62. in fi.

ADDITIO. Vide hic omnino Boer. de
85 ciſ 142. in 1. par. Et an excludat remedium
g l. 2. C. de reſcr. vẽdi. per clauſulã g & ſi plus
ualet

valet &c. & in talis clauſula, cum ſit notariorum operetur, uide Capic. in deci. 159. n
86 nu. 38. † Et an renunciatio generalis extē
h datus ad remedium prædictum maxime
in muliere, & ruſtico, & dicendum est, q
non ſecundū Alc. in conſi. 1. uo. 6. & Bal.
in d. l. 2. in q. 1. & Io. de Imo. in c. pen. tit. de
emp. & uend. in 4. col. per Alex. in cōſ. 153.
in 2. lib. & in conſi. 62. in 1. lib. & conſilio
169. in 2. li. & Dec. in conſi. 180. & 181. &
Soc. in conſi. 48. in 4. lib. ubi an iuſ in ſuppleat clauſulas ſpeciales, & uide D. Fab. de
mon. ſan. Saui. in trac. de empt. & uend. in
in 8. q. in ult. 6. col. uer. 3. quæro, & Soc. in
conſi. 220. in 2. uol. in pe. col. & Alc. conſ.
204. in 1. li. & affl. in deci. 280. in princ. &
in pen col. & Bal. in d. l. 2. in 5. q. & Alc. in
87. add. ad Bar. † Et an [illegible]
collat dictum remedium, & an impediat
probari contrarium, uide Bald. & Iaſ. in l.
ſed & ſi quis § fin. ff. ſi quis cautio, & tenet
Bar. & Soc. in conſi. 159. col. 6. & conſ. 79.
in 6. col. in 4. li. & Soc. in conſi. 314. 2. lib.
4. col. & Dec. in conſi. 170. in ult. col. uerſi.
K 5. non obſtat, quæ omnia notes, & K uſq.
ad quod tempus detur remedium l. 2. vide
Iaſ. in l. qui cum aliter, ff. de uerbo. obl. ſed
aduertendum eſt ad dicta domini auctoris
hic, nam æquiuoce loquitur, nam intereſt
ualde intentare læſionem per uiam reſtitutionis in integrum, uel per uiam remedii.
l. 2. C. de reſcin. uendit. primo etenim caſu
eſt in poteſtate uenditoris, uel rehabere rē
uenditam, uel accipere ſupplementum precii. In ſecundo uero caſu eſt in poteſtate
emptoris (vt ipſe dicit) & uidebatur etiam
dicendum, quod pro læſione non cōpetat
nec detur reſtitutio in integrum, eo quia
a lege datur in hoc remedium ordinariū,
d. c. l. 2. C. de reſcin. uend. ergo debet ceſſare extraordinarium. c. cum cauſa. extra de
empt. & uend. ſed Alexā. in conſi. 77. in 1.
vol. tenet etiam dari reſt. in integ. & ſequitur D. Io. Mau. in tract. de reſt. in integ. in
c. 289. Pet. Foller.
88 † Quarto datur reſtō ecclesiæ, & maxi-
l me, qn̄ fuit læſa per neglıgentiam procuratoris eſt tex. in cap. cum ueniſſent, & ibi
Ab. in 5. no. & in e. col. in prin. de reſtit. in
integ. Nam eccleſia reſtituitur in tam contractib. quam in iudiciis. Quod reſtituatur in contractib. probatur in ca. conſtitutus, & Ab. de reſt. in integ. Quod reſtituatur in iudiciis probatur in c. auditis eo. ti.
& ibi per Ab. maxime in 8. not. ubi tenet
quod eccleſia reſtituitur aduerſus probationem omiſſam abſque probationem læſionis, & ſic licet alias, qn̄ petitur reſtō. dēt
probari læſio, tn̄ ſecus eſt in iſto caſu qn̄
petitur aduerſus omiſſam probationem,
quia eo ipſo, q probatio non eſt producta
probatur, & apparet læſio, quod nota; q
idem eſſet dicendum in minore, & muliere. Idem probatur in c. 1. de reſt. in integr.
li. 6. ubi eccleſia reſtituitur aduerſus ſententiam, & ſic in iudicio. Item reſtituitur eccleſia ēt contra aliam eccleſiam, ut d. c. auditis, & ſic priuilegiatus utitur priuilegio
ſuo contra priuilegiatum, ſecundum Ab.
in d. c. auditis col. 2. in fin. Item reſtituitur
eccleſia ēt aduerſus præſcriptionē 40. annorum, ut hr̄ plene per Phi. Deci. in conſil.
92. & Card. in cl. 1. in 9. q. de reſt. in integ.
ubi plene attingit, & declarat illud argm̄
ſi quod ſi datur reſtō eccleſiæ contra præſcriptionem, ſequitur quod lex inducens præſcriptionem, eſſet fruſtra impoſita, & reſpōdet, quoad non eſt fruſtra, quia finita præſcriptione poteſt eccleſia infra ſolum quadriennium petere reſtitutionem, quo elapſo penitus excluditur, ut ibi per eum per
tex. in c. 1. de reſt. in integ. lib. 6. item reſtituitur eccleſia aduerſus omnem lapſum tēporis, ut ſi lapſa ſunt tempora appellandi,
uel probandi, uel alia ſimilia, ut eſt text. &
ibi Card. in d. cl. 1. de reſt. in integ. † Quin
89 to datur reſtō ēt capitulo alicuius eccleſiæ
qn̄ ipſi capitulo collegiato emerſit aliqua
læſio, ita dicit Ab. in c. 1. col. 5. in fi. de reſtit. in int & Inn. in c. niſi, in fi. de præb. q
tamen intellige, qn̄ læſio reſultat in toto
collegio, non aūt in aliquo particulari de
c. ſecundum Abb. ibi & idem dicimus de
eccleſia, ut tunc reſtituetur, quando eccleſia patitur læſionem, non quando eius rector patitur, uel eius canonicus, quod declara ut per Card. in d. cl. 1. in 8. q. de reſti.
90 in integ. Ab. in d. c. 1. † Sexto datur reſtō
omnib. hoſpitalibus, & piis locis. & omnibus collegiis & congregationibus, piis. ita
tenet Bal. in conſi. 465. in 1. uol. & Io. Ande. in c. 1. de reſt. in integrum, li. 6. & Abb.
in cap. 2. in 2. not. de contr. & Ludo. Roma. in conſi. 407. Alia autem collegia nom

gia

pia non reſtituuntur, ſecundum Abb. in d.
c. 1. col. 5. in fi. de reſt. in integ. ubi limitat
in collegio ſcholarium, q̃ reſtituitur, ſm
cum, ex eo, quia ſolent in eſſe quam plures
91 minores † Septimo datur reſtitutio ruſtico
qui non potuit conſulere peritiores, ita tẽ-
net Are. in conſil. 14. in fin. 2. uolu. faciunt
no. per Mod. in l. iuris ignor. C. qui admit.
& in l. ubi. ff. ſte eden.

ADDITIO. Adde hic Caſt. in l. 2. ff. ad
Tertul. & D. Io. Mau. in tract. de reſt. in in-
92 teg. ca. 84. & 85. † Et quid ſi ruſticus fuit ſe
cutus conſilium indocti Doctoris, facitq;
aliquid cõtra, an ipſe ius reſtituatur in inte
grum, & dicendum eſt, quod ſm Sal. in l. fi.
D. de pœ. iud. qui mal. iud. & ſequitur Ale.
in l. 2. ff. quod quis iur. & conſ. 66. in 2. lib.
93 † Et an ſit neceſſe unum, uel duos peritos
conſulere, unde Dec. in l. iuris ignorantia.
ff. de reg. iur. & Bar. in l. 1. ff. de uentre inſp.
& Ale. in l. 1. §. fi. ff. de uer. obli. & conſ. 6 de
in 2. li. ubi uolunt, quod ſi uim erat in lo-
94 co non opus erat peritos adire. † Et an ru-
ſticus ſagax, & aſtutus ac practicus excuſe-
tur, uide gloſ. in l. athletas. §. de ruſticis, ff. de
excu. tut. quæ uoluit quod non, & ſequitur
Alex. in l. ſi quis id quod ff. de iuri. om. iud.
& ibi Dec. uoluit tamen contrarium Dec.
ibidem, ſed uide Caſt. in l. 2. C. de in ius uo
95 can. † Et an ſi ruſticus peccauit circa ius na
turale excuſetur? uide Iaſ. in l. 2. & ibidem
96 Sal. C. de in ius uoc. † Et an ruſticus excu-
ſetur, ſeu reſtituatur ſi allegat ignorantiam
ſtatuti municipalis, uide Ancha. in conſil.
393. & Ale. conſi. 14. in 2. uol. & uide D. Io.
Maur. in d. tract. de reſt. in integ. ca. 92. ubi
diſtinguit, an publicatum ſit ſtatutum in
eo loco, ubi eſt ille ruſticus, uel in loco con
uicino, an non, ut primo caſu non reſtitua
tur, ſecundo uero ſic. Pet. Fol. V. I. D.
97 † Octauo datur reſt. uniuerſitati alicuius
ciuitatis ſeu reip. ut habetur plene p Alex.
in conſi. 1. col. 4. in 4. uol. Pro hoc eſt text.
in l. reſp. C. ex qui. cau. maio. & l. rẽp. C. de
iure reip lib. 11. An aũt intelligantur iſta
iura de ſola republica, & ciuitate Roma-
na, an uero de omnib. ciuitatibus glo. in d.
l. reſp. uſ tenere, q̃ procedat in ſola ciuita-
te Romana, & non in aliis, quod plene di-
ſputat Spec. in tit. de reſt. in inte. §. 2. uerſic.
idem quoque iuris, ubi nihil clare ſi. mat.
Tamen quidquid dicat ibi, ueritas eſt, q̃d
quælibet ciuitas, & reſpub. reſtituitur imo
etiam nomine caſtrum & uilla, quę regitur
per ſyndicos, & adminiſtratores reſtituit
in integ. ſiue ſit magna, ſiue parua, ſecundũ
Bar. & Bal. & cõiter Doct. in d. l. reſp. & iſta
eſt cõis concluſio, quam tenet Phil. Dec. in
conſ. 42. in fin. Aliud ſeruatur in uilla, in
qua ſunt pauci homines, puta ſex uel decẽ,
qui ſinguli reguntur per ſe, quia uerum, eſt
quod talis uilla non reſtituitur, ſecundum
Bar. in d. l. reſp. nam ceſſat ratio, quæ mili-
tat aliis ciuitatibus, & caſtris, ubi eſt mul-
titudo hominum, & quia ibi ſunt pupilli, ui
duæ, & aliæ perſonę miſerabiles. quarum
cauſa, & contemplatione conceditur reſti-
tutio uniuerſitatibus. Et iſtud tenet, & fir-
mat per plura Mat. de Afflict. in præludijs
conſt. inc. prin. & Alb. de Roſ. in d. l. reſpu.
ubi etiam refert fuiſſe iudicatum in conſi-
lio, q̃d uilla, quę erat triginta ſocolariorũ,
fuit in integrũ reſtituta, Idem firmat Paul.
de Caſt. in conſil. 37. quod incipit, ut bene
attingatur, &c. in 2. uolu. ubi etiam add. in
fine, quod una reſp. reſtituitur contra aliã.

ADDITIO. Adde Soc. in conſi. 56. in 4.
uol. ubi uoluit, quod magis cõis opinio uo
luit, q̃d caſtrum, & uilla reſtituantur, etiam
ſi per ſyndicos nõ regantur, & uoluit Caſt.
d. l. in reſpub. C. ex qui. cau. mai. & hoc pro
batur argu. text. in l. 1. C. de offi. eius cui. ui.
Alter. ger. & D. Io. Mau. in eo tract. de reſt.
98 in inte. in c. 417. † Et an ſi uniuerſitatis ha-
buit ſñiam contra, demum reperit inſtru-
mentum propter quod proculdubio retra-
ctaretur ſnia an reſtituatur in integrum ad
illud inſtrumentum præſentandum? uide
Rom. in conſi. 423. & Ioan. And. in add. ad
Spec. in tit. de reſtit. in integ. in add. incip.
quadriennium, ubi uoluerũt, q̃d reſtituitur
& id expreſſius voluit Io. Maur. in tract. de
reſt. in integ. c. 420. Pet. Fol. V. I. D.
99 † Nono, datur reſtitutio militib. ex priui-
legio militiæ, quod tamen intellige proce
dere, quandiu ſunt occupati in expeditio-
ne militiæ alias autem ſi non ſunt in expe-
ditione non reſtituuntur, tex. eſt, & ibi per
doct. in l. fi. C. de teſt. mil.

ADDITIO. Adde, an reſtitutio conce-
datur militib. dum ſunt in caſtris, vel etiam
ſi non ſint, ſed redierint, text. in l. qui mit-
tuntur uerſi. Iulia. ff. ex quib. cau. maio. & l.
ſi cui in prouincia. §. tandiu. codẽ. titu. vid.

Bar.

Bar.in l.militi.ff.ex quib.cau. maio.& Cy.
in l.1.C.de iur.& fac.igno.& facit,l.ſi qua
militi.ff.ex quib.cau.maior,& l.ſi quis Ti-
100 tio.ff.eod.titu.† an reſtitutio concedatur
eadem ratione uxoribus militũ, ſi milites
ſequuntur,& dicendum eſt ꝙ ſic,ut toto ti.
C.de ux.milit.& an famuli neceſſarii mili
tum reſtituantur in integ.uide Caſt. in l.1.
& 2.C.de ux.mil.& omnino uide V.Io.an-
no.Mao.in tracta. de reſtit.in integ.c.338.
Pet.Fol.V.I.D.
101 † Decimo,datur hodie in regno e reſtitu
p tio mulieribus ſiue ſit maioribus ſiue mino
rib.tam iudicis,quam in contractibus,ut ẽ.
cõſt.quæ incipit,obſcurritatem,& ibi Aug.
de Iſer.dicit, quod etiã ubi poſt concluſũ
in cauſa,poteſt mulier petere, reſtitutionẽ
in iudicis,per ea quæ habentur in l. ſi iudex
ff.de mino.quia eo ipſo,qđ cõcluditur lædi
tur per renunciationem. Et datur dicta re-
ſtitu.etiam ſi mulier ueniat, ut autrix lau-
data,ut eſt dec.15.conſ.Neap. & non datur
in una cauſa niſi bis,& prima reſtitutio ap-
pellatur primum beneficium,ſecunda uero
102 dicitur ſcđm beneficiũ.† Et ſi fuerit cõceſ
ſa in cauſa principali,non datur in acceſſo
riis,ita de his omnib.habetur in dec.35.&
175.conſi.Neap.per And.de Iſe.in conſt.li
cẽtiam,in fi.in c.imperialem.§.præterea ſi
103 q̃s de phi.ſeu alie per Fed.† Quid autem
p ſi contrahit ꝓ cum iuramento is, qui pote-
rat petere reſtitutionem in integrum, ad
poſſit ea petere ſtante iuramẽto, dic quod
in minore eſt expeditũ, quod ut not.Bar.&
Doc.in auth.ſacramenta C.ſi aduer.uend.
nam iuramentum repræſentat eum maio-
rem,unde non poteſt in integrum reſtitu.
ita plene declarat Ale.in conſ.27.& 42. in
2.uol.& Phi.Dec.in conſ.31.uol.1.uer.ſed
his,ubi plus dicit quod minime poteſt pe-
104 tere abſolutionem a iuramento.† Et ex
hoc infert Bar.in l.minor.25.annis ob miſ
ſam.ff.de minor,quod ſi minor litigauit in
iudicio per procuratorem cum iuramento
conſtitutũ,non poteſt petere reſtitui in in-
tegrum,ſi lædatur per procuratorẽ,ex quo
promiſit cum iuramento habetur tantũ id
quod geſtum erit per procuratorem.

ADDITIO. Adde hic deciſio.Cappel.
ol 45.& omnino D.Ioa. Mau.in trac.de
r ſtitu.in integ.c.112.& an minor debet cer
ſ icari de uiribus iuramenti,unde eundem
D.Io.Mau.ca.115.& ad id,quod dici do- au
ctor,qñ minor litigat per procuratorẽ con
ſtitutum cum iuramento, habes plene do-
claratum.in dictis locis.Pet.Fol.V.I.D.
105 † Per hoc etiam infert notabiliter Bal.in
l.generaliter,co.2.uerſi.pone enim,& ex.C.
de rebus cred. quod ſi ciuitas conſtituit u-
num procuratorem, ſeu ſindicum ad con-
trahendum cum iuramẽto,& ille ſyndicus
cõtrahit nomine uniuerſitatis, & iurat,tale
iuramentum non operatur, ut ſi contraue-
niatur,uniuerſitas ſit periuria,quia uniuer-
ſitas nõ habet animam, unde non põt inci
dere in periurium,ſed bene operatur ut ad-
q uerſus talem contractum non poſſit ꝙ uni
uerſitas petere reſtitutionem propter iura-
mentum.quod dictum tenens menti, quia
106 eſt notabile,& quotidianum.† Quid autẽ
in muliere litigante per procuratorẽ cum
iuramento cõſtitutum,an poſſit reſtitutio-
nem petere hoc non inuenio ab aliis deci-
ſum,tamen dictum eſt quotidianum, nam
ſemper mulieres conſtituunt procuratores
in iudiciis, quia ipſe propter uerecundiam
ſexus,nõ poſſunt perſonaliter intereſſe, &
in omni procuratore, quam faciũt notarii
cõmuniter opponunt iuramentum,unde ſi
idẽ diceremus in muliere, ꝙ in minore, ra-
to aut nunquam mulier reſtitueretur iudi-
cis,& ſic illa conſtit. obſcuritatem ſeruiret
nobis de uento,unde uolens hunc caſũ de-
cidere puto,quod mulier reſtituatur,nõ ob
ſtante ꝙ procuratorem cum iuramento cõ
ſtituerit,& ſic diuerſum ſit muliere,& ĩ mi-
107 nore,& moueor iſta conſideratione.† &
qui petit in ĩtegrum reſtitutionem,dicitur
ratũ habere geſtum per procuratorem, &
non dicitur contrauenire,tex.eſt & ibi glo.
in uerſi.ſupplicationem,in leg cum mino.
ff.rem ratam haberi ubi non committitur
ſtipulatio rem ratã haberi ex eo, quia pro-
mittens petit reſtitu.in integr. ergo in pro
poſitio,licet mulier fecerit ꝓcuratorem, &
promiſerit habere rata geſta per eum,& iu-
rauerit,non d.contrauenire, ſi petit reſtitui
in integrum,ergo nõ dicitur periura & cõ-
ſequenter poteſt illã petere, non obſtãte iu
ramento in mandato appoſito,quam iurm
ſemper regulatur, ſecundum naturã diſpo-
ſitionis, ſuper qua apponitur, ſecundum
Abb.in c.quemadmodum,col.2.uerſ. not.
in uerſi.non obſtante,&c. de iureiur. ſed tu
poſſes

poſſes dicere, ergo idem eſſe dicēdū in minore, quia ſi non dicitur cōtrauenire, deberet poſſe petere reſtitutione contra, id ꝙ dicit *Bar*. in d.l. minor. 25. annis. Ad hoc rñdeo, quod in nomine poteſt cōſiderari alia ratio, ſ. quia iuramentum repreſentat eum maiorem, ut probatur in d. auth. ſacramenta, & ibi per Doct. & nota glo. in l. 1. Co. de reſcin. uen. Vnde ſicut maior non reſtituitur, ita & minor, qui iurauerit, quod nō eſt in muliere, quæ ſiue ſit maior, ſiue minor, reſtituitur in iudiciis, per conſ. obſcuritaté, puto tamen quod ſi mulier cōſtituiſſet procuratorem ad contrahendum, & iurandum & ille procurator contraheret, & iuraret, non poſſet tunc mulier petere reſtitutioné: ſicut dicimus in uniuerſitate, per illud dictum Bal. in d.l. generaliter. *Et ita cum* accidiſſet in facto, reſpondebam cuidā obiectioni mihi factæ per quendam peritum Docto. *Bartolinum*, qui erat doctor antiquus, & magnus practicus, & uolebat extēdere illud dictum Bar. in d.l. minor. 25. annis obmiſſam, ut procederet etiā in muliere litigāte per procuratoré cum iuramento conſtitutum ergo ſuſtentaui contrariū per rationes prædictas, & illi meo cōſilio, quã plures Doc. Neapo. & prouinciales ſe ſubſcripſerunt, & ita poſtea fuit iudicatum.

ADDITIO. Ego puto, quod etiam in minore non procedat hodie dictum *Barto*. nam uidemus quotidie minorib. concedi primum, & ſecūdum beneficium, & ſi per procuratorem litigent, cum conſtituiſſet cum iuramento *Petr*. Fol. V.I.*D*.

108 † An autem reſtitutio in integrum r impediat executionem, ita ut ea pendente nihil innouari poſſit, ſicut pendente appellatione, dic ꝙ ſic, text. eſt in l. unica. Co. de in integ. reſt. poſtul. &c. & ibi Bald. & hr̄ plene in dec. 366. cōſi. Neap. & Bal. in l. ſi. colu. 2. verſic. item quero, &c. C. ſi ex falc. inſtru. & Bal in aut. quę ſupplicatio. in 2. not. Co. de prec. Impe. offe. & Bal. in l. ſi cū in 3. no. C. de tranſa. & per Alexan. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu.

109 † Quod tamē limita non procedere, qñ peteretur reſtitutio aduerſus ſententiam principis, quia tunc non impedit executionem, de præſtita tamen ſatiſdatione, per alteram partem de reſtituendo in caſu retractationis, prout dixi ſupra de ſupplicatione, caſu, ē in c. ſuſcitata, & ibi Abb. de in integ reſt. vbi habetur in d. deciſ. 158. Quomodo autē procedit, quod poſſit peti reſtitutio aduerſus ſniam principis, vide Abb. in c. cū ex literis, col. 6. de reſt. in inte.

ADDITIO. Adde hic deciſio Cappe. Tholoſ. 54. & vide Ioan. Maur. in tracta. de reſtit. in integ. cap. 30. Petr. Fol. V.I.D.

130 † Secundo limita, quando apparet, quod malitioſe peteretur reſtitutio, vt quia eſſet præſumptio contra petentem, eſt tex. in d. c. ſuſcitata, & ibi per Abb in pen. column. Tunc enim non impeditur executio, ut ibi hanc tamen limitationem, & præcedentem & limita, & declara, niſi executio cōtineret præiudiciū irretractabile, ut quia tractaretur de carcerando, vel affligendo aliquem in corpus, tunc enim indiſtincte impeditur executio per reſtitutionem in integrū, ita dicit Abb. in d. cap. ſuſcitata. col. penult. & *Bal*. in d.l. unica, C. in integ. reſt. poſtu. &c. & habetur in deciſ. 356. conſi. Neapo. in fi.

111 † Tertio limita, non procedere, quando peteretur reſtitutio aduerſus decretū affirmatiuum, quia non ſuſpenditur executio, ſicut minime impeditur per appellationé per ritū magnæ curiæ uicariæ ita habetur in d. deciſi. 356. conſil. Neapo.

112 † Quid autem, ſi ſententia ſit bis confirmata per remedium appellationis, adeo ꝙ
ſ non poteſt tertio prouocari ſ an poſſit ſaltē peti reſtitutio in integ. uide Abb. in d. c. cū ex literis, in 7. not. de reſt. in integ. ubi tenet, quod ſic.

ADDITIO. Adde hic deciſio Cappe. Tholoſ. 54. D. Ioa. Mau. in tract. de reſti. in integ. c. 168. Pet. Fol. V.I.*D*.

113 † Vltimo poſſet hic dubitari, t coram quo
t iudice poteſt peti reſtitutio, & pone exemplum, Clericus contraxit cum laico fuit deceptus, vult petere reſtitutioné, an debeat adire iudicem ſuum eccleſiaſticum, vel iudicem ſecularem aduerſarii, dic quod regula eſt quod petens reſtitutionem, debet adire iudicem rei, nō autem iudicem proprium, tex. eſt in l. 2. C. vbi, & apud quē & ibi Bar. fallit hoc in clerico, & eccleſia, q̃a eccleſia habet hoc priuilegium, ut quando petit reſtitutionem, poſſit adire iudicem eccleſiaſticum, & ſic iudicem proprium, & idem in clerico, & ſic in iſtis caſibus actor non ſequitur forum rei, text. eſt, & ibi Abba. in not. in capitu. conſtitutus, de reſt. in integ.

QVE.

QVERELA, eſt octauus actus ſuſpen-
114 ſiuus, ſuper quo dicas, † quod querela po-
teſt accipi largo mō, & ſtricte & proprie.
Quando accipitur large, modo, ponitur,
pro omni remedio, per quod quis recurrit
ad ſuperiorē per uiam grauaminis, & tunc
includit appellationem, & reſtitutionem,
text. eſt, & ibi glo. in uerſicul. querelam, in
l. ab eo. C. quo, & qn̄ iud. & ita illam gloſſ.
declara. Abb. in c. querelam, col. 1. in glo. 1.
de proc. & Fely. in cap. querelam, colu. pen.
de iureiur. idem etiam tenet gloſ. in uerſic.
querela, in l. ſi ab arbitro. & ibi Bar. Alexā.
& Doc. ff. qui ſat. cog. & Soc. in conſil. 96.
col. 3. in fi. in 1. uol. ſecundo modo accipi-
tur ſtricte, & tunc differt ab appellatione,
ſm glo. & Abb. in d. ca. querelam, de proc.
& Fel. in d. c. querelam, colum. pen. de iure-
iur. Nam ille dicitur adire iudicem per que
relam, qui nō poteſt appellare propter ali-
quod impedimentum iuris, & ſic tunc dici
tur, proprie querela, quando circa remediū
appellationis iudex aditur, ut habetur in lo
cis præallegatis. Eſt. n. querela, qn̄ oppreſ-
ſus reclamat, ubi per uiam iuris ſuccurra-
tur, ita dicit Phil. Dec. in conſ. 125. col. fin.
in 1. uolu. & habet locum querela, ut pluri-
mum quādo quis grauatur in actib. extra-
iudicialib. uel per aliquā interlocutoriam
ſiue cauſæ cognitione prolatam, in quibus
caſibus ſi aliquis appellauit, & appellatio-
nem deſeruit poteſt recurrere ad querelam,
& ſic deſertio appellationis non præcludit
uiā querelæ, ita pulchre declarat Car. Ale-
xādrinus, in c. cum ſit Romana. col 1. in fi.
& 2. de appella. ubi etiam allegat dominos
de Rota in ſuis deciſionibus, nam ſiat alia,
quæ currunt in appellatione, non habēt lo
cum in querela, ſecundum Ale. in l. ſi ab ar
bitro, in fi. verbir. ff. qui ſat. co. pro hoc, eſt
tex. in c concertatio, & ibi per doc. de app.
lib. 6. idem tenet Matth de Aff. in conſti.
appellationum tēpora, col. 11. Eſt enim iſta
querela quoddam implorare officium iudi
cis ſine appellatione pro grauamine, ſecun
dum Ale. in d. l. ſi ab arbitro in fi.
115 † Nota tamen inter alios unum uſum, in
quo eſt neceſſaria iſta querela, nam in om
nibus caſibus, in quibus ſnīa lata, nūqaam
tranſit in rem iudicatā, prout eſt, qn̄ fertur
in cauſa matrimonii, ut no. Abb. & Doc. in
c. conſanguinei, de re iud. & in cap. ſicut, de
teſt. Item quando fertur ex conſilio docto-
ris, ut not. Abb. in c. propoſuiſti, de proba.
& Ale. in l. ſi ab hoſtibus, col. 3. ff. ſol. mat
& Phil. in c. intimaſti, in fi. de appe. & Lud.
Ro. in conſ. 228. & idem in ſententia lata
ex iudicio expertorum, ut habetur in dec.
33. conſ. Neapo. & in quam pluribus aliis
caſibus, de quibus plene dixi ſupra in uerſi.
ſententia in 3. q. princ. Si contingat in di-
ctis caſib. aliquem prætendere grauamen
de tali ſententia, ſi vult per appellationem
contradicere, debet appellare infra 10. dies,
& tunc deuoluet cauſam ad ſuperiorem a-
lias elapſis decem diebus, non poteſt ulte-
rius appellare, debet enim contradicere per
uiam querelæ, ſi vult ſe grauare poſt decem
dies, gl. eſt ſingulari in c. ad reprimendam
verſ. ſuſpendatur, de off. ordin. quam ualde
exclamat ibi Ab. in d. c. conſanguinei, col.
pen. in fi. de re iud. & Phil. in c. directe. col.
pe. de app. & Fel. in c. lator. co. 4. de re iud.
116 † Verum tunc non poteſt adiri ſuperior,
ſed debet querela proponi corā eodem iu-
dice, ita dicit Abb. in d. cap. ad reprimēdā,
& in d. c. cōſanguinei, & hoc uidetur differ
re querela ab appellatione, prout hoc ple-
ne declarat Paul. de Caſt. in l. fin. C. de edic.
diui Adr. tol. & ibi etiam Alex. in 11. colu.
circa fi. & ſeq. Iaſ. etiam ibi col. pen.
117 † Similiter cā reuocationem attentatorū,
quando aliquid eſt attentatum appellatio-
ne pendente in tali cauſa, in qua non pote-
rat appellari, quo caſu non ligantur manus
iudicis ante inhibitionem, ca. non ſolum,
de appell. lib. 6. nam iſto caſu attentata te-
nent, & ex quo lege permittente fiunt, vn-
de non reuocantur ex priuilegio attentato
rum, ſed poſſunt reuocari per uiam quere-
læ, & tunc fit reuocatio per ſuperiorem, ita
dicit Abb. in c. paſtoralis, col. 4. verſ. 3. effe
ctus, & in uerſ. in 3. q. & c. & ibi etiam Phil.
in 3. col. de app.
118 † Plus ēt dicit Abb. in d. ca paſtoralis, in
uerſ. in 3. quæſt. & c. quod etiam in caſib. in
quibus prohibita eſt appellatio, ſi aliquis
appellat, operatur, hæc appellatio, quo ad
iudicē ad quem, ut ſi uidet grauamē, poſſit
illud mēdare. & corrigere, licet non operet
aliquē effectū ſuſpenſiuū reſpectu iudicis a
quo, & ad hoc ponderat gloſ ſing. in cl. 1.
10. gloſſ. in uerſ. oneramus de iure patron.
119 † Competit etiam iſta querela ubicun-
que

que iudex tardaret circa expeditionem cauſæ, nam tunc ab iſta tarditione non poteſt appellari, ſed poteſt exponi querela ſuperiori, ita tenet Bal. in l. fi. §. illud, per illum tex. C. de temp. appel.

120 † Plures alias ſignificationes habet iſte terminus, quia querela, quandoq. ponitur pro querela criminali, ut not. glo. in c. Maximianus 81. diſt. & eſt text. in l. querela, C. de falſis, & not. glo. in leg. ſi quis ſe iniuriam. C. de accuſ. & de hoc dixi ſupra in 4. par. in 1. d. uer. ex prædictis, infero, &c. Itẽ, quandoque ponitur pro querela inofficioſi teſtamenti, uel inofficioſæ donationis, & hoc non eſt materia noſtra, ideo remitto ad ſuos titulos.

121 † Quæ autem ſit differentia inter lamentationem, querelam, quærimoniam, & quæſtionem? Dic quod lamentatio, eſt extraiudicialis querela uero iudicialis, text. eſt in conſtit. regni, quæ incipit, peſſimam, & ibi Matth. in 1. not. Quærimonia uero eſt, ante litem conteſtatam, ſecundum Fel. in c. 1. in fi. de app. & declarat Ab. in c. quia indicante, col. pe. de prætor.

122 REDVCTIO † eſt nonus actus ſuſpenſiuus, quę de eſſe ſpecies appellationis, licet non ſit uera appellatio, leg. non diſtinguemus. §. cum quidam, & ibi not. ff. de arb. hinc dicit Specu. in tit. de arb. §. 1. uerſ. quid ſi a tempore, quod reductio ad arbitrium boni uiri, non dr̃ proprie appellatio, ſed potius quædam atteſtatio, habet tñ quandam ſimilitudinem cum appellatione, q̃a ſicut appellatio impedit executionem, ita & reductio, ſecundum Bal. in ca. fin. col. 1. verſ. quod nota, quod tria ſunt, & cap. lata ſententia ſuper reductione, ſecundũ Ang. in conſil. 162. in fin. ubi etiam ſentit Ang. quod non obſtante reductione poteſt fieri executio, præſtita cautione per petentem ſicut dicimus in reſtitutione integrum, de qua materia dixi ſupra in uerſi. reſtit. circa fin. & per Bar. in l. defendente, in fin. ff. de auct. tut. ſed Bal. in l. pactum §. qui prouocauit col. fi. in pen. q. ff. de pact. tenet indiſtincte, quod impedit executionem laudi, adeo quod ea pendente nullo modo poteſt fieri executio. Sicut dicimus in appellatione, idem tenet Ab. in c. quintaualis, columna 23. verſic. ſed hic annecto dubium, &c. de iureiur. ubi etiam dicit, quod iſta reductio, eſt quædam querela. Verum Sal. in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſe tenet, ꝙ non impedit executionem, & ſic uidetur uarietas opin. inter Doct. ſed in tanta uarietatẽ puto uetiorem eſſe opi. Bal. & Abb. & ſequacium. ſ. quod impediat executionem, ſicut appellatio, & hoc probatur ex text. in d. l. non diſtinguemus, §. cum quidam, recte ponderando illum tex. hanc etiam opi. in effectu tenet Soc. in conſi. 227. col. pen. in 4. uolu. ubi dicit æquiparari iſta duo, ſ. eſſe factum compromiſſum, & eſſe petitã reductionem, unde ſicut non poteſt fierĩ executione pendẽte compromiſſo, ita nec pendente reductione, & cum hac opi. pertranſeo, quæ uidetur tutior.

123 † Super hanc tamen materia reductionis, quæ quotidiana eſt, breuiter attingam tres q. de reliquis autem ad materiam facientib. remitto me ad ea, quę plenè ponit. Ab. in d. c. quintaualis, & Bar. in leg. ſi ſocietatem §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & Lud. Rom. in rub. de arb. & Lanfr. in tract. de arbit. quorum dicta eſſet ſuperuacuum recapitulare. Solum attingam iſtas tres quæſtiones, quæ uidentur habere opi. Doct. hincinde, ad hoc ut ponam ueram & communẽ deciſionem. Et prima quæſt. erit, vſque ad quod tempus poteſt peti iſta reductio. Secunda, coram quo iudice peti poteſt. Tertia, quid ſi per pactum eſt renunciatũ huic reductioni, & iuratum, an poſſit peti, non obſtante iuramento abſque alia abſolutione.

124 † Primo igitur quæro. uſque ad quod tempus peti poteſt reductio? dic quod communis concluſio eſt uera, ꝙ poteſt peti uſque ad 30. annos, quidquid dicant alii Doc. hanc opin. tenet Bar. in d. §. arbitrorum, & Soc. in conſ. 220. col. 4. in 2. uol. & eſt deciſum in deciſ. 232. conſ. Neap. idem tenet Ang. in conſil. 314. in prin. ubi dicit, ꝙ eſt ius perſonale, & ideo non præſcribuntur niſi ſpatio 30. annorum idem tenet Bal. in l. fin. uerſ. quæro uſque ad quantum tempus, &c. de contrah. empt. & Alexan. in conſ. 93. col. fi. in 2. uol. & Phi. Dec. in conſi. 39. col. pen. in fin. ubi plures allegat, & dicit hanc eſſe communem opin.

125 † Nec obſtat l. cum antea. C. de arb. ubi dicitur, ꝙ taciturnitate decẽ dierum emologatur ſententia arbitri, ſi non fuerit contradictum, quia illa l. loquitur in arbitro

qui

qui habetur inſtar iudicis nõ autem loqui mur in reductione ad arbitrium boni uiri, quæ fit contra ſententiam arbitratoris, qui eſt uelut ami abilis compoſitor, & procedit de facto potius quam de iure iſta ſentẽtia non emologatur, niſi ſpatio 30. annorum. ita declarat Abb. in d. c. quintaualis,
126 col 6. uer. octaua differentia. † Secundo
u quæro, quis erit iudex adeundus in iſta reductione? ſuper hoc reperio uarietatẽ opi. nam Bar. in d. §. arbitrorum, col. 4. uer. quæro quis erit iudex, &c. ff pro ſocio. tenet qđ debet adiri iudex rei, & ſic ille, qui eſſet futurus iudex, ſi actor uoluiſſet in iudicio litigare, idem uidetur tenere Alexã. in conſ. 13. in prin. in 2. uol. ubi dicit, quod iudex ordinarius litigantium, eſt iudex in cauſa reductionis, non autem iudex appellationis. Idem tenet Soc. in conſ. 18. col. 13. in 1. uol. & Paul. de Caſtr. in l. cum hi. §. transac. ff de tranſac. & Abb. in d. cap. quintaualis, col. 21. in fin. ver. ſed dubitabatur quis iudex, &c. de iureiur. Contrarium tenet Lud. Rom. in conſ. 265. vbi dicit, quod debet peti reductio coram illo iudice, qui eſt iudex arbitratoris ad inſtar appellationis. & hanc partem tenet Matth. de Affl. doct. Neap. in 10. lib. conſi. Neap. verum dicit, quod non fuit hoc deciſum per ſacrum cõſilium. Breuiter ego teneo primam partem. ſ. quod petatur coram iudice ordinario, qui eſſe futurus iudex cauſæ, per deciſiones prædictas, quæ uidentur facere opin. magis cõmunẽ. Quod poteſt corroborari, quia arbitramẽtum, eſt quędam tranſactio, & ſicut ille, qui vult agere cõtra trãſactionẽ, debet adire iudicem rei. ita etiam, & ueniens contra arbitramentum quod tamen declara, & limita niſi ex forma alicuius ſtatuti, haberent laudã executione, & actione, quia tunc ad iudicem arbitratoris eſt recurrendum per ea quæ dicit Bar. in l. 2. C. ubi. & apud quem,
127 &c. † Tertio quæro an contra laudum iuratum. quando eſt renunciatum reductioni poſſit peti reductio, & an ſaltem ſit neceſſaria abſolutio a iuramento? Breuiter vera, & cõis concluſio eſt, quod ſi læſio eſt modica, & ſupportabilis, non poteſt peti reductio, & tunc illa renunciatio cum iuramento, operatur, ut non reducatur ad arbitrium boni uiri. ita tenet Pau. de Caſt. in conſ. 200. colum. 2. in 1. uol. Si autem læſio eſt magna, & enormis, vel enormiſſima tunc poteſt peti reductio non obſtante renunciatione, & iuramẽto, quia dato quod ampla verba ponantur in compromiſſo. non tamen poteſt fieri quin reductio habet locum, ſtante enormiſſima læſione & ſemper iuramentum intelligitur, ſi quæ arbitratus fuerit arbitrator, & enormiſſima læſio nõ præſumitur cogitata, & iuramentũ non extẽditur ad incogitata, ita tenet Alc. in conſ. 131. col. pen. in 1. uol. & Soc. in cõſ. 110. col. 5. in 2. uol & in conſ. 104. col 4. in fi. in 4. uol. & Phil. Dec. in conſi. 11. colu. 6, ver. 4. principaliter &c. & conſi. 60. colu. 2. ubi dicit, quam non poteſt dari clauſula, p quam ad arbitrium boni uiri a laudo non poſſit peti reductio. Sequitur ergo, quod ubi eſt enormis læſio, non requiritur abſolutio a iuramento, ſed poteſt indiſtincte peti reductio, quia non detegitur periurium ubi iuramentum ſe non extendit ad illud. Item tenet Ang. in conſi. 171. conſilium tñ theologorum eſt quod petatur abſolutio ad cautelam a tali iuramento, quam de facili concedet epiſcopus, licet hoc non ſit de præcepto. ita tenet Bald. in l. fin. C. de non num. pec. Reliqua de materia reductionis, dic ut habetur in d. cap. quintaualis. & in d. §. arbitrarum, & ibi per docto. & dicam infra in hoc tracta. de appellatione in 4 q. prin. uer. octauo limita. &c.

128 DILATIO, † eſt decimus, & vltimus actus ſuſpenſiuus, nam impedit proceſſum ad vlteriora, quia dilatione pendente officium iudicis conquieſcit, l. ſiue pars. C. de dilat. c. ſignificante, de appel. Et quia hanc materiam dilationis plenè tractaui ſupra in ſecunda arte iudicij in tractatu de dilatione, ideo ad ibi dicta me remitto. Et per hæc ſit expedita prima quæſt. principalis.

SECVNDO, principaliter ſequendo ordinem præpoſitam, quæro qualiter
229 fiat appellatio. † Dic quod fit a iudice inferiore, a quo lata eſt ſnĩa ad iudicem ſuperiorem, nam ad inferiorem uel parem appellari non poteſt l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. de app. in tantum. quod non ualeret conſuetudo permittens appellare de maiori ad minorem, vel equalem, ſecundum Abb. & Fel. in rub. extra de appel. colum. 1.
230 † Item, debet appellatio continere non ẽ appellantis & appellati, & continentiam

ſententiæ, a qua appellatur, vt eſt tex. & ibi
231 Bar. & docto. in l. 1. § ſi de app. † Item, de
bēt in ipſa appellatione peti Apoſtoli alias
non ualet appellatio ſine petitione apoſto-
lorum, ſecundum Inn. in cap. 1. de app. pro
hoc eſt text. in l. eos. §. apoſtolos, & ibi Bar.
& docto. & l. quoniam la 1. C. de app. & de-
bent Apoſtoli peti inſtantius, & inſtantiſſi
me, ac ſępius, & ſufficit q̄ uni coactu ſępius
petantur in vno, & eodem libello vt eſt tex.
in c. quamuis, de app. & habetur in c. ab eo
232 & c. ut ſuper ad appell. lib. 6. † An autem
ualeat appellatio ſimpliciter facta, & gene-
raliter, non expreſſo proprie nomine iudi
cis, ad quem appellatur ut ſi aliquis dicam
ſimpliciter, appello: uel ſi dicit, appello ad
iudicem competentem? Dic q̄ ſic, & ita cō
muniter tenetur per l. 2. ff. de appell. ita te-
net Bar. in l. 1. §. ſi quis, ver. quęro, quid ſi ali
quis, &c. ff. de appel. & Bald. in l. apertiſſimi.
C. de iud. in 1. col. & Abb. in c. inter certa.
de appel. vbi limitat hoc procedere de iure
ciuili, ſecus de iure canonico, ſm eum, &
Philip. in cap. dilecti, el 3. in 16. q. de appel. y
233 † Debet autem appellatio præſentari per
appellantem coram iudicem a quo ut not.
Phil. in cap. ſi iuſtus, colum. 4. de app. & in-
fra decem dies a die latæ ſententiæ ut. C. de
appel. auth. hodie, & poſtea perſecutio ſit
coram iudice ad quem præſentando corā
eo ſupplicationem, & narrando materiam
cauſę, & ſententiæ contra ſe latæ, & inſtan-
do pro literis inhabitationibus. Verum, ſi
z non poteſt haberi z copia iudicis a quo ut
quia abſens, uel per metum non poteſt co
ram eo appellari, tunc poteſt appellari co-
ram honeſtis perſonis, uel poteſt adire iu-
dicem ad quem, & coram eo porrigere ſup
plicationem appellatoriam, abſque eo, q̄d
aliter appellatum fuerit corā iudice a quo
ita dicit Bald. in d. l. apertiſſimi. column. 1.
C. de iud. & in l. 2. C. de his. qui per metum
iud. non appel. & de hoc eſt gl. expreſſa in
uerbo ...atori in cle. 1. de appe. & declarat ple
ne Socin. in conſil. 55. in 1. colum. in 1. uo
lu. Erit ergo practica in caſu iſto, quando
quis non poteſt appellare coram iudice a
quo, uel propter abſentiam uel propter me
tum, vt adhibeat ſecum iudicem, notariū
& teſtes, & coram illis declaret ac proteſte-
tur, quod intentio ſua erat apppellandum
iudicio a tali grauamine per eumdem iudicē
ſibi illato. Verum quia propter eius abſen-
tiam, vel propter iuſtum metum non po-
tuit iudicialiter appellare, nunc appellat ex-
traiudicialiter coram honeſtis perſonis, &
de dicta appellatione faciat ſcribi actum
publicum. Ad quod facit, quod habetur in
c. ſi iuſtus metus, & ibi per docto. de app. &
not. Bart. in l. 1. §. dies. ff. quando app. ſit. Et
nota, quod ultra iudicem notariū, & teſtes,
debet adeſſe aliæ honeſtæ perſonæ, coram
quibus appelletur, & hoc quando iſta ap-
pellatio eſſe probanda per inſtrumentum,
quia tunc iudex, notarius, & teſtes omnes
ſimul iuncti, faciunt fide de illo actu, & nō
poſſunt repræſentare duas vices. ſ. teſtium,
& perſonarum, coram quibus appellatur,
ita declarat Pet. Phil. Cor. in cōſ. 92. col.
2. uer. 2. in 3. uol. & Abb. ī d. c. ſi iuſtus, col.
1. ubi plus dicit, quod ſufficit, q̄ ſit vnus
234 probus uir coram quo appelletur. † An
autem ſit neceſſe præſentare appellationē
iudici ſedenti pro tribunali? Dic quod nō
ſed poteſt ubique præſentari, imo poteſt p̄
y ſentari ſolum actorum magiſtro y ſeu no-
tariis abſque iudice, & ualet, ſecūdum Bal.
in auth. quæ ſupplicatio. in prin. C. de pre.
imp. offe. & ſequitur Alexan. in l. 1. §. libel-
li. in addi. ad Bar. quæ incipit cui detur, &c.
ff. de app. & idem Alex. in l. 1. §. dies. ff. quā-
do appel. ſit. Et quod in omni loco poſſit
præſentari quo ad effectum, ut ſententia
non tranſeat in rem iudicatā, tenet Card.
in cle. 2. §. ſimiliter in 2. quæſt. in fin. de ap
pel. cum poſſit etiam die feriata appellari,
cum non ſit actus iudicialis appellatio, ſe-
cundum Card. ibi. & not. Bart. in d. l. 1. §.
235 dies. † Fit etiam appellatio per hęc verba,
ſubmitto me protectioni, & tuitioni talis
iudicis, nam ita uerba important uim ap-
pellationis, ſecundum Bald. in l. 1. in fin. C.
ſi quacunque præd. p. pote. & eſt tex. in ca.
ad audientiam & ib. Card. Alexan. ad app.
236 † Vtrum ſit neceſſe quod ſemper appella
z tio z fiat in ſcriptis an uero ſufficiat, quod
uiua uoce appelletur? Communis conclu-
ſio eſt, ut diſtinguatur inter appellationē
a diffinitiua, & ab interlocutoria. Nam a
diffinitiua, ſi quidem appellatur incontinē
ti, id eſt eodem inſtanti poſt latam ſententiam
potest appellari uiua uoce, & ſufficit
quod aggrauatus dicat, appello, & faci
hoc ſcribi in actis per notarium. Si uero ap-
pelletur

pelletur ex interuallo poſt latã ſniam tunc
debet appellari in ſcriptis alijs nõ ualet ap-
pellatio. de hoc eſt tex.in l.1.in fi.cũ l. ſeq.
de ap.l l.litigatoribus & ibi gl.Bar. & Bal.
C.de ap & no.Spe.in ti.de ap.§ qualiter in
prin.& Pet.Phi.Cor.in conſ.95.col.1.in fi.
237 & ſeq.in 4.uol.† Sed qñ dicatur appellari
a incontinenti,& quando ex interuallo? Dic
quod communis concluſio eſt, quod in
cõtinenti dicitur dum iudex ſedeat pro tri
bunali in illo ſero,& non diuertit ad extra
neos actus. Secus eſt, ſi iudex iret ad pran-
dium, uel ad alium actum extraneum à iu
dicio, & poſtea reuerteretur ad tribunali,
quia propter actum extraneum interme-
dium non diceretur ulterius incontinenti
fieri,& idẽ ſi appellans diuerteret ad extra-
neos actus. poſtea appellaret ita dicit Spe.
in titu.de app.§.qualiter in prinċ & ibi Io.
An.in add.ſuper uerbo,diuerterit. ſed Bal.
in d.l. litig. tenet quod iudice ſedente pro
tribunali,dicitur incontinenti,non diſtin-
guẽdo utrum diuertit ad extraneos actus,
uel non imo Bart.expreſſe tenet in d.l.liti-
gator. quod etiam ſi diuerterit ad extra-
neos actus dicitur fieri incontinenti,dum-
modo eadem die fiat,& iudice ſedente pro
tribunali l.diuus.ff de in inte.reſt.idem te
net Barto.in l.eos.§.fin autem. C.de app.&
gloſ.magis expreſſa,in l.2.ff.de app & Bar
to.in l.1.§.libelli,column.1.eod.tit.& hoc
uidetur eſſe de mente Bald.in d.l.diuus,in
2.lect. in fin. ubi proprie loquitur de iudi-
ce ſergente,& ſtatim reuertente,idem uide
tur ſentire Phil.in capitu. ſi iuſtus uerſicu.
6.quæritur,in fin.de app. In hac uarietate,
quæ uidetur eſſe inter Speculatorem & Io.
And.ex una parte. & gloſſ.Bart. & Bald.ex
alia parte,ego ita concordarem opin.ut di
ſtinguamus. Aut iudex proceſſit ad actus
extraneos, ſcilicet ab illa cauſa quam ſen-
tẽtiauit,ut quia poſt expeditam illam cau
ſam incepit expedire alias in eodem tribu-
nali & tunc procedat opin.Barto.& ſequa-
cium,quia ſi tota illa die ſederet pro tribu
nali poſſet appellari uiua uoce, quia iſta
actus non unt oĩno extranei, ex quo ſunt
de iudicio,& ptinentes ad illud tribunal, li
cet uideant̃ extranei ab illa cã deciſa & ita
pondero uerbã Bar.in d.§ libelli ubi ſuper
iſto pũcto refert tres opi.quas ẽt refert Bal.
in d.l.litigatorib.Prima eſt generalis.ſ. qđ
tota illa die ſit permiſſum per d.l.2.ff de
app. ubi fit mentio de die. Secunda opin.
eſt ſtrictiſſima,ſcilicet,ut intelligatur incõ
tinenti,ſcilicet ante, quam iudex procedat
ad alia facienda,quod intelligo, ſcilicet ad
alias cauſas expediendas, nõ autẽ ad actus
penitus extraneos qui fiũt extra tribunal,
& hoc eſt de mente gloſſ. in d.l. litigatori-
bus,in uerſ.illico.quæ relata prius iſta ſtri-
cta opin.refert poſtea ultimam opin. Hug.
quæ communiter approbatur per Barto &
Bald. ibi, ſcilicet quod dicitur illico, dum
iudex ſedet pro tribunali.unde innuit ſub-
tiliter intuenti, quod illa facienda, ad quæ
diuertat,erant negocia,quę expediebantur
in tribunali,& hoc etiam eſt de mente Bal.
in d.leg.diuus,in 1.lect.in 1.not.ff.de in in
teg.reſtit.ubi dicitur incontinenti compa-
rere ille, qui uenit iudice pro tribunali ſe-
dente,licet ad alia iam diuertit. Et dicitur
diuertiſſe ad alia quando habuit ſententiã
pro lata & abſoluta unde illa uerba reſpi-
ciunt alia negocia eiuſdem tribunalis. &
ita intelligo Barto.in d.l. litigatoribus qui
fundat ſe per d.l diuus & de iſta diuerſione
non curamus. Tertia opin.relata per Bart.
in d. §. libelli eſt mediocris, quæ eligit me-
diam uiam, ſcilicet quod dicitur inconti-
nenti donec iudex ſedet pro tribunali, &
iſta communiter approbatur. quam tenet
Lanfr. in capitu. quoniam contra in uerſ.
interlocutiones,& appellationes, column.
16.uer.ſequitur aliqua uidere, &c. de pro-
bat.& Phil.in d.capitu.ſi iuſtus,uer.6. quæ
ritur,in fi. Aut iudex proceſſit ad actus pe-
nitus extraneos, ſurgendo a tribunali cau-
ſa faciendi aliud negocium extraneum, &
tunc aut ſurrexit cum omnino ſtatim re-
uertendi, non relinquendo totaliter tribu-
nal pro illo ſero, quia dimiſit ibi actorum
magiſtrum negociantem in actis interim,
& tũc ſi ſtatim reuertitur. habetur ac ſi nõ
receſſiſſet, & poteſt ad hoc appellare uiua
uoce per ea,quæ dicit Bald.in d.l.diuus, in
2.lectu.in fin. Ad quod facit text.in l.3.ff.
de diu.& in l.pleriquc.ff. de ritu nup. & per
ea quæ habentur per Alexan. & docto.in l.
cũ antiquitas. C.de teſt.aut ſurrexit iudex
a bancho cum tota eius curia cauſa eundi
ad prandium uel ad deambulandum, ita
quòd non apparebat de animo reuertendi
pro illo ſero.& tunc dato quòd poſtea re-

uerteretur, non dicitur ſidei incontinenti quia illa videtur alia ſectio curiæ propter illam interruptionem. vnde tunc eſſet appellandum in ſcriptis, & ita puto procedere opin. Specu.in d.§ qualiter,in princ. quã ad hoc ſequitur Phi.in d.capitu. vt debitus colu.8 verſi.7.quæritur,&c.de app.& Gem.
138 in c.cordi colũ.4.in prin.de app.li.6. † Ex prædicta procedunt, quando appellatur a diffinitiua, ſi vero appellatur ab interlocutoria & tunc, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo, ſemper debet appellari in ſcriptis alias non valet appellatio. Tex.eſt in cap cordi nobis,de app.lib 6.& not.Specu.in titu.de app.§ qualiter poſt princ.& Bart.in l.eius, ff.de app. rec. & Phil.in capitu. vt debitus, colum.7.ver.2.quæritur &c.de app.vbi dicit illud communiter ſeruari tam de iure ciu.quam cano & Pau. de Caſtr. in conſil. 270.in prin in 2.vol.& Bal.& Ange.in l.patris,& filij,ff.de vul.& pup.& Lud.Roman.
139 in conſi.41.† Quando dicatur fieri appellatio in ſcripis,& an ſufficiat comparere in iudicio, & dicere notario, ſcribe qualiter ego appello a tali ſententia tali cauſa, &c. Dic quòd non, ſed tunc dicitur in ſcriptis, quando porrigitur libellus ſcriptus appellatorius, alias ſi viua voce dictaret appellans,& notarius redigeret in ſcriptis,nõ diceretur appellatio in ſcripris, & elapſis 10. diebus ſententia tranſiret in rem iudicatã, non obſtante tali appellat. inualida. ita in terminis tenet Phil. in d. c. vt debitus,in 7. colum.uerſi.4.quæritur, &c.de ap. & plene hoc tangit Petr. Phil.Cor.in conſi.95.col. 2.in fin.& ſequ.in 4.volu.pro hoc eſt gloſſ. & ibi Bart in l.in ſacris.C.de prox. ſac ſcr. lib. 12.& Iaſo.in l.1.colum.3.in prin.ff de
140 eodem. † Ex prædictis hucuſque habemus vnam differentiam inter appellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria, ex qua habes colligere duas practicas pro aduocato appellati contra appellantem, ſcilicet ut aduertat, quã quis appellat viua voce a diffinitiua in eadem die,ſi ibi extat iudex præſens & pro tribunali ſedens,quia licet aliæ appellationes in ſcriptis poſſint porrigi quacunque hora loco, & die & etiam ſoli notario. vt ſupra dixi & dicetur infra in ſeq.q prin. quærit 3.q huius principalis diſt. ſeu tract. de ap. tamen iſta appellatio viua voce non valet aliter niſi fiat iudice præſente & pro tribunali ſedente,per ea quæ ſupra dixi,vnde ſi a tali appel. viua voce facta,iudice abſente, vel pro tribunali ſedente laberentur decem dies,ſententia tranſiuiſſet in rem iu-
141 dicatam, poſſet *b* peti executio. † Secun-
b da practica eſt ſi in caſibus. vbi eſt appellãdum in ſcriptis compareret appellans, & dicere notorio actorum ſcribe qualiter ego appello,&c. ſit cautus aduocatus appellati, vt non opponat quòd appellatio non valet ſed taceat donec labantur 10.dies,& poſtea petat executionem ſententiæ,quæ tranſiuit in rem iudicatam,quia multos vidi in hoc
142 errare. † Limita tamen id, quod dixi de interlocutoria non procedere, quando habet vim diffinitiuæ, quia ab ea poteſt appellari viua voce incontinenti, ſicut a diffinitiua,& omnes ſolemnitates in ea ſeruantur, quæ ſeruari debent in appellatione à diffinitiua,ſecundum Phil.in d c.vt debitus, colum.8 ver 7.quæritur,&c & Ang.in cõſ 197.& Lud.Rom.in conſ.41.in prin. ſicut in ſimili dicimus,quod licet alias in appellatione ab interlocutoria ſit neceſſe inſerere cauſam grauaminis, vt dicã in ſ.in 2. differẽtia tamen quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ,non eſt neceſſe,quam inferatur cauſa ſicut non eſt neceſſe, quando appellatur a diffinitiua ſecundum Bal in l.minoribus,col.2.C de his quibus vt ind.& Abb in c.peruenit,col 2.de ap.& Phil. in d c.vt de-
143 bitus,in 14. q. de app. † Item illud quod dixi a ſententia diffinitiua debere appellari in ſcriptis ex interuallo limita non procedere in cauſis breuior.in quibus põt appellari viua voce,ſecundum Bal.in l. & maioribus,in fin. C.de app.quæ autem dicantur cauſæ breuiores, remittit ſe ad ea, quæ habentur in auth.niſi breuiores,C.de ſent. ex bre.reci Hodie autem in regno habemus ritum magnæ curiæ,in nu.164.qui incipit. itẽ in cauſis, &c.quo cauetur, quod in cauſis duarum vnciarum ciuiliter petitarum non appellatur, verum nunquam vidi ſer-
144 uari illum ritum. † Sed iuxta prædicta quæro de vna q.quæ quotidie euenit, quid ſi ali
c quis appellat viua voce cum reſeruatione appellandi in ſcriptis, & deinde appellat in ſcriptis, quæ appellatio dicatur valida, prima,an ſecunda? & hoc, eſt vtile ſcire, vt ſciamus, quando incipiat currere tempus proſequendi, an a prima appellatione,

vel

vel a die ſecundæ appellationis hanc qu. mouet Bar. in l. cum procurator, §. ſi dominus, ff. de ope. no. nunc. vbi inuolutæ loquitur. Tamen eius intētio videtur eſſe quod prima appellatio teneat, & iſtam opi. tanquam veriorem communiter ſequuntur Doct. ibi maxime Io. de Imo. Idem magis clare firmat Pau. de Caſt. in conſi. ſeptimo in primo vol. in conſil. 170. eo volumine, vbi dicit, quod primam appellationem debet proſequi appellans, & ab illa prima currit tempus proſequēdi, idem, tenet Ludo. Rom. in conſi. 41. & videtur magis cōmunis opin. vbicunque prima appellatio valuit, quia ſecunda, videtur fruſtratoria, & nullum effectum poteſt importare, niſi q᷑ per ſecundam cenſetur prima redacta in ſcriptis, & ſic ſecunda trahitur ad primam. Sed quando prima non valeret, vt quia ab interlocutoria fuit appellatum viua voce, tunc ſecunda in ſcriptis valet, & ab ea incipit currere tempus proſequendi, dummodo ſit facta infra 10. dies ita declarat Phi. in c. tua nobis, col. 5. verſi. 2. concluſio, &c. de appel. & ibi ponit. 7. concluſiones ſuper iſta qu. & plene declarat, ipſam de mente Bal. in l. appellationes. C. de appel. & in c. ſancimus, quo tempore miles, ſed Alex. in d. §. ſi dominus, col. pen. & ſic videtur tenere contrarium, ſ. quod ſi aliter non apparet de mente appellantis, debet attendi ſecunda appellatio, propter eius proteſtationem, per quam reſeruauit ſibi ius appellandi in ſcriptis, & hāc contrariam opi. tenet Sal. in l. ſi quis libellos C. de appel. Mihi tamen videtur, quod verior ſit prima opin. Barto. Lud. & Pau. de Caſtr. non obſtante quod etiam Iaſ. in dic. §. ſi dominus, ſequatur opin. Alex. & Pau. de Caſtr. ibidem ſibi ipſi contrarius ab eo, quos tenuit in conſilijs.

Et volendo corroborare iſtam primam opin. Bart. & ſequatium, quam habeo pro vera & indubita, maxime hodie in regno, per ea, quæ infra dicam, conſidero, quod totum fundamentum Ale. Iaſ. & aliorum tenentium contrariam partem conſiſtit in eo, videlicet. quod per dictum reſeruationē videtur eſſe facta, proteſtatio, quod ſi contingat me appellare in ſcriptis, volo quod prima appellatio habeatur pro non facta, & in his quæ dependent ex mera voluntate proteſtantis, ſtatur ſuæ proteſtationi, in l. qui in alie. §. fin. & ibi Bart. & Doct. ff. de acq. hær. item quia in dubio debet ita interpretari illa proteſtatio, ex quo eſt vtilius pro proteſtante, quia maiorem habebit dilationem ad proſequendum, & hanc rationem etiam ſentit Io. de Imo. l. in d. §. ſi dominus. Tertio mouentur per l. ſi quis libellos. C. de app. ubi Ang. per illum tex. tenet illam opi. contra Bar. nam ibi dr, q᷑ permittitur appellanti reuocare ſuam appellationem per pœnitentiam, & ſuum arbitrium cōmutare. Iſtis ergo rationibus in effectu mouentur præfati Doct. ad tenendum contra Bart. Ego autem ſequor opi. Bar. & Ludo. quam etiam tenet Ab in c. dilecto, col. fi. de appel. pro qua facio vnum nouum, & vrgens fundamentum.

145 † Et capio hoc aſſumptum, vbicunque dilatio legalis datur aliquibus ob aliquam cauſam, ſi illa cauſa finitur ante finitiuam dilationem finitur etiam & dilatio. tex. eſt, & ibi Bart. in l. a filia. §. alumno. ff. ad Trebel & in l. ſi quis, hæres, la 2. & ibi per Frā. de Aret. ff. de acq. hær. quæ iura ſolent cōiter allegari, quod finita cā dilationis, finitur dilatio, idem tenet Bart. in l. fine pers. C. de dil. quo procedit, etiam in dilatione legali, vt eſt tex. in l. 1. §. ſi ita. ff. de ſucceſ. e. dict. in l. ſi maritus §. ſi negauerit, ff. de adul. gl. in c. fi. in glo pen. de conſt lib. 6. ſed appellanti datur dilatio decem dierum a lege ad appellandum in auth. hodie. C de app. & ſic ob hanc cauſam datur, vt appellet. Ergo ſi appellauit viua voce, & appellatio valuit incontinenti, eſt finita cā dilationis, ſ. ad illud idem, ergo debet eſſe finita dilatio, ſ. vt non poſſit iterum eandem appellationem facere, nam dicta appellatio viua voce facta, ex quo permittitur incontinenti fieri, fuit ſortita ſuum effectum, ſ. ſuſpenſiuum, & deuolutiuum cauſæ ad ſuperiorem, vt dicit Abb. in d. c. dilecto col. fin. & Lud. Rom. in d. conſi. 51. & Pau. de Caſt. in d. conſil. 6. & 170. in 1. volum. vnde alia appellatione opus non, eſt circa idem, argum. leg. qui bis idem ff. de verborum obligationibus. Et per hoc cōm mecito poſſet attentari, quod ſecunda appellatio ſi fit ad eundem iudicem, & continet idem, quod prima, debet cenſeri facta extra terminum, & ſic non valet, quia ſtatim facta prima appellatione viua voce fuit finita dilatio decem dierum ad appel-

landum ad eundem iudicem, vnde de neceſſitate tempus proſequendi, currit a prima appellatione.

146 † Sed contra hoc poſſet inſtare de le. ſi quis libellos de app. C. ſecundum intellectum Bar. & Ang. & Sal. ibi. Nam vult illa l. quod poſt interpoſitam vnam appellationem permittitur variari, & appellari ad alium, iudicem infra decem dies, vt plene declarat Phi. in d. c. tua nobis, col. 5. uer. 5. concl. &c. de app. Ergo non erat finita dilatio, quia ſi eſſet finita, non valeret ſecunda appellatio. Ad hoc reſpondeo, & dico, quod facta appellatione viua voce ad vnum iudicem, eſt finita cauſa dilationis, reſpectu euiſdem iudicis. Quod patet ad ſenſum, quia ſecunda appellatio ad eundem iudicem facta, nullum habet effectũ, quia omnem effectum appellationis ſortita fuit prima appellatio, vt ſupra dixi. arg. d. l. qui bis idem. Vnde fruſtra duraret dilatio reſpectu euiſdem, verum quia appellãti permittitur variare infra decem dies. & alium iudicem adire, quod ad hoc, non eſt extincta dilatio, ex quo iſta appellatio eſt alia a prima, & aliam perſonam continens, & tunc verú eſt, quod uidetur eſſe a prima receſſum, quia uidetur quodammodo quædam nouatio a iure permiſſa, ex quo ſecunda continet aliquid noui a prima.

147 † Et hoc dictum corroboro per bonum ſimile, nam qñ ſit unum mandatum alicui & poſtea fit aliud eidẽ, & de eodem, nihil ualet ſecundum. ſed tãtum primum, ut gl. in l. licet. § ea obligatio in fin. de proc. & Bal. in rub. de proc. & per Mod. in l. qui bis idem dicunt de uenditione geminata, & de ſtipulatione, & de alijs contractibus.

148 † Non obſtant modo rationes Alex. & ſequacium, & primo ad id, quod dicunt de proteſtatione. ergo non uideo unde poſſit elici illa appellatio conditionalis ex illa reſeruatione, cum appellatio uiua uoce apparet facta pure & libere, potius eſt dicendũ, quod illa reſeruatio iterum appellandi, ſit facta ad exaggerationem animi appellantis, qui uult quod dicta ſua appellatio uiua uoce facta, reducatur poſtmodum in ſcriptis, ut ſentit Io. de Imo. in d. l. cũ procurator. §. ſi dominus, ff. de ope. no. nun. quã quod ſit facta ſub illa conditionaliter, cũ hoc nõ ſonent uerba appellantis, arg. l. non aliter,

149 ff. de leg. 3. † Præterea, proteſtatio ſeu reſeruatio facta de illo actu, cuius nihil operatur euentus, nihil ualet l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut l. no. cau. & l. non cogendum, § fin. ff. de proc. & l. 3. §. ibid. ff. ad exhi. ſed in propoſito, euentus ſecundæ appellationis nihil operatur, qñ prima ualuit, ergo

150 reſeruatio fuit fruſtatoria. † Non obſtat, quod datur proteſtatio in his, quæ dependent ex animo, &c quia fateor quando proteſtatio eſt clara, & ſpecificat animum proteſtãtis, ita loquitur, d. l. qui aliena, § fi. ff. de acqui. hære. ſed hæc proteſtatio non ſonat id quod dicunt Alex. & ſequaces. Similiter nõ obſtat. quod uerba debẽt intelligi ſecundum intentionem proferentis, prout eſt ei utilius, quia uerum eſt, qñ uerba ſunt undique ambigua, & poſſunt pati illam interpretationem, ſed in caſu noſtro uerba appellationis uoce facta ſunt clara ex quo ſimpliciter & pure fuit, appellantur unde nõ ſunt trahenda ad alium ſenſum, non obſt. d. l. ſi

151 quis libellos, † quia fateor, quod appellando ad alium iudicem, poteſt uariare, & tunc ſecunda inſpicitur appellatio, ſed qñ appellatur ad eundem, & ex eadem cauſa, non reperitur iure cautũ. quod admittatur iſta uariatio fruſtratoria, quia hoc eſſet cõtra, d. l. quis bis idem cũ ſua materia, ff. de uer.

152 obl. † Ex quibus omnib. concludo ueram eſſe opi. Bartoli, Lud. & Abb. & ita firmo, quam opi. puto hodie in regno eſſe indubitatam, per conſti. appellationum tempora quæ uult, quod appellans habeat quinquaginta dies ad proſequendum a die interpoſitæ appellationis, & ſic non dicit, quod poſt 10. dies dantur illi quinquaginta, ſed quod currunt a die interpoſitæ appellationis, unde eo ipſo, quod quia appellat uiua uoce a diffinitiua continenti dicitur appellatio interpoſita, merito ab illo die currunt ſibi alij quinquaginta ad proſequendum, non obſtante fruſtratoria reſeruatione, quia ſi appellans haberet animum appellandi in ſcriptis, non deberet appellare uiua uoce, ſed ſufficeret ſibi dicere, ergo ſeruo mihi ius appellandi in ſcriptis, & tunc tempus proſequendi curreret a die appellationis in ſcriptis.

153 † Secunda dñia inter appellationem ab interlocutoria, & a diffinitiua eſt, quia appellatio ad diffinitiua nõ habet neceſſe, quod

cõtineat niſi grauaminis in ſpecie, ſed ſuffi cit, quod appellans in genere, dicat ſe grauatum, & quod dicat ſententiam iniuſtam ſine alia cauſa, ut eſt tex. in l. 2. ff. de appel. & not. gl. & Abb. & Phil in c. cum in eccleſia. de appe. & Bar. in l. 1. §. fin ff. de appe. & gl. in c. quod ad conſultationem. in uerſiculo non exprimens de re iud. ſed appellatio à ab interlocutoris, non valet aliter, niſi exprimatur cauſa grauaminis in ipſa appellatione, tex. eſt & ibi Gem. in c. cordi nobis. de app. lib. 6. & no. Abb. & Phi. in di c. cum in eccleſia, & Bar. in l. eius, qui colu. 2. ff. de appe. rec. & eſt tex. & ibi communiter doct. in c. ut debitus, de appel. & Card. Alex. in c. cum ſit Romana, colu. pe. eod. ti. Et tunc cauſæ grauaminis debent exprimi in ſpecie, & non ſufficit in genere & ſi plures cauſæ ſint, omnes debet exprimi nominatim, & non ſufficit facere relationem ad acta, ſecundum Phil. in ca. conſuluit. el 2. in 2. columna de appe. per tex. in cl. appellanti. & de app. & Soc. in conſi. 45. colum. 4. in 1. volum. & Card. in d. cle appellanti. in 3. no. & in 3. & 4. q. & Phil. in d. c. vt debitus. colum. 5. in 12. q. & Bal. in l. minor. colum. 1. C. de his qui. vt in d. vnde non ſufficeret dicere, appell. ex tali cauſa, & ex alijs ſuo loco, & tempore proponendi, nam iſta clauſula generalis nihil operatur, ſecundum Card. in d. cle. appellanti in 4. quæſt. & Phil. in d. c. conſuluit. Idem ſi diceret ex alijs cauſis ex proceſſu, ex actis apparentibus, quia nihil valet, ſecundum Bal. in d. l. minoribus, & Phi. lib. vbi ſupra. Item talis expreſſio cauſæ debet fieri coram iudice à quo, non autem coram iudice ad quem, vt eſt tex. in dic. ut debitus, & ibi Abb. in colum. verſi. alterius nota, &c. Bar. in l. ait prætor. ff. de minor. quod nota, quia ſæpe vidi nonnullos aduocatos errare, qui appellant ſimpliciter coram iudice a quo, & poſtea exprimunt cauſas grauaminis coram iudice ad quem, nam talis appellatio ab interlocutoria non valet, per d. ca. vt debitus ibi, coram eodem iudice cauſa probatis appellationis expoſita, &c. & prædictis adde dec. Rot. 7. in nouis. vbi plene. Item debet exprimi cauſa grauaminis, etiam ſi ſit no-
154 toria. † quia licet notorium releuat ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi & allegandi, vt eſt gloſſ. in verſi. iudicis, in d. c. cle. appellanti, & ibi etiam Card. in d. 5. quæſt. & Phil. in d. ca. vt debitus. col. 19. in 11. quæſt. & Gem. in c. 1. col. 2. in prin. de appe. lib. 6. Si ergo non fuerunt iſtæ ſolemnitates ſeruatæ in appellatione ab interlocutoria, tranſit in rem iudicatam per lapſum decem dierum ſecundum Ang. conſi. 217. col. 3. & Soc. in dict. conſi. 45. columna quarta.

ADDITIO. vide Aymo. Cra. in conſilio 181. & 182. 1. libr. & notes perpetuo, quod ex quo hodie in regno iſto, omnes cauſæ ſunt ſumariæ, & proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non requiritur in appellatione ab iterlocutoria exprimere cauſas grauaminis, & appellare in ſcriptis, ſed ſufficit ſi viua voce appelletur, ſecundum Ang. in conſi. 267. incip. conſtitutio, & per Philip. Fran. in cap. vt debitus. extra de appella. numero 15. quæ omnia notes, quia alias obtinui cum ingenti honore. Petr. Foll.

VNVM tamen ſcias, quod licet cauſæ grauaminis non ſint ſpecificatæ in ipſo libello appellationis, poſſunt tamen quandocunque poſtea ſpecificari coram iudice a quo dũmodo intra decẽ dies, alias ſecus, ita declarat Phil. in d. cap. ut debitus colu. 11. in 15. q. Et iſta ſecũda differentia habet colligere duas regulas. Prima eſt, quod appellatio a diffinitiua valet ſine expreſſione cauſæ. Secunda regula eſt, quod non valet appellatio ab interlocutoria ſine expreſſio-
ne cauſę grauaminis. † Primam regulam limita generaliter non procedere in omnibus cauſis, in quibus de iure prohibetur appellatio a diffinitiuæ, nam tunc ſi appellat, debet exprimi cauſa grauaminis, alias non valet appellatio, ita dicit Spec. in ti. de exe. ſent. §. nunc dicendum, uerſi. ſed nunquid. Pro hoc eſt gl. in verſi. mandetur in capit. Romana, ſi autem, & ibi Gem. in fin. colu. de appe. lib. 6. & philip in c. cum ſpeciali. §. porro. colum. 3. verſi. ex prædictis, &c. de appel. & Lud. Rom. in conſil. 324. ꝙ procedit, ſiue appellatio ſit prohibita a lege ſiue ab homine, ut quãdo committitur cauſa appellatione remota, ſecundum Gemi. in dict. capitu. Romana, §. ſi autem. in fi. & Philip. in capit. 3. de appel. & in d. capit. vt debitus colum. 10. in 14. quæſtione, vbi ponit quatuor notabiles fallentias ad hanc regulam,

gulam, quam poteris ibi videre. Adde Fel.
in cap. quod ad conſultationem. colu. 10.
& 11. de re iud. Et ratio huius fallentiæ pa-
tet ad ſenſum, quia cum appellatio ſit pro-
hibita appellans habet iuris præſumptionē
contra ſe, vnde iudex non tenetur eius ap-
pellationi deferre, ſed quoniam allegat iu-
ſtā cauſam, ceſſat illa iuris præſumptio, &
iudex deferre tenetur, vt dicit Lud. Ro. in
d. conſ. 324. & iſta fallentia ſeruire poteſt
ad infinitos caſus, qui iure reperiuntur, in
quibus appel. prohibet. quos ſtudioſus po-
156 terit per ſe ſeruari. † Secundam regulam,
limita, non procedere, quando cauſa graua
minis conſiſteret in mero iure, adeo quod
nullam requirit ꝓbationem in facto, quia
tunc valet appellatio ab interlocutoria ſi-
ne expreſſione cauſæ, quia in allegationib.
iuris deduci poteſt, ita tenet Bal. in d. l. mi-
noribus. C. de his, qui. ut in d. & in l. p hanc
colu. pen. in fi. C. de temp. appe. & Gemin.
in d. c. cordis nobis. colum. 2. & Card. in d.
cle. appellanti. colu. 2. in 1. opp. & Phil. in
d. c. ut debitus in 11. quæſt.
157 † Secundo limita non procedere in inter-
locutoria habente vim diffinitiuę, quia nō
requiritur expreſſio cauſæ, ſecundum Bal.
in d. l. minoribus. & Abb. in cap. peruenit,
colu. 2. de app. & Phil. in d. c. ut debitus, in
158 24. q. & Card. Alex. in d. c. peruenit. † An
autem in appellatione extraiudiciali requi
ratur expreſſio cauſæ, vide eundem Phil. in
c. conſuluit, el 2. in 2. colu. de appe. & in c.
bonæ. col. 6. in prin. verſi. & permitte, & c.
eod. tit. vbi tenet, quod ſic. & Abb. in d. c.
conſuluit.
159 † Tertia differentia inter appellationem
a diffinitiua, & ab interlocutoria eſt, quia
appellatio a diffinitiua e pōt iuſtificari ex
nouis cauſis, & ex nouis ꝓbationibus, quia
dicit appellās, nō probatū probabo, & non
producta producā d. l. per hanc, & ibi Bar.
& doct. C. de temp. app. & habetur in c. fra
ternitatis, de teſt. & no. Bar. in l. eius, qui.
col. 2. in fi. ff. de app. rec. Ad idem eſt tex. in
eos §. ſi quid aūt C. de app. ſed appellatio
ab interlocutoria, nō ſpt iuſtificari, niſi ex
eiſdē cauſis antiquis, & in appellatione ex-
preſſis, & nihil de nouo produci poteſt, vt
eſt tex. in d. cle. appellanti. de ap. & no. Bar.
in d. l. eius qui, col. 2. in fi. & Bar. in l. ait p-
tor, col. 1. in fi. ff. de min. & Bar. in d. l. eos.
§. ſi quid aūt, ubi dicit, q᷑ appellatio ab in
terlocutoria, iuſtificatur ex eiſdem actis, &
in d. l. per hanc, & habetur in dec. 79. con.
ſi. Neap. Et ratio diuerſitatis declaratur no
160 tabiliter per Bar. in d. l. ait prætor, † nam
a diffinitiua poteſt appellari, etiam ſi iuſte
lata fuerit, & etiam ſi iudex nullam iniuriā
fecerit, quia is, qui appellat, ſperat ex nouis
cauſis & probationib. vincere in cā appel-
lationis, vñ ſi de iure pmittitur appellatio,
etiam a ſententia iuſta, fuit conceſſum ap-
pellāti, vt nouas cās deducat, quia alias, ex
eiſdem actis vincere non poſſet, ſed ab in-
terlocutoria nō appellatur, niſi iudex iniu-
riam fecerit, & ſic iſta iniuria nō poteſt de-
tegi, niſi ex eiſdem actis, & ex antiquis cau
ſis coram iudice a quo expreſſis, & non ex
nouis deducendis, quia non poteſt imputa
ri iudici a quo, quando appellans obtinet
ex nouis cauſis, tunc enim non detegitur
161 iniuria iudicis a quo † Ex iſta tertia diffe
g rētia habemus colligere duas regulas g pri
ma eſt, quod appellatio a diffinitiua poteſt
iuſtificari ex nouis actis, vnde ſtat in arbi-
trio appellantis, an velit appellare ex eiſdē
actis, quod eſt, quando per diffinitiuā, pati
tur iniuria, an vero ex nouis deducendis,
quod eſt, quando ex primis probationib.
diffinitiua fuit iuſte lata. Secunda regula
eſt, quod appellatio ab interlocutoria non
poteſt iuſtificari ex nouis actis, niſi ex pri-
162 mis. † Primam regulam limita procede-
re, dummodo nouæ probationes, quæ pro-
ducuntur per teſtes, non ſint ſuper eiſdem
articulis, uel directo contrarijs propter ti-
morem ſubornationis, ſed ſuper nouis arti
culis dependentibus a ueteribus & facien-
tibus ad cauſam, ut eſt tex. in cl. 1. de teſt.
& no. Bar. in d. l. per hāc, & Ab. & Fel. in d.
c. fraternitatis de teſt. & Bar. & Doct. in au
then. ſi qui ſemel. C. de prob. in quib. locis
plene declarat materiā iſtorū articulorum,
ſed probationes per ſcripturas poſſunt pro
duci, quia in ſcripturis nō pōt timeri ſubor
163 natio. † Secūdo limita dummodo nouæ
probationes recipiantur, & producātur ſu-
per repetita, & educta in cauſa principali,
& non ſuper noua re, & nouo libello, nam
ſi in cauſa principali petij bouem, non poſ
ſum in cauſa appellationis petere equum,
& producere probationes ſup equo. Simi-
liter ſi petij rem una actione, & ſuccubui

non

non poſſum in cā appellationis proſequi
eandem in alia actione, quia eſt nouū capi
tulum. Secus qñ in appellatione mutatur
eāq́ pōt includi ſub gñalitate primi libel-
li, ut ſi petij rē ad me ſpectare iuri dñi, non
adſtringendo me ad aliquam cām ſpālem
& deinde in primo proceſſu ſum proſecu-
tus cām emptionis, & ſuccubui, poſſum in
appellatione proſequi cām legati, uel alia
ex qua dñium poteſt acquiri, quia iſta no-
ua cā poteſt includi ſub primo libello ge-
neraliter loquēte de dominio. ita hæc om-
nia declarat Bal. in add. Spe in tit. de app.
in 15. col. circa fi. & Phil. in c. cum in eccle
ſia col. fi. ff. de appel. nam iudex cauſæ ap-
pellationis non cognoſcit in fi de eo, de
quo cognouit iudex cauſæ principalis, ita
dicit Bar. in l. 1. C. ſi aduer. liber.
164 † Hoc tñ limita, niſi quis exiſſet ex teſtō,
ut hæres, quod teſtm̄ fuit pronūciatum in-
ualidum, quia pōt in cā appellationis age-
re ad idē ab inteſtato, quia iuri quod igno-
rabat ſibi competere, nō uſ renūciaſſe, per
leg. mater. ff. de inoffi. teſt. ita deciditur in
dec. 53. conſi. Neap. Secundā regulā reſtrin
ge, & limita, ut procedat, & intelligatur, q
appellans ab interlocutoria, non pōt dedu
cere nouas cauſas coram iudice ad quem,
nec pōt probationes facere ſuper alia cā,
quam ſuper deducta in cauſa principali, ta-
men bene poteſt deducere nouas probatio-
nes ſuper cauſa antiqua expreſſa in appel-
latione, quando illa cā requirit probatio-
nes in facto. Vnde diſpoſitio l. per hanc.
C. de temp. ap hēt locum etiam in appella
tione ab interlocutoria, quo ad probandā
cauſas deductas. ita tenet Cy. in d. l. p hāc.
in 1 & ſecunda quæſtione, & Phil. in d. ca-
pitulo cum in eccleſia columna 2. uerſicu-
lo ſcias tamen, &c. de appel. & eſt gl in d.
cle. appellanti. in uerſic probandis, quod
not. quia multi erant ſuper hoc, qui putant
appellationem ab interlocutoria, nō poſſe
iuſtificari, niſi ex eiſdem actis, quia hoc nō
debet ita generaliter intelligi, ſed ut modo
165 ſupra dixi † Secundo limita, niſi cā noua
ſuperuenit de nouo, in qua nulla poteſt
imputari culpa appellanti, quare ipſam nō
deduxit in appellatione, ex quo tunc non
ſuberat, nam poteſt tunc interlocutoria iu
ſtificari eo iſta noua cauſa, ſecundum Old.
in conſ. 130. col. fi. & Bal. in l. inuitus, col.
fi. C. de proc. & Bald. in d. l. per hanc. col.
pen. in fi. C. de temp. app.
166 † Tertio limita, niſi appellās obtuliſſet
cauſas grauaminis, & probationes coram
iudice a quo, & non fuit admiſſus, quia po-
terit deducere, & probare coram iudice ap-
pellationis, ex quo non ſtetit per eum, ſed
per iudicem, ita tenet Bar. in l. per hanc. co
lumna. pen. in fi. per l. ait prætor. § quid ta-
167 men. ff. de min. † Quarto limita non pro
cedere, quando appellatur a diffinitiua. nā
in ea poteſt reparari grauamen, etiam illa
tum per interlocutoriam ex nouis cauſis,
& probationibus, ex quo non directo tunc
appellatur ab interlocutoria ita tenet Bal.
in l. generaliter. §. ſed iuramento, col. ſecun
da, verſiculo item nota. in uerbo, non au-
diant, &c. de rebus credi. & Inn. in ca. quo
ad conſultationem col. 1. de re iud.
168 † Quinto limita non procedere, quādo
interlocutoria eſſet lata contra contuma-
cem, quia tunc poteſt iuſtificari ex nouis
cauſis, & ex nouis probationibus, ſecun-
dum Bar. in l. ait prætor col. prima. in fi. ff.
de mino & Alex. in d. l. eius. qui. in add. ad
Bar. in ult. col. ff. de app. rec.
169 † Sexto limita, quando interlocutoria
continet grauamen irreparabile, quia tunc
poteſt ex nouis cauſis iuſtificari, puta ſi iu
h dex interloqueretur aliquem eſſe *h* torquē
dum, uel aliud ſimile, ita tenet Bal. in d. l.
per hanc, col. ſeq C. de temp. app.
170 † Septimo limita, niſi eſſemus in interlo-
cutoria habente uim diffinitiuæ, quia po-
teſt ex nouis actis iuſtificari ſecundū Car.
in d. cl. appellanti col fi. in 9. q. de app. ubi
ponit exemplum in interlocutoria lata ſu-
per atteſtatis. & Bal. in l. minorib C. de his
qui, ut in litig facit quod not. Bal. in l. 1. col.
pe. uer. denuo quæro, &c. C. quando prou.
non eſt neceſſ.
171 † Quarta differentia inter appellationē
a diffinitiua, & ab interlocutoria eſt, quia
appellatio a diffinitiua ſtatim cum fuit in
terpoſita, ligat manus iudicis a quo, ut nō
poſſit pcedere ad aliquē actū ulterius ī illa
cā tex. eſt in l. appellatione. C. de ap. & in l.
1. in prin. ff. nil. nou. appe. pen & in c. nō ſo-
172 lum. in prin. de appel. lib. 6. † Sed appel-
latio ab interlocutoriā, nō ligat manus iu
dicis a quo quin poſſit pcedere ad ulterio-
ra, donec p iudicē appellationis fuerit in-
hibitum

hibitum prout eſt tex. in d. c. non ſolum,
circa fi.& not.Bar.in l.eius qui. col.1.ff.de
appel.recip.& Bar.in l.intra vtile, col.2. ff.
de min.& Ang.in conſi.217.col.5.adeo q
vſque ad diffinitiuam incluſiue procedere
poteſt ante inhibitionem, non obſtãte ap.
& tunc nõ requiritur aliqua citatio partis
ſed iudex poteſt procedere ad oẽm actum
vſq; ad ſententiam parte nõ citata, ex quo
appellando vr̃ ſe facere contumacem.& de
clarare animum ſuum, quod non vult cõ-
parere.tex.eſt in c.cũ,qui de dolo & contu.
lib.6.& cl.1.eod.ti. & non Bar.in d.l. intra
vtile,col.2. Verum qñ iudex appellationis
pronunciat bene appellatum,omnia atten
tata reuocantur,ſecũm Bar.ibi. & Bar.in d.
l.eius, qui.col.2.& p̃dictis adde Bal. in l.2.
verſi. ſed incidenter quæro, &c. de epi.au.
173 † Ex iſta quarta differentia habemus col
ligere duas regulas. Prima eſt, quod appel-
i latio à diffinitiua,ſuſpendit iuriſdictioné
iudicis à quo ſine alia inhibitione, adeo
quod nihil poteſt facere appellatione pen-
dente. Adde,quod idem eſt ante interpoſi-
tam appellationem infra 10. dies, vt eſt
tex.in d.c.non ſolum.de appe.li.6. & not.
Ale.in l.3.§.ſi ſeruus, col.pen.ff. de acquir,
poſſ. Secunda regula eſt,quod pẽdente ap-
pellatione ab interlocutoria non ligantur
manus iudicis, quin poſſit procedere, ante
quã inhibeatur, ex quo ſequitur a fortiori
quod ſi poteſt procedere poſt appellationẽ,
multo magis ante appellationem infra 10.
dies. gl. eſt & ib. Bal. in l à precedente. C.
de dila.& idem Bal in l.ota demum,verſic.
174 ſed hic quæritur,&c. C.de procu.† Primã
regulam limita procedere inter ipſos prin-
cipales litigantes,inter quos non poteſt ali
quid innouari pendente appellatione, Se-
cus eſt contra tertium,licet ſit de eadem re,
unde ſi ſunt duo rei debendi inſolidũ, &
vnus conuenitur,& condemnatus appellat
pendente appellatione põt cõueniri alius,
& iudex a quo poteſt contra eum procede-
re,tex.eſt ſingularis id l. creditor. in pri.ff.
mand.per quem tex.dixit no. Bar.in l.3.§.
vbi duo.ff. de duo. reis, quod pendente iu-
dicio contra unum ex reis debendi, poteſt
175 alius conueniri.† Secundo limita nõ pro
cedere,quo ad illos actus, qui poterant fie-
ri, & innouari pendente cauſa principali,
quia poſſunt fieri etiam pendẽte cã appel
lationis, prout eſt compellere litigantẽ ad
cauendam ita tenet Bar. per illum tex.in l.
poſtquam.§.imperator,in 1.oppo.ff. vt le-
gat.no.c.Bart.in l.furti.§.1.in princ.ff. de
his,qui no.inf.Ale.& in rub.ff.nil.no.app.
176 pen.† Tertio limita non procedere in pa
trono præſentante duos in beneficio, nam
ſi primo præſentauit vnum,& ille appella-
uit vt non præſentetur alius, poteſt nihilo
minus patronus alium præſentare appella
tione pendente,& iudex a quo admittit ta-
lem præſentationem,& ratio eſt, quia ante
appellationẽ permittebatur ſibi huiuſmo-
di præſentatio,& non dẽt hac facultate pri
uari per dictam appellationem, ita tenet
Ab.in c.paſtoralis.in 2.no.de iure patron.
Et hæc limitatio in effectu recidit in idem,
177 quod præcedens.† Quarto limita nõ pro
cedere,qñ debitor,q appellauit,fuit ex no-
ua cauſa factus ſuſpectus de fuga,quia etiã
appellatione pendente poteſt capi per cre-
ditorem propria auctoritate,ſicut ante,per
ea,quę no.Ang.in l.rept.l.nemo carcerem.
verſi. item, quæro, quid ſi lite pendente,
&c.de exact.trib.li.10. & ſequitur Alex.in
conſi.106.col.fi.in 3.vol.& Iaſ.in l ſi ab ar
bitro. col.3.ff.qui ſat.cog.ubi dicũt, quod
lite pendente poteſt capi debitor ſuſpectus
ergo etiam appellatione pẽdente per text.
& ibi Bar.in l.poſtquam.§.imperator.ff.ut
leg.no.cau.& hanc quęſt decidit in termi-
nis.Phi.in c.cum teneamur, col.3. de app.
178† Quinto limita,non procedere in appel.
K à ſententia K excõicationis, quia ea non
obſtante poteſt iudex à quo denunciare, &
publicare excõicatum, ut ab omnibus eui
tetur, tex. eſt in c paſtoralis, verum. & ibi
179 Ab.& Phi.in 1.no de appe † Item poteſt
iudex priuare interim excõicatũ fructib.
ſui beneficii, & diſtributionibus quotidia-
nis,ſecundum Ab.in d.§.verum. col.5. ſu-
per gl.fi.& ibi etiam Ioan.de Imo. & Phil.
col antep Nam excõicatus,q eſt exceptus
a communione eccleſiæ,non debet de fru-
ctibus eccleſiæ alimentari, vnde ipſo iure
eſt priuatus fructibus, etiã ſi nihil dicatur
in ſententia, prædictis adde Spec.in tit. de
appe.§.in quibus.ver.17. & ibi plus decla-
rat,quid operatur appellatio ab excõicatio
ne,& hr in c.per tuas,de ſent.excom.& per
gl.in ver.ſuſpendatur, & ibi Abb.in ca. ad
180 reprimendã de offi.or.† hoc tñ intellige,
& de

& declara, qñ appellatur ab ipſa ſententia
excõicationis. Secus, ſi appellatur a declara
toria iudicis, per quam declarat aliquẽ in-
cidiſſe in ſñiam excõicationis, quia tũc ap
pellatio ſuſpenditur, & iudex nihil põt inte
rim innouare, ita tenet Fel in c. cum non
ab hoïe col. ſi. de iud. & rõ eſt, quia eſt poſſi
bile, quod iudex male declarauit, & ideo a
declaratoria permittitur appellari, licet nõ
appellaretur a ſñia, ſecundum Ab. in c. fin.
col. 5. de iura calum. Item poteſt innouare
iudex abſoluendo ab excõicatione, non ob
ſtante appellatione, ſecundum Ab. & Phi.
in c. qua fronte, &c. de appel. et ſi appellans
non renunciet appellationi, ut ibi habetur.
181 † Item, prædicta intellige, qñ quia appella
ta ſñia excõicationis iam lata. ſecus. quãdo
appellat a futuro grauamine. & ſic a cenſu
ra futura, quia tunc excõicatio poſtea lata
eſt ipſo iura nulla, tex. eſt, & ibi Ab. & Phi.
in 3. no. in c. dilecti, el. 1. de app. & in c. ſolet
de ſen. excom. lib. 6. & Ang. in conſil. 88. ꝙ
procedit etiã in appellatione extraiudiciali
182 vt in c. dilecti. † Sexto limita, non proce-
dere, qñ appellatio eſſet manifeſte friuola,
& fruſtratoria, interpoſita contra leges,
quia tunc ea non obſtante poteſt iudex ꝓ-
cedere ad executionem, & innouare dum-
modo non deferat appellationi, ex quo iu-
ſtitia non defert tali appellationi, unde ha
bet effectum ſuſpenſiuum tex. eſt in c. cum
appellationib. de appel. lib. 6. & ibi Gem.
& Abb. in c. conſuluit. el. 3. de appellat. &
Specul. in titul. de appel. §. nunc dicamus,
veric. item appellatione pendente, &c. &
Soc. in conſi. 59. col. 6. in 4. uo. ad quod fa.
c. tex. in l. tutor. ff. de v. u. & quod no. glo.
Bart. & Doc. in l. 1. C. de vſu rei iud. & Soc.
in conſi. 76. co. 2. in 1. vol. in quib. locis ha
betur, ꝙ quando appellatio eſt fruſtrato-
ria, non impedit curſum vſurarum, & tem
pora currunt a prima ſententia perinde, ac
ſi appellatum non eſſet.
183 † Septimo limita, non procedere in omni
bus caſibus in quib. de iure appellari nõ li-
cet, quia tunc appellatio non ſuſpendit effe
ctum ſententiæ, & poteſt iudex a quo inno
uare, ſecundum Ioan. in c. paſtoralis, de offi.
deleg. & eſt gl. in ver. caſib. in c. non ſolum
de app. li. 6. & toto tit. C. quo appel. non re-
cip. & Bal. in c. ſancimus, colu. 1. quo temp.
mil. quod tamen limita, niſi in talib. caſib.
prohibitis appellans allegaret aliquam iu-
ſtam cauſam, ex qua debet admitti eius ap
pellatio, quia tũc iudex tenetur eius appel-
lationi deferre, & non debet interim inno-
uari. glo. eſt in c. Ro. §. ſi aũt. & ibi Gem in
ſi. de appel. li. 6. & Lud. Ro. in conſi. 324. &
Abb. in c. conſuluit. el. 3. in 1. no. de appella.
184 † Et ſub iſta fallentia poteſt includi appel
latio a poſſeſſorio, quæ non retardat execu
tionem per ea, quæ plene no. Bal. in l. 1. C.
ſi de momen. poſ. fue. appel. & Ang. in con
185 ſil. 107. † & ſimiliter appellatio a decreto
affirmatiuo, prout eſt, quando iudex con-
cedit, aſſiſtentiam uigore in ſtri, quia a tali
decreto non appellatur in regno. ſ. ad effe-
ctum retardandæ executionis, per ritũ ma-
gnæ curiæ uicariæ, ſed de nullitate dici po-
teſt, & talis nullitas oppoſita, retardat exe-
cutionẽ, ut eſt regia prag. quæ incipit, ma-
gnæ curiæ, & uide dec. 261. conſi. Neapol.
186 † Octauo limita, nõ procedere in factis
notoriis, nam in illis appellatio nõ ſuſpen-
dit executionem, ſecundum Old. in conſil.
18. col. 2. & Lud. Ro. in cõſ. 224. & per Do
cto, in c. cum ſit Rom. §. præterea, de appe.
& glo. in c. Ro. §. ſi autem, in veri. caſib. de
187 app. lib. 6. † Hinc dicimus, ꝙ notorie cri-
minoſus non auditur appellans, ꝙ eius ap-
pellatio non ſuſpendit, vt habetur in c. pro
poſuit. de app. & in d. §. ſi autem & Specul.
i ti. de no. crim. §. 1. ver. quid ſi auditus, &c.
188 † Nono limita, nõ procedere, quando ti-
metur de lapidatione fructum quia põt iu
dex etiam pendente appellatione fructus,
ſequeſtrare. l. imperatores, §. fi. ff. de app. &
c. fi. de ſeq. poſſ. et fruc. et no. Spec. in tit. de
app. §. et nouiſſime, in prin. et habetur in l.
ab executore. C. quo app. non recip. et per
Phi. in c. cum teneamus, col. 3. de appe. Sed
per quem iudicem fiat hæc ſequeſtratio,
quidquid dicat Bar. in d. l. imperatores, dic
ꝙ communis concluſio eſt, ꝙ ſi petitur an
tequam appellatio ſit præſentata iudici ad
quem, et per eum recepta, debet fieri per
iudicem a quo, ſed ſi poſtea debet fieri per
iudicem ad quem, ita tenet Io. And. et Ab.
in d. c. fi. in nu. et Phi. in c. cum teneamus.
col. 2. de app. et Ale. in add. ad Bart. in d. l.
imperatores, §. fi.
189 † Decimo limita non procedere in eo, quĩ
detinetur ĩ carcere pro crimine ꝓ quo fuit
condẽnatus, q̃a licet appellat a ſñia, tamen
adhuc

adhuc poteſt detineri,& ſic iudex a quo in-
nouat detinendo in furtum, & non libe-
rat ipſum,vt no.Bal.in l.2.verſ.ſed incidē
ter.C.de epiſ.aud. & Spec.in tit. de app.§.
nouiſſime,colum.1.verſ.tertius &c.& Ale.
in add.Ad Bar.in l.1.ff.de cuſt.reo. & Bar.
in l.ab executione.C.quo app.nō rec.& vi-
de in l.eos.§.ſuper his. C.de app.& in l.mi
190 nime,eo.tit.† & ſi iſte carceratur eſſet re-
mittendus ad iudicem appellationis debet
mitti cum cuſtodibus ad expenſas ipſius
carcerati ſecundum Bald. in l. generaliter.
191 §.his.de pręſentibus.C de reb.cred.† Vn
decimo limita non procedere, quo ad im-
pediendam abſolutionem ab excommuni
catione,nō obſtante appellatione, tex.eſt,
& ibi Abb.in 3.colum & Phi. Car.in cap.
192 qua fronte. de app.† Duodecimo limita,
vt non poſſit iudex appellatione pendente
innouare cōtra appellationem, ſed pro eo
poteſt innouare,ſecundum.Inno.in c.quia
propter.de ele.& Soc in conſil.45.co.3.in
193 fi.1.vol.† Decimotertio limita,non pro
cedere, quando ſententia fuit lata contra
poſſeſſorē beneficij in curia Romana,quia
tunc interim ſi fuerit appellatū, beneficiū
ſequeſtratur per ordinarium loci iuxta cle.
1.de ſeq.poſ & fruct.nam tunc etiam ſi ab
ordinario appelletur, poteſt interim proce
dere ad ſequeſtrum non obſtante appella-
tione, ſecundum Card. in d. cle.1.in 9.no.
194 † Decimoquarto limita,quando appella-
tus attentaret aliquid in præiudicium ap-
pellationis,nā poteſt iudex a quo, ſe intro-
mittere, & reparare, non obſtante appella-
tione puta, ſi appellans turbaretur in poſ-
ſeſſione per aduerſarium appellatione pen
dente, nam poteſt iudex a quo reformare
ſibi poſſeſſionem, caſus eſt in capitu. cum
teneamus,& ibi Abba.in fin.colum. & per
195 alios Doct. ibi de app.† Decimoquinto
limita,non procedere in eo,cui factum eſt
mandatum,vt veniat ad reſidendum. in lo
eo beneficij,quia ſi interim appellat poteſt
iudex a quo pendente appellatione pone-
re vnum ſubſtitutum in dicto beneficio,
qui interim nutrietur de fructibus illius be
neficij text. in cap. peruenit. el 2. de app.
196 † Decimo ſexto limita generaliter, quia
iudex a quo, poteſt pendente appellatione
attentare omnia illa, quæ tendunt ad faci-
liorem exitum cauſæ appellationis dūmo-
do ſe non impediat de ipſa appellationē
ita tenet Abb. per illū text.in ca. ex literis.
de matr.cōtract.cum interdi.eccleſiæ,& in
197 cap.cum teneamur.in 1.vo.de app.† De
cimoſeptimo limita,non procedere quoad
taxationem expenſarum, quia iudex a quo
poteſt pendente appellatione taxare expen
ſas ad quas condemnauit,quia non dicitur
innouare ſed potius declarare pronuncia-
ta. ita tenet Lapus in allegationib. ſuis in
le. 72. in capi. in cauſa matrimoniali, &c.
198 † Decimooctauo limita, non procedere
contra adminiſtratorem alicuius loci pij,
qui ſi fuit condemnatus ad reddendum rō
nes, & appellauit, poteſt interim iudex a
quo ipſum conſtringere ad reddendum rō
nes non obſtante appellatio ita pulchre te-
net Ang.in §.œconomos.in fi.in authē.de
199 ſan. epi. † Decimonono limita, niſi ap-
pellatio ſit deſerta,quia tunc non obſtante
app. poteſt iudex a quo procedere ad exe-
cutionem, quia hr ac ſi appellatum non eſ
ſet,vt deciſū eſt hodie in regno per cōſt.ap
200 pellationū tempora. † Verum ſuper illo
dubio iudex a quo pronunciet deſertam,
m vel iudex ad quem, ſcias quod ſi appella
tio deſerta efficitur ex non proſecutione
ſiquidē nunquā ſit additus iudex ad quem,
& nullus actus eſt factus coram eo,& tunc
non eſt opus alia,pronuntia,niſi quia pars
appellata poteſt adire iudicem a quo, vt
ſententia exequatur, & ſi ille videt lapſum
terminum iuris vel hominis ad proſequen
dum,pronanciabit illam deſertam,& con-
demnabit appellantem ad expenſas, & ob
hoc eſt vtile,vt pronuncietur, propter con
demnationem expenſorum ſecundū Abb.
in c.ſæpe.colum.3.de appel. Verum poteſt
ſi vult exequi ſine alia pronuncia,& hoc &
eſt utile,ut cā citius expediat, ne detur ma-
teria vlterius appellādi. Si vero fuit aditus
iudex ad quem appellatio fuit coram de
introducta& tunc ipſe debet pronuntiare
ſuper deſertione, & nō iudex a quo, ita de-
ſtinguit notabiliter Phi.in ca.ex rōne.col.
19.in fi.ver.circa ſeptimum, &c.de app.&
Fel.in c.ex parte el 2.co.6 in fin.& ſeq col.
pe.de reſcr. Adde text. & ibi Ba.in l.ſi con-
tra.& in l.præcipimus § officijs. C.de app.
& ibi per Bar.add. & Ale.in l præſes.ff.de rei
201 iud.† Et quod poſſit appellari a ſnīa, per
quam pronūciatur,appellationem eſſe de-
ſerta

a ſertam, vt tenet Phil. in d. c. ex ratione, col. 25. ver circa nonum, & c. vnũ cauſa vitandi appellationem extinctiũ eſt, vt iudex a quo, exequatur ſine alia pronuncia iudicis ad quem vt declarat plene Phil. in d. c. ex rõne col. antep. in fin. & colum. penul. & Ang. in conſilio 140. & Bal. in conſi 390. in 3. vol.
202 † hodie tñ cõiter ſeruatur in regno, q̃ q̃ñ eſt deſerta appellatio, quæ erat introducta coram iudice ad quem, ſolet pars appellata adire iudicem ad quem, & inſtare, vt reſcribat iudici a quo vt exequatur ſententiam, ex quo appellatio eſt deſerta, qui iudex ad quem reuiſo, calendario proceſſus, ſi liquet ſibi ex eo, quod appellatio eſt deſerta, non facit aliam pronunciam, niſi quia reſcribit per literas iudici a quo vt ſententiam exequatur, ex quo liquet ſibi appellationẽ eſſe deſertam, & ſic iudex a quo, ad literas iudicis ad quem exequitur ſententiam, & iſta eſt communis practica quam vidi ſeruari in hoc regno, & tenet And. de Iſer. in conſt. appellationum tempora, colum. 3. in prin. & ibi etiam Matth. in 5. colum. in princip.
203 † Imo quando iudex ad quem, pronũciat appellationem eſſe deſertam, non requiritur citatio partis, ſecundum Phil. in cap. ſæpe, colum. 7. de app. & eſt hodie cautum in regno, quod ſit decretum qualiter eſt deſerta, ſed non legitur, vt eſt ritus magnæ curię in num. 229. inc Item ſeruat ipſa curia &c.
204 ſub rubrica, de appellationibus. † Vigeſimo limita, non procedere in ſententia lata contra officialem o in ſyndicatu, quia
o non ſuſpenditur p appellationem, vt eſt regia prag. q̃ incipit, regiæ dignitati qđ intellige de diffinitiua, ſed ab interlocutoria, & grauamine incidenti põt appellari, ſecundũ Par. in trac. ſynd. in verſ. appellatio col. 8. item, a ſnĩa ferenda poteſt appellari, ſecũ
205 dũ Par. ibi, col. 7. in fi. † Vigeſimoprimo limita non procedere, q̃ñ iudex a quo, vult ſtatuere terminum appellanti ad proſequẽdum, vel ad ſe repreſentãdũ corã iudice ad quem nam licet pendente appellatione, cenſeantur ligatæ manus iudicis, non tñ cenſentur ligatæ quoad hoc quia poteſt iudex a quo ſtatuere terminum cõpetentem, & breuiare tempus iuris, infra quem terminum ſi appellans non ſe præſentet iudici ad quẽ vel non proſequitur appellationem, ad manet appellatio deſerta, & põt ſententiã exequi ſecundum quod tenet Phil. in d. c. ex ratione. ... qui tex. eſt in c. perſonas, & ibi Abb. & Phil. & in cap. cum ſit Romana, & in cap. oblatę & in c. reprehenſibilis, & in cap. ſępe de ap. & Spe. in tit. de app. §. nouiſſime, verſ. 15. & verſic. 16. & Car. in cl. 1. in 22. q. de app. & Bart. in l. præſes, C. de app. In hoc tamẽ ſi via ſcire qualem terminum poteſt iudex aſſignare appellanti, vide notabiliter Phi. in d. cap. perſonas, col. 2. de appel. vbi declarat nouem modos dandi terminum in hac materia. Et primus eſt, ad iter arripiendum ad iudicem appellationis, quem termini dat iudex a quo. cap. peruenit, el 2. de app. Secundus eſt, ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, & iſte ſimiliter dari poteſt vt d. cap. perſonas, Tertius, eſt terminus ad ſe præſentandum cum apoſtolis de hoc habetur in d. l. præſes, & ibi per Bal. & hic ſimiliter dari poteſt, vt ibi. Quartus eſt terminus ad recipiendum Apoſtolos petitos, & tñ poteſt iudex a quo ſtatuere certum terminum appellanti, infra quem debeat recipere Apoſtolos, quo elapſo ſi non recipit appellatio eſt deſerta, vt in cl. 2. de appellat. Quintus eſt terminus ad proſequendam appellationem, & iſte etiam dari poteſt. c. cum cauſa, de re iud. & cap. ad hæc, el 3. de app. quidquid tenuerit Bar. in d. l. præſes cuius op. in hoc reprobatur. Sextus eſt terminus ad ſe præſentandum, & redendum, cũ literis impetratis, & hoc fieri non poteſt p iudicem a quo quia eſſet imponere legem ſuperiori. cap. ex inſinuatione, ibi Abb. de app. Septimus eſt terminus ad præſentandum, vel proſequendum, & faciendum fidem de ipſa proſecutione, & hoc minime fieri poteſt ad faciendum deſertam appellationum elapſo termino, alius terminus eſt ad finiendam appellationem coram iudice ad quem, & hoc minime fieri poteſt, quia imponeret legem ſuperiori, vt d. cap. ex inſinuatione, quæ oĩa proſequere, vt per Phi. in d. c. perſonas, & dec. Rotæ 94. in no-
206 uis. Vigeſimoſecundo limita, quia iudex a quo poteſt pendente appellatione examinare teſtes ſenes, vel ualitudinarios ad perpetuã rei memoriam, & non dr̃ innouata per plura tenet Matth. de Aﬄ. in conſt.
207 probationũ in curſibus, col. 2. in fi. † Secũdam regulã principalem. ſ. de appellationem ab interlocutoria, limita primo non procedere, q̃ñ fuit iudici a quo, inhibitum

pet

per ſuperiorem, quia tunc non poteſt ulte-
rius procedere in illa cauſa, vt eſt tex. in d.c.
non ſolum de app.lib.6.& no. Ang. in cõſ.
217. Quod tñ intellige, qñ ihibitio fuit le-
gitime interpoſita, & cum cauſæ cognitio
ne, & parte citata nam qñ eſt appellatũ in
caſu, in quo non debuit appellari, vel quia
cauſa eſt iniuſta, vel appellatio eſt friuola,
& fruſtratoria, tunc nunquam debet iudex
ad quem inhibere, niſi prius adhibeat cau-
ſæ cognitionem ſuper iuſtitia appellatio-
nis alias inhibitio non valet, vt no. Spe. in
tit. de app §. de off. uer. ſed quæritur, & Fel.
in c. dilectus, el 2. col. pen. de reſcr. Pro hoc
eſt tex. in c. Romana. §. ſi uero & §. ſi autẽ,
& ibi Gem. de app. lib. 6. Item quod debeat
fieri parte citata inhibitio, alias non ualet,
tenet Alex. in conſi. 91. col. pen. in 2. uol &
Fran. de Are. in conſi. 20. col. pen. uer. circa
fin, &c. & cõſ. 35. & Ale. in l. Titia. in fi. ff.
ſolu mat. Vbi dicit hãc eſſe cõem opin. &
idem Ale. in l. 4. §. condemnatum, col. 4. in
fi ff. de re iud. & Alex. in cõſ, 9. in 4. uol. &
Iaſ. in l. ſi opus, col. 2. in fi. ff. de op. no. nun.
unde dicit notabiliter Abb. in c. cum ueniſ
ſent, columna 2. in 4. not. de reſti. in integ.
208 † quod inhibitio iudicis contra ius facta
non inducit nullitatem actus poſtea geſt.
209 † Secundo limita, niſi iudex a quo detu-
lit appellationi corã eo interpoſitæ ab in-
terlocutoria, quia deferendo, ſeu admitten
do ipſam, ligat manus ſibiipſi, & ipſemet
tunc ſibi inhibet. unde non poteſt ulterius
in cauſa procedere, tex. eſt in c. cũ appella-
tionibus & ibi Gem. de appel. lib. 6. & Bar.
in l. eius, qui. col. 2. de appel. recip. & Bar. in
l. intra vtile, col. 2. ff de min. & Soc. in cõſ.
210 38. col. 7. in fi. 1. uol. † An autẽ teneatur
deferre iudex appellationi? Dic, quod ſic, ſi
eſt interpoſita ex iuſta cauſa, alias punitur,
text. eſt in c. de priore, de app. & in l. quoniã
iud. C. de app & circa iſtam pœnam eſt ua
rietas inter ius canonicum, & ciuile, quia
de iure canonico, ſi cauſa eſt criminalis, iu-
dex non admittens deponendus, eſt ſi uero
eſt ciuilis, punitur pœna arbitraria, ſed de
iure ciuili, ſi cauſa eſt criminalis, punitur
pœna arbitraria, ſi ciuilis punitur ad 30. li-
bras auri, ut d. l. quoniam iudices ita decla
rat Phi. in d. c. de priore, colum. fin. & Lud.
Ro. in conſil. 501 colu. 1. Verum aduerte,
quia Phil. in d. capit. de priore, in fin. dicit,
quod iſtæ pœnæ ceſſant ubicunque appel-
latur a mera interlocutoria, ex quo iudex
poteſt procedere antequam ſit ei inhibitũ.
Ex hoc ſequitur, quod nõ tenetur deferre,
in hoc ego puto, quod non bene loquitur
Philip. quia, ſi appellans ab interlocutoria
mera, aſſignat aliquam rationabilem cau-
ſam, ex qua ſi uera eſſet, appareret grauamẽ,
tenetur iudex appellationẽ admittere, quia
ad hũc effectum uoluerunt iura, quod cau-
ſæ grauaminis exprimantur, ut ſi uidean-
tur iuſtæ, debeat iudex admittere appella-
tionem, aut ſpecificare cauſam rationabi-
lem, quare nõ admittit, ut dicit tex. in cap.
cordi, de appell. lib. 6. vnde ſi iudex repellit
appellationem ab interlocutoria ex ratio-
nabili cauſa interpoſitam, puto quod ita
punitur, ac ſi repuliſſet appellationẽ a diſ-
finitiua, & ita in effectu concludit Card. in
d. c. de priore, in fin. qui melius loqui uide-
tur, & Lud. Rom. in conſ. 501 colum. 1. &
211 ſecundo † Quid autem, ſi iudex non ad-
miſit ſimpliciter appellationem, ſed cum il
p la p clauſula, ſi & inquantum, prout com-
muniter ſcribi ſolet admiſſio per actorum
magiſtros, an per illa uerba habeatur, pro
admiſſa, uel pro non admiſſa? Lud. Ro. tan
git hanc q. in d. conſil. 501. col. 1. & conclu
dit, quod ſi appellatio erat iuſta, & ex ratio
nabili cauſa interpoſita, quæ de iure admit
tenda erat, habetur pro admiſſa, alias ſi ad
mittenda non erat, habetur pro nõ admiſ-
ſa, & ſic illa clauſula refertur ad iuris diſpo
ſitionem. Idem tenet Fel. in ca. cum contin
gat, col. pen. off. del. & Phi. & Card. in cap.
ſæpe in 2. no. de app. & Bald. in l edita. in tẽ
pe. Paduana, col. 17. uerſ. item dubitatur ſi
iudex, &c. C. de eden. & Bar. in l. ambitioſa.
col. pen. in fi. ff. de dec. ab or. fac. & Ang. in
cõſilio 217. in 5. colũna & iſta eſt ueritas.
212 † Tertio limita, niſi appellaretur à tali in-
terlocutoria, quæ continet grauamen irre
parabile, & executionem irretractabilẽ, ut
ſi iudex interloqueretur aliquem eſſe tor-
quendum, quia tunc pendente appellatio-
ne ſtatim ligantur manus iudicis ante aliã
inhibitionem, ſicut quãdo appellatur a diſ
finitiua ſecundum Bald. in l generaliter. §.
ſed iuramento. col. 2. uerſ. ſed quid ſi eſt ta-
lis, &c. C. de reb. cre. facit quod no. Bar. in l.
2. colu. 2. & 3. ff. de app. rec p. & Bal. in l. 2.
colu. 2. C. de epiſc. aud. & in l. ſiquis in pro-
uoca.

uocatione, C. de appella. & in l. ante ſen ten
tiam. col. 1. C. quo appe. non reci. & Paris in
tract. ſynd. in verſ. tortura, in vlt char. verſ.
an ab interlocutoria, &c. & Andr. de Iſer. in
conſt. intentionis, & hoc hodie eſt prouiſ-
ſum in regno per capitulum regni, quod in
cipit, ſi iuſte. quo cauetur nec p endam eſſe
appellationem a tortura, & ſi iudex noluе-
rit admittere, ſed proceſſit ad torturã poſt
appellationem ſi quidem totus fuit mor-
tuus, vel in tormentis, vel per condemnatio
nem ad mortem, tunc iudex debet vltimo
ſupplicio dãnari, ſi vero non fuit mortuus
in tormentis, nec aliter condẽnatus adhuc,
tunc iudex debet damnari ad pœnam car-
ceris biennalis, & ad publicationem tertiæ
partis ſuorum bonorum. Si vero totus fuit
condemnatus ad aliam pœnam per iudicẽ
præter mortem tunc iudex eandem pœna
ſubire debet. ita hæc omnia deciduntur in
d. c. ſi iuſte. & eſt in nu. cap. regni. 143.

TERTIO, principaliter ſequendo ordi-
213 nem propoſitum, quæro † quando fit ap-
q pellatio, dic, quod debet fieri q infra decẽ
dies. a die latæ ſententiæ, vt eſt text. ſæpius
allegat. in auth. hodie Cod. de app. & in c.
cum dilecti. in fi. de cle. & in capi. ſignifica-
uerunt, de teſt. & in cap. quoad conſultatio
nem, de re iud. Quod amplia procedere nõ r
ſolum qñ appellatur a diffinitiua, ſed etiam
ab interlocutoria debet appellari infra 10.
dies tex. eſt, & ibi gl. in ver. dies, in d. c. ſigni-
ficauerunt, & in d. c. cũ dilecti. in fi. gl. in ca.
cum ceſſante, de app. & Bal. & Iaſ. in l. ſi ar-
bitro. ff. qui ſatiſ. cog. imò et a quocunque
grauamine, & actu et extraiudiciali debet
appellari infra decem dies a die illati gra-
uaminis, vt no. Soc. in conſ. 45. colum. 4. in
214 fi. in 1. uol. † Sed de iure ffo rum & C. erat
minus tp̄s. ſ. quia in cauſa propria poterat
quis appellare ſolum infra biduum, in cau-
ſa aliena, in fra triduum, & non vltra, ut eſt
tex. in l. eos. § ſin autem. C. de app. & in l. 1. §.
biduum, & §. dies. & § in propria, ff. qñ app.
ſit. Hodie vero p ius Authẽticorum, eſt au-
ctum tp̄s vſque ad decem dies, vt ſupra quo
termino elapſo ſi non appelletur, ſnĩa tran-
ſit in rem iudicatam & executioni manda
tur ut d. c. quo ad conſultationem, & currit
iſtud tp̄s de momento ad momentum a die
latæ ſnĩæ, vt eſt glo. & ibi et Bar. in d. §. dies.
215 † Limita tamen hoc, dummodo appellans
ſciuerit latam eſſe ſententiã contra ſe, quia
tunc currũt decem dies a tempore latæ ſen
tentiæ. Secus, ſi ignorauit, quia etiam ſi ſte-
tiſſet per menſem, vel annum, & ultra ſem-
per poteſt appellare, poſt quam ſcire incæ-
pit, à die ſcientiæ currunt, ſibi decem dies
capitu. concertationi, de app. lib. 6. & gl. &
Bart. in d. auth. hodie C. de appel. & gloſ. in
capitulo ab eo. de app. lib. 6. & tex. in l. 1. ff.
quando appe. ſit. Ex hoc ergo ſequitur, q̃d
iſtud tempus eſt vtile in princip. quia nun-
quam incæpit currere impedito, ſed poſtea
efficitur continuum, ut eſt text. & ibi Bart.
in d. l. 1. §. dies. quibus adde Spec. in titu. de
appe. §. reſtat. verſicul. ſed nunquid tamen
bonum eſt, vt proteſtetur appellans, quan-
do uidet ſe impeditum, maxime, quando
fiat per iudicem, ſecundum Bar. in d. §. dies
216 † Secundo limita, niſi grauamen illatum
haberet tractum ſucceſſiuum, quia tunc
ſemper poteſt appel. quandiu durat graua-
men, etiam poſt decem dies, ita tenet Ioan.
And. in capitu. dilectus, el 2. de reſc. & Bal.
in l. 2. colum. 1. in fi. verſicu. 2. quæro. C. de
epiſ. aud. & Spe. in tit. de app. §. reſtat, verſi.
& no. ſecundum Vinc. idem tenet Ange. in
d. auth. hodie, & Paris in trac. ſyn. verſ. app.
colum. 2. in quibus locis ponitur exemplũ
de eo, qui detinetur r in carcere, nam ſem-
per poteſt appellare, quia ſemper grauatur.
ita etiam tenet Phil. in capit. ſuper eo. el. 1.
col. 1. de app. & in cap. ex parte, el 1. colum.
2. eo. tit. vbi notanter limitat hoc de mẽte
Bal. in d. c. de teſtibus extra de teſtibus non
procedere, quando iudex expreſſe fuiſſet
interlocutus illum iudex carceratum, qui
tunc debet appellari infra 10 dies à die pro
lationis interlocutoriæ, alias tranſiret in
rem iudicatam, & ulterius appellare nõ poſ
ſet, quibus adde Alex. in l. inficiando. §. in-
fans in add. ad Barto. ff. de fur. & Alexand.
in l. 1. §. 1. ff. de fer. & in l. eum, qui. §. in po-
217 pularibus. ff. de iureiu. † Et poteſt iſta ap-
pellatio præſentari etiam in die feriata ad
honorem Dei, ſecundum Bar. in l. 1. §. dies.
ff. quando app. ſit, & Car. in cl. 2. §. ſimiliter
in 2. q. in fi. de app. & eſt gl. in c. app. in verſ.
lect. de app. lib. 6. & Bal. in l. 1. per illum tex.
C. de ferijs, & Fel. in c. fi. colum. 5. de ferijs.
218 † Ex prædictis infertur, quod ſi aliquis ſi-
ne mandato, alieno nomine appellauit ab
aliqua ſnĩa, debet illam appellatione ratifi

cari

ꝺari facere a domino litis infra decem dies,
computandos a die, quo ſciuit latam eſſe
ſententiam contra ſe, alias elapſis decē die-
bus non poſſet ratificare, & ſententia tran-
ſiret in rem iudicatam, quia ratificatio de-
bet fieri infra tp̄s habile, l. bonorum. ff. rem
rat. hab. ita tenet Spec. in tit. de app. § j. uer.
porro, & Petr. Phil. Corn. in conſi. 292. col.
2. in litera a, in 3. uol. nam actus iudiciarij
debent fieri per legitimā perſonam haben-
tem ſpeciale mandatum. l. licet. C. de proc.
& ſi fuerint facti ſine mandato, debent rati
ficari infra tp̄s habile, alias non valet, ut di
cit, ibi Pet. Phil. Cor. Et pondera, quòd uer-
ba Spec ubi ſupra, dicunt ꝙ debet appella-
tione ratificare infra decem dies a tpe, quo
ſciuit appellatum, & non dicit a tpe ſcien-
tiæ latæ ſñiæ, ego puto quod debet ratifica
re infra decem dies a tpe, quo ſciuit ſñiam
eſſe latam, per ea quæ hñr in d. auth. hodie,
quia ex illo tpe currunt ſibi 10. dies ad ap-
pellandum, ergo illimet dies currunt ſibi
ad ratificandum, quia illud cenſetur tps ha
bile, per d. l. bonorum, & iſta eſt pura ueri-
219 tas † Viſo primo tpe appellādi, uideamus
nunc de ſecundo tpe. ſ. petendi Apoſtolos,
& ſcias, ꝙ de iure cōi Apoſtoli debent peti
infra 30. dies, & etiam recipi, ut eſt tex. in
l. iudicib. C. de app. & in c. ab eo. de app. li.
6. adeo quod ſi appellans infra dictum tp̄s
non petat, vel recipiat Apoſtolos, cenſetur
appellationi renunciaſſe, & efficitur appel-
latio deſerta, ut d. c. ab eo. & clem. quamuis
de appella. & quando ſtaretur per iudicem,
qui requiſitus, non dat Apoſtolos, dēt ap-
pellās proteſtari, ut habetur in d. cle. quam-
220 uis, & per gl. in l. 1. ff. de libel dimi ſ. † Sed
dubitatur, qñ incipiant currere illi 30. dies
utrum a die ſententiæ latæ, uel a die appella
tionis? in hoc magnā fuit uarietas docto.
quos refert deciſ. Rotæ 26. in nouis, & Car.
in c. ut debitus col. 22. de app. nam aliqui te
nent, ꝙ currunt a die ſentētiæ latę, per tex.
qui hoc dicit expreſſe in d. l. iudicibus. Alij
tenent, ꝙ currunt a die appellationis inter-
poſitæ, & hāc opi. tenet Hoſt in c. 1. de app.
lib 6. ſed Car in d. cl. quamuis in prin. in 4.
q. quæ tenet ſimpliciter primam opi. per d.
leg. iudicibus ſed quidquid teneant alij,
magis cōis & æqua opi. eſt, ut dicamus, ꝙ
ſi appellant habuit notitiā ſñiæ, latæ currat
ſibi tp̄s a die ſñiæ latæ, & ita pcedit d. l. iudi
cibus. Si uero non habuit notitiam, qñ fuit
lata ſñia, & tunc 30. dies currant ſibi a die
ſcientię, a quo die habuit facultatem appel
landi, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur
vnū inconueniens, ꝙ poſſet appellans igno
rare per 30. dies, & ſic eſſet ſibi ignorāti lap
ſum tp̄s petēdi Apoſtolos, cui non eſſet lap
ſum tp̄s appellādi, per ea, quæ no. gl. & Bar.
in d. auth. hodie. & tex. in d. c. concertationi
de app. lib. 6. & iſtam opi. tanquam æquio-
rem, & iuri conſonam teneo, quā tenet glo.
in d. c. ab eo & ibi etiam Gem. & eſt de men
te Io. And. ibi, & dicta dec. Rotæ 29. in no-
221 uis. † Sed iſtud tp̄s petendi Apoſtolos in-
fra 30 dies, eſt de iure cōi, ut dixi, poſſet tñ
dubitari an hodie in regno ſeruetur, cum
conſt. appellationem tempora ſtatuerit ſim
pliciter terminū 50. dierum ad proſequen-
dum coram iudice ad quem, poſt interpo-
ſitam appellationem. Dic ꝙ in regno non
ſeruatur, ſed iſtud tempus 30. dierum, inclu
ditur in tempore 50. dierum, unde ſufficit,
quòd appellās petierit Apoſtolos infra 50.
dies, & illos præſentauerit iudici ad quem,
una cum Proceſſu, & ſic quo ad hoc eſt cor
recta d. l. iudicibus. ita tenet And. de Iſer. in
cap. ſi autem. col. 2. in fi & ſeq. quo tempore
mil. & idem And. in d. conſt. appellationem
tempora, in prin. & ibi etiam eſt glo. & hoc
eſt confirmatum per ritum magnæ curiæ,
in num. 189. incip. item ſeruat ipſa curia, ꝙ
qñ, &c & magis clare firmatur per regiam
pragm. quæ incipit. appellationum tempo-
ra, & eſt in num. prag. 23. quæ expreſſe con
firmat tempus inductum per conſt. regni,
in proſequenda appellatione. Sic ergo in
regno in curia ſeculari ſeruatur diſpoſitio
conſt. regni, & regiæ pragmaticæ, ſed in cu
ria eccleſiaſtica ſeruatur diſpoſitio iuris cā
nonici. l. dicti c. ab eo. & de cle. quamuis. ut
recipiantur Apoſtoli infra 30 dies, quia in
hoc nō reperitur correctum ius canonicū.
222 † Ex hoc infertur, ꝙ in regno in curia ſe
culari ſuperuacua eſt illa quæſt. ſuperius fa
cta. l. ex quo tempore incipiant currere 30.
dies ad petendum Apoſtolos, quia habe-
mus conſt. expreſſe loquentem, ꝙ 50. dies
currunt a die interpoſitæ appellationis, un-
de ab illo die habet idem tempus ad peten
dum Apoſtolos, ſecūdum And. de Iſer. vbi
ſupra. Bene uerū eſt, ꝙ procedit illa quæſt.
de iure canonico, & ſic in curia eccleſiaſtica

† Præ

223 † Prædicti limita, ſ. de iure canonico, niſi iudex ſtatuerit certum terminum appellanti ad recipiendum Apoſtolos, quia ſi infra illum terminum ſtatutum non recepit vel petit illos, & non proteſtatur, appellatio remanet deſerta non expectato aliter lapſu 30. dierum, quia iudex a quo, poſſet ſpecialem, & breuiorem terminum ad hoc ſtatuere, vt eſt tex. in d. cle. quamuis, de appell. & ibi per Card. & Doct.

224 † Sed cuius expenſis debeant mitti, ſeu præſtari apoſtoli utrum expenſis appellãtis, & petentis, vel iudicis. Communis concluſio eſt, & vera, quod debentur expenſis appellantis, glo. eſt in verſic. oblatos, in d. c. quamuis, de appel. & ibi Card. in §. verum 3. no. & in §. ſimiliter, in 5. quæſt. & Bald. in leg. eos, §. apoſtolos colum. 3. verſiculo quæritur, &c. C. de appel. & Alexand. in add. ad Barto. in leg. ſi poſtulauerit, ff. de adult.

225 † Iſtorum autem apoſtolorum plures ſunt ſpecies, quas omnes numerat Spe. in 3. parte in tit. de app. §. ſequitur per totum. Sed quantum ad materiam noſtram, tres tantum ſpecies ſunt in frequentiori vſu, videlicet, apoſtoli dimiſſorij, & iſti dicuntur quando iudex admittit appellationem, & ſcribit literas dimiſſorias cum quib. dimittat appellantem iudici ad quem, illæ literæ ſignificantes, quod admiſit appellationem, dicuntur apoſtoli dimiſſorij, de quib. loquitur l. 1. ff. de libel. dimiſ. &c. & ab eo. & de app. li. 6. & c. ab eo. 2. q. 6. Alij dicũtur apoſtoli refutatorij, vt quando iudex a quo, non vult admittere appellationem, tunc ſcribit literas ſignificantes qualiter refutauit, & non admiſit appellationẽ, & de iſtis loquitur tex. in l. ſi. §. in refutatorijs, C. de app. Alij dicuntur apoſtoli reuerentiales, vt quando appellatio non erat admittenda, ſed iudex eam admiſit ob reuerentiam ſuperioris, de quib. habetur in l. eos. §. ſuper his, C. de appel. & in c. cordi, de app. lib. 6. & de iſtis tribus ſpeciebus apoſtolorum vide Card. Alex. in c. vt debitus, col. 21. in fi. & ſeq. de app. & Spec. plene in d. § ſequitur, vbi ponit formam omnium illorum Apoſtolorum, & vide Abb. in c. bonæ, col. 2. ver. 5. differentia, & c. de app.

226 † Vnde autem dicantur apoſtoli, dicas ab p apo, quod eſt ſupra, & ſtoli, i. miſſio, quaſi literæ miſſæ ad ſuperiorẽ, ita declarat Car. in d. cle. quamuis, in prin. in 2. q. de app. &

227 vide gl. in ver. petat, in d. c. cordi. † An aũt in app. extraiudiciali dẽat peti apoſtoli, gl. in d. c. cordi. in ver. uel extra. uſ tenere, quod vero. ſed gl. in c. vt ſuper. in ver. ille iudex, de app. lib. 6. tenet, quod debent peti ſub conditione, ſ. ſi eſt, qui illos dare poſſit. Super hoc concludo, quod quñ appellatur a iudice extraiudiciali ter procedente, ſemper debent peti apoſtoli, quia eſt, qui illos dare poſſit, ſ. iudex, ſed qñ appellatur a parte, nõ puto, quod ſit neceſſarium illos petere, quia nõ eſt qui illos debet. Tñ tutius eſt, quod tunc petantur ſub illa conditione, ut dicit gl. in d. c. ut ſuper. & ita tenet Phi. in c. bonæ, co. 6. in fin. uer. 6. requiritur, & c. de app. & ibi ẽt ſentit Ab. in 2. col. in 4. & 5. differentia.

229 † Sequitur modo uidere de tertio tpe, ſ. proſequendi appellationem, ſup quo ſcias, quod eſt uarietas inter ius cõe, & ius conſtitutionum, nam de iure cõi appellans poſt in-

x terpoſitam appellationem, habet x unum annum ad proſequendam corã iudice ad quem, & iſtud appellatur primum fatale, & ſi eſt impeditus habet ex cã ſecundum fatale, ut eſt tex in auth. ei, qui appellat. C. de temp. app. & habetur in c. ex ratione, de appel. & ex tex. in cle. ſicut. de app. ubi dñ hoc procedere tam in appellatione iudiciali, quam extraiudiciali. Si uero ẽt in ſecundo fatali fuit impeditus, ſolet ei dari ẽt tertius annus, ex iuſtiſſima tñ cã, & iuſto impedimento, ut probatur in d. c. ex rõne, & ibi Card. & no. Spe. in tit. de app. §. nunc breuiter uer. præmiſſa. Quod tñ intellige, qñ in toto ſecundo anno fuiſſet impeditus, alias reſtituitur ſibi nõ annus integer, ſed tantum tempus infra quantum durauit impedimentum, ita declarat Abb. in d. c. ex ratione, in 4 co. & iſtud tempus quod datur poſt ſecundum fatale, datur ſolum per uiam reſtitutionis in integ. & non ipſo iure, ſed primus & ſecundus annus dantur ipſo iure a lege, ſecundum Inn. Abb. & in d. c. ex rõne & gl. Bar. & Dec. in d. auth. ei, qui appellat, ſed de iure conſt. Regni eſt additum iſtud plus, quia poſt interpoſitam appellationem dantur 50. dies appellanti, infra quos dẽt recipere Apoſtolos, & præſentare proceſſum corã iudice ad quem, & facere citari partem, & licentiatus recedere,

dere, alias appellatio eſſet deſerta, hæc oĩa probantur in conſt. appellationum tpa & ibi And. de Iſer. Deinde in ante præſentato proceſſu, & facta citatione partis, infra 50. dies, habet appellans primum fatale & ſic primum annum ſeruata forma iuris cõmunis, quia conſt. regni non corrigit fatalia, ſed ſolum interponit illud tempus 50. dierum. Verum eſt ſciendũ, ꝙ fatalia incipiunt currere a die interpoſitæ appellationis, vt eſt tex. in d. cle. ſicut de app & not. Ab. in d. c. ex ratione, in 1. no. vnde per hoc dico ꝙ illi 50. dies interpoſiti per conſtitu. includuntur, & ſic a die interpoſitæ appellationis ẽt hodie in regno currit annus ad proſequendum, cum in hoc iura cõia non reperiantur correcta, arg. l. ſancimus, C de
229 teſt. † Iſta autem obſeruantia de 50. diebꝰ procederet ſolum in Regno in curia ſeculari, quia Rex qui fuit auctor illius conſt. non potuit imponere legem eccleſiæ, & eccleſiaſticis perſonis per ea, quæ plene habentur per Ab & Fel. in cap. eccleſiæ S. Mariæ, de conſtit. vnde in curia eccleſiaſtica ſeruaretur diſpoſitio cle. ſicut, & cle. quamuis, de appel. ſcilicet, vt apoſtoli infra 30. dies, & proſecutio fiat infra annum a die appellationis, & ſtante impedimento, datur ſecundus annus.

230 † Sed iuxta hoc quæritur, an ſit neceſſe,
y ꝙ appellans proteſtetur y de impedimẽto, ad hoc vt reſtituatur ſibi tẽpus, in hoc vera concluſio eſt, ꝙ ſi ſtat per iudicem debet proteſtari, & non ſufficit vna proteſtatio, ſed debet pluries proteſtari, ita dicit Alex. in conſi. 19. col. 2. in 1. vol. & ponunt Doc. in l. properandum. §. ſin autem vtraque, C. de iud. & Bal. in d. c. ex ratione in fi. Si vero impeditur ab impedimẽto, quam facto iudicis, non requiritur de neceſſitate proteſtatio, ſed ſufficit quod poſtea impedimentum probetur. Cautius tamẽ eſt ꝙ ſemper proteſtetur de impedimento, ita pulchre diſtinguit Phi. in d. c. ex ratione, col 4. in fin. & ſeq. verſ. ſed dubitatur ad hoc, &c. & ita intelligitur gl. in c. cupientes. §. quod ſi r per viginti, & ibi Gem. & Pet. de Anch. de elec. l. b. 6. & Bart. in l. 1. § dies, ff. quando app ſit, & vide omnino Card. in d. c. ex ratione, in 4. col.

231 † Vlterius ſuper iſta quæſtio. dubitatur vtrum elapſo primo anno poſſit iudex indiſtinctẽ ſententiam exequi tanquã appellatione deſerta, ſi non conſtat aliter ſibi de impedimento. Doct. communiter tenent, ꝙ non, quia ſi non ſit lapſum biennium iudex non poteſt exequi, quia ſententia non confirmatur ex ſolo lapſu primi anni, niſi etiam labatur ſecundus annus, dicit tex. in d. auth. ſi qui appellat. & ita expreſſe tenet ibi Bar. in fi. & idem Bar. in l. 1. in fin. ff. nil no. app pen & Bal. in l. eos, in princ. col. 2. ver. ſcias tamen, & C. de app. & Phi. in d. c. ex ratione, col 24. ver. 2. quæritur, &c. nam ſecundum Bal. in d. l. eos, elapſo primo anno, eſt dubium, propter impedimenta, quæ potuerunt interuenire, & ſic ſolus lapſus primi anni non clarificat iudicem de deſertione, niſi labatur etiam ſecundus. Et licet iſta opi. videatur eſſe magis cõis, tamẽ mihi vſ, ꝙ ita ſimpliciter intellecta non procedat. Et primo pondero, quod lex non dat ſecundum annum appellanti, ſimpliciter, ſed conditionatiua, ſ. exiſtente iuſta cã impedimenti, ita dicit tex. in d. auth. ei qui appellat. Ergo intentio legiſlatoris fuit, quod in primo anno appellatio ſit deſerta, ſi non probatur de iuſta cauſa habendi ſecundum annum, ſ. de impedimento. Cũ ergo impedimentum conſiſtat in facto oportet probari per eum, qui ſe fundat in illo, per ea, quæ habentur in l. 2. ff. ſi quis cau. & per Bar. in l. hoc iure. ff. de verb. ob. Si ergo non apparet de impedimento, iudex habeat ſuam intentionem fundatam ex lapſu primi anni, vnde poterit ſententiam exequi non expectato lapſu ſecundi anni. Et per hoc non videtur obſtare illud, quod dicit Bald. in d. l. eos ſcilicet quod in primo anno eſt dubium propter impedimenta, quæ potuerunt accidere, quia hoc eſſet præſumere impedimentum, vbi non probatur, quod eſt contra omnia iura, cũ impedimentum ſit facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, leg. in bello §. factæ. ff. de cap. & c. 1. de conſtitu. li. 6. & no. Pet. Phil. Corn. in conſi. 171. colum. 8. in littera r, in 2. vol. Secundo pondero ordinem legis, quæ primo dat primum annum, & poſtea ex cauſa dat ſecundum nam ſi opinio illorum, qui tenent eſſe neceſſe lapſum biennium, eſſet vera, ille ordo fuiſſet fruſtratorius, quia debuiſſet dicere lex, quod appellanti datur biennium ad proſequendum

dum, quo elapſo appellatio efficiatur deſerta, & non oportebat dari primum annũ & poſtea ſecundum, & lex nihil operatur
232 fruſtra. § quibus, in 1. conſt. † Tertio põdero, quia lex appellat primũ annũ, primũ fatale, & ſcdm annũ ſcdm fatale, ut eſt tex. & ibi gl. in l. 2. in prin. C. de tẽp. app. & dñr iſta fatalia à fato. i. morte, quia ſicut mors extinguit hominẽ, ita lapſus fataliũ ſeu vniuſcuiuſq; fatalis extinguit appellationẽ, ita declarat Ab. in d. c. ex rõne, col. 3. & ſentit gl. in d. l. 2. in prin. & Bal. in l. fi. in prin. in 2. col. verſic. modo reſtat, &c. C. de temp. app. Si n. primus annus nõ extingueret appellationem, nõ diceret fatale, ſed quia lex ita appellat fatale, primum annum, ſicut ſecũdũ, quod patet ex tex. in d. l. 2. in prin. quæ dicit tempora fataliũ, &c. & ſic loquitur in numero plurali de pluribus fatalib. Ergo ita extinguit appellationẽ lapſus primi anni, non dato impedimento, ſicut lapſus ſecundi anni, adde Phi. in d. c. ex ratione, col 2. Quarto pro hoc do. tex. formalẽ in d. cl. ſicut de app. cui non puto poſſe dari rectum reſponſum, nam ibi clare dicitur quod per lapſum anni appellatio debet cẽſeri deſerta ceſſante iuſto impedimento, ergo non eſt opus expectare biennium, quando nõ liquet de impedimento. Quinto põdero tex. in l. fi. § illud, C. de temp. app. qui expreſſe ſentit, quod elapſo anno & ſic primo fatali, mandatur ſententia executioni, niſi appellans doceat de impedimento. Sexto, ad hoc pondero dictum Bald. in d. c. ex ratione, col. 2. in fi. vbi dicit, quod appellãs debet eſſe diligens in primo anno, diligentior in ſecũdo, & diligentiſſimus in tertio. Sic ergo requiritur diligentiſſimus in tertio. Sic ergo requiritur diligentia in primo anno, ſequitur quod ſi fuit negligens ſine aliquo impedimẽto, appellato remanet deſerta, hanc opi. tenent Ion. Ant. de But. & Imol. in d. c. ex rõne, & Ang. in conſ. 309. vbi dicit quod iſta op. eſt vera ſicut Euangelium. Septimo, ad idem adduco tex. in c. cum ſit Romana de app. vbi eſt tex. clarus, quod appellanti datur annus ad proſequẽdum, & ex iuſta, & neceſſaria cauſa, ſcilicet impedimenti, datur biennium. Ergo ſequitur, quod vbi non apparet iuſta, & neceſſaria cauſa, non datur biennius, vnde ſequitur, quod iudex poteſt ſententiam exequi elapſo anno, ſi non conſtat de impedimento, & hoc videtur ſentire Bar. in auth. item ſi appellatione. C. ne app. ubi ponderat impedimentum primi anni, vt detur ſecũdus.
233 † Octauo pondero, quia omnes Doct. cõmuniter in d. c. ex ratione, & in dicta auth. ei qui app. concludunt, quod qñ ſtat per iudicem, debet appellans in primo anno proteſtari, ad quid ergo requiritur iſta proteſtatio, ſi non diceremus, quod elapſo anno appellatio ſit deſerta? certè fruſtra fieret, ſi in omnem euentum daretur biennium. Et ſic per iſtas rationes, & iura cõcludo, qđ ſi elapſo primo anno non conſtat de aliquo impedimento, nec apparet aliqua proteſtatio, intentio iudicis eſt fundata ipſo iure in exequendo, unde poterit ſententiam exequi per d. cl. ſicut tanquam appellatione de-
234 ſerta. † Fateor tamen, quod antequã exe-
2 quatur, debet citare appellantem ad dicẽdum quare ſententia executioni mandari non debeat, quia poſſet pars citata docere de impedimento, & ſic daretur ſibi ſecundus annus, alias ſi nõ docet, poterit exequi. Et quod debeat pars citari ſuper executione facienda, tenet Bar. in l. 1. in fi. ff. nil. no. app. pend. & Alex. in l. præſes, colu. fin. ff. de re iud. & Ab. in c. ex ratione, col fi. ubi tenet in effectu iſtam opi. quam mõ tenui. ſ. quod elapſo primo anno iudex põt exequi parte in citata. Idẽ. ſ. qđ debeat pars citari, tenet Bal. in l. ſi contra. C. de app. & Bal. in l. 2. in fi. C. de temp. app. ubi dicit eſſe ibi tex. ad hoc meliorem de iure, & Ph. in d. c. ex ratione, col. 14. uerſ. 4. quæritur, &c.

Ex prædictis ergo habes declaratos tres terminos, qui conſiderantur in appellatione, & remanet cõcluſio, qđ ultimus terminus, ſcilicet proſequẽdi, eſt unius anni duo-
235 rum annorum ſtante impedimento. † Limita tamen, hoc niſi iudex à quo, ſtatuerit breuiorem terminum ad proſequendum, quia eo lapſo remanet appellatio deſerta, & poteſt ſententiã exequi, ut c. cum ſit Romana, & c. perſonas, & ibi Phi. & Doct. & ap. & dixi plene ſupra in præcedẽti q. principal in 11. fallentia, & ſic non eſt neceſſe tunc expectare lapſum anni uel biennij.
236 † Secundo limita, niſi de uoluntate partium fuiſſet prorogatus terminus proſequendi appellationem, quia tũc poteſt durare ultra biennium, prout partibus pla-

euerit, quia iſte terminus, proſequendi appellationem, poteſt cõſenſu partium prorogari, & etiam breuiari, ſecundum Baldum in l.fi.col.1.de temp.app. & ibi etiam Bar. idem uñ tenere Alex.in l. properandum in prin. C.de iud.& Ale.in add.ad Bar.ĩ auth. ei, qui appellat. C.de temp.app.& ibi etiam Bal.in fi.col.& Phi.in c.ex ratione, colu.5. in fi uerſ.ſed dubitatio eſt, &c.de appe. & ibi etiam Fel.in 2.col.pro hoc eſt text.quẽ ponderat Bal.ad hoc in l.quod ſi nolit.§. ſi quid ita.ff de ædi.edic. ubi de conſenſu partium poteſt prorogari tẽpus redhibitoriæ, qđ eſt legale. Sed contrarium tenet Bart.in auth.ſi in. C.de tem.app.ubi dicit quod tacite per uiam compromiſſi poteſt elõgari tẽpus, ſed expreſsè prorogari nõ põt, ſicut non poteſt prorogari tempus inſtantię primę cauſę, ut eſt gl. Bar.& cõmuniter Doc. in l.properandũ, in prin. C.de iud. & Lud. Rom.in conſ.71.in fi.& hanc contrariam partem tenet, Ioan.And.in add.Spe.in tit. de app. §. nunc breuiter. licet autem in add. magna circa fi. & Abb.in d.ca ex ratione. col 3.& Lu. Ro.in l.2.ff. de re iud. & Car. Alex.in d.c.ex rõne, col.15 uerſ.14. eſt q. &c ubi ſe inuoluit, & neſciunt decidere. In iſta tamen uarietatem mihi plus placet prima op.ſ.quod poſſit tẽpus proſequendi appellationẽ prorogari per expreſsum cõſenſum partium, quam opin.tenet etiam Cy. in d.auth.ei, qui app.& iſtam partem firmo per tex.in l.fi.§.fi. C.de tẽp.appe.ubi dicit tex. quod poſſunt partes pacisci quod nullum fatale ſeruetur in appellatione, ergo clare patet, ꝙ per pactum partium poſſunt alterari, & tolli fatalia iuris. Si ergo poſſunt partes proſequi appellationem ſine fatalibus, ſequitur, qđ poſſunt ipſa elongare, uel breuiare ad eorum libitum, hoc enim patet ad ſenſum, quod ſi in appellatione non ſeruantur fatalia, poteſt durare ulteriori tẽpore de conſenſu partium, & ita tenet ibi Bar. Secundo moueor per text.in d l.quandiu.de app ubi dicitur, quod non currit tẽpus appellanti, quando de conſenſu expreſſo ipſorum partium proſecutio appellationis differtur, ergo poſſũt facere partes per earum pactum, quod fatalia non currant. Et licet tenentes contrarium, reſpondeant ad iſtam text. quod loquitur de ſuſpentione, & non de prorogatione, prout dicit Abb.in d.ca.ex ratione, col.3. ego non uideo in effectu, quæ differentia reſultari inter ſuſpendere, & prorogare cum utroque caſu habeatur idẽ effectus, pro ut inferius dicam. Tertio moueor per text. in d.l. qđ ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædil.edi.ubi partes per pactum poſſunt prorogare tempus legale, ut duret in perpetuum. Quarto adduco tex.in ca.in cauſis, de offi.del.ubi terminus datus in reſcripto delegatorio, ĩfra quem cauſa debeat finiri, poteſt de conſenſu partium prorogari, & ſic poſſunt partes prorogare iuriſdictionem, quæ certo tempore finiri debebat. Quinto conſidero, qđ omnes Doct. tenentes contrariam partem fundant ſe ſuper duobus fundamentis. Primum eſt arguendum a ſimili, de inſtantia primæ cauſæ, ut ſicut illa non poteſt prorogari, ut no.in d.l properandum, in prin. C. de iud. ita etiam non poteſt prorogari inſtantia appellationis. Secundum eſt, quia iſta tempora reſpiciunt publicam utilitatem, ut citius lites finiantur, unde non poſſunt prorogari per partes in præiudicium reip. ut dicit Abb.in d.cap.ex ratione, colum. 2.

237 † Ego autem uoleris ſuſtinere op. q̃ tenuit, tollo de facili.iſta duo fundamẽta, q̃bus ſublatis corruit opi.contraria, & tãto magis eluceſcit illa q̃ teneo. Et primũ fundamẽtũ, ꝙ ſit à ſimili, tollo per bonam inſtantiã, iuxta not.per gl.in c.ſicut urgeri.2. q.1. nã inſtantia cauſæ principalis, non eſt aliquo modo prorogabilis nec tacitè nec expreſsè per partes. adeo quod etiam per compromiſsum non ſuſpenditur, ſecundũ Abb.in c.penu.col 6.& ibi etiam Fel.in 5. col.uerſ.tertia declaratio, &c.de iud.& plenius per Mar. Soc.in d.c.pen.in 16.arg. & per Soc.in conſ.41.col.4.in 1.uol. & Pet. de Anch.in conſ.264.& Phi.d.c. ex rõne, col. 6. uer. 2. quæritur, & tamen inſtantia cauſæ appellationis, prorogatur, & ſuſpenditur per compromiſsum, ut d.cle.quãdiu. & d.auth.ſi tamen C.de temp.appel. ergo non eſt bonum arguere ab una inſtantia, ad aliam.

238 † Ad ſcđm fundamentum inquantũ cõſideratur publica utilitas, dico ꝙ ſi hoc eſſet in conſideratione, minime deberet per compromiſsum ſuſpendi, quia poſsent partes milites compromittendo facere quod nun-

Digitized by Google

nunquã labantur fatalia, & ſic lites eſſent immortales, & offenderetur publica utilitas, ſed quia lex hoc non conſiderauit in inſtãtia appellationis ex quo permiſit illam ſuſpendi per compromiſſum, ut d. cle. quãdiu. ergo illud præiudicium publicæ utilitatis, non fuit in conſideratione in tẽpore appellationis, ſicut in tpe principalis cauſæ. Et ratio diuerſitatis eſt, quã ponit Abb. in d. c. pen. col. 6. de iud. ubi dicit, ꝙ maius præiud. cium partium, uertitur in cã appellationis, quam in cã principali, quia perempta inſtantia principalis cauſæ, pereunt ſolum acta, & non perit ius partis, ſed perempta inſtantia appellationis, perit tota cauſa, ut in cle ſi appellationem de app & no. Bar. in l. pendẽte. C de temp. in integ. reſt. & Bar. in authen. item. ſi appel. in fi. C. de temp. appel. Et ideo quia agitur de maiori præiud c o, iura tolerant, ꝙ illa inſtantia poſſit per partes ſuſpendi, & prorogari. Et ex his remanent eliſa fundamenta tenentium contrariam partem. Supereſt modo reſpondere ad duo iura, quæ ponderant tenentes dictam partem, uidelicet, ad c. oblatæ, de app. ibi, ſed ne ualeat prorogari, &c. & ad l. nemo, C. de temp app. Et primo ad c. oblatæ, dico, ꝙ ſi recte ponderetur, intentio ſummi Pont. ſibi fuit, habend. reſpectum ad iudicem, nam conceſſit iudici, ꝙ poſſit breuiare terminũ appellationis, ut ibi, &c. cum ſit Roma, & c perſonas, conſtit, ſed non conceſſit, ꝙ poſſit ipſum elongare ſine partium conſenſu, & ita illũ tex. declarat ibi glo. in uerſi. prorogari, quæ dicit, niſi ex iuſta cã, vt in d. c. ex ratione, unde ſentit, ꝙ tex. ille loquitur de iudice, qui ex iuſta cauſa, ſ. impedimenti, prorogat tempus appellationis, & ita loquitur d. c. ex ratione, allegatum, ibi per glo. quæ debet intelligi, ſecundum tex. quem allegat, ſecundum Bar. in l. non ſolum. §. liberationis uerbo, ff. de l. b. leg. Nos autem loquimur, quando ambo litigantes de communi conſenſu uolunt prorogare, ꝙ facere poſſunt, per d. cle. quandiu.

239 † Ad l. nemo reſpondeo, quod non loquitur de prorogatione, ſed de reparatione, quæ fit finito tempore, unde uult illa lex, quod tranſactis fatalibus nemo poteſt impetrare reparationem temporis, poſtquam appellatio remanſit deſerta. Nos autem loquimur de prorogatione, quæ fit durante tempore leg. ſed ſi manente, ff. de preca. & ita expreſſe colligitur eſt tex. in d. l. nemo, qui facit expreſſam mentionem de reparatione, & ita ibi illum tex. intelligit Pau. de Caſt. & eſt de mente Bar. ibi in 1. not.

240 † Ex prædictis ergo remanet defenſata iſta concluſio, quod partes poſſunt prorogare de cõi conſenſu tẽpora appellationis proſequendæ, & hanc opi. tenet Arch. in c. anteriorum, 2. q. 6. & Fran. de Are. in c. po. de iud. & licet Fel. in d. c. pe. in 6. col. tenuerit contrarium, per d. l. nemo cui dicit non poſſe reſponderi, tñ ſatis patet ad illud reſponſiuum ex prędictis, & contrariũ, & melius tenuit idem Fel. in d. c. ex rõne, vbi põderat rõnem quam ſuperius attigi ſuccincte, ſ. quod non poſſit dari recta differentia inter ſuſpendere & prorogare, quia ita poteſt effici immortalis lis ſuſpendendo ſicut prorogando, & miror quare Doctores ita elaborantur in faciendo huiuſmodi differentiam cum nullius ſit effectus, imò recte conſiderando facilius admitti deberet prorogatio, quam ſuſpenſio, per ea, quæ dicit gl. in auth. ſi tamen. C. de temp. app. quæ dicit, ꝙ non currit tps ei, qui ſemp litigat. Sic ergo prorogantes ſemper litigant, unde facilius debent ſibi tempora indulgeri, ſed ſuſpendentes videntur in lite ſuperſedere, vnde uidentur negligere, & tãto minus deberet eis cõcedi terminus, per d. l. nemo. quæ vult, ꝙ appellantes debent uigilare, unde illud, quod ponderat Ab. in d. l. ex ratione, col. 3. ego retorqueo contra ipſum, & ſi aliter diceremus, quod eſſet permiſſa ſuſpenſio & non prorogatio, lex eſſet impoſita uerbis, & non reb. contra, l. 2. in fi. C. comm. de leg. quia de facili inueniretur uia, quæ idem induceret, ꝙ prorogatio.

241 † Et prædicta procedunt in temporibus
b proſequendi appellationẽ, ſecus eſt in 6 tẽpore appellandi, ſ. decem dierum, quia tale tempus non poteſt ullo modo nec per iudicem nec per partes prorogari tacitè nec expreſſe, nec ẽ per uiam compromiſſi, ut eſt gl. in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & Phi. in d. c. ex rõne. col 6. uer. 3. quæritur, &c. & Bal. in auth. hodie, col. 1. uer. quæro, quid ſi eſt appellatiua, &c. C. de appel. ubi plus dicit Bald. ꝙ etiã ſi lata eſſet ſententia in cauſa appellationis interpoſitæ poſt 10.

dies de conſenſu partium, non ualet. Idem tenet Bal. in d. auth. ei qui appellat. col. fi. uer. quæro nunquid. &c. & ibi etiam Alex. in add. ad Bar. & Ab. in conſi. 77. col. 2. in 2. uol & Car. in cl. quandiu, in 5. q. de app. & Fel. in d. c. pen. col. 5. in fi. uerſi. 2. declaratio, &c. de iud.

242 † Tertio principaliter limita, niſi partes durãte appellatione compromiſiſſent cauſam penes arbitros, quia durante compromiſſo non currunt fatalia, & ſic tempora appellationis poſſunt durare ultra biẽniũ tex. eſt in d. cl. quandiu, & in auth. ſi tñ, C. de rep. app. & patet ex his quæ proximè
a dixi in præcedenti limitatione. Quod tamen intellige, quando eſt factum compromiſſum in arbitros. Secus in arbitratore, quia tunc non ſuſpenditur inſtantia appellationi ſecundum Pet. de Anch. in conſil. 284. & ibi aſſignat rationem.

243 † Vltimo, quia ſuperius dixi, ꝙ in regno primum tempus proſequendi, eſt quinquaginta dierum, per conſt. appellationũ tempora, quæro an, iſtud tempus quinquaginta dierum, ſeruetur ẽt; qñ appellatur ab interlocutoria. Dic ꝙ non quia dicta conſt. regni, loquitur præcisè de appellatione a diffinitiua, dum dicit, appellationum tempora, per quæ diffinitiuæ ſententiæ ſuſpenduntur, &c. & ſic intentio legislatoris eſt ibi limitare tempora appellationum a diffinitiua ſententia, unde non extenditur ad interlocutorias, & nulla fuit alia ratio niſi quia interlocutoriæ non ſuſpenduntur per app. ut iure non ſolum, de app. lib. 6. & per Bar. in l. 3. de app. recip. Et intentio illius conſt. fuit limitare tempora illa tñ appellationum, quæ ſuſpẽdunt ſentẽtias, ad hoc ut magis uigilet appellans in expediendo cauſam citius, ne ita diutius in ſuſpẽſo, remaneat, iuxta l nemo. C. de temp. app. ſed qñ appellatur ab interlocutoria, q iudex poteſt procedere, non obſt. appellatione, ideo non fuit opus, limitare ita tpa, unde tunc ſtaremus diſpoſitioni iuris cõis, ſ. ut peti debeant Apoſtoli infra 30. dies, & proſecutio fiat per annum, vel biennium, iuxta diſpoſitionem c. cum ſit Roma. de app. & auth. ei qui appellat. C. de temp. ap. in caſu tamen, in quo permittitur de iure ciuili appellari ab interlocutoria, ut quando habet uim diffinitiuæ, quo caſu appellãdo ſuſpendi, ſententiam, ut fuit dictum ſupra in q. præcedenti principali, tunc haberet locum dicta conſt. ex identitate rationis, & ita etiam tenet Matth. de Affl. in d. conſt. appellationum tempora, col. 7. in fin. ver.
244 ſed hic quæro, &c. † Scias ẽt in hac materia, vnam correctionem ſed limitationẽ iuris cõis in regno, nam de iure communi ſi appellans non proſequitur cauſam, nõ poteſt appellatus ſtatim illam proſequi, niſi in fine anni vel biennii, ſ. cum vnus tamen menſis ſupereſt de anno vel biennio, quia ante poſſet dicere appellans, ego volo gaudere de tempore mihi a iure conceſſo, & de hoc eſt tex. in d. auth. ei qui appellat, & ibi Bar. Ang. & Doc. & Abb. Phi. & Card. plene in c. oblatæ, de appell. ſed hodie in regno eſt prouiſũ per ritum magnæ curiæ in nu. 9. & incipit. Item, ſi appellãs, ꝙ appellans ſi non proſequitur cãm infra menſem poſt pñtatum, proceſſum, põt appellatus comparere, & proſequi elapſo menſe, & ſic non, eſt opus expectare finẽ annui vel bien-
245 nij. † Plus etiã eſt cautum in regno, ꝙ in cã appellationis nõ requiritur libellus, nec litis conteſtatio, ſed incipit ipſa cã ab apertura proceſſus, ita de hoc eſt ritus magnæ curiæ in nu. 52. incip. Itẽ, in eiſdem curijs, &c. & alius ritus, in nu. 127. incipiens, Itẽ, in curia ipſa, &c. & alius in nu. 141. incip. Item, ꝙ cauſa, &c. alius in nu. 155. incip. Item, in appellationum cauſis, &c.

QVARTO, principaliter ſequendo
246 ordinem præpoſitum, † quæro, a quib. iudicib. & a quib. actibus appellari poſſit, Itaq. habet duo membra. Primum eſt, a quib. iudicibus poteſt appellari. Secũdum eſt, a quib. cauſis, & actibus appelletur ſu-
c per primo c facias regulam affirmatiuã ſ. ꝙ regulariter ab omnib. iudicib. tam delegatis, quam ordinarijs poteſt appellari, c. omnis, &c. ad Romanam, 2. q. 6 & nc. Spe. in tit. de app. ſ. videndum, in pr. n. Non. n. facit iudici iniuriam is, qui ab eius ſnia ap-
247 pell. l. & in maiorib. C. de app. † Cum. n. appellatio ſit quædam defenſio, quæ datur oppreſſis contra iniuriam iudicis, l. 1. ff. de app. & d. c. ad Romanam, debet regulariter omnibus, eſſe permiſſa. Et quod ſit defenſio eſt tex. in c. cum ſpũali, ſ. porro,
d de app. & tenet Soc. in conſ. 195. col. 3. in
248 2. vol. † Illam regulam limita primo

quando

quando eſt lata ſententia a principe non recognoſcere ſuperiorem, quia ab eius ſententia non appellatur, tex. eſt in leg. 1. ff. a qui app. non li. & in c. cuncta per modum, 9. q. 3. vbi loquitur de ſentẽt. a Papæ, hinc dicit And. de Iser. in c. imperialem. §. præterea ſi inter duos. col. 6. in fi. de prohi. feud. alie. p Fed. ꝙ hoc habet locum nõ ſolũ ſnīa Imperatoris, vel Papæ, ſed ẽt cuiuſlibet regis
249 nõ recognoſcẽtis ſuperiorẽ, † prout eſt, Rex Siciliæ, qui dr̃ monarcha in regno, ſe
250 cundum eum. Secundo limita, nõ pcedere ſnīa lata a præfecto prætorio, quia ab eis non appellatur. l. præfecti. ff. de min. & l. 1. § his cunabulis. ff. de off. præfect. præt. & l.
251 1. C. de ſen. prẽf. præt. † Tertio limita, nõ procedere in ſnīa lata in ſacro regio conſilio, quia ab ea non appellatur ex quo cẽſetur ſnīa regis, nã fertur ſub no mine regiæ maieſtatis, & ita ſeruatur in regno quia a ſnīa ſacri conſilii non appellatur, ſed tantũ reclamatur, ſeu ſupplicatur, & nõ retardat f executio, iuxta ea, quæ habentur in auth. q̃ ſupplicatio. C. de prec. Imp. offe. & dixi plene ſupra in præambulis huius trac. de app.
252 & quod ſententiæ ſacri conſilii habeant vim legis, quia proferuntur ſub nomine regię maieſtatis, in regno traditur in deciſio 383. in fi. Cõſ. Neap. & per Bal in l. fi. C. de l. & Hoſt. & Ant. de But. in c. cum. Bert. de re iud. & quod non retradetur executio, ꝑſtita, tñ de ſatiſdatione in ea ſu retractationis, hr̃ plene in dec. 221. conſ. Neap. & dixi ſupra in præambulis huius partis de appe. in ver. ſupplicatio. Hoc poteſt cõprobari
253 † q a iſti domini in cõſ. æq parãtur ſenatoribus a quorũ ſnīa nõ appellatur, ſcd̃m Spe. in tit. de app. §. videndum, & eſt tex. in l. 1. ff. a
254 quibus app nõ licet. † Quarto limita, nõ procedere in ſentẽtia lata a Duce Venetiarũ, quia ab ea nõ appellatur, ſcd̃m Cy. in l. fi. C. de bon. pet. her. & in l. fi. C. de don. inter vir. & vxor. & iõ pt eſſe q a nõ recognoſcit
255 ſcit ſuperiorẽ † Quinto limita, nõ procedere in ſẽtẽtia lata ab ẽpo, cuius iuriſd. ctio fuit prorogata, quia ab ea non appellatur. Caſus eſt ſing. in l. epale C. de epiſc. aud. & in hoc ẽps equiparatur præfecto prætorio
256 ſcd̃m Bal. & ibi & eſt ſpeciale in ẽpo † q a ſecus eſt in alio iudice prorogato, vel dato de cõ. cõ ſenſu partium, quia poteſt ab eius ſnīa appellari. l. ex conſenſu, in prin. & ibi Bar. ff. de app. & Spec. in tit. de comp. iud. adc. §. 1. ver. ſed an a ſententia, & verſi. ſed ad quẽ. & gl. in c. ſuper qõnum §. verum in ver. iſſeu. de off. de. vbi dicit, ꝙ talis iudex nõ poteſt recuſari vt ſuſpectus, ſed bene poteſt ab eius ſnīa appellari & Lud. Rom. in
257 cõſ. 238. col. pen. in fi. † Sexto limita, nõ procedere in ſententia ſortis, ſeu fortunæ, vt quando fit aliqua diuiſio iudicio ſortis, quia a tali ſententia nõ appellatur, ſecũdũ Bal. in l. fi. in prin. C. comm. de l. & Phil. in rub de app. col. 3. & Pet. Phi. Cor. in conſ.
258 143. in fin. 4. uol. † Item, non poteſt peti reſtitutio in integrum aduerſus iudicium ſortis, quod vulgo dicitur per loicas ita tenet Bal. ind. aut prætor. §. fi. ff. de minor. in
259 Septimo limita, non procedere, quãdo e iudex eſt merus executor, quia ab executione acti non appellatur, l. ab executore, & ibi Barto. ff. de app. & l. ab executore, C. quo. app. non recip. Quod tamẽ intellige, f niſi modum excedat, quia tunc põt appellari, & dẽt exprimi cauſa in appellatione, ſecundũ Bar. in d. l. ab executore, & uide multas alias fallentias in quibus põt appellari ab executore, quas cumulat Spec. in tit. de
260 app. § in quibus, verſ. 5. † An autem appellari poſſit a pronuncia de exequendo? Bart. in d. l. ab executione tenet, ꝙ ſic ſed ĩ d. l. ab executore, ſẽtit cõtrariũ, & hac cõtrariã partẽ. i ꝙ ẽt a pronũcia de exequendo, nõ appellatur tenet Pet. Phi. Cor in cõſ. 71. col. 4. in ſfa V. in 1. vol. vbi dicit hanc eſſe cõem opin. & plures allegat pro iſta parte ꝓ qua etiã adducit rationẽ, quia ꝓhibito vno cenſetur prohibitũ omne id per qd
261 peruenitur ad illud. † Octauo limita non g procedere in g ſnīa arbitri, quia ab arbitro non appellatur, ſed eius ſnīæ pareri debet metu pœnæ, l. idem proferre. §. ſtari. ff. de arb. & l. 1. C de arb. & hoc quando pena erit adiecta compromiſſo. Si ãt nõ fuiſſet adiecta pœna, tunc agitur ad intereſſe, vt d. l. diem proferre. §. fin. & no. Abb. in cap. per tuas. col. 2. ver. nota. ſi arbitriũ, & de arb. vide B. l. in l. 2. ff. de arb. & iõ aſſignatur.
262 per Doct. in locis præal. Quia ex ſnīa arbitri non oritur actio neque exceptio, vt d. l. 2. ibi Bald. & Doct. ſed ſolum illi paretur metu pœnæ, vnde cũ non producat actionem, non eſt neceſſe ab ea appellare, illud autem quod dixi, ꝙ quãdo non eſt adiecta

pœna agitur ad intereſſe, habet locum, quan do compromiſſum eſt ſtipulatione vallatũ & nõ aliter, quia ſecus ſi pacto nudo ſecun dũ Bal. & Doct. in d.l. diem proferre, §. ſi. & hoc de iure ciuili, ſed de iure canonico agi tur ad intereſſe, & ex pacto nudo, ſecundũ Abb. in d.c. pœnas, col. 11. in fi. ſed hodie eſt inductum ꝙ ſi cõpromiſſum fuit dictũ pa cto nudo ſine ſtipulatione, & ſine pœna, ſi fuit ſñia arbitri emolgata expreſſe vel taci te, producit actionem poſt emologationẽ, & cenſetur tacite approbata, ſeu emologa ta, quãdo partes tacent per 10. dies & non im probant ſententiam, nec de ea conquerun tur, & extraiudicialiter tunc. n. ſñia arbitri mãdatur executioni poſt. 10. dies, & non poteſt vlterius per partem improbari tex. eſt & ibi Bal. & Doct. in l. cum antea, C. de arb. & illa eſt lex noua, & no. Abb. in d.c. pœnas, col. 3. Nota ergo, ꝙ ad hoc vt habeat locum d.l. cum antea, eſt neceſſe, qđ com promiſſum ſit factũ ſine ſtipulatione, & ſi ne pœna, & rõ eſt, quia vbi eſt ſtipulatio & pœna, nõ eſt opus emolgatione, quia ſi alte ra pars contrauenit, agitur ad pœnam l. 1. C. de arb. Item, vbi eſt ſtipulatio ſine pœna minime eſt opus emolgatione, quia agi tur ad intereſſe, quod ſuccedit in locũ pœ næ, per tex. & ibi Bal. in d.l. diẽ proferre. §.
263 ſi ꝙ d.c. vt ſuũ d. c. m. ſ. Quod ſi limita, niſi in cõpromiſſo pœn. directe appoſita clau ſula, rato manente pacto, quia tunc iſta cẽ ſentur duo compromiſſ , vnum cum pœ na, & aliud ſine pœna, quo caſu habet lo cũ emolgatio in cõpromiſſo, & oritur actio per d.l. cum antea, ita tenet gl. & Bal. in d.
264 l. 2. ff. de arb. † Et pro hoc infero, ꝙ vbi eſ ſet appoſitum iuramẽtum in cõpromiſſo, efficeretur emolgabile per iuramentum, & produceret actionem, ex quo iuramentũ habet vim illius clauſulæ, rato remanet pa cto, ſecundum Bar. & communiter Doct. in l. ſi quis maior, C. de tranſ. & Ant. Corſ. in re petitio rub. de iure iurãdo in 6. priuilegio, quod eſt valde notandum, quia communi ter hodie in compromiſſis apponitur iura mentum. Sed poſſet in hoc aliquis dubi tare, quia de iure nouiſſimo prohibetur ap poni iuramentum in compromiſſis, per au then. decernimus, C. de arb. ergo iuramen tum tale non debet aliquid operari, ſed dic, quod de iure canonico eſt prouiſum, ꝙ tale iuramẽtum valeat, ſeruetur quia ſer uari põt ſine interitu ſalutis æternæ, quãdo compromiſſum eſt ſup re licita, vt eſt tex. & ibi Abb. in c. 2. col. 3. & in c. cum tempo re, de arb. verum aduerte, quod Bald. in d. aut. decernimus, tenet expreſſe, quod ex com promiſſo iurato nõ datur actio, quia dicit quod quo ad priuilegium actionis rema net diſpoſitio iuris ciuilis, ex quo actio fuit inducta de iure ciuili, ſcilicet per d.l. cum antea, ſed quo ad cẽſuram eccleſiaſticam, vt iuramentum ſeruetur, ſtamus iuri cano nico, & illud dictum Bal. refert ſimpliciter Abb. in d.c. 2. col. 3. Verum poſtea conclu dit, quod de iure canonico producitur actio vigore iuramenti, vnde iſta præcedens illa tio, quam feci, ſine dubio procederet in fo ro eccleſiaſtico, vbi ſeruatur ius canonicũ ſed in foro ſeculari, ſatis dubito, & potius putarem tenendum contrarium, per illud dictum Bald. in d. auth. decernimus, quia ex quo iuramentum eſt reprobatum a iure ciuili, non vr quod in foro ſeculari, vbi ſer uatur iure ciuile, poſſit iſtud reprobatum importare clauſulam, rato manente pacto, & ne producere actionem, quia quod nul lum eſt, non poteſt aliquem effectum pro ducere non obſtat, ſi dicetur, qđ vbi trà ctat de iuſo, ſtamus iure canonico in vtro que foro per ea quæ no. Abb. in d. c. 1. de op. no. nun. & in c. cum contingat, de iure iu. quia fateor, quo ad obſeruantiam ipſius iuramenti, & ita ſtamus hic iuſo in vtroq; foro, ne iurans incipiat in periurium, quia quo ad hoc, tãtum concernitur periculum animarum, ſed ad inducendum aliquem effe ctum, ſcilicet actionis, quæ ad hoc prohibita fuit de iure ciuili, non eſt abſonum dicere quod quo ad hoc vnum quodque ius ſer uetur in foro ſuo, cum non vertatur aliqđ peccatum, vt d. Abb. in d. c. 1. de ope. no. nun. hoc tamen ſic intelligo & declaro, quan do quis velit agere de iure ciuili, vigore legis ne in arb. C. de arbit. quæ induxit actio nem de iure ciuili in compromiſſo iurato & poſtea fuit correcta per d. auth. decerni mus, ſed vigore iuramenti dico, quod etiam in foro ſeculari poſſit adire iudicem, & fa cere compelli partem ad obſeruantiam iu ramenti, & ſic habebit intentum, ita dicit Abb. in d. c. pœnas, col. 4. vbi ita limitat Bal. d. in auth. & ita cũ hac declaratione per ãtea

ꝙ illud

265 † Illud autem, quod dixi, quod requiritur emo-
logatio tacita vel expreſſa, ad hoc vt ſnia
arbitri mandetur executioni, per d. l. cũ an
tea, limita non procedere in compromiſſo
Iudæorum, quia illud executioni mãdatur
ſine alia emologatione etiam ante 10. dies
elapſos, tex. eſt, & ibi hoc tenet Guido de
Suza, in l. Iudæi, in d. C. de Iudæ. & Alex. in
266 add. Ad Bar. in d. l. cũ antea. † Item illud, quod
dixi ſupra, quod quando eſt appoſita ſtipulatio
agitur ad intereſſe vel ad pœnã, quod quando eſt
emologata per lapſum 10. dierũ, poteſt executio
ni mãdari per d. l. cũ antea, limita procede
re, niſi laudũ cõtineret rẽ illicitam, & peccatũ
quia tunc eſt ipſo iure nullum, & ex eo nõ
agitur, nec ad pœnam nec ad intereſſe, idẽ
quando cõtineret manifeſtam iniquitatẽ,
quia tunc contra ipſum datur exceptio do
li, quæ habetur inſtar cuiuſdam appellatio
nis, l. nõ diſtinguemus, § cum quidam, ff.
de arb. & talis exceptio doli, oriens ex ma-
nifeſta iniquitate impedit laudũ executio
ni mãdari, etiam poſt 10. dies. Item impe
dit exigi pœnã intereſſe, ita pulchre decla-
rat Abb. in c. 2. colum. fi. de arb. & in cap.
per tuas colu. 3. eo. titu. & Lud. Ro. in con
ſil. 90 & ſic tunc per viam iuſtius exceptio
nis poteſt haberi recurſus ad iudicem, qui
iudex cognita iniquitate manifeſta poterit
laudum retractare. Secus quando non con
tineret iniquitatem manifeſtam, quia tunc
nõ obſtat aliqua exceptio, nec appellari po
teſt vnde debet ſtari ſentẽtiæ arbitri, & im
putatur ei, qui cõpromiſit ita procedit tex.
in d. l. diem proferre, § ſtari, licet aliter dica-
267 tur in arbitramẽto, † quia in eo ſemper ha-
bet locum reductio ad arbitriũ boni viri,
vſque ad 30. ann. vt plene dixi ſupra in pre
ambulis huius tract. de app. verſ. reductio
eſt nonus, &c. quæ reductio nõ habet locũ
in ſentẽtia arbitri, vt declarat Abb. in d. c.
2. in finalibus verbis. Et hæc eſt una de dif
ferentijs inter arbitrium, & arbitratorem,
quod nota quia multi decipiuntur, putan-
tes in omni ſnia tam arbitri, quam arbitra
toris hẽre locum reductionem ad arbitriũ
boni viri, quod nõ eſt verũ, ſecundũ Abb.
in d. c. 2. columna fin. in princ. & in fin.
268 † Ex prædictis ergo, quia materia arbitro-
rum eſt quotidiana, eligo vnam practicã
ſub compendio. Aut n. ſumus in arbitrio,
aut in arbitratore. Primo caſu, ſi quidem
compromiſſum eſt factũ pacto nudo ſine
iuramento & pœna, & tunc quia nullum a-
liud remedium poteſt habere locum, recur
rimus ad emologationem, nam ſi fuit lau-
dum approbatum expreſſe per partes, man
datur executioni ſtatim, non expectato la-
pſu 10 dierũ. Si vero expreſſe nõ fuit emo
logatum, & tunc ſi partes non conquerun-
tur inf. 10. dies, mandatur executioni poſt
10 dies, quia cenſetur tacite emologatum,
per d. leg. cum antea, & ibi Barto. Bald. &
Doct. C. de arb. Si vero aliqua partium cõ-
tradixit inf. 10. dies, & tunc non emologa
tur, nec producit aliquam actionem, nec
mandatur executioni, quia pactum nudũ
non potuit aliquẽ effectum operari, nõ ac-
cedente cõſenſu partium expreſſo vel taci-
to. Ita expreſſe deciditur in d. l. cũ antea, &
hoc procedit de iure ciuili, & in foro ſecula-
ri. Secus eſt de iure canonico, quia ex quo
ſecundũ illud ius pactum nudum producit
actionem, vt hr in c. 1. de pact. tunc ex tali
cõpromiſſo ageretur ad intereſſe ſine aliqua
emologatione, ſecundum Abb. in d. c. per
tuas, colu. 2. in fi. Si vero compromiſſum
ſit factum pacto nudo cum pœna, & tũc ex
tali ſudo nõ oritur actio, quia nõ habet lo-
cum emologatio, vbi eſt pœna, ex quo pro
uiſio hominis facit ceſſare prouiſionem
illius l. cum antea, & quia pactum remanet
nudum, & nulla lege fomentatum non da
tur actio, nec ad pœnã, nec ad contenta in
laudo, vnde erit inutile, niſi eſſet appoſita
clauſula rato manente pacto, ita dicit Bar.
in d. l. cum antea. Si vero ſit factum cõpro
miſſum cum ſtipulatione, & pœna, & tunc
ceſſat d. l. cum antea, hẽt locum lex. 1. C. de
arb. & d. l. diẽ proferre. § ſtari, quia ſi pars
cõtrauenit, incidit in pœnam, fallit vbi eſt
iniquitas manifeſta per ea quæ ſupra dixi,
& hãc fallentiam etiam poteris dare ad ca
ſus precedẽtes, vt ſuperius declaraui. Si ve
ro ſit factum cum ſtipulatione ſine pœna,
& tũc minime hẽt locum d. l. cum antea &
ſic nõ ſit emologatio, ex quo agitur ad in
tereſſe, per d. l. diem proferre. § fin. ita dicit
Bar. in d. l. cum antea. Fallit ſimiliter, vbi eſ
ſet iniquitas manifeſta per ſupra dictã ſed
Abb. in d. c. per tuas, col. 4. tenet cõtra Bar.
ſ. quod etiam quando compromiſſum fuit factum
cum ſtipulatione ſine pœna, hẽt locũ emo
logatio, & ita extendit d. l. cum antea, quæ
in

in rei veritate non loquitur de pacto nudo
ſed ſolum prouidit in illis compromiſſis
in quibus non eſt appoſita pœna neq; ſunt
facta ex decreto iudicis, vt apparet ex prin-
cipio illius leg. vnde non vr̃ excludere com
promiſſa facta per ſtipulationem, & ita vr̃,
quod opin. Abb. ſit magis vera. Si vero ſit
factum cũ iuramento, ſtipulatione, & pœna
prout cõiter fieri ſolet, maxime hodie in
regno qñ iſta compromiſſa fiunt per nota
rios nam cõiter in eis apponunt ſtipulatio
nem, pœnã & iuramentum, & clauſulam,
rato manẽte pacto, & alias quã plures clau
ſulas, & tunc pp illam clauſulam rato ma-
nente pacto, dico, ꝙ habet locum emolo-
gatio per ea, quæ dicit Bar. de iſta clauſula
in d. l. cũ antea, iuncta illa opi Abb. quam
modo approbaui in d. c. per tuas, col. 4. dũ
tenuit, ꝙ d. l. cum antea, habet locum etiã
in ſtipulatione. Idẽ dico quod pp iuramen
tũ põt adiri iudex, vt compellat partem ad
obſeruantiã iuramenti ſecundũ Abb. in d.
c. per tuas, col. 4. vbi limitat. Bal. in d. auth.
decernimus, vnde cõcludo, ꝙ hodie in iſtis
cõpromiſſis ita uallatis, & clauſulatis hẽt
locũ, d. l. cum antea, licet Bar. dicat ibi, qđ
raro hodie habebit locum. Ego dico totũ
contrarium ꝙ hodie ſemper habebit locũ
maxime, propter dictã clauſulã, quæ cõiter
apponitur in cõpromiſſis, & ſic habemus
bonam extenſionem ad d. l. cum antea per
ea. quæ no. Bal. de illa clauſula, in l. ſi ff. de
269 arb. & ſuperius dixi. † Hoc tñ limita, niſi
laudum contineat manifeſtã iniquitatem,
quia tũc petita abſolutione à iuramento,
quæ de facili cõcedi debet in tali caſu, poſ-
ſet opponi exceptio, doli, de qua in d. l. nõ
diſtinguemus. §. cũ qdã, & ſic reduceretur
reuiſio laudi per viam illius exceptionis,
corã iudice p ea, quæ ſuperius dicta ſũt. Et
270 in iſto caſu quãdo ſumus in arbitrio, nõ
poteſt appellari à ſentẽtia arbitri, nec redu-
ci ad arbitrium boni viri nec reclamari p
d. l. 1. C. de arbit. & d. §. ſtari niſi ubi eſt ini
quitas manifeſta, tunc opponitur exceptio
vt ſupra & tenet Lud. Ro. in conſi. 27. col.
2. Et licet hodie per d. l. cum antea oriatur
actio ex compromiſſo, tñ vera, & cõis con
cluſio Doct. eſt ꝙ et hodie non appellatur
à ſententia arbitri ita tenet Bal. in d. l. 1. C.
de arb. & Ale. & cõiter Doct. in l. arbitro,
ff. qui ſatiſ. cog. & in l. nemo pt, ff. de leg. 1.
licet Bar. in iſtis locis teneat contrarium, ſ.
qđ hodie poſſit appellari tñ cõiter reproba
271 tur. † Secũdo caſu principali ſ. quando ſu
mus in arbitratore, & tunc in eius ſentẽtia
non habet locum emolgatio tacita, niſi p
lapſum 30. ann. vt dixi ſup. in præambu-
lis huius tract. de appe. verſic. venio ad no-
num, &c. ante vero dictum tps ſemper põt
peti reductio ad arbitrium boni uiri, ita lo-
quitur l. ſi ſocietatẽ, §. arbitrorũ, & ibi Bar.
ff. pro ſocio, & c. quintauallis, cũ ſua mate-
ria de iureiur. & petitur dicta reductio qño
cunque & per quęcunque uerba ſit factum
cõpromiſſum ſecundũ Abb. & Doct. in d.
272 c. quintauallis. † Illud aũt quod dixi qđ à
ſentẽtia ſi arbitri nõ appellatur limita nõ
procedere in ſententia arbitris iuris, qui eli
b gitur neceſſitate b legis vel ſtatuti, de quo
tractatur in c. ſuſpicionis, & ibi per Abb. &
Doct. de offi. deleg. & in l. fin. C. de iud. nã
à ſententia talis arbitri pt appellari, vt eſt
tex. in c. ab arbitris, de offi. de leg. lib. 6. &
no. Doct. in l. arbitro, ff. qui ſatiſ. cog. Et rõ
eſt, quia iſti arbitri æquiparantur iudicib.
de qua materia vide, quæ plenè dixi ſupra
in 6. diſt. in 4. par. princ. verſic. 2. quæro, an
coram arbitro, &c. ubi declaraui, quam iu-
273 riſdictionẽ habẽt huiuſmodi arbitri † Ex
hoc ſequitur quod cũ hodie per regiã prag.
quæ incipit, odia ſit prouiſum, quod cauſæ
inter coniunctos compromittuntur, a ſnia
talium arbitrorũ bene poſſet appellari, ex
quo dñr arbitri iuris, & in regno eſt prouiſ-
ſum in ſpe ſuper iſta appellatione ſeu recla-
matione per aliam regiam prag. quæ inci-
pit, & ſi aliqua partium qua cauetur, quod
is qui ſentit ſe grauatum per ſnĩam arbitri
iuris, põt adire iudicem illius loc., & ſi qui-
dẽ dicit ſe leſum ex dolo ipſius arbitri, ex
propoſito, vel re ipſa, cauſa reuidetur, per
iudicem ex eiſdẽ actis. Si vero allegat aliã
de læſionem, & tũc iudex poteſt admittere
nouas probationes, & iuſtificare ſnĩam ita
tñ, quod cãm expedias inf. menſem, vel ad
plus infra duos menſes, & non vltra. Et ſi
poſt ſnĩam latã per iudicem altera partium
voluerit ſe grauare, nõ auditur vlterius ad
impediendã executionem ſed ſit executio
realis, cum effectu præſtita tñ fideiuſſoria
cautione per vincentem de reſtituendo in
caſu retractationis, & tunc cauſa reuidetur
ſolum in ſacro regio cõſilio, vel in magna

cuna

curia vicariæ vel coram deputando ab eis,
tertio loco, & non alia curia. Et hęc omn a
deciduntur in dicta regia prag. ex qua ha-
bens limitationem in regno ad d. c. ab ar-
bitris, quo cauetur, ꝙ ab arbitris iuris ap-
pellatur ad principem non aũt ad inferio-
rem ex quo habet iuriſdictionem a lege,
ideo ab eis appellatur ad legem animatã,
vt dixi in d. 6. diſt. Nam in regno hoc eſt
correctum in arbitris inter coniunctos ele
ctis, quia ab eis reclamatur ad iudicem lo-
ci, & ſic ad inferiorem a principe.
274 † Secundo limita non procedere hodie
in regno generaliter in oĩb. arbitris, ẽt ĩter
extraneos electis, quib. ab eis põt reclama-
ri hodie ad iudicem loci & eidẽ expediri
infra duos menſes, poſt quam expeditioñé
non admittitur alia reclamatio, niſi eo mo
do, quo ſupra, ſ. quia fit executio p̃ſtita ſa-
tiſdatione ita deciditur in d. prag. quæ inci
pit, & ſi aliqua, &c. in finalib. verbis, vnde
per hoc habes nouam correctionem in re-
gno ad l. 1. C. de arbit. & ad l. itẽ proferre,
§. ſtari. ff. de arbit. & iſta omnia dicta ĩ hac
octaua limitatione poteris addere ad ea, q̃
dixi ſup. in 14. d. in 4. parte, vbi eſt princi-
275 palis materia arbitrorum. † Nono princi
paliter limita, non procedere in iudice, qui
reuocauit grauamen, ꝙ fuerat comminatus,
quia ab eius grauamine ꝙ reuocauit, non
poteſt appellari, niſi alio modo eſſet ſuſpe-
276 ctus, cum ceſſante de app. † Vnum tamẽ
adde pro complemento huius materiæ, ꝙ
in omnib. caſib. in quibus ſupra dixi non
poſſe appellari a ſnĩa maiorum iudicũ pp
auctoritatem perſonæ, prout eſt a ſentẽtia
principis, & aliorum non recognoſcẽtium
ſuperiorem, ſemper poteſt ab eorũ ſenten-
tia appellari ad Papam, quando cõtineret
manifeſtam iniquitatẽ, nã Papa eſt iudex
cõpetens contra omnes non recognoſcen-
tes ſuperiorem, rõne iniuſtitiæ manifeſte,
& peccati, gl. eſt in c. ex tranſmiſſa de foro
comp. & And. de Iſer. in c. Imperialem §.
præterea ſi inter col. 7. de prohib. feu. alie.
per Fed. & not. Hoſt. & Ioan. And. in c. no
uit, de iud. & Phi. in rub. de app. in 2. col. &
277 in c. ſi duob. col. fi. eo tit. † Itẽ licet non
poſſit ab eis appellari poteſt tamen appel-
lari ab eorum vicariis, ſecundum Bart. &
Salic. in l. a proconſulib. C. de appel. & Phi.
in c. dilecti, el. 3. in fi. de appel.

VENIO ad ſecundum membrũ huius
278 quartę q. principalis, ſup quo facio aliam
regulam affirmatiuam, ſ. † ꝙ regulariter
in omni cã appellatur, & ab omnib. graua
minib. tam iudicialib. quam extraiudiciali
bus, vt eſt gl. l. qui reſtituere, ff. de rei vend.
& no. Phi. in rub. de appel. col. 4. in fi. cum
appellatio, ſit quædam defenſio, quæ ne-
mini debet denegari, vt not. Soc. in conſi.
193. col. 3. in 2. vol. & eſt tex in l. 1. in prin.
ff. de app. l. & in c. cum ſpeciali, §. porro.
eo. ti. Et quod ab actib. ẽt extraiudicialib.
appellari poſſit, eſt tex. & ibi plenè per Phi.
in cap. bonæ memoriæ, de app. vbi pleniſſi
me attingit naturã appellationis extraiu-
dicialis, & ibi per Ab. & in c. cũ ſit Rom.
eod. ti. Et iſta appellatio extraiudicialis nõ
ſolum fit à iudice extraiudicialiter proce-
dente, ſed ẽt a parte faciente aliquod gra-
uamen alteri parti, ſecũdum Phi. in d. c. bo
279 næ memoriæ. col. 8. in prin. † Et inter a-
lios effectus huius appellationis extraiudi
K cialis, quando fit a parte, nota K magnum
effectum, quia ex fit in cauſa beneficiali,
habet vim citationis, & tenetur pars appel
lata comparere coram iudice ad quẽ, ſine
alia citatione, alias proceditur in illa cã in
eius contumaciam. Et dantur in hoc duo
termini. Primus eſt terminus vnius menſis
ad iter arripiendum a die interpoſitę appel
lationis. Deinde poſt aduentum appellãtis
expectatur appellatus per 20. dies alios, in-
fra quos ſi non comparuerit, proceditur in
eius contumaciam, tex. & ibi gl. in uer. ab-
ſentia, in c. 1. de elec. lib. 6. in aliis aũt cauſis
non beneficialib. non operatur hunc effe-
ctum ſine citatione, vt no. Abb. in d. c. cũ
ſit Rom. col. pen. Et no. hunc mirabilem ef
fectum, quia de facili potes decipere ad-
uerſarium, qui te moleſtat ſuper aliquo be
neficio, appellando ab eius moleſtia, ad ſe-
dẽ Apoſtolicã, & deinde producere omnia
acta tua, quæ faciunt pro victoria tuæ cau-
ſæ, nã pars appellata non aduertet in cõpa
rendo, quia expectas ſe citari, & ſic poteris
fabricare proceſſum, & de facili obtinere,
cum non hẽas contradictorem, & ita vidi
plures obſeruari, & plures proceſſus huiõi
venire de Romana curia in partib. noſtris.
De aliis autem effectibus huius appellatio
nis extraiudicialis, & in quibus differat, a
iudiciali remitto me ad plenè dicta per
Abb.

Abb. Phi. & cõiter ſcribentes in d. c. bonæ
280 memoriæ. † Iſtam regulam affirmatiuam quæ ſe hẽt, ꝙ ab omni cã & actu grauato-rio poteſt appellari, limita primo non pro-cedere, quando quis bis appellaſſet in vna, eadem cauſa, quia non poteſt vlterius ab eadem ſententia tertio appellare, l. 1. C. ne liter. prouoc. & Spec. in tit. de app. §. quo-ties, in prin. & per gl. & Doc. in c. directè, & c. ſua nobis, de app. quod procedit tam in diffinitiua, quã in interlocutoria. Item procedit, ſuper vno & eodem articulo non licet tertio prouocare, nã ſi aliquis millies grauaretur in vna cã ſuper diuerſis capitu-lis, ſemper poteſt bis appellare ſuper vno quoque capitulo, ita hæc omnia tenet Phi. in d. c. directe, col. 3. in prin. Item ꝓcedit, quando vnus, & idem vult tertio prouoca-re ſecus, ſi altera pars, quæ bis obtinuit, po-ſtea tertio loco ſuccubuit, quia ipſa ẽt pote-rit bis appellare, & ſic poſſunt concurrere quatuor appellationes in eadem, cauſa, duæ, ſ. pro qualibet parte, ita dicit Phi. in d. c. directe, col. 3. ver. 2. concluſio, &c. &
281 Ab. in d. c. ſua nobis. † Item procedit, qñ per tertiam ſniam nõ infertur nouum gra-uamen, ſecus ſi infertur, vt quia iudex ter-tiæ cauſæ condẽnat l ad expenſas, ad quas alij iudices non condemnarũt, nam ab iſto c. expenſarum, poteſt tertio prouocari, ex quo eſt nouum grauamen, ſecundum Ang. in d. l. 1. C. ne li. ter. prouo. & Phi. in d. dire-
282 cte, col. 3. ver. 3. concluſio, &c. † Item in-tellige & declara, ꝙ licet quis non poſſit m tertio prouocare, tamen ſi aduerſarius appellat, põt inhærere appellationi aduer-ſarij, & producere iura ſua, perinde ac ſi ip-ſemet appellaſſet. quia qualibet appellatio eſt cõis vtriuſque partis, ſecundum Phi. in d. c. directe, col. pen. verſi. 5. concluſio, &c.
283 † Item intellige & declara, ꝙ licet quis poſſit tertio prouocare, poteſt tamẽ dicere de nullitate tertiæ ſententiæ, & ſic ſuccum-bit ſuper iſta nullitate, põt iterum appella-re, tanquam a nouo grauamine, ſecundũ, Io. de Imo. in d. c. ſua nobis, de app. & Ph. in c. directe circa, fi. ver. noua cõcluſio, &c. ibi vide plene per eun. de reliquis ſpectan-
284 tibus ad hanc materiam. † Secundo li-mita, nõ procedere in cauſa, in qua aliquis n fuit verus contumax, quia non auditur appellans, l. 2. C. quo app. non recip. & l. ex conſenſu, §. fi. ff. de app. & ibi Bar. Imo.
285 & Doc. † Quis aũt dicatur verus contu-o max, ꝓ credit plene Bar. in l. fin. ff. de in in-teg. reſtit. & Bar. & Alex. in d. l. ex conſen-ſu, §. fi. & Alex. in l. properandum, §. fin aũt reus, C. de iud. tamen vera concluſio quan-tum ad propoſitum noſtrum eſt, ꝙ ille dr̃ uerus contumax, qui fuit citatus perſona-liter, & potuit uenire in termino, & non ue-nit, uel ſi fuit citatus in domo, & poſtea ci-tatio peruenit ad eius notitiam, & potuit comparere in termino, & non uenit. Quod intellige quando legitimè uenit ad ſui no-titiam, puta per ſcripturam citationis uiſã poſtea per eum, uel per relationem nuncij, ſecus ſi per relationem uxoris, uel aliorum de domo, quia tunc non eſt uerus contu-max quia poteſt dicere, ego nolui habere fidẽ uxori, uel alij domeſtico, ita hæc oĩa concludit Alex. in d. §. fin autem reus, col. 2. & 3. & ſunt de mente Bar. in d. §. fi. item requiritur copulatiuè, ut dixi, ꝙ citatus potuerit compare, quia ſi fuit impeditus, non dr̃ uerus contumax, ex quo per eum non ſtetit, ſecundũ Ale. in l. 2. §. ſi quis cau-tio. & habetur in deciſ. 39. conſi. Neap.
286 † Et adde hic ꝙ ad effectũ, vt uerus con-tumax nõ audiatur appellãs, ſufficit, ꝙ fue-rit contumax ad ſententiam audiendam tantũ, licet in toto proceſſu non fuerit con-tumax, ita tenet Ale. in l. ſæpe, col. 2. 4. ff. de re iud. & idẽ Ale. in d. §. fin autem reus, co. 3. in fin. uerſ. 8. concluſio, &c. Et pro iſta opin. pondero tex. formalem in l. & poſt edictum, §. fi. ff. de iud. ibi, abſentem ex pe-remptorio condemnatum, &c. quod tamẽ intellige, & declara, dummodo ſic citatus peremptoriè, aliàs poſſet appellare, ut pro-batur in d. l. & poſt edictum, §. fin. & tenet expreſsè Alex. in d. §. fin aũt reus, uerſi. 3. a concluſio, &c. Vnde quoad hunc effectum ſemper eſt inſpicienda citatio, uidelicet an in ea ſit poſitum uerbum, perẽptoriè, &c.
287 † Itẽ adde, ꝙ ſicut uerus contumax non poteſt appellare, ita minime poteſt allega-re litis pendentiam, ſecundum Ale. in l. 2. col. 2. ff. de re iud. nec poteſt ſupplicare, ſe-
288 cundũ Phil. Dec. in conſ. 34. col. 1. † Ille ergo, q̃ fuit alio modo citatus, puta in do-mo, & non habuit legitime, notitiã cita-tionis, dr̃ fictus contumax, & põt appella-re, ſecundũ Bald. in l. ea quæ, C. quo. & qñ ind.

iud. & Barto. in d. l. fin. ff. de in integ. reſt. & Ale. in d. §. ſin aũt reus, verſ. ſecunda concluſio &c. Et ſic not. quod fictus cõtumax non punitur, quia in eo non arguitur dolus, ſicut in vero contumace, unde minime poteſt mulctari, quia mulcta nõ irrogatur, niſi propter veram contumaciam, ſecũdũ Bal. in l. & in mulctis. C. de app. & Bartol. Bal. & Alex. in l. 1. §. ſi. ff. ſi quis ius di. non
289 obtẽ. † Et per hoc infero, quod in regno per conſt. regni, contumax condemnatur ad tertiam partem mobilium, & ex quadã generali conſuetudine nonnullarum curiarũ in regno exigitur unus tarenus pro pœna contumaciæ, & in nonnullis curiis diuerſarum terrarum exigitur unus auguſtalis, dico, quod illa exactio pœnæ debet fieri contra uerum contumacem, & non contra
290 fictum per prædicta. † Quibus etiam adde, quod nõ ſolum is, qui fuit perſonaliter inuentus, dicitur uerus contumax, ſed etiã is, qui procurauit, ne citatio perueniret ad eius notitiam, ut quia latitauit, uel aliter ſe abſcondit, iſte enim habetur pro uero contumace, ſecundum Alex. in d. §. ſin autem reus, uerſ. quinta concluſio. &c. per ea, quæ
291 habentur in cle. 1. ut lit. pend. † Vltimo, ſuper hac materia ſcias, quod uerus contumax non appellat, ſcilicet a cauſa principali. Secus eſt, ſi condemnatur in expenſis ratione contumaciæ, quia ſi in iſta cõdemnatione compareret, poteſt ab ea appellare, ſecũdum Bal. in l. ſancimus, col. ſi. C. de iud. & in l. terminato, col. pen. C. de fruct. & lit. expen. & in aut. generaliter. C. de epiſc. & cl. & Phil. in c. ſæpe, col. 15. in 11. & 12. q. de app. ubi etiam ponit, an uerus contumax poſſit appellare à taxatione expenſa-
292 rum. † p Tertio principaliter limita non
p procedere in cauſa, in qua aliquis eſt con-
q feſſus, q & conuictus, quia appellare non poteſt, l. 2. C. quo. app. non recip. & habetur plene per Phil. in c. cum ſpecialis. §. porro, col. 2. de app. ubi limita, quando quis eſt ſponte cõfeſſus. Secus ſi per tormẽta, quia tunc appellat. Item limita, qñ probatio per quã eſt cõuictus, eſt clara. Secus, ſi dubia. Item etiam tenet plene Ioan. de Imol. in l. ſi. §. iuſſus. ff. de app. & Bal. ĩ d. l. 2. col. 2. & ibi etiam gl. ſi autem eſſet ſolum confeſſus & nõ conuictus uel ſolum conuictus, & non confeſſus, põt appellare, quia iſta duo requiruntur copulatiuè. ut no. gl. & Imol. in antepen. colu. & in d. §. iuſſus, & Bald. in d. l. 2. col. 2. licet contra hoc uideatur facere tex. & ibi not. in c. Ro. §. ſi autem. de ap. li. 6. ubi innuitur, quod confeſſus non audiatur appellans, licet non ſit etiam conuictus, & ratio eſt, quia cõfeſſio in iudicio inducit notorium, & in notorijs non appellat. ut dicam in ſequenti limitatione. Aliqui faciunt differentiam inter ius canonicum, & ciuile, ſ. de iure ciuili requirantur illa duo copulatiue, ſed de iure canonico ſufficiat, quod ſit ſolum confeſſus, pe. § ſi aũt, tñ ueritas eſt iſta, quod de utroque iure nulla ſit dñia, & requiritur copulatiuè tã in ciuilibus, quã in criminalibus quiſ ſit cõfeſſus, & conuictus, ut nõ appellet ad hunc effectũ. ſ. ut eius appellatio nõ admittatur nec per iudicem a quo, nec per iudicem ad quem, ſed indiſtincte fiat executio, ſed qñ aliquis eſt confeſſus tantum, poteſt appellare ad hunc effectum, ut eius appellatio recipiatur per iudicem ad quem, & inhibeatur iudici a quo. quia iudex a quo, non tenetur deferre tali appellationi, quæ induxit notorium contra ſe per confeſſionem, & poteſt ante inhibitionem exequi ſñiam, & ita loquitur d. § ſi aũt; ſed iudex ad quẽ, admittit illam, & poteſt diſcutere de errore cõfeſſionis, & interim inhibere, quia iſtud operatur appellatio in confeſſo, quia poteſt coram iudice ad quem reuocare cõfeſſionem, docendo de errore, ſecũdũ Bar. in d. l. 2. in fi. C. quo. ap. non rec. & hoc procedit qñ quis appellat nulla expreſſa cauſa, ſed qñ infert cauſam in appellatione, ut quia allegat errorem cõfeſſionis, tunc etiam iudex a quo, tenetur illi deferre, & nõ põt exequi etiã ante inhibitionẽ, ita hæc oĩa concludit in effectu Abb. in d. ca. cum ſpecial. §. porro, col. 3. & ibi etiam Phil. ubi ita concordant opi. & utrunque ius, & eſt de mente Bar. in d. l. 2. uerſ. tu dic uerius, &c. ubi dicit, qđ ſi non concurrunt illa duo, tenet appellatio, poteſt tñ iudex a quo, non deferre & exequi ſñiam, &c. & ſic ſub breuib. uerbis Bal. concludit opin. prædictam, quam tenẽt Doct. in d. §. porro, & hoc proprie innuit tex. in d. § ſi autem, ubi dr̃, q iudex ad quem debet inhibere, ne ſententia executioni mandetur, &c. & eſt de mẽte Doct. maxime Imol. in d. l. ſi. §. iuſſus. ff. de appellatio

† Quar-

293 † Quarto principaliter limita, non ꝓcede
re in factis notorijs, quia in illis non ad-
mittitur appe. tex eſt in c. cum ſit, in fi. & c.
ꝑuenit, & c. conſuluit, el 1 de app & no. Ph.
& Ab. in c cum ſpeciali §. porro, col. 2. de
appe & eſt tex. cum gl. in c. Rom. § ſi aũt,
de appel. lib. 6. Quod tamen intellige, niſi
in appellatione inferatur cauſa rõnabilis,
quia tunc etiam in notorijs admittitur ap-
pellatio, vt eſt gl. in verſ. mandetur, in d. §.
ſi autem, & Phil. in d. § porro, colu. 3. & in
d. c. conſuluit, alias regulariter nõ admitti-
tur, vt ſuper & tenet Lud. Rom. in conſil.
324. & de hac materia vide, quæ dixi ſupra
in 2. quæſ. princ. verſ. 8. limita &c.
294 † Quinto limita, non procedere, quãdo
quis fuit cõdemnatus de crimine falſæ mo
netæ, quia non poteſt appellare, ſed damna
tur vltimo ſupplicio, ſine appellat. di reme-
295 dio, tex. eſt in l. 1. C. de fal. mon. † Sexto li
mita, non procedere in eo, qui eſt condem-
natus de raptu virginis, quia damnatur vlti
mo ſupplicio, & non poteſt appellare ꝓꝑ
immanitatem criminis, text eſt in l. 1. §. ſi
autem. C. de rapt. virg. & And. de Iſer. in ti.
quæ ſint reg. verſ. & bona, col. 19. in fin.
296 † Septimo limita, non procedere in latro
ne inſigni, & famoſo. Itẽ in ſeditioſo. & au
ctore alicuius factionis, quia quicũque dã-
natur de hmõi criminibus, vel altero ipſo-
rum, non appellat, nec ſuperſedetur execu-
tio, tex. eſt in l. conſt. ff. de ap. & in l. ſi quis
filio exhæredato, § hi aũt. ff. de iniuſt. rup.
teſt. & And. de Iſer. vbi ſupra, col. 10
297 † Octauo limita, non procedere in crimi
ne læſæ maieſtatis, quia in eo cõdemnatus,
non app. tex. eſt in d. l. conſtitutiones ſecũ-
dum intellectum Bar. ibi. dum loquitur in
telligendo illam l. de proditore, qui dicitur
dux fractionum, per l. quiſquis. C. ad l. Iul.
maieſt. & iſtam limitationem tenet in ſpe-
cie Fel. i c. ſicut, el 1. de ſimonia, & vide An
dr. de Iſe. in c. 1. ver. & bona, col. 9 quæ ſint
298 reg. † Nono limita non procedere in cri-
mine ſimoniæ, nam condẽnatus de eo non
appellat ex quo æquiparatur crimini læſæ
maieſtatis. & hæreſis, vt no. gl. in c. 1. de teſ.
li. 6. in glo. fi. ita tenet Fel. in d. c. ſicut, el 1.
de ſimo. per illum tex. qui dicit, ꝙ mox dẽt
ſnſa executioni mandari in crimine ſimo.
299 † Decimo limita, non procedere in crimi
ne hęreſis, quia condẽnatus in tali crimine
non appel. cap. vt inquiſit. de hær. lib. 6. &
Fel. in d. c. ſicut, vbi limitat in omnibus ꝑ-
dictis criminibus, niſi quis appellaret ante
ſniam, quia tunc põt ſcdm eum, & vide ad
hoc pulchre Ang. in conſi. 188. vbi multũ
ſingulariter loquitur, item omnes prędicti
caſus intelliguntur, et ſi fuit quis cõuictus
tantum, vel confeſſus tantum, & ſic non v-
trunque cõcurrit copulatiuè, ſcdm Bar. in
300 d. l. conſt. † vndecimo limita, non pro
cedere in eo, qui fuit condemnatus pro de
bito publico, ſeu fiſcali, quia nõ poteſt ap-
pellare tex. eſt, & ibi per Doct. in l abſtinen
dum, & l fi. C. quo. app. non reci. & in c. ei,
qui appe. §. quoties, 2. q. 6. & Spec. in tit. de
app. §. in quibus, ver. 4. quod intellige, qñ
fiſcus tractat de dãno vitando. Secus ſi de
lucro, vt in pęnis pecuniariis, q̃a tunc põt
appellari ſcdm And. de Iſe. in c. cõſ. intẽtio
386 materia, † q̃d à ſnĩa delegati appellatur
ad delegãtẽ, & nõ ad aliũ ſuperiorẽ, tex. eſt
in l. 1. in prin. ff. quis & a quo app. & Im-
peratores, § 1. ff. de app. & ibi gl. in l. pcipi-
mus, §. hæc ſi & ibi gl. C. de app. & no. Bar.
in d. l. 1. §. ab eo. Sed a ſnĩa ſub delegati,
ad quẽ appellatur ? dic q̃ ſit differentia. Si
delegatus ſubdelegat totã cauſam appella-
tur ad primum delegãtem omiſſo medio.
Si vero nõ delegat co. ã ſe ſed aliquid ſibi
reſeruat, & tunc appellatur ad ipſum ſubde
legantem proximum. Iſta eſt cõis cõcluſio
quæ traditur p gl & Doc. in c. ſuper qõnĩ.
§. porro de off. delegati, quã tenui ſupra in
5. diſ. iudiciorũ, verſ. 4. differũt, & c. eſt gl.
387 in c. ſi is, cui de off. del. l. 6.† Prædictam
regulam limita non procedere in caſu, quã
do delegãs eſſet ſuſpectus & ratione ſuſpi-
cionis cauſam delegauit alteri nõ ſuſpecto

iuxta ea, quæ traduntur in c. iudex ab apo-
ſtolica, de off. dele. li. 6. quia tunc nõ appel-
latur ad delegantem, ſed ad alium ſuper o-
rẽ omiſſo medio, vt habetur plene per doc.
in c. ſi quis contra clericum fo. comp. & p.
gl. in c. ſi is cui, de off. dele. li. 6. & Phi. in c.
dilecti. el 2. co. 5. ver. 6. limitatio &c. de ap.
388 QVARTA regula ſit, † quod vacan-
te imperio, appellatur indiſtincte ad Papã,
obmiſſo medio, ita tenet Ab. ĩ c. licet ex ſu-
ſcepto, & ibi ẽt Fel. in 2. col. de foro cõp.
389 QVINTA regula ſit. † ꝙ ſi ĩ aliqua ci
uitate deeſt, uel abeſt iudex appellationis,
poteſt appellari ad Decuriones, & prima-
tes illius ciuitatis, ſecũdum Bar. in l. vbi ab
ſunt. ff. de tu. & cura. da. ab his, & Bart. in l.
quoties. ff. ad mun. & Bal. in l. 2. C. quando
fiſc. uel priua. in 2. col. per tex. quẽ dicit ad
hoc eſſe ſingularem, in §. & hoc peruenit.
in auth. vt nulli iud. & Fel. in c. quærelam
col. fi. de iureiu. de cuius dicti ueritate, uide
plene Fel. in rub. de app. col. 4. & 5.
390 † Et no. illum tex. in d. § & hoc peruenit
per quem habes quotidianam practicam,
quãdo officialis ciuitatis facit aliquam in-
iuſtitiam prohibendo aliqͥd fieri, qđ de
iure prohiberi non poteſt, nam tunc poteſt
haberi recurſus ad epiſcopum ciuitatis, vel
ad Decuriones, vt prohibeant iudicem, &
prouideant huic iniuſtitiæ.
391 SEXTA regula ſit, † quod ſi iudex lai-
cus committit cauſam epiſcopo, à ſenten-
tia non appellatur ad Papam, ſed ad ipſum
delegantem laicum, uel ad eius ſuperiorem
laicum, ſecũdum Bal. in l. ſi qui litigantiũ,
circa fin. C. de epiſc. aud.
392 SEPTIMA † regula ſeu concluſio ſit,
quod quando duo iudice pronunciauerũt
ſuper eadem cauſa, quorũ unus eſt laicus,
& alter Clericus, appellari debet ad ſupe-
riorem eccleſiaſt. attẽto digniori, ita dict.
Bar. in l. 1. §. ſi quis, col. fi. ff. de app. & Ale.
in conſ. 186. incip. viſo proceſſu cauſæ ver
tentis, &c. in 1. col. in 2. vol. & Sal. in l. præ
cipimus, C. de app. & Iaſ. in l. imperiũ. col.
3. verſic. 4. facit &c ff. de iuriſ. omn. iud. &
393 Bal. in rub. extra de app. † & idem eſt, qñ
clericus, & laicus eſſent arbitratores, quia
reductio fit ad ſuperiorem, eccleſiaſticum,
vt no. Lud. Rom. in conſi. 265. & Iaſ. in d.
394 l. imperium, col. 1. † prædictis adde. quæ
in ſimili no. Soc. in conſi. 12. col. 6. in 1. uo.
lu. & Iaſo. in l. ſi emancipatis. C. de colu. &
Fel. in c. 1. col. 4 de præſc. vbi ſingulariter
dicit Fel. ꝙ ſi ſunt plures inquiſiti per iudi
cem ſecularem de aliquo crimine, inter
K quos eſt & vnus clericus, qui petit ſe remit
ti ad epiſcopum, poſſunt omnes alij inqui
ſiti laici petere ſe remitti ad epiſcopum, oc
caſione clerici, & eſt notabile dictum, licet
ſubdat Fel. ibi, quod ſi epiſcopus non puni
uit laicos ſufficienter, poſſet poſtea iudex
ſecul. iterum eos punire.
395 † OCTAVA regula eſt, quod a decre-
to decurionum, ſeu priorum ciuitatis põt
appellari ad capitulum, ſeu officialem ip-
ſius ciuitatis, dummodo habeat merum, &
miſtum imperium, & non ſit creatus ab ip
ſius decurioribus, ſed ab alio ſuperiore, ita
tenet Bar. in l. 1. §. ſolent ff. quando app. ſit
396 & ibi tenet Bar. † qđ nemo poteſt eſſe iu-
dex appellationis. niſi habeat merũ, & mi-
ſtũ imperiũ, q̃a appellatio ẽ miſti imperij.
397 † NONA regula eſt, ſi iudex laicus, pro
nunciat ſe competentem in aliqua cã ſpiri
tuali, debet à tali pronuncia appellari ad e-
piſcopum, & non ad ſuperiorem laicũ, ſe-
cundum Bal. in conſ. 44. in 2. vol.
398 † DECIMA regula eſt, quod in regno
a ſentẽtia omnium iudicum ordinariorũ,
quarumcunque ciuitatum, poteſt appella-
ri ad magnam curiã uicariæ, & ſimiliter à
ſententia regis, appellatur ad magnam cu-
riam, dummodo nõ ſit de conſiliariis, quia
ſi delegatus eſt de cõſiliarijs, appellatur ad
ſacrum conſilium, & non ad magnam cu
riam, hoc probatur in cõſt. ſtatuimus, la 2.
& ibi hoc expreſsè tenet Mat. de Aff. in ſ.
no. & in conſt. cum noua.

SEXTO, principaliter ſequendo ordi-
399 nem præpoſitum † quæro quibus appel-
lationibus ſit deferendum, uel non. Super
hac quæſtione facias regulam generalem,
l quæ eſt l affirmatiua, ꝙ regulariter iudex
à quo, tenetur q̃libet appellationẽ admitte-
re, ſcđm Alex. in l. 1. col. pe. ff. ſi quis caut.
& ſi ipſam non admittit, ſeu non defert il-
li, punitur ad pœnã 30. librarũ auri. tex. eſt
in l. quoniam iudices, C. de appe. & in c. de
m priore, & ibi Phi. de ap. ubi de m iure cano
nico iudex non deferens, mittitur ad ſupe-
riorem puniendus arbitrio ſuperioris, ſed
de iure ciuili eſt ſtatuta pœna 30. librarum
auri, ut d. l. quoniã iudices, & l. iudicib. C.

de app. & no. Spe. in tit. de app. §. nunc dicamus, in prin. Istam regulam limita, nõ procedere in omnibus casibus, in q̃bus appellatio eſt prohibita à iure, & in quibus iudex poteſt procedere appellatione pendente, quia in illis, non tenetur appellationi deferre, c. cum appellationibus de app. lib. 6. & per ea, quæ no. Doc. in d. c. de priore, & q̃ ſint iſti caſus, pt ſatis aperte & colligi ex his, quæ dixi ſupra in 2. q. prin. uer. 3. differentia in limitationibus primæ regulæ, & ſupra in 4. q. prin. per totam cumulaui omnes caſus, in quibus ꝓhibetur appellatio.

SEPTIMO, principaliter quæro,
400 † quid poſſit facere iudex appellatione pendente. Dic quod regula eſt negatiua. ꝙ iudex a quo, pendẽte appellatione, uel pendente dicendio dato ad appellandum, nihil poteſt innouare in cauſa, ut eſt tex. in l. 1. & ibi Bart. ff. nil no. app. pend. & in c. nõ ſolum. de app. li. 6. imo innouata reuocantur per remedium attentatum, ut no. plene Phil. in c. conſuluit. el 2. & ca. bona de ap-
401 pel. † Et circa iſtam materiam n attentatorum ſcias unam pulchram differentiam inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, quia quãdo ſumus in appellatione iudiciali, reuocantur omnia attẽta, etiã quæ non ſunt directo contra appellationẽ, ſed in extraiudiciali reuocantur ſolum ea, quæ ſunt contra appellationem, & non alia ita pulchrè tenet Phi. in c. 1. in ult. no.
402 de app. † Item adde, ꝙ adhuc ut attentata reuocentur, eſt neceſſe, ꝙ appellatio fuerit intimata iudici & parti, alias iudex & pars ſemper poſſunt de iure procedere in cauſa quando non habent notitiam, appellationis & iſta attentata ab ignorantib. appellationem, non reuocatur, ita tenẽt Ant. de Brut. & Imo. in c. fi. col. fi. de app. & ibi etiam Phi. antep. col. uerſ. ult. quæritur, &c.
403 † Poteſt peti reuocatio attentatorum, uſque ad concluſionem in cauſa, & nõ ultra, ſecundum Phil. in c. dilecti. el 3. colu. 2. de appel. & ibi ponit aliquas limitationes, in quibus attenta non reuocantur. Et de multis priuilegijs attentatorum, uide plene per eundem Phi. in c. bonæ memoriæ, col. 4. & 5. de app. ubi ẽt tenet, quod poteſt fieri reuocatio attentatorum, niſi cauſa cognita & parte citata, & Phil. Dec. in conſ. 200. item illud, ꝙ dixi, quod debet appellatio eſſe intimata iudici, & parti, ad hoc ut attentata reuocentur, intellige in appellat. iudiciali, ſecus in extraiudiciali, quia in ea reuocantur, etiam ſi non fuerit intimata, ſecũdum Phi. in c. bonæ memoriæ, col. 13. uer. 9. con-
404 clu. & c. de app. † Item adde, ꝙ intantum eſt priuilegiatum remedium attẽtatorum ꝙ agenti ut attenta reuocẽtur, nõ põt opponi exceptio excommunicationis, ſecundum. Ph. Dec. in conſ. 200. colu. fi. uerſi. 24.
405 † Nec etiã põt opponi exceptio proprietatis, ſecundũ Car. in d. c. bonæ col. 3. uer. nota ex tex. ibi, proprietatis &c. de app.
406 † Item, tenetur is, qui attentauit ad reſtitutionem fructuum medio tempore perceptorum a die interpoſitæ appellationis, ſecundum eundem Card. in d. c. bonæ. colum. 3.
407 uer. nota ex tex. ibi, tempore, &c. † Item iſta attentata reuocantur duplici uia. Vno modo intentando principaliter officiũ iudicis ſuper ipſorum reuocatione, ſecundo mõ, acceſſoriè, proſequendo appellationẽ, ut declarat Car. in c. dilecti. el 3. col. 1. in tit. de app. Iſtam regulã huius q. limita non ꝓcedere in oĩbus caſibus, quos numeraui ſupra ĩ 2. prin. uer. 4. dña, & c ubi plures limitationes cumulaui, in quibus iudex põt attentare, & procedere pendente appellationẽ. Et ſimiliter põt limitare in omnib. caſibus in quib. app. de iu. eſt prohibita, quia non tenetur iudex illi deferre, prout plene iſtos caſus cumulaui ſupra in 4. q. princ. & ad ibi dicta me remitto.

OCTAVO & ult. conſequendo ordinẽ
408 præſuppoſitum, quæro, † qñ & ex quib. cauſis appellatio dicatur deſerta. In hoc facias primo regulam generalem, quæ ſe habet, qđ iudex in dubio debet ſemper ꝓnũciare appellationem non eſſe deſertã, quia debet eligere, uiam mitiorem, per quã ius non remaneat, peremptum litiganti, ita tenet Pau. de Caſt. & ibi etiam Alex. in pen. colu. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis cau. & Phi. Dec. in l. quoties nihil. ff. de reg. iu. & Fely. in c.
409 ſignificauerunt. colum. 1. de teſt. † Quis autẽ iudex pronunciet ſuper deſertione appellationis, utrum iudex a quo, uel iudex ad quẽ, ſupra dixi in 2. q. prin. in 4. differẽtia 19. limitat. & ibi uide. Sed ubi caſus eſt clarus, quod appellatio ſit deſerta, tunc iudex pronunciabit illã deſertam, & perinde habetur, ac ſi appellatũ non eſſet, ut habe

in

in conſt. appellationum tempora, & no. gl.
in verſ. executioni, in l. 2. C. de temp. app. &
Car. in cle. ſi appellatione, in 1. q. de app.
Nec eſt neceſſe, ꝙ opponatur de deſertio-
ne, quia iudex pt ex officio ẽt parte non op
ponente, opponere, & pronunciare appella
tionem eſſe deſertam, vt no. Ph. in c. ex ra-
tione, col. 20. ver. quoad ſecundũ dic, &c.
de app. vbi alleg. Bal. in add. Spe. in tit. de
410 app. verſ. iudex ex officio, &c. † Qui autẽ
dicuntur caſus in quibus appellatio effici-
tur deſerta? dic quod multi ſũt, qui poſsũt
colligi ex varijs librorum reuolutionib.
Et primus caſus ẽ, quãdo appellãs nõ fuit
ꝓſecutus appellationẽ infra annũ vel bien
niũ ſecundum formã auth. ei, qui appellat,
C. de temp. app. & c. cũ ſit Romana, &c. ex
rõne, & ibi plene ꝑ hoc, de app. & dixi ple-
ne ſupra in 3. q. prin. verſi. ſequitur modo
videre de tertio tempore, &c. niſi excuſare-
tur aliqua iuſta cauſa, vel impedimento, vt
411 ibi dixi. † Secũdus caſus eſt, quãdo appel
lans nõ p̃ſentauit proceſſum iudici ad quẽ
infra 50. dies, & citari fecit partem, quia in
regno appellatio eſt deſerta, per d. conſti.
appellationum tempora, & ibi And. de Iſe.
de quo dic, vt plene dixi ſupra in 3. quæſt.
princ. verſic. ſequitur modo videre de ter-
tio tempore, &c. habetur in dec. 185. con-
ſil. Neapo. Adde tamen circa hoc, quod in
ſacro conſ. Neap. eſt ſtylus, quod ſi proceſ
ſus præſentatur poſt 50. dies ante, quam
ſit pronunciatum appellationem eſſe de-
ſertam, reuidetur cauſa ex eiſdem actis de
æquitate, & pronunciatur bene, uel male iu
dicatum. ita de hoc eſt deci. 244. in fi. conſ.
Neap. & deciſ. 79. Vnde cautela eſt, quod
appellatus ſtatim cũ videt elapſos 50. dies,
compareat, & petat appellationem pronun
ciari deſertam, coram iudice, ad quẽ, quia
ſi poſtea præſentatur proceſſus appellatio
reperitur deſerta ipſo iure, & iuriſdictio de
uoluta eſt iudici a quo, ita tenet Matth. de
Afſl. in d. conſt. appellationum tẽpora, col.
412 4. in fi. † tertius caſus eſt, ſi iudex a quo,
ſtatuit breuiorem terminum ad proſequẽ
dum, quod poteſt facere, vt eſt text. in cap.
perſonas & in ca. cum ſit Romana, & in c.
oblatæ, & in cap. reprehenſibilis, & c. ſæpe,
& ibi per doc. de ap. & probatur in d. cõſt.
appellationũ tempora, verſi. ceterum, nã ſi
infra terminum ſtatutum nõ proſequitur
appellatio remanet deſerta, de quo vide
quæ plenè dixi ſupra in 2. q. prin. verſ. 21.
limita, &c. vbi plenè diſtinxi, & an & quan
do iudex poſſit breuiare terminũ ꝓſequen
di ibi uide. Et per d. verſic. ceterum eſt cau
tum hodie in regno, quod iudex ad quẽ po
teſt pro locorum diſtantia ſtatuere termi-
num appellandi ad præſentandũ proceſſũ
corã ſe, & ſic poteſt breuiare tẽpus 50. die-
rum, nõ ãt prorogare, vt ibi dicitur in tex.
& ex lapſo tempore breuiato, remanet ap-
pellatio deſerta, licet nondum ſint comple
ti 50. dies, ex quo iſte terminus iudicis ſuc
cedit in locum termini legalis, quia lex dat
hanc poteſtatem iudici, ita tenet Matth. in
d. conſt. Appellationum tempore, col. 2. &
prędictis adde. Card. in d. cle. cõſtitutionẽ.
413 §. inſuper. in 1. q. de ele. † Limita tamẽ p̃-
dicta non procedere in perſona, q̃ põt pe-
tere reſtitutionem in integrũ, quia licet nõ
fuerit ꝓſecuta appellationẽ infra 50. dies,
vel infra tẽpus ſibi ſtatutũ a iudice, poteſt
tamen infra quadriennium continuum pe
tere reſtitutionem in integrum aduerſus
temporis lapſum, & reſtituetur ad tantum
tempus, infra quãtum fuit læſio, & de hoc
eſt dec. 175. conſ. Neap. tex. in cl. 1. de reſt.
414 in integ. † Secundo limita, non ꝓcedere,
quando appellans fecit ſuam diligentiam
infra 50. dies, ſed ſtetit per iudicem appel-
lationis, ſed per eius ſecretariũ, vel audito-
rem, & noluit expedire literas infra termi-
num, quia tunc ſtante dicto impedimento
poteſt appellationem proſequi, de hoc eſt
415 deci. 79. conſi. Nea † Tertio limita, non
procedere in cauſis beneficialibus, quia in il
lis iudex non poteſt breuiare terminum iu
ris, niſi vtraque parte uolente, & ſi breuia-
uit de facto, & labitur tempus a iudice ſta-
tutum, nõ cenſetur deſerta appellatio, niſi
totus terminus iuris labatur ita pulchre di
cit Phi. in c. cũ ſit in fi. col. de ap. & in c. cõ-
ſtitutus, el 2. col. 1. eo. tit. vbi plus dicit in
hanc materiã, quod licet appellatio ſit de-
ſerta per negligẽtiam partis in cauſis bene
ficialibus, tamẽ nunquam cenſetur deſerta
quo ad iudicẽ, ſemper iudex poteſt ſupple-
re, & ꝓcedere ex officio, & inquirere deme-
416 † ritis cauſæ. Quarto caſu eſt, quãdo ap-
pellans nõ petiit ꝑ apoſtolos infra 30. dies,
quia nõ obſtãte quod alias legitime appel-
lauerit, remanet appellatio deſerta, ob non
petitio-

petitionem Apoſtolorum tex. in cl.quamuis de app. in c.ab eo.de appel. lib. 6. & in l.ducib C. de appel. & Bar.in l. 1. ff. de libel.dim. & Lud.Ro.in conſi. 2. Et hoc eſt de iure cõi, ſed in regno in curia ſeculari debeant peti Apoſtoli, ſed non de neceſſitate inf. 30. dies, ſe ſufficit, q petantur, & præſententur inf. 50. dies datos ad proſequendo per conſt. regni, ita tenet And. de Iſer.in d.conſt app tpa, & ibi ẽt Matth.in 7.col.in princ.vnde remanet concluſio, q hodie in regno remanet appellatio, deſerta, ſi non fuerint petiti Apoſtoli, ſaltẽ inf. 50. dies de qua materia dic vt plene dixi ſupra in 7 q.princ.ver. viſo primo tpe appellandi, &c.
417 † Collige ergo ſub compendio, q hodie in regno appellans debet omnia iſta expedire copulatiue, inf. 50. dies, videlicet pñtare appellationem, & proceſſum, & Apoſtolos iudici ad quẽ, facere citari partẽ ad proſequendũ, & hre reſponſum congruum a iudice appellationis, & licentiatus recedere, vt dicit And. de Iſer. ibid.in pen.& fi.col. Alias ſi vnum ex iſtis deficit, appellatio remanet deſerta, vt declarat Matth.in d. conſt.appellationũ tempora, in 10. no. & ibi probatur in tex. in fi. iuncta declaratione, quam facit ibi Andr.de Iſer. Et prædictis adde Fel.in c.ꝑſonas, de app. vbi dicit Apoſtolos eſſe partẽ appellationis, & ſic non videtur appellaſſe, qui Apoſtolos non petit.
418 † Adde tamen, q hodie in regno non eſt neceſſe petere Apoſtolos inſtanter, & inſtantiſſime prout dicit, c.quamuis de appel. ſed ſufficit, q ſimpliciter, & ſemel petantur, ſecundum Matt.in d. conſt.appellationum tempore, col.7.in prin.in 9.not.
419 † Quintus caſus eſt, ſi appellans fecit diligentiam in proſequendo, & adiuit iudicẽ appellationis, & non potuit proſequi pp abſentiam iudicis, nam licet fecerit quicquid potuit, & fuerit proteſtatus quod per eum non ſtabat, prodeſt tamen tibi hoc impedimentum durante abſentia. Si tamẽ iudex reuerſus fuit, dẽt appellans iterũ inſtare, & cum importunitate ſolicitare iudicẽ, alias eo reſeruato, ſi non ſolicitetur, ex tunc efficitur deſerta appellatio, non obſtante priori impedimento, ita tenet Alex. in conſi. 19. col.2.& 3.& in 1.vol. vbi idem dicit, qñ ſtatutum dictaret, q cauſa appellationis cõmittatur, et decidatur infra tot dies, qui ſi appellans non ſolicitat cauſam committi cenſetur deſerta appellatio. cui adde Pau.de Caſt.in conſi. 135 in 2.uo. & Pet. Phi. Corn.in conſi. 44. col. 5. in 3. uo.
420 † Sextus caſus eſt, ſi iudex ſtatuit q terminum appellanti ad recipiendum apoſtolos pro tali die, & appellans non comparauit in illa die, cenſetur deſerta app. ẽt ſi iudex non venerit illa die ad locum, quo caſu ẽt ſi comparuiſſet appellans non potuiſſet illos hrẽ, nam non curatur de pñtia iudicis, ſed tantum lex conſiderat diligentiã appellantis, qui dẽt ſumma operari, vnde debet comparere, & proteſtari, q per eum non ſtat, alias appellatio efficitur deſerta, ita tenet Car.in cl.quamuis, §.fi.in 1.q.de app. q nota, quia prima facie quilibet rñderet in cõtrarium pp iudicis abſentiam.
421 † Septimo caſus eſt, qñ aliquis appellauit ab interlocutoria, & iudex nõ admiſit appellationem debet ẽt ab iſta non admiſſione appellare, alias appellatio cenſetur deſerta, & non põt grauamen repari per appellationem a diffinitiua, ſecundum Car. in cle.1. col.4. ver.& ex hac glo.&c.de dolo, & cont.& Inn.in c. paſt. col. 1. ſuper glo. in ver. ſuſpendatur de off. del. & Matth.in ſuis no.in 21.no. q nota, quia poteris per hoc ſæpius appellantem illaqueari facere.
422 † Octauus caſus eſt, quando appellans pendente appellatione aliquid inuocat ſeu attentat, in preiudicium aduerſarij. vt quia ipſum ſpoliat nã ex hoc ipſo cenſetur appellationem deſerere & illi renunciare, ex quo ſuæmet appellationi non defert, vnde qualitercunque faciat actum contra appellationem, cenſetur illam deſerere, ita tenet Bal.in c.ex parte Adæ, col.pe. ver. itẽ ſcias, &c.de teſt. & Ab.in c. ex parte, 5.co.2.ver. fi.pro declaratione, &c.de reſc. & Ang.in l.fi.C.de tẽp.ap.& Matth.in ſuis no.in 27. no.eſt tex.& ibi p Doc.in c.an ſit, de app.
423 † Nonus caſus eſt, qñ appellãs poſt interpoſitam appellationem accipit terminum ad ſoluendum id, q erat in ſñia pronunciatũ, vt ſolueretur, quia hoc ipſo cenſetur appellationẽ deſerere, & ſñiæ acquieſcere. Caſus eſt in l.ad ſolutionẽ, & ibi Bal. C. de re iud.& Lud. Rom.in conſ. 19. in fi.
424 † Decimus caſus, eſt, qñ is qui appellat poſt interpoſitam appellationem, litigat adhuc coram

ram iudice a quo, quia per hoc cēſetur appellationem deſerre, & illi renunciare tex. eſt in c. ſolicitudinem, de app. & no. Abb. in c. gratum, de off. dele. in 2. col. Quod tamen intellige, & declara, quando litigat poſt appellationem, ſecus ſi ante appellationē, puta infra tpſ appellandi ſecundum
42 † Abb. in d. c. gratum. † Item intellige, qñ facit actum incōpatibilem, & contrarium appellationi ſecus, ſi facit aliquem actum coram iudice a quo tendentē ad maiorem corroborationem ſuæ appellationis, vt q a requirit ipſum, vt non procedat executionem, quia tunc non cenſetur renūciare appellationi, ita de hoc eſt deciſ. Rotæ in nouis, in deciſ. 475. inc. ſi ille, qui a ſententia, &c. & tenet Abb. in c. quæſtioni, de app. & in c. cum veniſſent de eo, qui mit. in poſ. & plenè per Phi. in d. c. ſolitudinem, col. 4. & 5. Et generaliter, qñ appellans adit iudicē a quo ſuper innouatis, & attentatis non vſ renunciare appellationi, ſecundum Ab. in c. cum tenemus in 2. no. de appel. Plures alios caſus pōt diligens perquiſitor inueſtigare aſſidue ſtudio, ſed pro nunc iſtos decem tanquam magis quotidianos dixiſſe ſufficiat. Et per hæc remaneat expeditus iſte ſecundus actus huius vltimæ partis, iudicij, in quo fuit copioſa tractata materiā appellationis quoad capita magis principalia. Sequitur tertius & vlt. actus ſcilicet de executione. Laus Deo.

Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.

ADDITIONES.

a Non recognoſcens ſuperiorem, D. And. de Alſer. conſi. 63. in fi.

b Compater. Dec. in c. cūm ſpeciali, nu. 6 de app. Tiraq. in trac. de pen. cauſa 21. nu. 5. 6. & ſeq.

c Reſtitutio. De reſtitutione videas Octau. Veſt. in prac. Rom. Cur. l. b. 8. c. 3 vbi Granat. in addit.

d Minoribus. De hac reſtitutio eminorum, videas Couar. lib. 1. reſolut. ca. 3. 5. & 6. Tiraq. lib. 1. de retrac. § 35. gl. 1. nume. 2. Soc. reg. 266.

e Vltra dimidiam. Recur. ad Cagno. & ad Pinc. in d. l. 2. & ad Couar li. 1. prac. qu. c. 3. nu. 8. ver. 13. & li. 1. reſolut. cap. 10. Gozad. conſi. 44. nu. 15. Grauer. cōſ. 151. Soc. reg. 226. & 436. Boer. conſ. 30. & 39. nu. 3.

f Quadriennium. Cur. iun. conſ. 110. nu. 14. li. 2. Dec. conſi. 36. nu. 1. & conſi. 42. in fi. Plura cumulat Cagno. in l. 2. nu. 44. & 46. C. de reſcin. vend. & quando incipiat currere, vide Bello. conſ. 18. nu. 12. & 13.

g Per clauſulam ſi plus Lauren. Sil. in conſ. 4. nu. 6. dicit ꝙ ceſſat, ſi cuti ēt quando in contractu ſui appoſitum iuramētum, Couar. in relect. c. quamuis, in 3 par. § 4. n. 4. de pac. in 6. & etiam decretum iudicis. Fel. in c. quoniam contra, num. 13. extra de prob. & in c. cum cauſam, de teſtib. Add. ad dec. Guid. Pap. q. 22. litera C.

h Muliere, & Ruſtico, Grauet. conſ. 142.

i Clauſula ex certa ſcientia. Latè de iſta clauſula Dec & Cagn. in l. in totum omnia, ff. de reg. iur.

K Vſque ad quod tempus. Couar. lib. 2. reſolut. c. 3. nu. 13.

l Eccleſiæ. Eccleſiæ, Couar. vbi ſupra nu. 13. c. 3. & nu. 8.

m An Ruſticus, & An. & quando, & quib. caſibus ruſticus excuſetur. Tiraq. in tra. de pe. c. 11. per totum.

n Omne caſtrum. Et eſt cōis, de qua per Plo. in l. ſi quando, num. 24. C. vnde vi, & Dec. conſi. 42. in fi.

o Mulieribus. Videas de reſtitutionibus mulierum. Diui. in ſuis comm. opin. in 1. par. opin. 221.

p Cum iuramento. Vide Couar. vbi ſupra in 4. § nu. 4. Fran. Mar. q. delfin. 21. nu. 2. Bello. conſi. 18. nu. 7.

q Vniuerſitas. Rol. a Valle conſ. 59. nu. 7. lib. 1.

r Impediat executionem. Veſtr. tenet ꝙ ſic in pract. Rom. Cur. lib. 8. c. 3. num. 12. vbi Grauat. in addit. litera; E nu fin. Soc. regu. 246 Bello conſi. 18. nu. 21.

ſ An ſaltem poſſit peti. Rip. in l. 4. § cōdemnatum, nu. 31. ff. de re iud. dicit quod datur beneficiū reſtitutionis in integrū, etiam, contrarium conformiū, latè Nic. Ant. Granat. in annot. ad pract. Octa. Veſtr. lib. 8. c. 1. nu. 29. & Veſt. d. lib. c. 3. nu. 8.

t Coram quo iudice. Couar. li. 1. reſoluit. c. 4. latè examinat hunc articulum, vide ſupra in 5. par. nu. 36.

u Quis erit iudex. Videas de hac re Couar. li. 1. de reſolut. c. 12. per totum.

x Copia iudicis Gram. deci. 36 n. 76. Dec. in c. ſuggeſtum, nu. 4. de app. Bellame. concluſio. 391. Caſſad. deciſ. 8. de appel.

y Seu

y ſeu notario. ſecus quando copia iudicis haberi poteſt. Guid.Pap.dec.436.nu. 64. ſoc.late conſi.45.lib.1.Corn.conſi.292.colu.2.lib.3.

z In ſcriptis.ſoc.in tract.fallen. regu.19.Appellatio.

a Incontinenti. De iſta dictione incontinenti uideas Ferret.conſil.31.Zaſi.conſi.5.li.2.Rip.in l.ſi conſtante.ff.ſolu.mat.Tiraq. de retrac.conuen.§.1.glo. 5.num.6.Fran. Mar.q.delfin.579 & 601.

b Peti executio, Cor.conſi.95.li.4.Iaſ.in l.1.col.3.de eden.

c Cum reſeruatione. Vide Guid.Pap.d.deciſio.436.nu.91.Caſtren.conſ.7.& 270.lib.1.Rom.conſi.41.

d Ad interlocutoria. Rot.deci.748.in antiq. Veſtr.in pract.Rom.Cur.lib.3.c.10.nu.3. ubi Grau.nu.9.quo in loco ponuntur differentiæ inter appellationem a diffinitiua & ab interlocutoria.

e Poteſt iuſtificari.Pet.Duen.lib.1.regu. utr. iur.reg.48.appellatio a diffinitiua.

f Non poteſt iuſtificari Pet. Duen.ubi ſupra reg.47. Afflic.deciſ.79.& habet locum tm̄ in mera interlocutoria, Bonifa.de Vital.in d.clem.appellanti,de appell.Bellame.deci.47. Fel.in c.quo ad conſultationem, col. 9.de re iud. Dec.peruenit in l.2.in fi.eo tit. Grau.in annot.ad pract.Veſt.l.3. c.10.nu. 6.& 8.limita etiam,ut per Oldr.conſi.130. nu.13.& Rom.ſing.278.

g Prima Circa iſtam primam,uide Bell.cōſi. 25.nu.7. Meno.de arbi.iud.lib.1.q 32.Gabriel.li.1.conclu.tit.de teſtib.conclu.21.

h Torquendum. Veſtr.in pract. Roma.Cur. lib.7.c.3.nu.3. et infra nu.212.

i ſuſpendit iuriſdictionem. Limita ut per ſoc.reg.21. Duen.li.1.reg.utr.iur.regu.42. Contra in memo in ver.appellationē. Paris cōſ.28.nu.22.& ſeq.li.4. Veſt.in pract. Rom Cur.li.6.cap.pen. num.1.& ſeq. ubi addi.Grau ſub num.27. qui alios adducit late etiam uideas per Couar.pract.qq cap. 33.per totum.

k Excommunicationis Duen.ubi ſupra reg. 42.nu.8.infra.nu 351.

l In factis notoriis, Gramma.deci.46 & dec. 72.nu.5.& conſi.4. nu.13.& uoto 1.nu.2. & Capel.Tol.dec.176.ubi addi. Gui. Papi.dec.74. Car.late in ſua pra. in prin.inſ. enim.393.

m Vel iudex ad quem, Nicol.An.Grauat. in annot.ad pract.Veſt.cap.fi.li.8.num.30.

n Tenet. Idem tenet & comprobat. Grauat. in annot.ad pract. Octa. Veſtr.lib. 6.ca.3. in litera G.

o In ſindic.ſoc.reg.17. Paris de puteo,de ſindic.uerſi.appellatio,cap.1.nu. 17.& Amad de ſindic.nu.136.Conſti. Marchiæ Anchonit.libro 6 cap.2.

p Clauſula ſi & inquātum. Franc. Mar. q.delfin.271.ſoc.iun.conſi.18.uiſis num.14.& 15.lib.1. Viui.in ſuis comm.opi.in 1.par. opi.167. Iudex a quo late per Petr.Benintē. deciſ.Bononien.1.per totum.

q Infra decem dies,ſoc.in tract.fallen.regu. 393.& quando dicti decem dies incipiant currere,uide Veſt.in pract.Rom.Cur.li.7. capit.3.nu.21.ubi Grau.ſub nu.25.& eſt a die ſcientiæ,Graua.conſi.66.infra.nu.215.

r In carcere. D. Nicol.Ant.Graua.in add.ad pract.Octau.Veſt.libro 7.cap.3.n.56.in literā Q. And.de Alſer.conſilio 57.in cauſa uertente in curia,numero 24.

ſ Infra triginta dies.Guid.Papa. deciſi.436. nu.13.& Caſſad.deciſ.8.num.3.de appel.

t Magis communis. In hac opinione etiam eſt Miſenger.in ſing.obſeruarentur.quarto obſer.36.Grau.in ann.ad prac.Oct.veſ. libro 6 capitulo 2.num.56.ſeq.ubi late de materia apoſtolorum.

u Apo. Alberi,in diction.in uer. apoſtoli.

x Habet annum. Veſ.in practica Rom.Cur. lib.4.c.5.& 10.nu.2.& li.7.c.fi.nu.8.& 12.

y Te impedimento, Alex.conſilio 64.libro 1. & libro 6.conſilio 64.Affl.deciſ.50 Capi. deci.11.col.fin. Gomes,de hac re uideas in reg.de ann.poſſ.quę 76.

z Citare appellantem. Infra in ultimo actu, numero 16.ubi dixi.

a Contrariam partem. Tenet etiā hanc partē Boer.deciſ.183.Rom.conſ.174.ſiluan.conſilio 40.num.3.& alii quos refert Veſt. in pract.Rom.Cur.li.7.cap.fin. nu 18 ubi de comm.ibi per Grauat in annot.ſub n.42. & hanc prorogationem ſoli principi facere conuenit,ut per Grauat.d. loco.nu.43. Viui.in commu.opi.in 2.par.opin.23.

b In tpe appelland. Abb.conſi.77 li.2. Corſet.ſing.in uerſ.appellatio interponitur,& eſt receptitur ſini,de qua p Veſtr.in practi. lib.7.c.pen.ubi addit. Graua.nu.51. Viui. in 2.par.opi.comm.opi.23.

c Regulam. Circa quã regulam videas Soc. conſ.95.nu.1.lib.2.Iaſ.l 1.nu.17.ff.ſi quis cauti. Veſtr.in pract. Rom.Cur.lib.7.ca.3. nu.1. Patris conſ.27.num. 11.li.4. Tiraq. in tract.le mort.ſai ſit,le uiſ.in 6.par.decla ra.6.nu.9.

d Limita primo Centũ,& uigintiuno modis limita hanc regulam Nic. in concord. gl. concord.6.2 nu.15.uſque in fin. Bernar.de Luco etiam limitat,in reg.35.

e Ab executione Coraſ.lib.3. Miſcella.ca.2. num.5.Soc.reg.26.Grauat.conſ 109 li 2. Duen.lib.1.reg.utr.iur.regu.41.appellare. Viui in 2.par.opi.commu.opi.19.

f Modum excedat Alexan.conſ.113.nu.10. lib.1.Gra.conſ.16.lib.2.Rui. conſ.50.li.5. Berous q.131. Veſtr.in pract.Rom. Cur.li. 7.ca.3.nu.6.ubi Grauat.ibi ſum.num.44.

g Sententia arbitri.Coraſ.lib.3. Miſcella.c. 2.n.12.quod limita,ut per Soc.reg.17.Ta mẽ quãdo fuerunt electi uigore ſtatuti eſt ſecus.Soc.reg.24.& infra nu 27.limita & ut per Duen lib.1.reg.utr.iur,reg.57.arbi. tri.Viui.in 2 par.opi.comm.opi.18.

h Legis,vel ſtatuti.Soc.in tracta. fallen.reg. 24.ſupra uerſ.præcedenti.

i regulam affirmatiuã.Limita, ut per Soc.d. reg.24.Veſtr.in pract. Ro.Cur.lib.5.c.2.

k Magnum effectum. Nicol Ant.Grauat. in annot.ad pract. Veſtr. d.l.3.c.7.nu.4.

l Ad expenſas.Couar.pract.qq.ca.25. nu.6.

m Tertio prouocare. Veſtr.vbi ſupra.l br.7. c 3.n.19.Duen lib 1.reg. utr.iur.reg.50.

n Vetus contumax. Soc.reg.73. Grauat. in addit.ad pract. Veſt.li.7.c.fi.nu.54. & ſeq.

o Tradit plene Foller. in pract. crim.laicos, in 4.par.in ver.& ſic cõfitebitur.n.4. Veſt. in pract.Rom.Cur.lib. 7. c.pe.nu. 22.ubi addit.Grauat.nu.53.& ſeq.ſupra in 2. mẽ bro.1.par.6.par.prin.nu.8.

p Tertio. Limita pluribus modis,ut per Duẽ. lib.1.reg.utr.iur.reg.156.coniunctus.

q Conuictus.Quis dicatur conuinctus uide de Fulgoſ.conſ.123.nu.3.

r In actis notoriis.Guid.Papa.dec.74.Nico. Ant.Grauat in annot.ad pact Octa. Veſt. lib.7.c.3.nu 47.Tiraq. in tracta. de pænis in præfat.nu.69.ſupra,n.185.

ſ Officiali condemnato Viu. in 2.par.opin. commu.opi. 7.

t Interlocutoria.Io 1.de Amicis conſil.128. nu.2.ubi de cõmu.Duen.li.1.reg. utr.iur. reg.52.& Viui 2.par.opin.com. opin.17 Grauat.in add.ad Veſtr.li.3.c.10.nu.6.

u In cauſa poſſeſſorii. Viui.in 2. parte opin. commu.opi.22.dixi ſupra in 9 diſt.4.par. pri.nu.44.Beninten. deciſ. Bononien. 18. nu.5.late.dixi in meis regeſt.ad le.cum de poſſeſſione.C. ſi moment. poſſeſſ.ſub nu. me.144.

x Declaratur Dec cõſi.28. Bero 3 q.52. nu. 8.Contra in memor.in uerſ.appellari il 1. Veſtr.in d.lib.7.cap.3.nu.2.& nu.38.& ſe quen.per Grauat.in add.1.

y Poſſeſſione momentanea.Soc.in tract.fal len.reg. 8.& 264.

z Appellatione remota. Vide etiam de hac clauſula.Rip.reſpon.1.tit. de conſt.& ſta tu.Aretin.in §.ius autem,nu.25.inſtit. de iur.nat.Couar.pract.qq.c.15 col.2.ſupra in 4.par.5.diſt.nu.76.

a Per Principem. Si quando fuit iuſta & lici ta,Duen.li.1.reg.iur.reg.43.

b Quæ renunciatio. Duen.lib.1.reg.utr.iur. reg.49.Tira.de utro retract.ad fi.ti.§ 36. nu.25.Præpoſit.decem modis limitas, in c.interpoſita.§.ille,nu.7.de appellat.

c Cenſet renunciaſſe.Soc.reg.25. Duen.libr. 1.reg.utr.reg 51.

d Renunciari. De commu. Grauat. in addit. ad pract. Veſtr.lib.7.c.3.nu.50.

e Sententia excõicationis. ſupra nu.178.

f Grauamine.Octau. Veſtr.ubi ſupra in ſua pract.Rom.Cur.li.3.c.10.nu.1.

g Obmiſſo medio Franc Mat.q.delfin.181. nu.4.Couar.pract.qq.c.4.nu.9.

h Epiſcopus.D.And.Alferi.conſil.63. tenet cõtra,& dicit quod Eps põt pro eſſe iudex in ſua cauſa, licet dicat ſibi uideri durum.

i Ad Vicarium. Tiraque. in præfat. tract.de pæn.nu.34.in fi.

K Vnus Clericus. Ferrat. cau.10. Soc.conſil. 12.lib.1.Soc.iun.conſ.34 co. 1.lib.2.ſupra in 4.par.ii.diſti.num.22.nec poteſt laicus iſtorum punire ut per Boer.deciſ.289.

l Affirmatiua. Dec.conſ.28.& 34. & 49.

m Iure canonico. Rot.dec.366.ſi appellatur in nouo.Caſſad.deciſ.8 nu.10.de appellat. Iaſ.in auth.ad hæc,nu.3.C.de iud.

n Attentatorum. In hac materia attentator, vide Couar.prac.qq.c.13.& 24.per totum & Excellentiſſ.D.meus obſeruand D.Ro. Lancellotus Peruſinus in ſuo eleganti tra ctatu de attentatis, vbi ſemper recurras.

o Ex

o Ex varijs Et ex Guid. Papa conſ.77.

p *Apoſtolos.* Quia peti debent Guid. Papa dec.436.nu.12.Caſſad.dec.8.nu.10 de appellat.& ſufficit bis petere,& unico contextu, Veſtr.in prac.Rom.Cur.li.7.c.3. num. 22 & 31.ub. Grauat in annot.

q Terminum. Et poteſt iudex tale terminũ ſtatuere, Veſter. ubi ſupra lib.2.c.fin.nu.2 ubi addit.Grauat.nu.23.

Ludouicus Alferius.

De executione ſententiæ, ſummo actu iudicij. Quando huic ſit locus a quo que ordine. In quibus rebus,& contra quas perſona competat. In ſumma, ex quibus cauſis ea poſſit impediri.

TERTIVS, ET VLTIMVS ACTVS.

1 *Sententia mandatur executioni poſtquam tranſiuit rem iudicatam.*

2 *Sententia executioni mandatur ab eodem iudice qui eam tulit.*

3 *Sententia valida,executioni mandatur, ſed non inualida.*

4 *Iudex ordinarius exequitur ſententiam ab eodem delegato.*

5 *Sententiam ſuam arbiter non exequitur ſed iudex ordinarius.*

6 *Iudex appellationis mandat executioni ſententiam in appellationis.*

7 *Sententia exequitur per iudicem a quo appellatione deſerta.*

8 *Sententiæ executio quo ordine fiat.*

9 *Debitor non hēns bona ſufficiētia carceratur.*

10 *Sententia mandatur executioni, ſecundum ſtatuta loci.*

11 *Bona minus damnoſa in executione capi debent.*

12 *Debitor fiſcalis ſine alia executione perſonaliter capitur.*

13 *Ordo l. a diuo Pio. §. in venditione ff de re iud in actione perſonali ſolum ſeruatur, Secus in hypothecaria.*

14 *In executione ſententia interlocutoria non ſeruatur ordo illius,§ in venditione.*

15 *Executio fienda contra pupillum primo id nominibus debitam fieri debet.*

16 *Citatio requiritur in executione ſententia per appellationem deſertam.*

17 *Citatio non requiritur ſuper executione fienda ſuper eadem re, ſuper qua lata fuit ſententia niſi fiat appellatione deſerta.*

18 *Citatio requiritur in executione, quæ fit contra condemnati ſucceſſorem ſeu per iudicem in officio ſucceſſorem*

19 *Executio ſententiæ in ciuilib. qualiter fiat.*

20 *Datio in ſolutum in aliqua parte plus debito facta, in totum vitiatur.*

Fallit in tenuta uigore pacti executiui lata & quando actione reali agitur.

21 *Citatio partis ī taxati ne expēſarū reqritur.*

22 *Appellatio ab immoderata expenſarum taxatione.*

23 *Capi poteſt perſona in executione ſententia ut bona ſua indicet.*

24 *Iudex in modicis cauſis poteſt ſine libello, & ne aliquo iuris ordine compellere quem ad ſoluendum.*

25 *Executio in criminalib. contra damnatum mortem, vel ad mēbri mutilationem, qualiter ſit facienda.*

26 *Iudex ꝓ iuſtitia exequenda pōt aſinum ſeu currū alicuis mediāte mercede capere, ut cum eo malefactor ad ſuppliciū ducatur.*

27 *Barones indebitè angariant vaſſallos ſine ſalario, tam in perſonam quam in bonis.*

28 *Executio non poteſt fieri in lecto, veſtibus et ſuppellectilibus domus, niſi quando alia bona non extant.*

29 *Veſtes cedenti bonis ſunt relinquendæ.*

30 *Damnato ad morte ueſtes non auferuntur.*

31 *Boues aratorij & alia inſtrumenta ad agrū culturam deputata, non poſſunt pro executione ſententiæ capi.*

32 *Sententia non exequitur cōtra tertium non nominatum in iudicio.*

33 *Inſtrumenti executio poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem non citatum, & negotio non liquidato quando cōtinet precarium & pactum de capiendo.*

34 *Executio pro debito uel delicto patris, non poteſt fieri in peculio profectitio filij*

35 *Filio condemnato non fit executio in peculio aduentitio, etiam ſuper proprietate quæ eſt tota filij.*

36 *Peculium caſtrenſe filij condemnati non debetur executioni*

37 *Vſusfructus aduentitiorum filij an pro debito uel delicto patris publicetur.*

38 *Executions pro condemnationem pupilli nō fit in bonis tutoris, niſi pro expenſis.*

39 *Tutor qui inſtant cauſam litigandi non habuit debet in expenſis condemnari, & cõtra eius bona fit executio.*

40 *Executio expenſarum litis facta cum procuratore an & quando fiat contra procuratorem, uel dominum.*

41 *Sententia lata contra emptorem. mãdatur executioni contra auctorem laudatũ in eodem proceſſu.*

42 *Executio an in bonis ſingulorum fieri poſſit pro debito uniuerſitatis.*

43 *Executio fit in bonis monaſterij pro debito monachi niſi ſint bona quaſita monaſterio per medium ipſius monachi.*

44 *Fructus beneficij eccleſiaſtico pro debito clerici capi non poſſunt, niſi quando alia bona non habet.*

45 *Executio fieri non poteſt in ſtipendis, neque in armis militum neque etiam doctorum.*

46 *Executio non fit in libris ſcholariũ, niſi quãdo non habent alia bona.*

47 *Libri ſcholarium retineri poſſunt pro expenſis eius funeralis.*

48 *Scholaris qui ceſſit bonis, poſtea libros emit non debet illis priuari.*

49 *Fructus feudi, pro debito capi non poſſunt niſi in ſubſidium.*

50 *Executio pro debito vaſſalli defuncti an fit in fructibus feudi contra ſucceſſorem.*

51 *Executio an fieri poſſit in uijs. publ. & theatris & aliis ſimilia ꝓ uniuerſitatis deb.*

52 *Executio non fit in bonis mariti pro debito uxoris, uel contra.*

53 *Tutrice ſecundo nubente, non reddita ratione bona ſecundi uiri ſunt obligata, & in eis protulerari debito fit executio.*

53 *Executio ſententiæ uſque ad 30. annos peti poteſt.*

55 *Appellari non poteſt ab executione, niſi modus in exequendo excedatur.*

56 *Executio in perſonam non fit contra perſonas priuilegiatas.*

57 *Executio impeditur per exceptionem nullitatis, niſi corã inferiori iudice opponatur.*

58 *Petitio reſtõnis in integrum impedit executionem ſententia niſi malitioſe ſe petatur*

59 *Exceptione litis pendentia non impedit ſententiæ executionem.*

60 *Executio in criminalib. ſuſpeditur ob excellentiam delinquentis in arte ſua, & quãdo delictum eſt antiquum, uel quãdo carcerem habuit pro delicto.*

61 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali peti poteſt aduerſus ſententiam latam contra ius litigatoris, quæ tranſiuit in rẽ iudicatam.*

62 *Sententia non poteſt continere pœnam in caſu quo illi non paretur.*

63 *Exceptio requirens altiorem indaginẽ quæ incontinẽti probari non poteſt, non impedit executionem ſententiæ.*

64 *Sententiæ executio an impediatur per denũciationem Euangelicam, uel per compenſationis exceptionem.*

1 TErtius † & ultimus actus principalis
qui in iudicio emergit, eſt executio.
Nam lata ſententia, & ea tranſacta in rem
iudicatam, debet fieri ipſius executio, quia
alias fruſtra ferentur ſñiæ, niſi debite man-
2 darentur executioni, qđ ad conſultatio-
nem, de re iud. & no glo. in rub. C. de exe-
cu. rei iud. & And. de Iſer. in conſt. dilatio
nes, col. 1. circa fi. Et quia hæc materia lon
ga eſt, & per uarios iuris titulos ac leges di
ſperſa, ſolum reaſſumam ipſam breuiter
& ſuccincte per quatuor q. principales quã
tum ad caſus magis quotidianos in practi
ca, quibus expeditis imponetur finis huic
tract. Et prima q. erit, quæ ſñiæ mereantur
executioni demandari, & a quibus iudici-
bus. Secũda q. erit, quo ordine, & qualiter
ſit faciẽda executio. Tertia q. erit, in quib.
rebus, & contra quas perſonas poſſit fieri
executio Quarta, & ultima q. erit ex quib.
2 cauſis executio impediri poteſt. † Venio
ad primam q principalẽ. Et quæro, q̃ ſñiæ
mereantur executioni demãdari, & a q b.
iudicib. Iſta q, eſt bimembris, unde pono
reſponſionem & regulam ad utrunq. mẽ
brum, uidelicet. Regula eſt, ꝙ omnis ſñia
poteſt executioni demandari, poſtquam
trãſiuit in rem iudicatam, & ab eodem iu-
dice, qui eam tulit, ut d. c. quo ad conſola-
tionem, le. cum quædã puella. ff. de iu. om.
Nam ſententia hẽt executionem paratã.
l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum. ff.
3 de minori. † Limita primo hanc regulam
procedere in ſñia valida, ſecus in ſententia
nulla, quia non meretur executionẽ. l. 4 §.
condemnatum. & ibi Bar. Alex. & Doc. ff.
de re iud. & l. ſi cum nulla. eo. ti. & eſt gl. in
l. 2. C. de edic. diui *Adr.* tol. & Bar. in l. 1. C.
de exec. rei iud. & *Bal.* in auth. quæ ſuppli-
catio.

ditio, C. de præ imp. offe. & Ang. in l. 1. ff. nil no. appel. pend. & dic, vt habetur plene, per Mod. in d. §. condemnatum.

4 † Secundo limita, procedere in iudice ordinario, ſecus in ſentẽtia delegati, quia nõ põt executioni mandari per ipſum delegatum, ſed debet eius executio fieri per delegantem, l. à Diuo Pio, in prin. & ibi Bar. & Doct. ff. de re iud. & l. properandum, §. ſin aũt, C. de iud. & no. Abb. in c. ſi quis cõtra clericũ, col. ſi. de foro comp. & dixi plenius ſup. in 4. parte in 5. diſt. ver. & differunt, &c. vbi limitatur non procedere in delegato in principijs

5 † Tertio limita non procedere in ſententia arbitri, quia non põt executioni mandari per ipſum arbitrum, ſed per iudicem ordinarium, qui eſt iudex rei conuenti, tex. eſt in l. cum antea, & ibi Bal. col. ſin. verſi. vlterius nota, &c. C. de arb. & no. Bar. in l. non ex omnib. ff. de arb. & gl. & Doc. in d. l. à diuo Pio, in princ. Quod procedit ẽt in ſententia arbitrorum iuris, ſecundum Bal. in l. ſi. in 6. no. C. de iud.

6 † Quarto limita in ſentẽtia, à qua eſt appellatum, quia ſi confirmatur, non mandatur executioni per primum iudicẽ à quo, ſed per iudicem ad quem, & ſic iudex appellationis exequitur, ſecundum Bart. in l. eos, in ſin. illius prin. et in l. præcipimus. §. officijs, C. de iud.

7 † niſi appellatio ſit deſerta, quia tunc executio ſit per iudicem à quo, ſecundum Bar. Bal. et Doct. in l. ſi contra, C. de app. et in d. §. officijs, et Bal. in auth. ſi quis litigantium, C. de epi. aud. Reliqua pertinentia ad materiam huius q. dicã inf. in 4. et vlt. q. prin. Secundo principaliter,

8 quæro, quo † ordine, & qualiter ſit faciẽda executio, in hoc eſt ſciendum, q executio petitur altero de duob. modis, l. vel per actionem in factum orientem ex ſententia, iuxta tex. cũ ibi no. per Doct. in l. miles, §. iud. ff. de re iud. vel per officium iudicis, ut declarat And. de Iſer. in conſt. dilationes, col. 2. in ſi. et ibi dicit, quod melius eſt petere eam officio iudicis, quia tunc non requiritur libellus neque litis conteſtatio, ſecus, quãdo petitur iure actionis, quia eſſet neceſſe formare nouum proceſſum et no. Ale. in conſi. 50. col. 3. in prin. in 2. uol.

Hoc præſuppoſito dicẽdum eſt, quoad reſponſionem qõni faciendũ, quod in executione ſententiæ in ciuilib. debet ſeruari ordo traditus per l. à diuo Pio, §. in uend. ff. de re iud. ſ. ut primo capiantur mobilia, et deinde ſtabilia, et poſtea nomina debitorum, et his deficientib. ultimo loco deue-

9 nitur ad capturam perſonæ, † non n. debet capi perſona pro debito, niſi prius excuſſis bonis, ſecundum Barto. in l. 3. §. tutores, et ibi etiam glo. ff. de ſuſp. tut. ſ. quando facta excuſſione bonã non reperiuntur ſufficientia, ut no. Ab. in c. quod ad cõſultationem, col. 6. in ſi. de re iud. et Bal. in l. 1. in ſi. C. de iur. et fa. ign. et Par. in trac. ſynd. i uerſi. captura in prin. et Bal. in c. tuæ, ut lite. non conteſt. et Ale. in d. § in uend. colu. 3. et 4. Alius autem non ualet executio, ſi peruertitur ordo prædictus, ſecũdum Io. de Imo. et Ale. in d. § in uend. col. 5. et Fel. in d. c. quod ad conſultationem, col. 9. de re iud. quidquid dicat Ab. ibi, qui dicit ualere executionem, niſi appelletur, et Bar. in d. §. uendit. nam uerius eſt ut dicamus, quod ille §. in uend. ponit formam, à qua recedi non debet, ſecũdum Ale. et Imo. ibi, et Fel. ubi ſup. et habetur in deciſ. 303. conſ. Neap.

10 † Item quando ſit executio debẽt ſeruari ſtatuta loci, ubi ſit, ut no. Iaſ. in l. cum quædam puella, col. ſin. ff. de iur. omn. iud. uide tamen And. de Iſer. in conſt. dilationes, co. 3. in ſi. ubi tenet, quod ualet executio non ſeruato ordine, ſed debet appellari, poteſt tamen intelligi, quando nuncius peruertit ordinem. Secus ſi iudex in commiſſione peruertit, quia propter expreſſum iuris errorẽ eſſet nulla executio, quod etiã tenet Matt. in d. conſtit. dilationes col. 10.

11 † Item, debet in tali executione adhiberi alius ordo, ſ. ut capiantur ea prius, quæ sũt debitori minus damnoſa, glo. eſt in d. §. in uenditionem, in uerſi. animalia, et licet illa gl. quę communiter approbatur, ibi loquatur tantum de mobilibus, tamen Ale. ibi extẽdit eam etiam ad immobilia, ut in eis etiam habeatur ratio ad minus damnoſa, quod tenet etiam Bal. in l. ordo, C. de execut. rei iud. et glo. in l. quam diu, C. de diſtr. pignor. Quod tamen intellige, quando executio ſit coacte poſt ſententiam, ſed quando debitor ante ſententiam offerret ſponte dare bona ſua in ſolutum creditori, tunc poſſet creditor eligere meliorẽ, ita loquitur auth. niſi, C. de ſolut. put declarat Ale. in d. § in uend. col. 1. et põt tunc com-

pelli creditor accipere, ſecundum Bal. in d. l. ordo, uerſi. quæro, quid ſi creditore.

12 † Limita tamen prædicta non procedere in debitore fiſcali, quia poteſt capi de perſona, etiam nulla facta excuſſione in bonis tex eſt in l. nemo, C. de exac. trib. lib. 10.

13 † Secundo limita non procedere, quando agitur actione hypothecaria, quia tunc in executione non ſeruatur dictus ordo, ſed ſolum ſeruatur in actione perſonali, ita tenet. Sal. in l. nomen, C. quæ res pign. ob. poſſit Soc. in conſi. 158. col. 8. in fi. 2. vol.

14 † Tertio limita, non procedere, quando executio fieret, auctoritate ſententiæ interlocutoriæ, puta propter contumaciā, quia tunc non ſeruatur talis ordo illius. §. in uēditione, gl. eſt in §. ſi vero, in auth. de exib. reis, & Bal. in l. 2. col. 3. ver. 3. quæritur, ff. ſi ex noxa. cau. aga. & Bal. in l. 1. col. 1. in fi. ver. deinde reuoco, &c. C. quando fiſc. vel priua.

15 † Quarto limita, in executione facienda in vendendis reb. pupillaribus, quia primo capiuntur nomina debitorum, & ſic nō ſeruatur ordo, l. magis puto, §. non poſſum, ver. quærere, & ibi Bar. ff. de rebus eo.

16 † An autem in executio facienda requiritur *b* partis citatio? Doctores vario modo loquuntur, tamen ego ſoluam iſtud dubiū per aliquas veras concluſiones. Et pono primam concluſionem, quæ eſt talis. Qn̄ a ſententia fuit appellatum, & eſt deſerta appellatio, tunc in executione dēt pars citari, alias non valet executio, ita tenet Barto. in l. 1. ff. nil no. app. pend. & Bal. & communiter Doct. in l. ſi contra, C. de appell. & Phil. Dec. in conſi. 97 col. 2. & Bal. in l. 2. §. fi. C. de temp. appel. & Ale. in d. §. in venditione, col. antepen.

b

17 † Secunda concluſio eſt quando executio fieret in eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia, non requiritur partis citatio, ſecundum Bar. in d. §. in vend. & ibi etiam Alex. in antepen. col. niſi fieret appellatione deſerta, quia tunc ſemper requiritur, vt ibi per ea, quæ modo dixi.

18 † Tertia concluſio eſt, quando executio fit contra ſucceſſorem condemnati, ſeu per iudicem ſucceſſorem in officio, ſemper requiritur citatio, ſecundum Alex. in dict. §. in venditione, col. antepen. per iura ibi allegata per eum.

19 † Supereſt modo vnus caſus, videlicet qn̄ executio fit in alia re, vt quia quis condēnatur ad pecuniam, & fit executio in bonis per eundem iudicem, & contra ipſum condemnatum, & non ſumus in appellatione deſerta. Iſte eſt caſus dubius, in quo Doct. variant, nam Bar. in d. §. in venditione, ſentit, ꝙ requiratur citatio, & eum ſimpliciter ſequitur Lanfr. in c. quoniam contra, in ver. interlocutionem, col. 12. verſi. quæro nunquid, &c. & Bar. in l. meminerint, C. vnde vi. vnde debet fieri citatio, vt compareat ad allegandum quare ſententia executioni mandari non debeat, & hanc practicam ponit Bar. in l. defendente. ff. de auct. tut. ſed multi Doc. quos refert. Ale. in d. §. in vendit. tenent contrarium. And. de Iser. tangit iſtam q. in conſt. dilationes, co. 3. & ibi etiam Matt. in 7. col. in fin. & ſeq. Pro ſolutione tamen iſtius q. & dubij, puto conſiderandum, ꝙ in executione ſententiæ plures actus interueniunt, primo. n. pignora cadunt in cauſam iudicati, & poſtea ſubhaſtantur, & vltimo loco emptore non reperto, adiudicantur creditori pro iuſto precio. l. ordo, C. de exec. rei iud. l. 2. C. ſi in cauſa iud. & a diuo Pio, §. ſi pig. & ibi per omnes Doc. ff. de re iud. & ponit de hac materia practicam Soc. in conſ. 37. col. 3. in fi. & ſeq. in 4. vol. Nunc in propoſito quoad primum, & ſecundum actū, ſ. de captu pignorum, & de ſubhaſtatione, non requiritur, de neceſſitate citatio, ex quo non eſt actus præiudicialis ſed reparabilis, ſed quando iudex procedit ad vltimū actum, ſ. interponendum decretum ſuper alienatione ſeu iudicatione, tunc dēt pars citari, quia tractatur de magno præiudicio & de translatione dominij, ita tenet Alb. de Rof. per illū tex. in l. creditor. C. de pign. & hētur in decis. 358. cōl. Neap. & ita vidi ſemp practicari in iudicijs, nā lata ſententia, & ea trāſacta in rē iudicatā victor facit extrahi literas executoriales, & iudex committit nuncio, vt auctoritate illarū literarū capiat tātū de bonis debitoris condēnati, ꝙ aſcendit ad ſummā debiti, ſeruando ordinem dict. §. in vendit. & illa bona capta ſubhaſtare dēat, & plus offerenti vendere, & emptore nō reperto, creditori tradere in ſolutū pro iuſto precio æſtimādo per expertos, & ſic nūcius exequit illos duos actus ſi-

nc

ne alia citatione, ſed antequam exequatur tertium & vltimum, iudex facit vnam citationem, parti, vt infra duos dies veniat ad releuandum pignus & ſoluendum debitũ, alias ad allegandum vendi non debeat vel creditori tradi inſolutum, ſed adiudicari, & hanc practicam ſemper vidi obſeruari, & videtur tuta, & poteſt capi ex his, quę ha
20 bentur in dec. 358. conſ. Neapo. † Nota tamen quod adiudicatio, quæ fit creditori in ſolutum, debet fieri pro menſura debiti alias ſi fieret plus debito, vitiatur in totum ſecundum Bar. in l. ſi non ſortem. §. ſi cẽt. ff. de cond. ind. & hoc eſt multum vtile, vt refert ibi Iaſ. in 1. col. quia fructus interim percepti computabantur in ſortem cum ad de Alex. vbi plene trac. in l. iuſte poſſidet
21 colu. 5. & 6. ff. de acquir. poſſe. † Hoc tamen limita, quando ſumus in tenuta, quæ datur vigore pacti executioni, quia illa nõ vitiatur ſecundum Franc. de Are. in leg. 1. §. pen. ff. de verbo. oblig. per l. 1. §. ſi duæ, ff. quo le. & ſequitur Iaſ. in d. §. ſi centum, colum. 2. in prin. Secundo limita, quando ageretur actione reali ſeu hypothecaria, quia non vitiatur, licet plus detur, vt no. glo. in l. 3. C. de proc. & Alex. in leg. 3. §. fina. colu. 6. ff. de acquirend. poſſeſ. Et quid
c in taxatione expenſarum, an requiratur citatio partis? vide Bald. in l. terminato, col. 2. C. de fruc. & litium exp. & Iaſo. in l. nec quidquam, § vbi decretum, col 10 ff. de off. procu. vbi Iaſ. tenet, ꝙ non tamen non refert fideliter Bald. quia Bal. in d. l. terminato. diſtinguit, ſed poſſet dictũ Iaſ. intelligi, quando eadem die eſſet facienda taxatio, quia fuit facta condemnatio, tunc enim non requiritur citatio, ſecus, ſi poſtea fiat ſecundum Bal. & hoc tenet Phi. in c. ſæpe in 13. quæſt. de appel. ex hoc ſequitur, quod cum hodie taxatio nunquam fit eadem die, ſed iudex reſeruat ſibi illam, vt in d. l. terminato, ſemper deberet pars ci
22 do † aliquis officialis uult aliquid de facto exequi contra ius, licitum eſt unicuiq; etiã priuato nõ obedire, & de facto reſiſtere, l. prohibitum, & l. defenſionis facultas, C. de iu. fiſci, li. 10. Ad idem eſt tex. in l. omnes, lai. C. de decur. ubi ſi officialis uult torquere Decurionem cõtra ius, poteſt ſibi reſiſti. pro hoc etiam eſt tex. in l. eis quidã, C. qui mil. poſ. uel non li. 12. & l. deuotum C. de meta. li. 11. & l. qm̃ iudices, & Bal. ibi C. de appel. Et qđ iudici facienti de facto contra ius, poſſit impunè reſiſti, tenet Dyn. in c. qđ quis, de reg. iu. li. 6. & Bald. in l. addictos, C. de epiſ. aud. & Bal. in repet. l. 2. colum. 8. in 1.2. q. C. unde ui. & Card. in cle. paſt. uer. ceterũ, de re iud. & Ale. & cõiter Doc. in l. ſed eximendi, § item ſi quis, ff. ne quis eũ, qui in ius uoc. & Alex. in conſ. 145. incip. poſt redditum, colu. 2. in 2. uol. & l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, col. 6. ff. de re iu. & Paris in tract. ſynd. in uerſ. appellatio. colum.
23 2. in fi. † Hinc dicit Bal. in d. l. qm̃ iudices, qđ aſſeſſores, & alij officiales poteſtatis debent contradicere, & reſiſtere poteſtati aliquid iniuſtè exequenti alias ſi non poſſunt reſiſtere, debent ſaltem poteſtati, quod nõ conſentiunt, aliàs tenẽtur in ſyndicatu. Ita etiam dicit Ang. in tract. malef. in uerſi. de ſconenſu, & deliberatione, &c. & Barto. in tract. repreſaliarum, in 6. q. principali, & Paris in tracta. ſynd. in uer. reſiſtentia, ubi plene de hoc. Et de hac materia ſunt duo capitula regni unum uidelicet, in nu. 41. qđ incipit. Item caueat iuſtitiarij, &c. & aliud in num. 295. incipit Item qđ prędicti iuſtitiari, &c. ubi datur mãdatus, qđ aſſeſſores reſiſtant poteſtatibus iniuſta exequẽtibus
24 alias puniuntur. Septimo, quia † quãdo factum alicuius iudicii eſt notoriè, & euidẽter iniuſtum, nõ tenetur ei ſubditus obedire, imo tũc non obſtante, qđ cauſa ſit deuoluta ad ſuperiorem, poteſt iudex inferior ſe intromittere in dicta cauſa, reuocando dictũ factum iniuſtum ꝑpter eius notorietatem caſus eſt in c. ſollicitudinẽ, uer. ſi uero, & ibi Phi. de appe. Hinc dicit notanter Car. in c. 2. in fi. illius prin. de pœn. & remiſ. quod iudex inferior, poteſt cognoſcere de facto ſuperioris, quando eſt iniuſtum, & nullũ, declarando illud nullum, & obuiando, ut nõ ſortiatur effectum. Quod dictũ facit multum ad propoſitũ, quia dato, qđ delegatus principis ſit maior ordinario, tñ põt ordinarius impedire eius factum euidẽter iniuſtum ſeu nullum, ut non ſortiatur effectũ
25 per prædicta. Octauo, † adducitur tex. iuncta gl. in uerſ. denũciens. in c. ex literis, in fi. de off. dele. ubi iudex delegatus non dẽt exequi ſniam iniquã, & nullam, & dicit ibi gl. qđ põt ibi reſiſti, ẽt uiolẽter, & illam gl. dicit eſſe ſingulariter notãdam Abb. in c. ſi qñ de offic. deleg. & in d. c. ex literis. ubi dicit probari per illam gloſſ. quod etiam tertius poteſt reſiſtere officiali in fauorẽ partis offẽſę. Hinc dicit notãter Nico. de Neapo. in l. prohibitum, C. de iure fiſc. li. 10. qđ ordinarius poteſt reſiſtere delegato, ne mittat in poſſeſſionem iniuſte, per cuius dictũ
26 uidetur decidi caſus noſter. Nono, q. † iure præcipitur, quod iudex ſecularis tenetur impartiri brachium iudici eccleſiaſtico ꝓ executione ſententię, c. 1. & ibi p Doct. de offi. ord. & c. ſtatuimus, de maled. & l. 2. C de his, qui latr. & no. Paris in tract. ſynd. in uer. brachium, & Ol. pulchre in cõſ. 89. incip. epiſcopus, &c. in ſtatũ, quod dicit Abb. in d. c. 1. co. 2. quod ſi iudex ſecularis denegat, poteſt excommunicari per eccleſiaſticum, quia unus iudex debet alium adiuuare porrigendo dictum brachium. Tex. eſt & ibi gl. in c. qm̃, in fi. de off. ord. & tex. cũ gl. in c. nec licuit, 17. diſt. Super hoc tñ dat unam notabilem declarationem Old. cõſ. 89. circa fi. uidelicet, quod tunc demum debet innouare iudex eccleſiaſticus brachiũ ſeculare, quando prius fecit quidquid potuit, & non habet ultra quid faciat, alias ſecus, & ad hoc ponderat omnia iura loquẽtia de huiuſmodi brachio, quia ſemper dicunt, ſi neceſſe fuerit. & ſic ponunt hãc implorationem pro ultimo refugio. Ita dicit tex. in d. c. 1. & c. quoniam, in fi. de off. ord. & in d. c. ſtatuimus, & probatur optime in c. cum non ab homine, de iud. Hinc uidemus ſemper in literis apoſtolicis concedi poteſtatem implorandi brachium ſeculare

condi.

conditionaliter, ſi opus fuerit. Et vide ſuper hoc bonam diſtinctionem Abba. in d. c. quoniam, in fi. Quod nota, quia vt plurimũ iſti delegati, vel epiſcopi implorãt, ita ex obrupto brachiũ ſeculare, vt ſcias oponere, quod nõ ſeruauerunt iuris ordinẽ, faciendo prius quidquid potuerunt. Hoc pręſuppoſito arguo ſic, qñ iudex ſecularis cuius brachium imploratur, videt caſum ſuper quo imploratur, eſſe iniuſtum, non tenetur ſuum brachiũ impartiri, imo poteſt impune non parere. Ita dicit Old. in d. cõſ. 89. idẽ tenet Ang. in cõſ. 255. vbi dicit, ꝙ põt iudex tũc ſecularis cognoſcere de nullitate ſnĩæ, & ipſam non exeq. & ſic eſt appellatũ, põt ẽt impune reſiſti, ſecundũ Old. in d. conſ. 98. & Inn. & Abb. in d. c. ſi qñ. & ibi ẽt Fel. de of. del. & Ioa. And. in d. c. 1. & ibi ẽt Abb. in pen. col. de off. ord. Decimo,

27 ꝙ † quilibet, et priuatus põt defendere tertiũ offenſum ab alio iniuſte, & nõ incurrit aliam pęnam l. 3. in princ. & l. ſi quis in ſeruitute, in fi. ff. de fur. vbi cuilibet licet deprehendere furem cum furto manifeſto, ẽt ſi nihil ad eum pertineat de re ſubtracta. Et dicit Bart. in d. l. ſi quis ſeruitute, in fi. qđ quilibet põt iuuare offenſum, nõ ſolum in rebus, ſed ẽt in perſona. Idem tenet Bar. in d. l. prohibitum, C. de iur. fiſci. li. 10. vbi tenet, quod amici & coniuncti põt ſine alia conuocatione iuuare offenſum. Tñ põt offenſus de conſuetudine clamare, ſuccurrit ad hoc, vt citius veniãt audientes. Item tenet Bar. in l. prætor, §. ſi quis aduentu ff. vi. bo. rap. & Paris in trac. ſynd. in verſ. reſiſtẽtia, col. 1. Idem Bar. in l. deuotum, C. de meta. lib. 11. ꝙ ſi aliquis vult me expellere de poſſeſſione mea, poſſũt amici, & cõſanguinei mei licite expellere, & ẽt percutere expellentẽ pro defenſione mea, qđ dictum dicit eſſe valde notandum. Et ꝙ poſſum conuocare amicos pro defenſione mea, & rerũ mearum tenet glo. in l. 3. §. cũ igitur, ff. de vi & vi arma. Verũ iſta defenſio debet fieri incontinenti, ſecundum Bar. in d. §. cum igitur, & probat tex. iũcta. gloſſ. in l. ſed & partus, §. 1 ff. qđ met. cã. Et iſtud incõtinẽti põt intelligi ẽt poſt biduũ, infra qđ põt quis ſe ꝑparare, & cõuocare amicos, ſecundũ gl & Bar. in d. §. cum igitur, vbi plus dicit Bar. in magnis dominis ſpoliatis de aliquo caſtro poſſe dici incõtenti, ẽt ſi inf. 6. mẽſes fieret defenſio, imo ẽt poſt 10. annos qñ magnus apparatus requireſ, ita vt breuiori tpe non poſſet expediri. Ita ſingulariter dixit Bal. in l. fi. C. de his, quia non dño cuius dictum ſequitur Iaſ. in l. certa co. 17. ff ſi cer. pe. Hoc tñ ſingulariter limita procedere, qñ defenſio fit rõne rei ablutæ, vel cõtra offenſionem factam in rem Secus, ſi fieret offenſio in perſonam, quia tunc licitũ eſt defendere incontinenti. i. in ipſo flagrãti crimine tm̃, non poſtea. Ita d. Bar. in d. §. cum igitur, in fi. quia poſtea cenſeretur fieri potius ad vindictam, quam ad defenſionem. Ita tenet Bal. in rep. l. 1. co. 6. in 6. q. C. vnde ui. Et ꝙ quilibet põt iuuare offenſum, ẽt penitus extraneum, tenet gl. in c. nõ inferenda. 23. q. 3. & Abb. in c. ex lris co. 2. in gl. pe. de off. deleg. & Bal. in d. reb. l. 1. in 8. q. cũ 7. præcedentibus, C. vnde vi, & Cæp. in conſ. 2. col. pen. vbi generaliter concludit, ꝙ vbicunq; eſt licita defenſio alicui, poteſt etiam conuocare amicos, & coniunctos impunẽ, & no. And. de Iſer. in conſt. pacis cultum, vbi dicit notabile verbum. quod moderatio quæritur in defendendo, quando quis offenditur in reb. ſecus ſi in perſona, & prædictis adde eundẽ And. in conſt. quicunque mulierem. Si ergo priuatus põt defendere iniuſtè oppreſſum, multo magis iudex ad cuius off. ſpectat defendere ſubditos, l. illicitas, ff. de off. præſi. & Fel. in c. quãtæ de ſent. exc. vbi tenet, ꝙ ſuperior tenetur defendere ſubditum.

28 † Vndecimo, adducitur tex in l. contra, C. de exec. & exact. lib. 12. vbi habetur, ꝙ ſi officialis facit executionem vltra debitum modum, poteſt ei de facto reſiſti & ibi hoc dicit gl. in ver. prouinciali, & infert ibi Bar. per illũ tex. contra baiulos, qui vadũt ad expignorandum aliquem, nam ſi accipiũt pignus vltra modũ, põt eis de facto reſiſti, & idem tenet Paris in tract. ſynd in d. ver. reſiſtentia, in fi. c. facientibus exactionẽ, & c. Idẽ d Bar. in l. auctores, C. de exact. trib. li. 10. & dicit Luc. de Pen. in d. l. deuotum, C. de met. lib. 11. quod toti populo licet reſiſtere, cum alicui ex eis irrogatur iniuria, puta ſi vadit aliquis ad hoſpitandum in domo alicuius, nã poteſt a quolibet expelli etiam ſi per iudicem fuerit miſſus, & illud dictum refert Paris in d. ver. reſiſtentia in c. excedunt pleriq; & c. Adde ꝓdictis

Per.

Pet.Ph.Cor.in conſi.107. col.2. in 1. vol.
29 Duodecim , quia † quando officialis facit aliquam executionem iniuſtã, & a iure prohibita, dr̃ inferre violentiam l. plerique, in fin.ff.de in ius voc. Per quem tex.ita dicit Paris in d. verſi. reſiſtentia, c excedunt, &c. Puta, ſi vellet citare aliquem realiter in domo ſua, quo caſu poteſt ſibi impune etiam cum armis reſiſti. Ita tenet. Bal. & Lu.Ro. in d.l.plerique, quos ibi ſequitur Iaſ. in pe. col. in fi. unde eo mõ eſt dicendum in caſu noſtro, vt talis delegatus iniuſte exequens dicatur vim inferre. Vnde merito poſſit
30 ſibi reſiſti violenter.† Quod confirmatur ex his, quæ traduntur in c.conquerente.de reſt.ſpo. Vbi ſi iudex priuat aliquẽ poſſeſſione ſua iniuſtè, dr̃ cõmittere ſpolium, ſicut priuatus, & ita tenetur. Ad' ꝙ facit tex. in l.fin.C.ſi per vim vel alio mõ, & Old.in conſi.217.inc.de toto, &c.co.1. Hinc videmus, ꝙ licitum eſt vnicuique nolle dimittere poſſeſſionem, ſine legitima cauſæ cognitione,& põt contradicere, nõ ob.quod in literis Papæ ſit clauſula.contradictores, &c.ſecundũ Lud.Ro.conſ.482. in prin. & Gem.in c.1.in prin.col.3. de conceſ. præb. li.6.& Fel.in c.cauſam quæ col.14.de reſc.
31 † Decimotertio, & vltimo validũ eſt argumentũ de contractib.ad iudicia, l.3.§ idẽ ſcribit ff.de pecul.& l.omnem, ff.de iud.& not.Franc. Aret.in l.eum qui, in prin ff.de acq.hær. ſed nos videmus ꝙ ille q promittit aliquẽ defendere, intelligitur iuſtè, videlicet, quãdo iniuſtè offẽditur ſecus, ſi iuſte. Ita tenet Pet.de Anch.in cõſi 83.inc.omiſſo,&c.& Fel.in c.cãm, quæ col.15. de reſc. facit gl.in c.pro illorũ, & ibi Ab.in col.3. in fi.de præb.vbi hr̃, ꝙ delegatus licet poſſit compeſcere contradictores, & impediẽtes ſuam iuriſdictionem , ẽt extraneos, per clauſulam, contradictores, &c.tamen hoc intelligitur, qñ iniuſte contradicunt, ſecus ſi iuſte. Facit ꝙ dr̃ in præcedenti argumen
32 to . Ad idem adduco , quia † vaſallus eſt obligatus defendere dominũ, ex iure fidelitatis alias feudo priuatur, c.1.§.itẽ qui dominũ, & §.ꝑterea, quæ ſit prima cã beneſ. amit.& c.1. de noua for. fid. & tamen hoc intelligitur in bello iuſto; ſ.quando iniuſte offenditur dominus, alias ſecus, tex. eſt & ibi And.de Iſer. & cõiter Doc.in cap 1.in prin.hic finitur lex,&c.Sic ergo in ꝓpoſito in iudicis, quia verum eſt, ꝙ ordinarius tenet defendere iuriſdic.delegati principis, ſ. quando iuſte agit, ſecus, ſi in iuſte, q2 hoc cenſetur dediſſe princeps in mandatis, ſ. vt iuſtitiam faciat, l.reſcripta. C. de præ. Imperiõſſ. c.cum æternũ. de re iud.lib.6. vnde quando vult exequi ſententiã nullam, non poteſt dici iudex in illo actu, & meritò poteſt ſibi reſiſti, vt priuato. Ita dicit Abb.in c.paſtoralis, §.quia vero, col.3.ver. & in fi. gl.&c.de of.deleg.& Bar.in extrau.qui ſint rebelles, in glo.in ver.rebellando, in prin.
33 Pro ſolutione huius † notabiliſſimæ q.cumulando verã,& cõem concluſionẽ, prout eam reperio in varijs locis diſperſam , facio duo mẽbra principalia ; videlicet, aut iudex iſtæ delegatus procedit ad aliquam executionem extraiudicialiter , non facto proceſſu;& ſine cognitione, aut iudicialiter,& in forma iud. Primo caſu aut delegatus habet hoc expreſſe in cõmiſſis a Principe, ut ita extraiudicialiter ꝙ executiue procedat,& tunc dẽt ſibi obtẽperari, quia in principe ſemper præſumitur iuſta cã, vt no. Fel.in c.quę in eccleſiarum, co.24.uer. 5. concl. de conſt. Et ita procedat ꝙ dictũ eſt ſup.in 1.parte, in 5.argumẽto. Falit qñ ſubeſſet aliqua legitima cã ex qua apparet mandatum Principis eſſe iniquũ,& præſumeretur ignorantia principis, quia tũc ſuperſederi dẽt, & reſcribi Principi, & expectari ſecunda iuſſio principis. Ita loquitur tex. in c.ſi quando, cũ ibi no. ꝑ Fel.de reſc. & in §.deinde competẽs, in auct. de mand. prin. Et ita procedãt ea, quæ dixi in 2.par. in 3.4.& 5.argumento. Si tamen ipſe delegatus uellet exequi & non ſuperſedere, nec reſcribere principi, an poſſit ſibi uiolenter reſiſti? Dic ꝙ non, ex quo exequitur negotium ſibi expreſſe cõmiſſum per Principẽ, ut dicit tex.in d. extrauag. q ſint rebelles, & ibi Bar.in gl.in uer. rebellando in prin. Fateor tamen, ꝙ poſſet appellari, ad hoc, ut expectetur ſecunda iuſſio uigore diſpõnis iuris per d. c.ſi quãdo,& d.§.deinde cõpetẽs, & poſt appellationẽ ſi uellet exequi, tũc poſſet reſiſti; quia ꝑ appellationẽ negõciũ eſt deuolutũ ad ſuperiorẽ, & ipſe remanet priuatus, ita nõtanter tenet Inn.in d.c. ſi quando & ibi ẽt Ab. & Fel. & Old. in d.
34 conſ.80. Aut † delegatus non hẽt in commiſſionem principe expreſſe, ut extraiudicialiter

cialiter

cialiter procedat, & exequatur, ſed eſt de-
legatus ad iuſtitiam, & tunc ſi procedit ex-
traiudicialiter, excedit ordinem ſibi cōmiſ-
ſum, & poteſt ſibi impunè reſiſti, et uiolen
ter, & indiſtinctè, & in hoc concordant oēs
Doc. & nullus diſcrepat, ſiue grauamen ſit
reparabile, ſiue irreparabile, ex quo tunc
procedit, ut priuatus. Ita tenet Ab. in c. con
querente, col. 5. uer. no. bene hanc gl. & c.
2. de reſt. ſpol. & ita intelligitur tex. in l. pro
hibitum, C. de iu. fiſ. lib. 10. & quod no. In.
& Ab. in d. c. ſi quando, ꝙ Flor. in l. quēad
modum, §. magiſtratu, ff. ad l. Aquil. & Bar.
in d. uer. rebellando, & Abb. in c. dilectus,
el 1. 4. no. de reſc. in quib. locis non diſtin-
guitur, an executio ſit reparabilis uel non,
& merito, quia procedendo extraiudiciali-
ter, procedit ut priuatus, & pōt ſibi reſiſti,
ſicut cuilibet priuato, ut no. gl. in l. nō uī,
§. qui iuſſu, ff. de reg. iur. Hoc ēt colligitur
ex dictis Par. in trac. ſyn. in uer. reſiſtentia,
in prin. & ita procedat id, ꝙ dixi ſupra in
2. par. in 2. argumento, et in omnib. alijs
35 ſequentibus. Quod † aūt dixi in iudice ꝓ-
cedente extra iudicialiter, idem dicas, ſi
procedit iudicialiter in negocio ſibi non
commiſſo, quia reſpectu illius negocij nō
hēt iuriſdictionem, et poteſt ſibi impune
reſiſti, ita d. Ab. in d. c. ſi quando in 1. not.
referendo ibi Inn. et ita procedit tex. in d.
l. cōtra, C. de exec. et exac. li. 12. et no. Par.
in d. gl. in uer. rebellando, in prin. Secūdo
caſu principali, ſ. quando procedit iudicia-
liter, et in forma iudici, et uult exequi iniu
ſte et tunc aut executio eſt irreparabilis,
ul. quia uult aliquē torquere, uel multilare,
uel occidere iniuſtè, et tūc pōt ſibi indiſtin
ctè reſiſti, et ita cōiter tenent omnes, et in
hoc nullus diſcrepat, maxime Fel. in d. c. ſi
qñ. col. pen. in 3. fall. et ibi etiam Abb. ubi
ſentit, quod tunc non eſt opus appellatio-
ne, licet Bal. teneat cōtrarium in l. ut uim,
in 8. q. ff. de iuſt. et iur. ubi dicit, quod dēt
prius appellari, et poſtea reſiſti, opi. Bal. eſt
potius ad cautelam, quia cōiter omnes Do
cto. non requirunt appellationem de ne-
ceſſitate in iſto caſu, et ita intelligit. l. om-
nes, C. de dec. li. 10. et quod no. Iaſ. in d. l.
36 ut uim, col. 6. in prin. Aut executio † eſt re-
parabilis, quia poteſt per appellationem
reuocari, vt quia ſumus in cā ciuili vel alia
executione pecuniaria, & reuocabili, & tūc
aut ſententia eſt lata contra legem & eſt eui
denter iniuſta, vel eſt aliter ipſo iure nulla,
nā qñ ſententia eſt notoriè iniuſta, & con-
tra legem dr̄ continere nullitatem, vt hr̄ ꝑ
Abb. & Fel. in c. inter cæteras, de re iud. &
in iſto caſu pōt ſimiliter indiſtinctè reſiſti
officiali volenti exequi, quia cēſetur de fa-
cto procedere, non de iure, ex quo ſententia
nulla, non meretur de iure executionē. Ita
tenet Dyn. in d. c. quod quis, de reg. iu. li.
6. quem ſequitur B. r. in d. l. vt vim, col. 1.
vbi dicit, ꝙ nihil addit, ad ea, q̄ dicit Dyn.
ibi, & ita intelligitur gl. in c. ex literis, de off.
dele. ſecundum Ab. in d. c. ſi qñ co. tit. vbi
tenet hanc partem, & Ab. in c. paſtoralis §.
quia vero, co. 3. de off. dele. & Ale. & Doc.
in d. l. ſed ex mendi, § item ſi quis, ff. ne quis
eum, & ita procedāt oīa argumēta produ-
cta pro ſecunda parte. Aut ſnīa eſt iniuſta
contra ius litigatoris, ex qua iniuſtitia nō
pōt oriri nullitas, quia valet, ſed ex iniuſta,
& tunc ſi tranſiuit in rem iudicatā, vel non
fuit ab ea appellatum, dēt mandari execu-
tioni, & non pōt aliquo mō reſiſti & impu
tatur ei, qui non appellauit, & ita loquitur
tex. in d. c. paſtoralis, § quia vero, ſecundū
37 Ab. in prin. † & ita procedant oīa iura, q̄
dicunt eſſe obediendum præcepto ſuperio
ris, ſiue iuſto ſiue iniuſto, ſ. dummodo non
ſit ipſo iure nullē, vel non contineat noto-
riam iniuſtitiā. Ita ēt procedant ea quę ſu
pra allegaui, pro 1. par. in 3. 4. 7. 8. 9. 10.
11. & 12. arg. idem tenet Ab. in d. c. ſi quā-
do, de off. dele. Fateor tamen, ꝙ ſi ſentētia
nondum tranſiuiſſet in rem iudicatā & de
legatus committeret ordinario ſententiā
exequendam, poſſet ordinarius ſciens eam
iniuſtā, & inſtare delegato precib. vt eam
non exequatur, ſed principi reſcribat, & ita
procedat tex. in d. c. ſi quādo, ex quo ibi is,
qui intereſſe prætendebat, aliter nō reſiſte
bat, tunc ordinarius non pōt aliud facere,
niſi inſtare precib. non autem violenter.
Et hoc colligitur ex dictis Inn. in d. c. ſi qñ
ſecundum Ab. ibi in 2. col. in fi. Et ita pro
cedat, quod dixi ſupra, in 1. parte, in 13. ar
gum. Idem eſt, quando eſt dubium, utrum
ſententia ſit iuſta, uel iniuſta, quia eſt obe-
diendum, & non poteſt reſiſti auctoritate
iudicis, qui habet præſumptionem pro ſe,
ita dicit Dyn. in d. capitulo, quod quis, &
ita debet intelligi, quod dixi ſupra in pri-

ma parte.in 1. argu. Si uero tali ſententiæ
38 fuit † appellatum, & tunc pendente appel
latione non poſt iudex a quo exeq. & ſi exe
quereretur, poſſet impune ſibi reſiſti, l. qñ iu
dicet. C. de app. & no. Inn. Ab Fel. in d. c. ſi
qñ, de offi. deleg. & rõ eſt, quia poſt appella
tionem iudex a quo efficitur incompetens
ex quo negotium deuoluitur ad ſuperiorē,
& ſibi tanquam incompetenti impune nõ
paretur, l. fi. ff. de iur. omn. iud. c. 2. de con
ſti. lib. 6. ita tenet Bald. in l. ad dictos. C. de
epi. aud. & Old. in d. conſ. 20. item in omni
39 bus caſibus in quibus tenui poſſe reſiſti iu
dici, poteſt procedere tam in delegato, q̃
in ordinario iniuſtè exequente, & in omni
bus illis caſibus, in quibus poteſt quis de
facto reſiſtere poteſt etiam cõuocare ami
cos & coniunctos, & ẽt conducere ſtipen
diarios pro defenſione ſui & rerum ſuarũ,
ut no. Bal. in l. ſi aquam, col. 13. in princ. in
uer. not. q̧ triplex eſt bellum, &c. C. de ſer.
& aqua. per ea quæ no. in d. l. 3. §. cum igi
tur ff. de ui, & ui ar. quia hæc cenſetur quæ
dã defenſio, quæ in omnib. eſt permiſſa, ẽt
contra officiales, ut tenet. Pet. Phi. Cor. in
conſ. 107. col. 3. in 1. uol. Et ita procedunt
ea, quæ dixi ſupra, in 10. arg. ſecundæ par
tis. Si ergo poſſunt cõuocari priuati ad de
fenſionem, quia de iure ciuili non tenẽtur
alium extraneum defendere, licet poſſint,
ſi uolunt, ut no. Fel. in ca. quantæ, de exec.
quanto magis poteſt conuocari officialis,
& ſic ordinarius loci, qui tenetur defendere
ſubditos, per d. l. illicitas. in prin. & §. ne po
tentiores, ff. de off. præſi. & Felyn. in d. cap.
quantæ, & dixi in 2. par. in 2. arg. Supereſt
40 † modo reſpondere ad argumenta contra
ria adducta pro prima parte. Et primo non
obſtat, qđ delegatus principis ſit maior or
dinario, quia intelligitur maior ſolũ reſpe
ctu negocij ſibi commiſſi. Ita dicunt oẽs
Doc. qui ad hoc allegantur in primo argu
mento. Sed per principem cenſetur com
miſſum, ut iuſtitiam faciat, ca. cum æterni
de re. ind. lib. 6. unde oẽs illi caſus, in quib.
concluſi poſſe ſibi reſiſti, ſunt extra ſua cõ
miſſionem, ſi ſit non dr̃ maior in illis, quia
41 remanet, ut quilibet priuatus. † Non obſt.
l. aduerſus. Cod. ſi adu. rem iudi. quam alle
gaui in primo argumento, quia ibi loqui
tur de reſt. in integ. quæ præſupponit ſentẽ
tiam ualere, ex quo dat reſcindendam ſen
tentiam, quia ſi eſſet nulla non eſſet opus
reſt. in integ. ut toto tit. C. in quib. cau. in
integ. reſt. non eſt neceſſe. Vnde qñ ualet
ſententia, uerum eſt, q̧ ordinarius non poſt
ſe impedire contra eam, ut ſupra concluſi.
& eſt neceſſe, q̧ adeatur princeps. Sed in
caſib. in quibus cõcluſi poſſe reſiſti delega
to Principis, ſi reſiſtũt aliqui, ideo eſt, quia
ſententia non ualet, uel continet manife
ſtam iniuſtitiam, uel vult exequi in caſu ſi
bi non commiſſo, ut ſupra. Facit quod no.
Car. in cl. 2. §. notarij, de hær. ubi prælatus
poteſt amouere inquiſitorem datum a pa
pa. unde non cenſetur inferior ponere legē
ſuperiori, ſed exequitur legis auctoritatē
42 non obſtat, † q̧ dr̃ in 1. argumento, quia
fatet, quod per delegationem cẽſetur abla
ta iuriſdictio ordinario, ut non poſſit pce
dere in illa cã alteri commiſſa, non tñ cen
ſetur abdicata poteſtas ordinario, ut non
poſſit defendere ſubditum a uiolentia ſibi
inferẽda a priuato, per d. l. illicita, ff. de offi.
præſi. & per Fel. in d. c. quantæ, de ſen. exc.
Nam in caſib. in quibus concluſi poſſe reſi
ſti delegato, remanet delegatus, vt priua
tus, non ut iudex, merito ſibi, ut priuato re
ſiſtitur per modum cuiuſdam defenſionis,
quia contra ius exequitur delegatus q̧ non
cenſetur eſſe ſibi mandatum per principē,
ſed potius contrarium per d. c. cum æterni,
43 ſicut in ſimili uidemus † quando aliquis
laicus iniuſtè opprimatur ab aliqua perſo
na eccleſiaſtica, poteſt implorare auxilium
iudicis ſecularis, vt per modum cuiuſdam
defenſionis ſibi aſſiſtat, citando per edictũ
dictam perſonam eccleſiaſticam, ſi ſua pu
tauerit intereſſe, & ſic poterit reſtituere lai
cum cõtra perſonam eccleſiaſticam in poſ
ſeſſionem, qua fuerat ſpoliatus, non obſtã
te, qđ illa perſona eccleſiaſtica non ſit ſibi
ſubiecta, & de hoc eſt prouiſum in regno,
per capitulum regni, quod incipit, Omnis
prædatio. & aliud, quod incipit. Ad regale
faſtidium, & aliud, qđ incipit finis præcepti
charitas, & hr̃ plene per Matt. in dec. 2. &
44 21. conſi. Neap. Non † obſtat, quod dr̃ in
7. arg. quod auctoritas iudicis facit licitũ,
&c. quia illud procedit, quando imponitur
ſecundum ius, & iuris ordine ſeruato, alias
nihil operatur auctoritas iudicis, ſecũdum
Ab. in c. conſultationib col. 2. de iur. patr.
Non obſtat, quod eſt proditum generali

remedium appellationis, ut dicitur in 12. arg quia illud remedium eſt inductum ad ſeparandum grauamen illatum per iudicem, ut iudicem, ſecus ſi iudex procedit, ut priuatus extra officium ſibi commiſſum, uel exequendo ſententiam nullam, uel notorie iniuſtum, uel poſt appellationẽ, quia tunc per modum defenſionis ſibi reſiſtitur ſicut, cuili bet priuato. Ad alia argumenta, adducta pro prima parte ſatis poteſt colligi reſponſio ex his, quæ dixi ſupra in ſolutione. Et ex his impoſitus eſt finis huic notabiliſſimæ, & quotidianæ quæſtioni, quã credo non fuiſſe hactenus per quempiam ita plene examinatam. Laus Deo. Datum Venuſii die 22. Iulii. M. D. XIX. In die B. Mariæ Magdalenæ. Diſputatã tamen fuit per me Rob. Mar. poſtea in ciuitate Salerni in publico ſtudio Salernitano die 19. Oct. Anni M. D. XIX. Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.

ADDITIO.

a Plerunque. Hæc quæſtio late examinatur per Didac. Couar. in lib. 1. uariar. reſolut. c. 1. nu. 4. & 10.

Ludouicus Alferius.

DISPVTATIO II.

Vtrum in regno Siciliæ præſumatur quælibet ciuitas uiuere iure Longobardo, uel iure Romano, & an ius Longobardum præferatur iuri Romano in regno.

1 *Ius Longobardum an præferatur iuri Romano in regno, uel econtra nu. 19.*
2 *Ius Francorum dicitur ius ſpeciale, & exorbi ſum, & qui allegat ipſum, debet probare, quia eſt contra ius commune, nu. 45.*
3 *Ius Longobardum non eſt lex neque ratio, & ideo receſſerit ab aula.*
4 *Ius Longobardum non ſeruatur niſi in loco ubi eſſet eius conſuetudo nu. 69.*
5 *Ius Longobardum eſt ius aſininum nu. 34.*
7 *Ius Longobardum eſt lex inualida.*
8 *Ius Longobardum dicitur lex uulgaris.*
10 *Lex regni transfertur cum ipſa translatione regni nu. 15.*
11 *Lex quamuis dura, & iniuſta ſeruanda eſt*
12 *Conſuetudo contra conſtitutiones regni eſt reprobata.*
13 *Scire, & ſcire debere ſunt patria.*
14 *Andreas de Iſernia dicitur legum Euangeliſta, & eſt maioris auctoritatis quam Lucas de Penna.*
15 *Notarius unius comitatus poteſt facere inſtrumentum in alio uolente domo illius.*
16 *Intellectus uerus ad conſtitutionem puritatem reprobata opinione Matthæi, nu. 17. 19. 20. 21.*
17 *Dictio uidelicet quid importet.*
18 *Iuris communis appellatione in regno uenit etiam ius municipale.*
20 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem obſeruantiæ item dat regulam, & ordinem intellectus. Et ſi reperiantur duo inſtrumenta in eadem carta, præſumitur prius illud quod precedit.*
21 *Ordo ſcripturæ an inſpicitur, quando mens diſponentis eſt certa*
22 *Clauſula inſerta in medio unius capituli, ad illum tantum refertur.*
23 *Conſuetudo habet uim legis, & dicitur lex municipij.*
24 *Clauſula refertur ad unum tantum capitulum, quando poteſt aſſignari ratio, quare non referatur ad alia.*
25 *Ordo poſitus gratia exẽpli nõ eſt ſeruãdus.*
26 *Ordo ſcripturæ inſpicitur, ubi habemus ordinem intellectus.*
27 *Ordo ſcripturæ non attenditur, quando perturbat ordinem neceſſitatis.*
28 *Iuris appellatione ſimpliciter uenit ius Romanum per antonomaſiam num 30.*
29 *Correctio legum eſt euitanda.*
Dignior cẽſetur ille, qui prænominatus eſt a diſputantibus.
31 *Dignus præfertur minus digno.*
Ius Romanum eſt dignius iure Longobardo.
Dignitas maior eſt illa, quæ acquiratur, a principe, quam quæ ab inferiore.
33 *Leges Imperatorũ dicuntur procedere a Deo quia imperator dicitur diuina prouidentia conſtitutus, & eſt ſicut Deus in cęlo.*
34 *Leges iuriſconſultorum fuerunt factæ cum tanta iniuſtitia ut in eis iniuſtitia inueniri non poſſit.*
Iuris Longobardi obſeruantia non eſt neceſſitatiua præciſe nu. 59.
35 *Dictio prout eſt relatiua & limitatiua.*
36 *Mundualdus datur mulierib. tantũ uiuentibus*

tibus iure Longobardo, nu. 37.
Argumentum a contrario ſenſu habet locũ in ſtatuto.
37 *Teſtamentum mulieris an ualeat ſine mundualdo nu. 38.*
Conſuetudo cuius initij non extat memoria habet uim priuilegij & legis.
Conſuetudo generalis eſt in regno quod iure Romano uiuatur.
38 *Ius Longobardum excludit cognatus a ſuccedendo & admittit filios naturales.*
39 *Probatio quod uiuatur iure Francorum ſumitur ex eo, quod alias ita uixerunt illi de domo.*
Conſuetudo notoria eſt illa, quæ probatur ex inſpectionem plurium inſtrumentorum, & ſufficit eam allegari.
40 *Conſuetudo nulla eſt fortior, quam illa quæ eſt conformis cum iure communi.*
Conſuetudo dubia recipit interpretationem a iure communi generali, non a locali.
41 *Ius Longobardum probari debet per eũ, qui ipſum allegat.*
42 *Inter uiuẽtes iure Romano cauſa deciditur ſecundum ius Romanum inter uiuentes in re Longobardo ſecundum ius Lõgobardum.*
43 *Ius Longobardum non fuit confirmatũ per Imperatores in regno, ſed potius reprobatum.*
44 *Auctoritates Doctorum ſunt probabiles, ſed non neceſſaria.*
45 *Ius Longobardum potius præſumitur quam ius Francorum.*

a AMbigua, & diutiſſima, inter regnicolas uentilata eſt quæſtio. An ius Longobardum præferatur iuri Rom. in hoc regno Siciliæ, & ſecundum quod ius debet prius iudex iudicare. Et quoniam iſta q. fuit mihi uiſa non ſolum utilis, uerũ etiam neceſſaria in hoc regno maxime, & iſtã hactenus bene diſcuſſam non reperio, ita ut claram cõcluſionem habeamus, propterea cogitaui eam pro uiribus examinare, & ad ueram concluſionem, prout mihi iuris eſſe uidebitur. redigere, ut in futurũ faciliorem uiam aliis conſiderandi aperiã.
1 Et primo † pro parte affirmatiua, quod ius Longobardum præferatur iuri Rom. in regno Siciliæ, adducitur conſt. regni, quæ incipit puritatem, qua cauetur, quod iudices iurent ſententiando prius ſecundũ conſtitutiones regni, deinde ſecundum cõſuetudines approbatas, & deinde ſecũdum iura cõmunia Longobarda uidelicet & Romana. Et ſic in ordine præmittit ius Lõgobardum, & poſtea Rom. unde ille ordo uerborum datus per illam conſtit. deſignat ordinẽ executionis per ea quæ habentur plene per Abb. & Fel. in ca. cum dilect. de reſcri. ex conſequenti iudex debet in iudicando præferre ius Longobardum iuri Ro. in tãtum, & dicit And. de Iſer. in d. conſt. puritatem, quod illi, qui non utuntur eo iure propter conſuetudinem, non excuſantur. quia eſſet conſuetudo contra conſti. regni, quæ conſuetudo reprobatus, ut in pe. cõſti. §. fi. Secundo, adduco auctor. And. de Iſer. prælud. feu. in 3. q princip. ubi expreſſe tenet, quod in regno Siciliæ ſeruatur ius Longobardum, quia conſtitutio regni hoc præcipit, & ibid. circa fi. illius q. dicit, quod illi, qui non ſeruant dictum ius, non excuſantur conſuetududine, per rationem prędictã Tertio, adducitur auctoritas gl. in conſtit. uniuerſis, in gl. in uer. aut in defectu, & c. q̃ in iudicando ſimiliter præponit ius Lõgobardum iuri Romano, & magna eſt auctoritas gloſſ. Quarto, adduco auctoritatem And. de Iſe. in conſt. præſenti la 3. & in cõſti. ſi quando contigerit ubi ſimiliter dicit qd ius Longobardum præfertur Romano cuius And. magna eſt auctoritas in hoc regno, quia appellatur legum euangeliſta.
2 † Quinto adduco eundem And. in c. Imp. §. præterea ducatus. col. 1. in fin. de pro hi. feud. alie. per Fed. ub. expreſſe dicit, quod ĩ regno uiuitur iure Longobardo, & ille qui allegat ius Francorum. debet illud ꝓbare cũ ut ius ſpeciale in regno Sexto, adduco eundẽ Andr. in c. 1. in uerſ. bona uacantia, quæ ſit reg. ubi plures dicit, ꝙ in regno ſeruatur ius Longobardum. Septimo adducitur auctoritas Mat. de Affl. do. Nea. in dec. 248. conſ. Neap. in 2. col. ubi dicit, ꝙ in regno præſumitur ꝙ uiuatur iure Longob. unde qui dicit cõtrarium, probare debet. Octauo adducitur auctoritas *Alexa.* in l. pro hær. §. ſi ff. de acq. hær. ubi Alex. refert And. de Iſer. in prælud. feudorum, & cõcludit de mente And. ꝙ ſaltem Longobardæ leges, quæ fuerunt conditæ ab imperatoribus ſeruari debent, cum ſint generales in.

Nono extat auctoritas eiuſdem An. in cō ſti. vt vniuerſis. circa fin. ubi dat ordinem quomodo procedatur in regno ſcilicet, ut primo iudicetur ſecundum conſtitutiones deinde ſecundum cōſuetudinem, & demū ſecundum ius Longobardum, & poſtea ſecundum ius Romanum.

Decimo idem And. in conſt. ſpeciale, dicit ꝙ prius ſeruatur ius Longobardum, & po
3 ſtea ius Rom. Pro † parte uero cōtraria negatiua. ꝙ iſtud ius Longobardum, non ſit in uſo adduco primo auctoritatem Odof. & Bal. in auth. dos data C. de do. ante nup. ubi dīt, ꝙ lex Longobarda, non eſt lex neque rō. & ideo receſſit ab aula. Secūdo, ad
4 ducitur. † Item Bal. in l. ſi inuita, in fi. C de nup. vbi dicit ꝙ de iuſto iure Longobardo nō eſt curandum, niſi in loco ubi eſſet eius obſeruātia, ſcdm conſuetudinē loci. ſed in hoc regno eſt potius cōtraria conſuetudo quia nō ſeruatur ut infra dicā, ergo de eo
5 non eſt curādum. Tertio, adducitur † dec. And. de Iſe. in c. 1 § ſi. in fi. de no. Feu. ubi dicit, ꝙ ius Longobardū eſt ius aſininum, & caret rōne, & ideo nō ſeruatur ubilibet.
6 Quarto dicit idē † And. in c. 1. col. 2. de feu. cogi. ꝙ iudex ceſſantibus conſuetudinib. debet uti l. Rom. vel Longobarda, vbi illo iure viuitur. Vnde præponit ius Romanū iuri Longobardo, & dicit, ꝙ ibi ſeruari debet ius Longobardum, vbi illo iure viuitur, vnde innuit, ꝙ eſt ius ſpeciale ſicut dicimus de iure Frācorum. Ergo probari debet, ꝙ eo iure viuitur, per ea quæ not. And. de Iſe. in d. c. imperialem. § præterea ducatus, dum loquitur de iure Francorū. Quin
7 to adducitur † auctoritas Archi. in c. quicūque, 11. q. 1. vbi dicit, ꝙ lex Longobarda, eſt lex inualida, & non pōt confirmare aliam legem inualidam. Sexto adducitur auctoritas Aluar. in prælud. feud. in ver. coll. in 4. q. vbi confirmat dictum Bal. in auth. dos data, & in d. l. ſi inuita. Septimo, dicit
8 † Arch. in c. cū deuotiſſima. 12. q. 2. quod iſta lex Lōgobarda appellatur lex uulgaris prout ē tex. ibi, appellatur, ex eo, quia ab hominibus vulgarib. & rudibus fuit cōpoſita, vñ tñ minus debet ſeruari. Octauo, ad
9 ducitur. † auctor. Lucæ de Pen. in l. 1. C. de pcurator. & conduct. libr. 11. vbi dicit, qđ ius Longobardum non debet preferri ius Roma. ubi niſi ſeruatur de conſuetudine.

10 Nono adducitur † dictū Bal. in c. translato de cōſt. ubi dicit, ꝙ trāslato regno, ſiue imperio. transfertur ēt lex regni, unde licet illud ius Longobardum potuiſſet ſeruari tēpore, quo erant illi reges Apuliæ, tñ quia regnum fuit poſtea ab eis translatum, debet cenſeri translata eſſe lex eorū, & ſic d. l. Lōgobarda nō debet ſeruari. ſicut dicimus de l. Moſaica quæ fuit translata in l. Euangelica. vna cū trāslatione ſacerdotii in Chriſtum. Decimo, & ultimo. adducitur auctoritas Mat. de Aſfl. doct. Neapolitani, in d. cōſt. Puritatē. in 4 col. vbi firmat op. Luc. de Pen. ſcilicet, quod ius Lōgobardum nō præferatur iuri Romano, ibi dicit, qđ iſta opi. ſemper ſibi placuit, & dat unam expoſitionem ad d. conſt. Puritatē, quę in rei ueritate, ſalua rōne recti ſermonis nō pōt procedere, vt infra dicam. Habemus ergo huc uſque decem auctoritates pro vna parte, & decem pro alia, vnde quæſtio redditur ualde dubia. Si quis tñ uellet tenere primam partem, quæ vr̄ fulcita auctoritate authen. ſ. per tex. in d. cōſti. Puritatē. poſſet reſpondere ad oēs decē auctoritates cōtrarias. Et primo ad dictū Bal. & Odof. in d. auth. dos data, poſſet dici. quod Bald. & Odof. non fuerunt regnicolæ, vnde veriſimiliter non potuerunt habere conſtitutionū regni quę non ſeruantur in regionibus eorum. Dicta ergo eorum procedunt de iure communi quod poſtquam ſuperuenit ius commune Romanorum, illud ius Longobardum receſſit ab aula ſed quia ius municipale huius regni, prout d. conſt. Puritatem, iubet illud ſeruari, tenemur nos regnicolæ obedire illi conſtitutioni. Et eodem modo poteſt reſponderi ad dictum Bald. in d. l. ſi inuita. C. de nup. Vel poteſt dici, qđ illud dictum Bal. facit pro prima parte, quia dicit, qđ de eo nō eſt curandum, niſi in loco, vbi tali lege Lōgobarda viuitur, ſed in hoc regno neceſſitamur ad utendū tali lege, per d. conſt. ergo eſt de tali iure curandū. Ad
11 dictū † And. de Iſe. in d. ca. 4. de notis feud. pōt reſponderi, quod An. eſt ſibi cōtrarius quia in pluribus locis tenet, quod ſeruatur tale ius in regno, vt ſupra retuli in prima parte. vnde dici poteſt, quod melius fuit tunc locutus ex quo habet pro ſe text. d. c. conſt. Nec obſtat, ꝙ illud ius ſit aſininum, & ſine ratione, quia in lege, hoc non conſide-

ſideratur, nam licet lex aliqua ſit dura, uel
iniuſta, tamen ſeruanda eſt, quia ita uult le
giſlator, ut dixi tex. in l. proſpexit, ff. qui, &
12 a quib. Similiter ad dictum † And. in c. 1.
de feu. cog. poteſt reſponderi, ꝙ non debet
inſpici ordo ſcripturæ ipſius And. cum ha
bemus ordinem legis, & ſi And. dicit, ꝙ de
bet ſeruari, ubi eo iure uiuitur debet con
cordari cum aliis ſuis dictis. Et facias con
ſequentiam cum minore in hoc regno ui-
uitur eo iure, ergo in regno ſeruari debet,
& ſi negares minorem, ꝙ nõ uiuatur eo iu
re in regno, hoc eſſet ex contraria conſue-
tudine, quæ reprobata contra conſtitutio-
nem per tex. in proœ. conſt. §. ſi. unde ſi ita
non uiuitur, ſufficit, ꝙ ita uiuere debet ho-
13 mines, & ita neceſſitantur per d. cõſt. † Ad
quod facit illud, quod dicimus ſcire, & ſci-
re debere ſunt paria. l. quod te. in fi. ff. ſi cer
tũ peta. & c. uaſſallus, ſi feudũ, & ibi Aluar.
1. no. ſi de feud. fue. contr. & gloſ. in l. pen.
C. de per. tut. Ad dictum *Archid.* in d. c. qui
cunque & in d. cap. cum deuotiſſimam, &
ad dictum Aluar. in prælud. feud reſponde
ri poteſt eodem modo, quod loquuntur de
iure communi, ſicut dixi de dicto Bald. ad
14 dictum Lucæ de † Penna, poteſt reſponde
ri eodẽ modo, prout dixi ad dictum And.
ſupra. Dicit n. ꝙ ubi ſeruatur de conſuetu
dine, præfertur iuri Romano, ſed in hoc re
gno ſeruatur, uel ſeruari debet per d. conſt.
Puritaté, ergo præfertur. Præterea in regno
eſt maioris auctoritatis *And.* de Iſer. qui ap
pellatur legum euangeliſta, quam Luc. de
Pen. und. debet præferri dictum And. qui
contrarium tenet, maxime in prælud feu.
15 in 3. q. Ad dictum † Bald in cap. tranſlato
rñderi poteſt, fatẽdo dictum ſuum, ꝙ cum
tranſlatione regni tranſferatur, & lex niſi
nouus regnator legem ueterem confir-
met, quia tunc ſeruatur lex uetus ex noua
confirmatione, quia ita uult nouus domi-
nus. Ita proprie dicit And. in prælud feud.
in 3. queſtio. & ibi ſubdit exemplum de no
tario unius commitatus, qui poteſt facere
cõtractum in alio commitatu uolente do-
mino illius comitatus. Sed nouus domi-
nus in regno tráſlato, qui fecit dictam con
ſtit. uoluit confirmare ius Longobardum.
16 ergo ſeruari debet. Ad † dictum Matth.
in d. conſtitu. Puritatem, poteſt reſponde-
ri, prout reſponſum fuit ad auctoritatem
Luc. de Pen. ex quo ipſe imitatur & confir-
mat opi. Lucæ. Et dum ipſe Matthæus dat
nouam expoſitionem ad dictam conſtitu.
faciendo unam extraneam conſtructioné,
dico quod talis ſua conſtructio uitiat peni
tus literam illius conſtitutionis, & non po-
ſet ſaluari ſalua ratione recti ſermonis. Nã
uerba conſt. ſunt hæc formalia, uidelicet.
Ac demum ſecundum iura communia, Lõ
gobarda uidelicet & Romana, &c. Et ſic
primo ponit dictum in genere, ſcilicet ſe-
cundum iura communia, deinde illud ge-
nus exemplificat per dictionem, uidelicet.
Et in illa exemplificatione ponit ęqualiter
ius Longobardum, & Romanũ, deſignãs,
ꝙ ambo ſunt iura communia, & præponit
in ordine ius Longobardum. Illa ergo de-
terminatio ſcilicet iura communia, &c. re
lata ad iſta duo determinabilia, ſcilicet ad
ius Longobardum, & Romanum, debet ea
pariformiter determinare, ſcilicet quod am
bo dicantur iura communia, l. nam hoc iu
17 re, & l. Lucius, ff. de uulga. & pup. † Et hoc
perpenditur ex illa dictione, uidelicet, quæ
eſt dictio declaratiua, & reſtrictiua præce-
dentium, ſecũdum Bar. in l. 1. ff. ad l. Aquil.
& Fran. de Are. in l. ſi fundum, ff. mand. &
no. in c. ſtatutum, & ibi Gem. el. 2. de hære.
li. 6. & eſt tex. in c. tranſmiſſa, de eo, qui co
gnouit conſanguineam uxor. ſuæ, & in l. cũ
quidam, §. 1. ff. de vſur. & Iaſ. in l. idem in
duobus. §. perſonale, in 1. not. ff. de pac. &
in l. iuſiurandum, quod ex conuentione.
§. procurator, col. 4. ff. de iureiur. Vnde con
clutiue per illam dictionem, uidelicet, illa
iura cõmunia declarãtur, & reſtringuntur
æqualiter ad iura Lõgobarda & Romana
cum ordine ſuo, qui colligitur ex ipſa ſcri-
ptura, per quam declarationem, quæ eſt ue
riſſima, prout uerba, & mens legiſlatoris
ſonant, apparet non procedere illam expo
ſitionem, quã facit præfatus Moder. Nea-
politanus dũ dicit debere illa uerba cõſti.
ita conſtitui. uidelicet. *Ac* demum ſecũdũ
iura communia Romana, & Longobarda
& ſic uult peruertere ordinem conſtitutio
num. Aſſignat ipſe rõnem, quia ius Lõgo-
bardum non eſt commune, ſed eſt ſpecia-
le in hoc regno, & ideo illud adiectiuum
communia, non poteſt referri ad ius Lon-
gobardum, ꝙ non eſt ius commune, unde
de neceſſitate refertur ad ius Romanum

& ſic reperitur prius in ordine literæ ius
Romanũ,ſecũdũ cõ. Mihi vr̃ quod talis in-
ſtructio non procedit quia non põt ſalua
ratione recti ſermonis procedere, ut ſupra
dixi,nam peruertit ordinem illius conſt. cõ
tra mentem Imperatoris. Ad rationem dñi
Matthæi reſpondeo, quod imò illud adie-
ctiuum cõis, põt referri ad ius Longobar-
dum nam dato, qđ ſit ius ſpeciale in hoc
regno quia tñ ſeruatur, facit ius cõe in re-
gno,& cum d. conſt. intendat ponere legẽ
in hoc regno tm̃, quia extra regnum non
extendit uires ſuas, uoluit loqui de iuribus
18 ſeruandis in regno, † in quo oẽ ius muni-
cipale,ſeu ſpeciale totius regni, dr̃ ius cõe,
ex quo derogat iuri cõi. Ita dicit Alex. in l.
poſt dotem, col. 1 1. ff. ſolu. m. tr. & Alex. in
addi. ad Bal. in l. conſt. in fi. ubi etiam Bald.
ſentit. C. de bo. quæ lib. & Bal. in l. illa inſt.
in fi. ff. de hær. inſt. & Lud. Rom. in rub. ff.
de arb. ubi dicũt, qđ ſi eſt cõpromiſſum in
arbitrũ, q dẽt pronunciare, ſecundũ ius cõe
dẽt talis arbiter pronũciare, ſecũdũ ius mu
nicipale illius loci; quia tale ius facit ibi
ius cõe, ſedm eos. Si ergo ĩ propoſito, licet,
ius Longobardũ ſit ſpeciale in hoc regno
tñ facit in eos eius cõe. Vnde per prædicta
merito illa uerba conſtit. debent intelligi,
prout iacẽt, quia poſſunt referri tam ad ius
Longobardum, quam ad ius Romanum.
Hæc autem ſalua excuſatione dixi, non ut
audeam attentare contra interpretationẽ
dñi ac præceptoris mei, te colendæ memo-
riæ, qui nempe iuris huius regni illuſtrator
merito potuit appellari, ſed quia credo ue-
ritatem dicere, quæ cunctis rebus eſt præfe-
19 renda. Et licet hæc † prima pars uideatur
bene defenſata ab impugnationibus con-
trariis, tñ pro ſolutione,& cõcluſione huius
utiliſſimæq. ego teneo indubitanter ſecun-
dum partem cõtrariam. ſ. qđ imò in regno
ius Longobardum non præferatur iuri Ro
mano, imò ipſum ius Rom. eſt in uiridi ob
ſeruantia, & eo iure quilibet præſumitur
uiuere in regno, niſi ex aduerſo contrariũ
probetur. Et firmi hanc concluſionẽ, quod
in regno alleganti, quod uiuatur iure Lon
gobardo, incumbat onus probãdi. Quam
concluſionẽ probabo non ſolum per leges
iuris cõis, ſed etiam per ipſas met conſt. re-
gni, & etiam rationibus urgentiſſimis. Et
quia oẽs auctoritates cõtrariæ, quæ fouent
primam partem, nituntur ex ſola deciſio
illius conſt. Puritatem, quæ uĩ eſſe princi-
pale fundamentum opinionis contrariæ,
prius nitar talẽ fundamentum delere, & ſic
oẽs auctoritates corruent, quæ per eam fun
dantur c. cũ Paul. 1. q. Aſſumo igitur uerba
d. conſt. Puritatem,& nemo ad ipſius inter
pretationem, per quam apertiſſime demon
ſtrabo, q illa cõſtitutio non meretur alle-
gari pro illa prima parte, ſed potius pro
20 hac ſecunda, quam teneo. † Et præſuppo-
no, qđ dubiũ faciebat ille ordo ſcripturæ,
in quo ius Longobardum prius nominatũ,
quam ius Rom. unde debet prius ſeruari
arg. l. quoties. ff. de uſufr. & l. generaliter. §.
ſiquidem. ff. de fideic. lib. Hinc dicit Bal. in
l. aduerſus. C. de fur. qđ prior in ordine ſcri
pturæ, præſumit prior in tpe; et dicit Bal.
in l. 1. C. de impub. & al. ſubſt. q ordine ſcri
pturę datur regula. Et dicit Bar. et Bal. in 1.
conſt. C. col. fin. q ſi reperiuntur duo inſtrũa
ſcripta in eadem carta præſumitur prius il
lud, quod præcedit ex ordine ſcripturæ, et
Bal. in l. ſi duas, in princ. ff. de exec. tut. q ex
ordine ſcripturæ præſumitur ordo intelle-
ctus. Idem notat plene Fel. in c. cũ dilecta,
21 col. 3. de reſcr. Ad hoc † præſuppoſitum re-
ſpondeo, ut incipiam tollere dubiũ, et dico
ſic. Qñ mens diſponentis eſt certa, non cu-
ratur, nec inſpicietur ordo ſcripturæ in le-
gib. ita tenet Bart. per illum text. in l. cũ pa
ter. § fidei tuæ. ff. de le. 2. et idẽ Bar. in l. 2.
§ prius, in fi. ff. de uulg. et pup. et ita intelli
gitur tex. in l. nec enim. ff. de iol. Idẽ tenet
Bal. in d. l. ſi duas, ubi dicit q qñ diſpoſitio
loquentis eſt certa, non curamus ordinem
uerborum, ſed in terminis d. conſt. Purita-
tem, mens diſponentis, eſt certiſſima, quali-
ter, et qñ uelit ſeruari ius Longobardum,
ut modo declarabo, ergo non debemus cu-
rare illum ordinẽ, quod ſit certa mẽs diſpo-
nentis. Probo. Nam uerba formalis conſt.
sũt hæc uidelicet. Ac demũ ſedm iura cõia
Lõgobarda, uidelicet Romana, prout qua-
litas litigantium exegerit, iudicabunt, &c.
Nota igitur, quod illud uerbũ, iudicabunt
determinat, et perficit totam orõnem præ-
cedentem, et tñ antequam oratio ſit perfe-
cta, eſt inſerta illa clauſula, prout qualitas
litigantium exegerit, &c. Quæ clauſula de
neceſſitate debet referri ad hoc ultimũ cap.
ſ. dum loquitur de iure cõi Longobardo,
& Ro-

22 & Romano, pluribus de cauſis. † Primo q a
eſt inſerta in medio ipſius capituli ſ. ante
q oratio eſſet completa, quo caſu ad ipſum
tantum capitulum refertur, & non alia præ
cedentia ſeparata, ſm Bar. in l. talis ſcriptu
ra, col. 2. circa fi. ff. de leg. 1. & Bar. in l. ſi ff.
de reb. dub. per text. & ibi gl. in l. filio. ff. qñ
d. leg. ce. & per Phil. Dec. in conſi. 14. col. 3.
in fi. uer. & cum talis, &c. Secundo, quia ſu-
pra præceſſerunt in d. conſt. duo, alia c. Pri-
mũ uidelicet, q iudices iudicẽt, ſcdm cõſt.
Secundũ, quod in defectu earum iudicent,
ſecũdũ cõſuetudines approbatas, ac demũ
ſecũdũ iura cõ a, &c. ad illa duo c pcedẽtia
referri non poteſt illa clauſula, prout quali-
tas litigantium, &c quia reſultaret legum
contrarietas, quia legiſlator uult, qđ omni
no, ſeruentur conſtitutiones regni, & non
attendatur qualitas litigantium, nec con-
ſuetudo contraria, ut in proœ. cõſt. §. ſi. Itẽ
23 † ubi eſt conſuetudo approbata in ciuita-
te, illa habet uim legis, & illã tenentur oẽs
de illa ciuitate ſeruare, quia dr lex munici-
pij. l. 1. C. de eman. lib. & l. de quibus cum
ibi. no. ff. de leg. & inſ. de iure nat. §. ex non
ſcripto, & cap. cum conſuetudinis, &c ff de
conſuet. unde non attenditur qualitas liti-
gantis contra antiquam conſuetudinem.
24 † Ergo ſequitur q ſtante contrarietate. q
ſemper euitanda eſt, illa clauſula non põt
ad alia capitula referre, niſi ad hoc ultimũ,
cum poſſit aſſignari ratio, quare non refe-
ratur ad alia, ut dicunt Bar. Bal. & ibi cõi-
ter doc. in l. 1. C. de li. præter. & Bar. in d. l.
talis ſcriptura, ff. de leg. 1. & in l. ſi idem cũ
codẽ. §. ſi. ff. de iur. om. iud. & Ale. in conſil.
48. col. 3. uerſ. ſed ita 1. uol. Cum ergo dicta
clauſula de neceſſitate referatur ad hoc ul-
timum caſatis clare patet de mente diſpo-
nentis, quod non uult iura Longobarda
pferri iuri Rom. ſed illa ſeruari, ſcdm qua-
litatem litigantium. prout ibi ponit Andr.
de Iſer. ſ. quod ille, qui uiuit iure Longo-
bardo, iudicetur per ius Longobardum, il-
le uero, qui uiuit iure Ro. iudicetur per ius
Romanum, ergo ſeqtur, quod ſi litigator
uiuere iure Ro. non cõpellitur iudex iudi-
care, ſecũdũ ius Lõgobardũ, & ſic non præ
feret ius Longobardum iuri Romano, un
de quia apparet de mente diſponentis non
eſt curandus, nec inſpiciendus dictus ordo
uerborum, ſed ſola mẽs, & ex prædictis col
ligitur prima rõ in fauorem huius ſecun-
dæ partis, q ſequor. Secundo principaliter,
25 quod † dictus ordo non ſit curandus, ad-
duco aliam regulam, uidelicet, qñ ordo pu
nitur in aliqua diſpoſitione gratia exem-
pli pro doctrina nũquam cenſetur poſitus
pro forma. nec ſeruari debet. Tex. eſt in c. de
cernimus, & ibi Car. de iud. ubi epi, & Abb.
præferuntur in ordine archiepiſcopo, & tñ
nulli dubium eſt, q archieps eſt dignior, &
dẽt primo nominari, & non eſt alia ratio,
niſi quia nominatio ſit gratia exempli, uñ
non inſpicitur ordo. Ita tenet etiam Fel. in
d. c. cum dilect. colu. 6. uerſi. 2. declar. & c. de
reſc. ſed in d. conſt. Puritatem, illa nomina
tio iurium Longobardi, & Rom. fuit facta
gratia exempli. Quod patet per illã dictio
nem, uidelicet, quæ eſt dictio declaratiua,
& exemplificatiua, ut ſupra dixi. Nam pri-
mo dicit ſecundũ iura cõia, & poſtea exem
plificat declarando, q ſunt iſta iura cõia, er-
go ſeqtur, quod ille ordo non eſt inſpicien
26 dus. Tertio, quia † ubi conſtat de ordine
intellectus, nõ curatur nec inſpicitur ordo
ſcripturæ. Ita dicit Bar. in l. ita tñ. §. qui ſu-
ſpectam, & in l. Sceuola, circa fi. ff. ad Treb.
ſed ibi conſtat de ordine intellectus, qui eſt
ut in uiuentibus iure Long. tantum ſerue-
tur ius Longobardum, & non in alijs per
illam clauſulã. Prout qualitas. &c. ergo nõ
27 curatur ordo ſcripturæ. Quarto, quia † qñ
ordo ſcripturæ perturbat ordinem neceſſi
tatis. non attenditur, imò reducitur ad or-
dinẽ neceſſitatis ita tenet Bar. in l. Galius.
§. quidam recte, colu. 1. ff. de libe. & poſth.
& ibi per alios doc. & Bar. in l. 1. in fi. C. de
exec. rei iud. ſed in d. conſt. eſt ordo neceſſi
tatis, q in uiuentibus iure Romano, ceſſet
ius Longobardum, ſed tunc præferatur, qñ
litigantes eo iure uiuerent, ergo iſte ordo
eſt attendendus, non ordo ſcripturæ. Quin
28 to qđ dictus † ordo nõ ſit ſubſtantialis nec
inſpiciendus, pondero unam aliam conſti.
uidelicet conſt. ut uniuerſis, ubi ſunt ſimi
lia uerba, & nulla ſit mentio de iure Lon-
gobardo, dicit. n. qđ iudices iudicent ſm cõ
ſtitutiones, & deinde ſm conſuetudines, ac
demum ſm iura, non ſpecificando quæ iu-
ra quo caſu in dubbio appellatione iuris
ſimpliciter, uenit ius Romanum, per anto
nomaſiam, ut §. ſed quoties, inſt. de iure
nat. unde illa conſti. ſentit totum contra-

rium.& ſic facit pro parte noſtra, quia ceſ-
ſante conſuetudine debet iudicari ſecun-
dum ius Romanum ergo præponitur iuri
Longobardo. Et hanc ponderationē ſentit
29 ēt Mat in d.cōſt.puritatē.† Sed poſſet ali
quis dicere, ꝙ illa conſtit. Vt uniuerſis, eſt
correcta per conſti. Puritatē, quæ eſt poſte-
rior. Rñdeo, quod imo nō eſt correcta, q̃a
dicta conſt. Puritatem dicit illud idem, niſi
quia addit illam limitationem in uiuenti
bus iure Lōgobardo, unde eſt potius limi-
tatiua, q̃ correctiua, ſemper.n. in dubio ui-
tanda eſt longum correctio.l. præcipimus,
C.de app.& l.ſancimus, C.de teſt. Dicamus
ergo, ſic iungendo utrāque conſt. quod iu-
dex ceſſante cōſuetudine, dēt iudicare ſm
iura,l. Romana, ꝙ ita loquatur d.conſt.ut
uniuerſis. Fallit, qñ qualitas litigantium
aliud exigeret, quia tūc procedit conſt. Pu
ritatem, unde dicta conſt.ut uniuerſis. po-
nit regulam, ſed conſt. Puritatem, ponit li-
mitationem, rei regulæ ſtandum eſt, donec
probet fallentia, c.ad decimas, de reſt.ſpol.
lib.6.& no. Bar.& do. in l.2.ff.ſi quis in ius
30 uo. non ie. Sexto, quod dictus † ordo non
ſit inſpiciendus, neque formam inducat,
pōdero nouiter unam aliam conſt. ab aliis
non ponderatam, quæ incipit. Cum circa,
quæ mandat iudicibus, & officialibus, ut
decidāt cauſas iuxta tenorem conſtōnum,
& iura, & conſuetudines approbatas, & ſic
primo dicit ſm iura, & poſtea ſm conſue-
tudines, certe ſi uellemus inſpicere ordinē
uerborum, deberet præferri ius cōe conſue
l. 1. C. de cõfeſ. Verũ eſt, quo ſi actor uigo-
re confeſſionis rei uoluerit formare libellũ
ſolẽniter, & petere id. ꝙ confeſſus eſt, tunc
requiritur ſnĩa, ex quo cã eſt initiata in for
mã iudici, & ſnĩa dẽt eſſe cõformis libello
& hoc dicit iſta gl. Non tñ ibi fit aliquod
uerbũ, ꝙ ſi interueniret libellus neptus, ui-
tiaretur proceſſus, uel ſi alter proceſſus
fuit nõ ritè factus. Sed ſolũ ſentit, ꝙ ſi fuit
fabricatus proceſſus, eſt ſolẽniter ꝑ ſnĩam
determinandus, qđ eſt ex quadam neceſſita
te, quia oĩs proceſſus expectat diffinitiuã
13 ſniam regulariter. Nõ obſtat, † ꝙ dicimus
de teſtõ in ſcriptis, quia illud eſt cũ teſta-
tor expreſsè declarauit, quod uolebat teſta
ri in ſcriptis, quo caſu, ſi non ualebat teſta
mentum in ſcriptis, minime ualet ut nun-
cupatiuũ. Secus, qñ hoc expreſsè non appa
ret, quia tunc ſi poteſt ualere ut nuncupati
uum, ut quia interuenerunt oĩa requiſita
in nuncupatiuo, ualebit ut nũcupatiuum.
Ita ſentit Barto. in d. l. ſi. ff. de iure codic. &
Cyn. Ale. & Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. §.
ꝑ nuncupationẽ. C. de teſt. & Ang. & Imo.
in l. 1. §. ſin autẽ ff. de hær. inſt. & Ale. in cõ
ſi. 176. col. 2. in 5. uol. & conſ. 113. in 3. uol.
& Pau. de Caſt. in conſ. 415. in 2. uol. & So
ci. in conſil. 142. in 1. uol. & hẽtur aliqd in
dec. 69. Neap. Et eodem modo rñdeo ad l.
cõtractus. C. de fid. inſt. & ꝙ ib. not. Bal. ſ.
ꝙ loquitur, qñ expreſſe apparet, qđ partes
uoluerunt contrahere in ſcriptis. Et ꝑ hoc
dico, ꝙ qñ expreſsè partes conuenirent, qđ
procedatur ordinarie corã iudice, & renun
ciarent illi c. de teſt. tunc ꝑꝑ expreſſum cõ
ſenſum, dicerem, qđ non ualeret iudicium,
ſi aliqua ſolemnitas omitteretur, per prædi
14 cta. Quid † autẽ contra, an poſſint partes
facere, qđ in cã ordinaria procedatur ſum-
mariè: Spe. in tit. de lib. concep. §. nunc di-

cendum,ver.9. tenet ꝙ ſic,ſe contrariú tenet Car.in d c.ſæpe,in princ.in 12.quæſ.& Ale.in ad.ad Bar.in d.l.ſi ſocietatē §.arbitrorū,in 2.colum.in add.quæ inc. Adde ad hoc,&c.ff.pro ſocio, & eſt rō.quia qd ordinariè procedatur eſt iuri (publici, & partes non poſſant iuri publico renunciare, l.ius publicum ff de pac. Idem tenet Luc.de Pe. in l de ſubmerſis,col pen.in fi.& ſeq C.de naufr.li.11.per eandē rōnem. Dicit tamen Card.in d.12.qu.& Lucas, ut ſupra, quod ſi partes uellent, ꝙ iudex procedat tanquā arbitrator,poſſunt hoc facere. Et ſic p hūc modum poſſunt facere cauſam ſummariā faciendo compromiſſum eo modo. Et ex his remanet expedit iſta utilis quæſt. Laus Deo.Rob.Mar.Venuſ.V.I.D.

A D D I T I O.

a Fui ſæpe Vide D. Authorem ſupra in ſpeculo,in 4.par.prin.in 9 diſt.nu.203.

Ludouicus Alferius.

DISPVTATIO QVINTA.

Vtrum in crimine vſurarum poſſit iudex eccleſiaſticus, vel ſecularis inquirere, & procedere ex officio nemine accuſante, & vſurarium punire aliqua pœna,& quid ſeruatur in hoc regno Siciliæ.

1 *De vſurario an poſſit requiri per iudicem ex officio & condemnari ad aliquam pœnam nemine accuſante.*

Vſuras ne recipiat creditor, pōt per iudicem impediri,& receptas compelli reſtituere.

De vſurario ſuſpecto poteſt inquiri per iudicem eccleſiaſticum,ut imponatur ſibi pœnitentia

2 *Cauſa ſi fuit cœpta uia ordinaria debet ſolenniter per ſententiam diffiniri.*

3 *Vſurarius poteſt excommunicari ſi non reſtituit vſuras.*

4 *Vſura eſt delictum punibile, & ſuper eo pōt procedi per inquiſitionem,& accuſationē per iudicem eccleſiaſticum nu.11.*

Vſurarum crimen in regno eſt publicum qui libet admittitur ad accuſandum, & hoc qualiter procedat.

6 *Vſuræ ſunt permiſſæ de iure ciuili.*

7 *Vſurarius an poſſit criminaliter puniri, numero 12.13.*

8 *Vſurarius punitur tribus pœnis de iure canonico.*

9 *Vſurarius reſtitutis vſuris an teneatur ad aliud.*

Vſurarius pauper, qui non poteſt reſtituere, an teneatur in aliquo.nu.12.

10 *De Vſurario nullo modo poteſt hodie inquiri per iudicem ſecularem, niſi accuſetur ab eo.qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur.*

11 *Inquiſitio poteſt fieri per iudicem eccleſiaſticum vſura & de omni alio crimine fama præcedente.*

13 *Vſurarius recipiendo vſuras committit dolum,& debet teneri crimine ſtellionatus.*

14 *Vſurarius pluries delinquit.*

15 *Iudex eccleſiaſticus poteſt coadiuuare canones addendo nouam pœnam.*

Vſurarius an poſſit pecuniariter puniri,n.17

16 *Vſurariorum temeritas excreuit hodie, & acrius exercēt vſuras Chriſtiani q̄ Iudæi.*

Pœna augeri poteſt ob delicti frequentiam.

16 *Pœna illa irrogari dēt quæ magis timetur.*

Pœna pecuniaria eſt valde conueniens vſurario propter eius auaritiam.

17 *Vſura eſt crimen & non reperitur eo maius malum.*

Crimen dicitur omnis operatio mala,quæ poteſt accuſari & puniri.

18 *Pœna arbitraria puniri dēt omnis qui delinquit contra prohibitionem legis, quando lex certam pœnam non irrogat.*

20 *In dubio ſequenda eſt opinio illa, quæ magis fauet publicæ utilitati.*

21 *Vſuræ prohibentur recipi ēt a ſpōte ſoluente.*

Vſuras ſoluens non peccat ſed ſolum is qui eas recipit. Debitor ſoluens vſuras, videtur ſibi eruere oculum.

23 *Tortura an poſſit irrogari in crimine uſurarum.*

Vſurarius an poſſit torqueri ſtantib indicijs.

a Fiſcales a iudices ſolent quotidiē inueſtigando anhelare, unde poſſit pecunias extorquere. & prouentus facere, hinc qñque nemine conquerēte formant inquiſitiones ex officio cōtra uſurarios,ut poſſint eos ad legitimā pœnā cōdēnare Quæritur mō, an poſſint ex officio ꝓcedere & inquirere ac punire,nemine accuſante. Iſta q hēt multa capita,q uenit inferius decidenda,

&

& multa argumenta poſſunt adduci hinc
inde ad partes. † Et primo pro parte affir-
matiua, ꝙ poſſit inquiri ex officio, etiã ad
commodum priuati, adducitur text. i c. cũ
in dioceſi, & ibi Ioan. de Anan. in 2. no. de
iureiu. ubi iudex eccleſiaſticus etiam nemi
ne petente poteſt inquirere contra uſura-
rium, & ipſum compellere ad reſtitutionẽ
uſurarum. Idem tenet Abb. in c. tuas, in 2.
no. de uſur. ubi plus dicit, ꝙ nõ ſolum po-
teſt iudex cogere ad reſtitutionem uſura-
rum receptarum, uerum etiam ante ſolu-
tionẽ, poteſt ex officio impedire credito-
rẽ, nõ recipiat, ſeu exigat, & hoc cã uitan-
di peccatum. Idẽ tenet Io. de Ana in d. ca.
tuas, in ult. no. gl. in c. ex literis, de ſponſ. &
Abb. in c. ad noſtram. el. 2. col. 2. de iureiu.
ubi dicit de mẽte Ion. quod iudex eccleſia
ſticus põt procedere contra eum, quem hã
bet ſuſpectum de uſura ad pænitentiã im-
ponendam, & erit utile, per conſequentiã
parti, quia non poterit imponi ſalutaris pę
nitentia, niſi uſuræ reſtituantur parte, idẽ
tenet Bal. in conſ. 183. in fi. in 1. uo. & Soc.
in cõſ. 2 9. in 2. vo. Secundo adducitur † qđ
voluit Bal. in l. ea quidem, col. antepe. verſ.
itẽ quæritur, an in ciuili &c. C. de accu. vbi
dicit, qđ in ciuili cauſa regulariter nõ pro
ceditur per inquiſitionem, niſi contra uſu
rarium, & idem Bal. in ca. 1. ſi tres de pace
3 tenen. Tertio, adducitur † dictum Abb. in
ca. præterea, de vſu. vbi dicit, qđ vſurarius
põt compelli ad reſtõnem vſurarum, & ſi
nõ reſtituit, põt excõicari. Quarto, adduci
4 tur † dictũ Pe. Phi. Cor. in conſ. 9. in litera
e, & litera f. in 3. vo. vbi dicit ꝙ crimen vſu
rarum eſt delictũ puniibile, & ſuper eo põt
iudex procedere, tam per uiam accuſatio-
nis quam inquiſitiones, intelligendo de iu
dice eccleſiaſtico præcedẽte fama, iuxta, c.
qualiter, & qũ. de accu. & plures bonas rõ-
nes allegat in d. cõſ. & concludit, quod iu-
dex ultra pænas Lateranenſis cõſ. traditas
in c. quia in oĩb. de uſu. poteſt etiam impo
5 nere pænam arbitrariam. † Quinto, addu
citur nouiſſima diſpoſitio tradita ĩ regno
per cõſt. vſurariorũ, quę uult quod crimen
vſurariũ ſit publicum, & quilibet de popu
lo admittitur ad accuſãdum, ergo ſaltem
præcedente fama, quæ habetur loco accu-
ſatoris d. capi. qualiter, & quando el 2. dẽt
poſſe iudex procedere per inquiſitionem,
ſicut in aliis quã pluribus criminibus pu-
blicis procedit. Pro parte uero contraria,
ꝙ imo nullo mõ procedit poſſit per inqui
ſitionem, adducitur primo, nam quantum
ad iudicem ſecularem, qui habet ſequi ius
6 ciuile non põt procedere nec punire, † ex
b quo b vſuræ de iure ciuili ſunt permiſſæ,
& non prohibet, l. eos, C. de vſu. vbi Iuſti-
nian. *Imp.* qui fuit uir catholicus permiſit
vſuras. Et hoc tenet *Bart.* in l. 1. col. 3. C. de
Sum. Trin. & fid. Cath. & Car. in cle. 1. col.
2. ꝙ 2. q. de vſur. Phi. Dec. in conſi. 170. vn
de quod fit, l. permittente, non punitur nec
inquiritur. l. Gracchus. C. de adul. & l. fi. ff.
quod quiſque iuris. Scđo, ꝙ ſaltem ad pæ-
nã imponendam non poſſit inquiri, addu-
citur dictum *Bald.* & Sal. in l. improbum.
7 C. de his qui not. inf. vbi dicunt † ꝙ uſura-
rius nullo modo põt criminaliter puniri
ex quo nulla lege cauetur. nam recipit vſu
ras de cõſenſu ſoluentis *Ioan.* de *Ana.* in c.
quam periculoſum, colu. 4. de vſur. & Phil.
8 Dec. in conſ. 170. Tertio, † adducitur, quia
ſolum ius canonicum introduxit quaſdam
pænas ſpũales contra uſurarium, quæ tra-
duntur per *Lateranenſe* concilium, in d. c.
q. in omnib. de vſur ſunt tres. Prima quod
priuatur cõione altaris. nam non põt reci-
pere corpus xpi, nec dẽt ſtare in eccleſia, qñ
celebrantur diuina. Secunda quia nõ debet
ſepeliri ĩ eccleſia. Tertia q a nõ admittitur
ad oblationes faciendas, ut d. c. quia in om
nib. & ibi per Abb. & Io. de Ana. vltra iſtas
pænas ſpũales non reperitur aliqua lege
cautu, qđ uſurarius puniatur criminaliter
ergo contra eum inquiri, non põ. quia fru
ſtratoria eſſet inquiſitio, & nõ dẽ. fie i, qđ
factũ nõ releuat. l. hæc ſtipulatio, §. diuus
9 ff. vt leg. non cau. Quarto † adducitur text.
c. cum iu. de vſur. qui tex. multum ſtringit
in trib. locis. Primo. n. dicit in princ quod
pœnæ inductæ per Lateranenſe concilium
contra uſurarios habent locum, donec uſu
ras non reſtituant, ergo ſequitur quod illis
reſtitutis ceſſãt pænæ. Secundo, pondero il
lum text. in ver. illi autem, ubi dicit. quod
vſurarii pauperes, qui uſuras reſtituere nõ
poſſunt, non debent illa pæna mulctari.
Tertio in fi. illius c. dẽ, quod reſtitutus uſu-
ris liberãtur uſurarii, tã a peccato quam a
pæna. Et ſic patet per d. c. quod tota uis iu-
ris canonici cõſiſtit in faciẽdo reſtitui uſu-

tas pro ſalute animæ,& ille qui non poteſt
reſtituere,non punitur aliqua pœna,nam
ſi poſſe criminaliter puniri, ſi nō haberet
in ære,deberet luere in corpus, cū obliga-
tio deſcēdat ex delicto,ut habetur in leg. ſi
quis id quod.ff.de iur. om.iud. & in l qui
cunq C de ſer. fug. ſed lex canonica dicit
expreſſe,quod nulla pœna puniatur,& idē
qñ uſura reſtituit,ut d. cum tu.in ſi. Quin
to, adducitur auctoritas Phi.Dec.in d cōſ.
170 ubi hoc tenet expreſſe,p plures ratio
nes. Pro ſolutione huius q facio duo mē-
bra principalia. Primum eſt, an iudex poſ
ſit inquirere ex officio. Scđm eſt,an poſ-
ſit aliquam pœnam irrogare criminalē ſal
tem arbitrariam, ne delictum pertranſeat
impunitum. Et pro habenda vera conclu-
ſione in utroque membro oportet diſtin-
20 guere iura. Super primo †membro,ſi quæ-
ris de iure ciuili cōi,concedo hāc ſecundā
partem, q iudex ſecularis nō pōt inquire-
re,nec aliquo mō procedere,ēt per accuſa-
tionē,ex quo de iure ciuili uſurę non ſunt
prohibitæ,ergo nō eſt crimen, vnde nec p
accuſationē, nec per inquiſitionem puni-
ri pōt,quod nō eſt delictū, per ea quæ mō
dixi in primo argō ſecundæ partis. Si quæ
ris de iure conſtōnum regni, ſcđm q ius
eſt prodita pœna publicationis bonorum
ut d cōſt.uſurariorum,& tunc dico q per
accuſationē uniuſcuiuſq. de populo, etiā ſi
ſuam iniur.nō proſequatur,pōt iudex pro
cedere,quia crimē eſt publicum,& hoc ex
preſſe dictat d.conſt. ſed per inquiſitionē
ſpecificā nullo mō pcedere poteſt. Primo
quia illa conſ.hoc non permittit. unde ſta
mus regulæ iuris, quæ eſt quod nemo ſine
accuſatione dānatur.l.c. reſcripto.§.ſi quis
accuſatorē ff.de mu.& hon.& ibi gl.& bři
in leg. 2.§.ſi pub.ff.de adu. Scđo,quia alia
cōſt.q incipit, hi,qui §.de ſpecialib.prohi
bet ſpeciales inquiſitiones,niſi in certis ca
ſibus,inter quos non numeratur iſte,ergo
ſtamus regulæ.quia exceptio firmat regu
lam in caſibus non exceptuatis.l.quæſitū.
§.denique & ibi gl. ff. de fun. inſtr.& l cū
delationis.§.cui fundū.eo. tit.& l.nam qđ
liquide.ff.de pen.leg.ſi vero quæris de iu
re ritū magnæ curiæ. Vicariæ,tūc eſt ſcien
dū,quod de hoc habemus in regno duos
ritus. Vnū,in nu.14.qui incipit.Itē q nul
lus laicus.quo cauetur,quod nullus admit
tatur ad accuſandum, niſi ſuam uel ſuorū
iniuriam proſequatur,unde corrigitur cō-
ſtitutio regni in eo, q admittebat quemli
bet de populo ad accuſandum. Alius ritus,
eſt in n 15.qui inc.Itē,quod nullus admit
titur &c quo cauet q iudex ſecularis non
pōt requirere de vſuraria prauitate, niſi in
teruenìat accuſatio,in forma,adeo q non
ſufficit ſola denūciatio. Et ex prędicta di-
ſcuſſione iurium remanet firma cōcluſio,
quod iudex ſecularis nullo iure pōt proce-
dere per inquiſitionem contra uſurarium
niſi interueniat accuſatio,eorum, qui ſuā
uel ſuorum iniuriam proſequūtur. Et hoc
ultimum procedit in regno uigore dictio
rum ritum,& ita tenet. pariſ. in tract.ſyn.
in uer.inquiſitio col. 3 uerſi.& hodie in re
21 gno ſunt ſublatæ,&c. Si uero †quæris de iu
re canonico in curia eccle & tunc conclu-
do, quod iudex eccleſiaſtic⁹ indiſtincte pt
procedere per inquiſitionem contra uſura
rium manifeſtum, cōtra quem fama labo
rat,& iſta inquiſitio fit principaliter ad ex
pugnandum peccatum & reſultat ad com
modū priuati, q uſuræ receptæ reſtituun-
tur,& nondum ſolutæ impediuntur ſolui.
alias pōt uſurarius excōicari, ſi non paret
mādatis iudicis eccleſiaſtici. Ita procedūt
oīa iura adducta in primo, & 3.argō pri-
mæ partis. Item pōt procedere ad imponē
das illas pœnas ſpūales, de quib.in d. ca.c.
quia in omnibus. Et ratio eſt, quia de iure
canonico de omni crimine pōt inquiri fa-
ma præcedēte.ut d c.qualiter,& qñ el 2.de
acc.& ibi *Abb* & Doct. Et ita puto debere
intelligi dictum Bald.in d.leg.ea quidem.
Cod.de acc.& in d.§.ſi tres,quod fuit alle
gatum ſupra in 2 argumento primæ par
tis, quia de iure ciuili non poſſet procede
re per orationem ſupradictā, ſcilicet,quod
ius ciuile nō prohibet uſuras, unde de ne-
ceſſitate intelligi debet de inquiſitione, q
facit eccleſiaſticus iudex ad commodum
priuati, & pro ſalute animæ ſubditorum
& ſic appellatur hæc inquiſitio in cauſa ci
uili, ut dicit Bald.ibid. Super 2.membro
22 †pricipali.ſ.an poſſit irrogari pœna crimi
nalis contra uſurarium. Dico quod de iure
ciuili cōmuni non eſt dubium, quod nulla
pœna irrogatur,ex quo lex ciuilis non pro
hibet uſuras, ſed de iure conſtitutionū re-
gni irrogatur pęna publicationis, bono-
rum,

ſum,ut ſupra dixi,per d.conſt.vſurariorũ, & eſt ritus magnæ curiæ in nu.15. incipiẽs: Item,quod nul ,& alius ritus,in nu. 13.
13 inc.Item,quod proc. Sed † totum dubiũ conſiſtit,quid de iure canonico, ab ultra pœnas illas ſpirituales poſſit iudex eccleſiaſt.irrogare uſurario aliquam pœnã criminalem arbitrariam,in hoc ſunt iſta duo conſilia repugnantia,uidelicet conſ. Ph l. Dec. 70 ubi tenet,quod non,eo,quia nulla lege cauetur. Aliud cõſilium contrariũ eſt Pet.Phi.Corn.in conſ.19.in 3.vol. vbi per bonas rõnes tenet,quod ſic, iſtã par. affirmatiuam tenet Iac.Bu.in d.l.improbo,C.de his,qui no int. aſſignat rationem quia vſurarius exigendo vſuras committit dolũ,ergo tenet crimine ſtellionatus.
14 Et hæc ſcda pars affirmat ua mihi videtur verior. Quam confirmo. Primo,per tex.in c. cũ dilecti,de uſur.ubi probat,quod crimẽ vſurarũ põt in iudicium deduci p viã accuſationis,ergo debet puniri aliqua pœna mali conueniente illi delicto. Itẽ vſurarius pluries delinquit.Primo.n.delinquit mutuando ſub vſuris,q facit contra pcẽptũ diuinum,& canonicum,q dicit: Mutuum date.nihil inde ſperantes,&c. cũ tulalit, de vſur.Scdo delinquit uſuras recipiendo.qa tũc exequitur ſuũ malũ propoſitũ.Tertio delinquit uſuras non reſtituendo,ſed oẽs pœnæ inductæ p ius canonicũ tẽdunt contra hoc tertiũ delictũ,ergo alia duo,ſi nõ punirẽtur,remanerẽtur impunita,q eſſet cõtra publicã vtilitatẽ,l.ita ut liberatus ff. ad l.Aquil.& hãc ponderatione fac. Ph.
15 Cor.in d conſ.19 Scdo.pro iſta parte adduco,q iudex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa ſibi uiſã põt coadiuuare canones, addendo nouã pœnã licet non poſſit totaliter ſtatuere cõtra canon.s.gl.eſt cl.ne Romani. in uer.tolli.& ibi Car.in prin.i 3.q de ele. & Abb.i c.licet.col.2.circa fi.uer. aut ſub eſt ſtatutũ.&c de pœnis.& Fel.in c. irrefragibili.§.cetrũ,col.2.uer.limita hãc concluſionẽ,&c de off.ord.ubi dicit, q põt adderẽ nouã pœnã pecuniariã & de Fel.in c. q ſup his i ult.col.uer. fallit 7.&c. de maio. & obe. Vnde licet nõ caueatur expreſſè p canones,q uſurarius puniat criminaliter, tñ dico,q eps põt addere nouã pœnã coadiuuãdo canones,& punire ipſum arbitrio ſuo ad pœnã pecuniariã ex iuſta cã.ſ.ne tale delictũ pertranſeat impunitũ, & vt alij capiant exẽplũ,& ceſſent formidine pœnæ a cõmittẽdis vſuris,ut dicit tex.in l.ſi operis.C.de pœ.& l.quicunq;.§.qd ſi fecerit, C.de hær.Solent.n pœnæ exacerbari,ut aliij capiẽt exẽplũ,l. aut facta,§ fi. & l. ſi quis aliquid.§ qui abortionis.ff.de pœnis & l.
16 1.C.ad l.Iul.rep. Tertio,† hãc cõfirmo,qa hodie multum inoleuit uſurariorum temeritas,& inſtigante diabolo acrius exercent uſuras nõnulli Chriſtiani, quam Iudei,& in fideles,quo caſu p p del ctũ frequẽtiam eſt pmiſſum iudici pœnas ordinarias augere & nouas addere,tex.eſt.& ibi Bar.i pri.in d.l.aut facta §.fi. ff.de pœnis,&l.2.i prin ff.de abigeis,& tex cũ gl. in l.2.in fi. C.de epiſ aud. Facit tex i l. hodie.ff.de pœ. ſtãte ergo uſurarũ frequẽtia, eſt pmiſſum epo augere pœnas canonicas & punire vſurariũ ad ſuũ arbitriũ pœnã cõpetenti, quia
17 d.l.hodie. Quarto † qa iudex eccleſiaſticus põt.& dẽt pœnã irrogare,q magis timetur cuius timoris rõne cẽlendũ eſt ipſum delinquentẽ fore à delinquendo ceſſaturũ gl.eſt in c licet.in gl.magna circa fi.& ibi Abb de pœnis,& tex.in c.qm frequẽter,in fi.& ibi gl.in uer.magis timeri,&c.ut lite non cõteſt.& gl in c. de cauſis. in uer. certa in fi de off.del.& i c.irrefragabili. §.ceterũ,col.1.& ibi ẽt Abb.in 3. no. de off. or.ubi Abb.& Fel de mẽte Hoſt. vñr proprie decidere hunc caſum dñr.n. q iudex eccleſiaſticus pro crimine eccleſiaſtico, ẽt contra laicũ põt irrogare pœnã pecuniariã ſi illa magis timetur q̃ pœna ſpualis, ſed i nullo caſu põt magis conuenire pœna pecuniaria,quã cõtra uſurariũ q peccat ex rubra auaritiæ,unde i eo,i quo delinqt puniri dẽt,ut pœna ſit delicto conformis.l ſi fugitiui.C.de ſer.fug.& l.ſãcimus,C.de pœ. A c q hñtes reſpũ Imperatores huius regni,impoſuerunt pœnã pecuniariã contra uſurarios.ſ publicationis bonorum,ut ſupra dixi,p d.cõſt uſurariorũ. Et ſemp eſt credẽdũ,q uſurarius nullã pœnã magis timebit,q pecuniaria,qa ſemp auarus eget, &c.ex quo incepit fabricare ſibi gehennã, non curabit pœnas ſpirituales, ut tenet Ab.in c.ut clericorum,in fi.de uita,& hoſt. Vt ergo irrogetur pœna, q̃ magis timetur,& delicto cõueniens, dico qd eps poterit pecuniariam pœnam imponere,quam

debeat poſtea erogare, in fabricã eccleſiæ, vel in alium pium vſum, ne ipſe etiam de auaritia arguatur, ſcdm Abb. in d c. ut cle ricorũ, in fi. & in d. §. ceterũ, & in d. c. dile ctus. de oſt. ord. & ĩ d. c. licet. Quinto addu
18 co † q̃a ius canonicũ appellat vſuras cri men, ut d. c. quia in oĩb. &c. ſuper eo. de v ſur. Sed crimen dr̃ oĩs operatio mala, quæ põt accuſari, & puniri criminaliter, in hoc ſeculo c. Apoſtolus. 81. diſt. & gl. ĩ c. pecca tũ. de reg. iur. lib. 6. & Fe. in teſtimonium, col. 3. de reſt. Et ꝙ vſura ſit crimẽ apparet ex ordine titulorum, & rubricarum in de cretalibus, quia poſt titulum de furtis eſt, immediate ſituatus titulus de vſuris, & di cit Abb. in continuatione rub. quod vſura eſt ſpecies rapinæ, & ideo cõtineatur ĩ rub. de fur. hic dicit Io. And. in ca. peccatũ, de reg. iu. lib. 6. ꝙ non reperitur maius malũ, quam ſit uſura. & idem dicit Io. de Ana. in c. 1. in fi. de uſu. Si ergo eſt crimen ſequi tur conſequentia neceſſaria, ꝙ debet ali qua condigna pœna puniri, nam impuni tas parit auſum ad maius malũ, & delicti multiplicatione, ut inquit Seneca. Sexto,
19 quia † omnis qui delinquit contra prohi bitionem legis debet puniri pœna arbitra ria, qñ lex non ſtatuit aliam pœnam cer tã, ſcdm gl. & Bar. in l. nemo martyres. C. de ſac. ſan. eccl. & gl. in cl. 2. in fi. in ver. ſã cti oni de uita, & hon. cle. & Alc. in add. ad Bar. ĩ l. hodie. ff. de pe. ubi dicit, ꝙ venire cõtra pceptũ legis eſt pœna arbitraria. Sed cõmittere vſuras, eſt facere contra præce ptũ legis, q̃a ſunt a iure prohibitæ. ergo vſurarius puniri dẽt pœna arbitraria, ex quo venit cõtra præceptũ legis, per predi cta, & no. Bal in l. legis uirtus, ff. de leg. & hr̃ per Abb. Fel. & Doc. in c. 2. de maio. &
20 obe. Septimo cõfirmo, † q̃a qñ caſus eſt dubius, & ſunt opiniones hincinde debe mus in dubio ſequi illam opi. quæ magis fauet publicæ utilitati & magis cohæret re gulis iuris cõis. Ita tenet Bar. & Doc. ĩ l. 1. in pri. ff. ſol. ma. & eſt tex. & ibi Bart. ĩ l. 2. §. ſi C. de cad. tol. Ad idẽ eſt tex. formalis in l. hoc mõ. ff. d cõd. & dem. uñ hic ſtan tib. iſtis duab. opi contrarijs, magis fouet publicæ utilitati hæc duæ tendit ad puniẽ dũ delicta, quam alia opi. quæ inducit im punitatẽ, & auget materiã delinquendi, er go iſta opi. eſt tenẽda. Et tãto magis hæc opi. pcederet in iſto reg no, ubi vſuræ põ niunt̃ criminaliter p cõſt. regni, & ſic ꝙ dficit ĩ pœna iudicis eccleſiaſtici, põt ſup pleri per ſecularẽ. ut tenet Gem. in c. 1. de vſu. li. 6. facit tex. ĩ c. ſtatuimus. ĩ fi. de ma led. Vbi contra blaſphemantes ſtatuit̃ pœ na pecuniaria vltra alias pœnas ſpiritua
21 les Non obſtat ea q̃ in † cõtrariũ adduce bantur maxime, per Phi. Dec. ĩ d. cõſ. 170. Et primo, in quantũ dicit, ꝙ vſurarius pe tit vſuras ex cõuentione, & volũtate par tis, vñ nullam iniuriã facit volenti, quia ad hoc de facili rñdetur, nã lex prohibẽs vſuras, prohibet eas recipi ẽt a ſpõte ſoluẽ te, quia is, qui ſoluit, non peccat, ſed tñ is, qui recipit. ut no. gl. in c. debitores. verſi. reddere, de iureiur. vnde in materia vſu rarũ tota prohibitio legis eſt in recipien te, c. conſuluit. de vſu. & ppea non con ſi deratur uoluntas ſoluẽtis, quia ſemper re cipiens uenit contra præceptũ legis, & me rito uenit puniendus. Tanto magis, quia ſemper præſumitur debitor inuitus ſolue re, & ſoluendo vſuras, vr̃ ſibi eruere oculũ ut dicit gl. in l. 1. ff. de ſol. & Bal. in l. inde bitas. C. de vſur. Sic in ſimili, videmus in quolibet actu a lege phibitio, ꝙ nõ excu ſat uoluntas partium, quia remaneat, pro hibitio, & ſortiatur locum pœna legalis l. non dubium. C. de legi. Non. n. excuſat adulter, ſi dicat ſe adulteraſſe de volunta te mulieris. dato. n. ꝙ non offendat pri mũ pp eius volũtatẽ, tñ offendit temp. q̃a attenta actum a iure prohibitum, & pœ nalem, Non obſt. d. c. cum tu. de vſuris, ſu
22 pra † ponderatum in tribus locis, quia totum loquitur de pœnis Lateranẽſis Cõ ſilij inductis ad reſtitutionem uſurarum ciuiliter tñ, ut patet ibi in pri. Et illud, ꝙ dr̃ in d. verſi. illi aũt, quod ſi vſurarius eſt pauper non ponitur, confirmat hũc intel lectum, quia ſi ille pœnæ ſunt inductæ ad compellendum vſurarium ad reſtõnem, ceſſante ſatiſfactionẽ ppter paupertatẽ, ceſſant ẽt, & illæ pœnæ, & ſimiliter facta reſtõne ceſſant, ut ibi dr̃ in fine, quia ceſ ſat peccatũ, quo ad Deum, & illæ pœnæ ſo lum reſpiciunt animam, & correctionem peccatoris. Sed quatenus fuit offenſa reſp. per receptionẽ vſurarũ, & patrationẽ deli cti, requiritur alia ſatisfactio per pœnã cri minalem, ut pluries fuit dictum ſuperius

Vnde

Digitized by Google

Vnde quia illa non eſt naturalis pœna delicti, nec ſufficit, ſolum tendit in fauorem priuati, vt vſuras recuperet, dicendum eſt poſſe irrogari aliam pęnam ſufficientem arbitraria, pro eo quia fuit contrauentum præceptis iuris diuini, & canon. pro latiſfactione reip. l. licitat, § quod illicite. ff. de pub. Et præſertim, quia ut ſupra dixi, illæ pęnæ Lateranenſis Conſilij puniunt ſolũ delictum in non reſtituendo, vnde delictũ in mutuando ſub vſuris, & in recipiendo cõmiſſum remaneret impunitum, quod eſſe non dẽt, per prædicta. Et ex his apparet reſponſio ad tertium, quartum, & quintum argũ ſecundæ partis. Ad primum argumentum ſecundæ partis poteſt reſponderi per confeſſionem, quia fateor, ꝙ de iure ciuili cõi non irrogetur aliqua pęna, ex quo non ſunt prohibitæ, ſed per ius canonicum ut ſupra interpretatũ, puniri põt uſurarius per epm. Ad ſecundum argumentum ſecundæ partis rñdeo, per reprobationem, & dico, ꝙ omnes illæ auctoritates reprobantur per alias auctoritates contrarias, & per rationes ſupra, allegatas, & per ea, quæ dicit Pet. Phi. Cor. in d. conſi. 19. in 3. volum. cuius dicta melioribus fir-
23 mantur rationibus. An † autem ſtantib. indiciis in crimine uſurarum, poſſit deueniri ad torturam Soc. in conſ. 2 9. col. fi. in 2. uol. tenet quod ſic. Idem tenet Io. de Ana. in c. quia in omnibus, col. 19 de uſu. Tamen in regno puto, ꝙ hoc non procederet, quia tormenta irrogantur ſolum in delictis imponentibus pęnam ultra relegationem ut in c. regni, quod incipit, tormenta. Sed pęna publicationis bonorum, quæ irrogatur vſurario, non cenſetur ultra relegationem. Ita tenet Paris in trac. ſynd. in uer. tortura in c. an in cauſa pecuniaria, &c. Ex hoc remanet expedita iſta ſubtilis q. Laus Deo Rob. Mar. V. I. D.

ADDITIONES.

a Fiſcales iudices. D. Autor ſupra in ſpeculo in initio 6. par. prin. in verſi. inquiſitio, num. 110. & ſeq. late de pœnis, contra uſurarios Couar. lib. 3. Variar. reſolut. c. 3. per totum.

b Vſuræ Couar. d. lib. 3. reſolut. c. 1. n. 5. & 6. ſupra per Authorem in ſpecul. in 6. par. in uer. inquiſitio nu. 198. ubi dixi.

Ludouicus Alſerius.

DISPVTATIO SEXTA.

Si præſentatur primo inſtrumentũ, ciuiliter ſuper aſſiſtentia, an lite pendente poſſit criminaliter pręſentari ſecundum formam ritus magnæ curiæ, an uerò obſtet exceptio litis pendentiæ.

1 Cauſa cepta ciuiliter, an poſſit lite pendẽte inchoari criminaliter uigore inſtrumenti an vero obſtet exceptio litis pendentia.

2 Exceptio inſtrumẽti & ſnīa aequiparãtur.

3 Exceptio litis pendentia an obſtet cõtra executionem inſtrumenti.

Actor habens plura remedia executiua uno intentato non praiudicat ſibi in aliis

Clauſula, quod electa una uia alia nõ tollatur quid operetur in inſtrumento.

Notarius cenſetur rogatus ut opponat clauſulas conſuetas in inſtrumento.

Clauſula qualibet in inſtrumento poſita debet aliquid operari.

4 Actione hypothecaria intentata, an poſſit lite pendente agi actione perſonali.

Cumulatio actionis hypothecaria, & perſonalis an fieri poſſit, nu. 30.

Sententia lata ſuper actione hypothecaria, praiudicat ſuper actione perſonali.

5 Agens uia ciuili an poſſit pro eadem re agere criminaliter.

6 Procurator non admittitur etiã ad media, quando præſentatur inſtrumentum ſecũdum formam ritus.

7 Debitor ſuſpectus põt capi ẽt lite pendente.

8 Inſtrumentũ operatur ut debitor poſſi carcerari, & debet dicere cauſam in uinculis.

Inſtrumẽtũ & contractus in quod differunt.

Inſtrumenti executio an impediatur per exceptionem, quod metus cauſa, uel doli. n. 12

Iuramentum in contractu meticuloſo ſeruari debet niſi petatur an ſolutio.

10 Spõtanea uolũtas an probetur per illã dictionẽ ſponte, appoſitã in inſtrumento n. 35.

Verba notarij ſtipulãtis cẽſentur proferri de uoluntate contrahentium (nes.

12 Fideiuſſionis cõtractus ducas ꝗ ducit oblatio

Fideiuſſionis cõtractus dicitur damnoſus pro fideiuſſore, adeo quod per hoc cẽſetur dilapidare bona ſua eo ipſo quod fide iubet.

Maritus fideiubens dicitur uergere ad inopiam, & uxor repetit dotem

15 *Cõtractus celebratus inter officialẽ & ſubditũ eſt nullus, & pſumitur factus p metum, & impreſſionẽ, ſi eſt dñs uſus ſubdito*

16 *Officialium ſola preces erga ſubditos inducunt iuſtum metum.*

17 *Metũ iuſtũ inducit ſolus uultus terribilis.*

Præſumitur in dubio contrà officiales indebita ſeruitia extorquentes.

18 *Inſtrumentum quãdo extrahitur in forma publica, debet interuenire conſenſus creditoris, & debitoris pariter.*

19 *Fides hoſti ſeruanda non eſt.*

20 *Cauſa præoccupata per maiorem iudicem non poteſt uentilari coram minori.*

Præuentio ſeu præoccupatio iuriſdictionis fit per ſolam citationem.

21 *Cã ſi eſt delegata p principẽ, cenſetur, quo ad illã ſublata oĩs poteſtas ordinario, & proceſſus p eum factus ſuper ea eſt nullus*

22 *Citatio obtenta non facta mentione de litis pendentia, dicitur ſurreptitia.*

Cauſa deuoluta ad curiam principis, nõ poteſt inde extrahi ſine licentia principis, alias nihil ualet quod agitur.

23 *Litis pendentia coram uno iudice impedit eam agitari coram alio.*

24 *Agens uia ordinaria cenſetur renunciare extraordinaria executiua.*

25 *Inhibitio facta iudici operatur ut proceſſus poſt ea per eum factus ſit nullus.*

26 *Præuentionis exceptio eſt declinatoria.*

27 *Inſtrumentum guarentigiæ an æquiparatur ſententiæ.*

28 *Contumax põt plurib. remedijs coerceri.*

29 *Inſtrumentum quando eſt nullum, omnes clauſulæ in eo contentæ ſunt nullæ.*

30 *Actio hypothecaria q̃do cumulatur cũ actione perſonali dẽt fieri corã eodem iudice.*

Cauſæ continentia q̃do diuidi non dẽt, non ualet proceſſus coram diuerſis iudicibus.

31 *Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, an & quando fieri ſolet.*

32 *Procurator in criminalibus nõ admittitur quãdo diſcutitur cauſa principalis ſecus quando opponit declinatoriam uel nullitatem libelli uel calumniam aduerſarij.*

Calumnia habetur loco libelli inepti, & poteſt ex officio repelli per iudicem.

33 *Exceptio nullitatis oriens ex inſtrumento non cenſetur ſublata per ſtatutum tollẽs omnem exceptionem, idem de exceptione inhabilitatis perſonæ.*

Creditoris appellatio in ſtatuto intelligitur de efficaci.

34 *Iuramentum metu extortum in actu a iure prohibito non obligat.*

35 *Clauſula ſponte &c. cenſetur metu extorta in contractu meticuloſo.*

Notorio non creditur de his, quæ conſiſtunt in animo contrahentium.

36 *Velle non dicitur, qui per metum uult.*

1 ILluſtris [a] dñs Vicerex ciuitatis Neapo. Locumtenens generalis huius regni, fuit aditus per ſupplicationem cuiuſdam actricis, ut deret ſibi miniſtrare iuſtitiã cõtra quendã ſuum debitorem uigore inſtri pñtati ſuper aſſiſtentia ciuiliter contra bona debitoris, fuit cã cõmiſſa in ſacro conſ. uni ex regijs conſiliarijs, ut iuſtitiam faceret, in ſacroque conſilio referret, coram quo regio commiſſario fuit fabricatus pceſſus uſq; ad publicationem incluſiue, & per debitore, fuit plene probatũ in defenſionib. q promiſſio & obligatio inſtr falſis, quæ erat ducatorum mille, fuit extorta p metum, & impreſſionẽ ſuperioris. Demũ lite pendente in ſacro conſ. præfata actrix præſentauit illuc idẽ inſtrm in magna curia uicariæ criminalis ſecundum formam ritus, & fecit capi debitorẽ. Opponitur de litis pendentia in ſacro conſilio, & q cauſa fuerat occupata per ſuperiorem iudicẽ, quæritur an dicta exceptio impediat uiã criminalem, ita ut debitor dẽat liberari, & procedit in cã cępta in ſacro conſ. Et pro

2 prima parte † negatiua, q dicta exceptio litis pendentiæ non obſtet, imo q procedi poſſit criminaliter, adducitur, quia executio ſniæ, & executio inſtri habentis executionẽ paratã æquiparantur. Ita dicit Bar. in l. cũ vnus. in ſi illius prin. ff. de bo. auth. iud. poſ. & Bal. in l. fi. co. 2. C. eo. tit. & Ludo. Ro. in conſ. 76. & col. 2. S. d quando fit executio ſniæ, nõ impeditur p exceptionẽ litis pendentiæ, ſecundũ Inn. in c. cũ in iure, de off. del. & Lud. Ro. in d. cõſ. 76. in fi. verbis. Ergo minime dẽt retardari executio inſtr cuius uigore põt deueniri ad capturã pſonæ auctoritate, dicti ritus ſicuti per inſtrm guarentigiatum, vt no. Bart. in l. Titio centum, §. 2. de cond. & demõ. &

Inn.

Ian.in c.ex reſcr de iureiu. & Alex.ĩ add. ad Bar.in d.l.eum vnus.& Lud R.ĩ conſi. 133. col. 1. Quia ergo per ritum magnæ curiæ inſtrũ habet executionẽ paratã.nõ poterit opponi litis pẽdẽtia. Secundo,quia
2 †qñ actor habet plura remedia executiua contra reum,vno intentato non præiudicat ſibi,quo ad alia: Vnde ſi actor habuit poſſeſſionem bonorũ,põt ẽt recurrere ad capturam perſonæ,donec ſibi ſatisfiat Ita tenet Bar.in l.cõſentaneum,col.fi.C.qũo, & qñ iud.& Bal.per illũ tex.in l.qui legati C.ut in poſ.leg.per l.1.§.quid ergo ff de uẽ.inſp.& Bal.in l.2.in fi.C.de reſt mil. & hř in c.qm frequenter.§.fi.ut lite non conteſt.nec pendentia litis ſuper uno uř poſſe ſuper alio præiudicare,ut no Iaſ.in l.nulli. col 3.in 6.fallen C de iud.unde licet dicti actores intentauerunt uiam executiuam ciuiliter ſuper aſſiſtẽtia.ſ.pcuratoris dictæ actricis,non dẽt talis pendentia litis impedire aliud remedium executiuum contra perſonam,donec integre ſatisfit, p præ
3 dicta. Tertio,quia in † inſtř.s cõiter opponuntur illæ clauſulæ,videlicet,ꝙ creditor poſſit prę entare inſtrũ ciuiliter, & criminaliter.ꝙ electa una uia alia nõ tollatur ergo cenſetur data poteſtas creditori, quod poſſit redire ad criminalem cauſam, ſecũdum formam ritus.non obſtante prima via ciuiliter electa Cum quælibet clauſula,& omne uerbum in inſtrõ appoſitum debeat aliquid operari, ut dicit Bal.ĩ rub. C.de contrah.emp.in 9.q.& gl.in c ſolitę. & in uer.tanq̃ de ma.& obe.& Iaſ in l. .§. creditũ,in 11.ff ſi cer.pet.& Pet.Phili.Cor. in conſ.256.col.4.in 4.uo.& notarius ſẽper cẽtetur rogatus,ut apponat iſtas clauſulas conſuetas.l.fi.& ibi Bal.C de fideiu. & Bal.in l.ſi quis ſub conditione,ſin.ff de cond.inſt.& in l.hᾱ õi in prin ff. de leg. pri.& Alex in conſ.89.col.pen.3. uolu. & Iaſ.in l.certi condict.§.nummos.col.5.ff. ſi cert.pet.Quarto , quia quando intẽtata
4 † actio hypothecaria põt actor ẽt pendẽte iudicio intentare actionem perſonalẽ contra eundem debitorem, & hoc eſt ſpeciale in iſtis duabus actionibus,quia poſſunt cumulari tam in eodem libello,quam in diuerſis,tam in eodem tpe q̃ diuerſo,nõ obſtante,ꝙ ſnĩa lata ſuper una , pariat exceptionem rei iudicatæ ſuper alia . Ita tenet Bar in l.edita,co.4.in fi.C.de eden.& in l. fundum.uer.opp.extra gl.& ſi ff.de excep. per tex.in §.ſed neque in aut.de fideiuſ. & Bar.in l.mul er.ff qui po.ĩ pig.hã.& Pau. de Caſt.in conſ.448.in 1.col.in 2.uol Sed in propoſito licet dicti actores ſeu procuratores actricis primo egerint actione hypothecaria,inſtãdo aſſiſtentiã.põt nihilominus pendente illo iudicio intentare actionem perſonalem dicta actrix , præſentando perſonaliter inſtrũ ſcdm formã ritus contra eundem debitorem.Pro hoc uř caſus in l.2.& leg.omiſſis.C.de fideiuſ.
5 Quinto,quia †qñ ex eodẽ facto oritur duplex modus agendi unus ciuiliter,& alius criminaliter,non ad uindictam principaliter,ſed circa perſecutionem rei familiaris tunc intẽtato uia ciuili,põt agi uia criminali,quia una per aliam nõ tollitur.Caſus eſt in l.ex morte,C.ad l. Aquil. & in l. prĩor §.fi.ff.ui.bo.rapt.Sed dicta actrix egit primo ciuiliter , vñ põt nũc agere crimiliter pñtando inſtrũ, ſcdm formam ritus,quo caſu dř eã criminalis pp per iuriũ ut d.in d.c.64.conſ.Neap.Et ſic exceptio litis pendentiæ ſuper cauſæ ciuili non potuit ei præiudicare in criminali , pro hoc eſt tex.cum gl.in l.de fide,C.ad l.Corn.de
6 falſis.Sexto.†quia dicta litis pẽdentia fuit allegata per procuratorem, & qñ pñtatur inſtrũ,ſcdm formã ritus,non admittitur procurator,ẽt ad media, ut dicit ritus magnæ curiæ,& hř ĩn d.decii.64.conſ.Neap. & ſic non debet obſtare litis pendentia, cum non fuerit allegata per legitima per-
7 ſonam. Septimo,quia †ẽt lite pendente licitum eſt creditori impetrare capturam debitoris ſuſpecti,licet ab initio ipſum capi facere noluerunt,ſecundum Ang. in l. nemo carcerem,circa mediũ,uerſ.itẽ quæro,quid ſi lite pendẽte,& c.C de exac.trib. lib 10.& Ale.in cõ.106.col.fi.in pri.in 3. vol.quia ergo per dictam nouam præſentationẽ inſtrĩ,ſcdm formam ritus intenditur ad capturam debitorum,ſequitur,ꝙ lite penden.fieri potuit Octauo,quia † ritus
8 magnæ curiæ fundat ſe ſuper inſtrõ uidelicet , quod qñ de debito apparet publicũ inſtrũ ſtatim debitor carceratur, & debet dicere cãm in vinculis,vnde nõ habet obſtare exceptio quod interuenerit metu ſeu impreſſio , quia iſta exceptio reſpici

contra

contractum debiti, non aũt inſtrumentũ quod conſiſtit in ſolennitatibus. ſ. in interuentione iudicis, notarij, & teſtium, & in ſubſcriptione ſigillo, anno, die, menſe, inuocatione nominis Dñi, & in alijs ſolennitatibus, contractus uero conſiſtit in ſubſtãtia negocij, vnde ſi ex contractu meticuloſo fiat inſtrm, debet h're executione paratim, quia nõ eligitur per iſtam exceptionem, quæ non reſpicit inſtrm, ſed contractum. Ita notanter tenet Bart. in l. 1. §. & parui. ff quod ui aut clam. quẽ refert & ſequit Pet. Phil. Cor. in conſ. 141 col. 3. in litera h, in 3. uol. & tenet Bal. in l. 1. col. fi. C. plus vale, quod agi. ubi diſtinguit, unde ſequitur, quod dicta exceptio metus nõ hẽt impedire executionem inſtri. Nono, quia in dicto

9 † inſtro interuenit iurm, quia caſu ẽt ſi extaret metus, non põt debitor contrauenire, niſi primo faciat ſe abſolui a iuramento, c. ſi uero, de iureiu c. aures, & ibi no. extra, quod metus cã, vnde dictus debitor citatus ſuper tenore inſtri, opponendo exceptionem metus, non debet audiri, tanquã periurus cum non ſit abſolutus. Decimo,

10 quia † in d. inſtrumento dr, quod dicti fideiuſſores ſpontè, & uoluntariè fideiuſſerũt per quæ verba excluditur probatio metus quia ubi eſt conſenſus, & ſpontanea uolũtas ceſſat præſumptio metus cũ ſint duo contraria, quæ non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, l. 1. C. de fur. & omnia uerba, quę profert notarius, cenſetur proferre de uoluntate contrahentium, quia debet contradicere ille, cui verba diſplicent. Ita dicit Bal. in l. mater, uer. quid ergo ſi tabellio &c C. de rei uend. & Bal. in l. 1. col. fi. C. de priu. dot. Cum igitur hic agatur cõtra unum ex fideiuſſorib. inſolidũ qui ſe ſponte obligauit, ſequitur qđ ceſſat exceptio

11 metus, per prædicta. Vndecimo, quia † quãdo inſtrumentum habet executionem paratam uigore ſtatuti, non admittitur contra tale inſtrumentum exceptio doli, nec metus ad impediendam executionem. Ita tenet Ang. in conſ. 334. inc. uiſis ſtatuto, & contractu, &c col. pen. ver. ſed licet. Sed certum, eſt quod uigore dicti ritus inſtrumentum habet paratam executionem ergo exceptio metus, eam non impedit. Pro

12 † vero contraria adducitur. Et præſuppono primo, quod ex contractu fideiuſſionis duæ oriuntur actiones, ſeu obligationes. Vna videlicet, quæ contrahitur inter fideiuſſorem, & creditorem, quæ eſt ex ſtipulatione. l. blanditus. C. de fideiuſſ. Alia eſt, quæ contrahitur inter fideiuſſorem, & reum principalẽ quæ eſt obligatio, & actio mãdati. l. rogatus, & l. qui fide, & l. ſi remunerandi §. ſi paſſus. ff. mand. & l. mandati, & ibi gl. C. de fideiuſſ. & inſt. de fideiuſ. §. ſi

13 quid aũt. Secundo, præſuppono † qđ contractus fideiuſſionis eſt contractus onerosus, & dãnificatiuus, adeo quod in eo nullum lucrum ſperatur, in tantum, quod ille qui fideiubet, cenſetur dilapidare bona ſua, & hæc eſt cã ſufficiens, ut uxor poſſit pp inconſtantiam mariti repetere dotem a marito ſuo ſecundum Ang. in l. in perſonam. §. 1. & ibi ẽt Iaſ. ff. de pac. & Alex. in l. ſi conſtante, col. 7. ff. ſol. mat. pro hoc eſt tex. in l. 3. §. ſi filius. ff de lib. & poſth. Ter-

14 tio præſuppono, quod † domini temporales, ut ſunt duces, comites, & marchiones, & eorum uicarij, cenſentur principes in ſuis terris, & habent illam poteſtatem in ſuis terris contra ſubditos, quam hẽt Imperator in toto regno, maxime qñ hñt regalia prout oib. baronib. huius regni, ut plurimum conceſſa ſunt. Ita tenet Lud. Rom. in conſ. 59. & Pet. Phil. Cor. in conſ. 20 co. 1. & 2. in 1. uol & Ang. in conſ. 217. col. 2. in fi & 3. & Pau. de Caſt. in conſil. 34. col. 3. in 2. vol. His præſuppoſitis dico pro parte contraria, quod dictum inſtrumentum in caſu de quo quæritur non meretur executionem, & præſertim quia probatum eſt de metu, & impreſſione ſuperioris Et pri-

15 mo, pro † iſta parte adducitur, quod officiales prohibentur in illa prouincia, q regunt contrahere cum eorum ſubditis, & cõtractus eorum, maxime qñ tendunt in læſionem ſubditorum, ſunt inualidi. l. 1. C. de contr. iud. & hr in l. ſi. C. de reſcin. uẽd. & in l. principalib. ff. ſi cer. pet. & hoc ſine dubio procedit. ſ. quod tales cõtractus ſunt nulli, qñ ſiunt metu, & per impreſſionẽ ſuperiorum, ita ut non ſit neceſſe intẽtare actionem, quod metus cã, ad reſcindendum, ſecundum Bald. in titu. de pace conſti. in uer. pactiones, & in uer. p ſtectis, & Iaſ. in §. quadr. col. 9. inſt. de act. & Paris in trac. ſyn. in 15. char. col. 1. Hinc dicit Bald. in l. decernimus. C. de ſac. ſan. eccleſ. quod con-

tractus

tractus celebratus cum tyranno per ipſi⁹
impreſſionem,non valet, præſumitur aũt
factus per impreſſionem , qñ ſubditus cũ
eo cõtrahes læd ẽ enormiter,& illud dicto
ſequitur Ale.in l.ſi per impreſſionẽ. C. ꝙ
met.cau.ſed dictus cõtractus fideiuſ. fuit
celebratus inter ſuperiores,& eorum ſub-
ditos,& per eorum iuſſum,quia ipſi ſupe-
riores fuerunt rei principales,& iuſſerunt
dictis fideiuſſoribus, ſubditis, ꝙ pro eis,
fideiuberet,& ita fideiuſſerũt,certe ex tali
iuſſu facto per ſuperiores vna cum contra
ctu onerolo an damnoſo,prout eſt contra
ctus fideiuſſionis,vt ſupra dixi, ſatis ꝓba
tur impreſſio.& innexus. Nec obſt.l. id in
uidiã C.ꝙ met.cau.vbi dr̃, quod ſola di-
gnitas officialis non ſufficit ad inducen-
dam præſumptionẽ metus,quia illud pro
cedit officiali non habente iuriſdictionẽ.
Ita intelligit Bart.in l.aufertur,§. quod a
ꝓfide.ff.de iure fiſci,& Alex. in d.l.ſi per
impreſſionẽ. Itẽ ibi nõ interuenit metus
ſeu impreſsio.ſm̃ Bar.in d.l.ſi per impreſ
16 ſionẽ.Secundo,quia † non ſolum iuſſus
imo ſolæ preces ſuperiorũ officialium in-
ducunt iuſtum metum,qñ officialis eſt ta
lis,qui ſolet ſæuire in ſuos ſubditos, ſm̃
Abb.in c.inſinuante in ſi.& ibi gl. qui cl.
uel nouen.& Abb.in c.2.co.1.ꝙ met.c[illegible],&
Alex.in conſ.16.col.pen.in 3.no. & ita in
telligitur quod not.in l.1.ff.quod iuſſu.&
gl.in cl.i.in verſi.exhortamur de teſtib.&
And.de Iſer.in c.ſi quis miles, de feu. ſine
col.non amit. Vñ a fortiori iuſſus debet
inducere metum , & ſic dictus contractus
non ualuit,ut hr̃ in deciſ.69. cõſi.Neap.
17 Tertiò,quia † ſolus uultus terribilis pote
ſtatis,inducit iuſtum metum.Ita dicit Io.
And.in nouel.in c.quia pp de el.in pe. co.
& Bar.in c.1.§.iniuria.co.pe.de pace iura.
firm.& Iaſ.in l.de pupillo,§.ſi quis præto-
ri col.8.ff.de ope.no.nunc.Item indebita
ſeruitia extorta ꝑ principes a ſubditis præ
ſumuntur extorta per me.ũ,ſm̃ Io. And.
in c.1.de præſcr.lib.6.in nouel.& Bal.ĩ ti.
de pace conſtan.in uer.pactiones, & in du
bio in hoc pſum[illegible]tur contra poteſtates ſe
cundũ l.volumus,C.de teſt.& l.qui per po
tentiã,C. de o[illegible], agro. deſer.l.b.11 . Vnde
ideſt eſt dicẽdum in dicta fideiuſsione.cũ
ſit indebite extorta per ſuperiores officia
les, & barones in damnum ſubditorum

18 Quarto , quia inſtrumentum dictæ fide
iuſſionis non fuit extractum de volunta-
te fideiuſſorũ, nã in extrahendo inſtro de
bet creditor,& debitor conſentire, & non
ſufficit ſolus creditor. Ita tenet Ale.in cõſ.
120 incip.eximie doctor,&c.in 2.volu.&
Abb.in c.1.col. Antep.& pen. de fide in-
ſtru.& Bal.in rub.C.de fide inſtru.col. 5.
Vnde non debet habere executionem.
19 Quinta,quia† proponitur,ꝙ fideiuſſores
tpe cõtractæ obligationis erant hoſtes pu
blici cum dicta actrice,vñ cum ſint perſo
næ priuatæ,non tenẽtur ſeruare fidẽ hoſt.
ſm̃ Bar.Iaſ.& Doc.in d.l.conuentionum.
ff.de pac.& Bar.in l.5.§.non fuit.ff.de do-
20 lo.† Sexto,quia cauſa ſint prius occupa-
ta ꝑ Illuſtriſſimũ Viceregem generalem,
per q̃ fuit delegata in ſacro conſ. ut ſupra
Vnde pendente lite in ſacro conſ.& ſic co
ram maiori iudice,nõ potuit dicta actrix
adire magnam curiam vicariæ,& ſic iudi-
cem minorem pro eadem cauſa . Ita tenet
Bal.in l.2.§.1.ff.ſi quis cau.& Bal.in l.ſena
tus in ſi.C.qui accuſ.non poſſ. & in auth.
ſed nouo iure col.8.de ſer fugit. & hr̃ per
Fel.in c.ex tenore col.8. de reſcri. & hæc
præuẽtio iuriſdictionis ſit per ſolã citatio
nem c.propoſuiſti,& ibi Abb. de for.cõp.
& clem.ſi.ut lit penden.multo fortius hic
vbi in ſacro conſil. fuit proceſſum uſque
ad publicationẽ incluſiuè. Facit tex. in l.
vbi cæptum,& l.ſi quis poſtea & Bald. ff.
21 de iud.Septimo,quia † ex quo dictus prin
ceps aduocauit ad ſe cauſam, & illam dele
gauit cenſetur ſuper illa ſuſtuliſſe oẽm iu
riſdictionem cuicũq. ordinario inferiori.
Caſus eſt in ca.ut noſtrum,& ibi Abb.&
Phil.de appellat.in tm̃,quod proceſſus fa-
ctus per inferiorẽ , eſt nullus tanq̃ factus
a priuato,ut ibi hr̃ probatr̃ in l. iudicium
ſoluit.ff.de iud.& eo ipſo , quod princeps
delegat cauſam alteri, illa cenſetr̃ ad ſe illã
aduocare,ſcdm Bal.ĩ c.ad hoc,co.4 de pa-
ce iura.firm.Pro hoc ẽ tex.ĩ c.paſtoralis §.
præterea,& ibi per Fe.de off.deleg. & Fel.
in c.qm̃ Abb.in ſi.co.tit.Ia.in l.more ma-
iorum.col ſi.ff de iuriſ om.iud.& Imo.in
l.ſi expreſſum.ff.de app.& Ludo Rom.in
conſ.33.col.1.& conſ.335.& Bald.in l. ſi
ut proponis,la 1.col.3.uer. q̃ro Papa, &c.
C.qũo & qñ iud.vbi plus dicit Bald.qđ ẽt
mortuo delegato Prin. in tm̃ cenſetr̃ cauſa
aduo-

aduocata,quod non reuertitur ad ordiná
rium,ſed ad ipſum principem occupanté.
22 Octauo,quia† emanauit citatio a magna
curia,quæ fuit obtenta nulla facta métio-
ne de litis pendentia in ſacro conſilio, &
ſic fuit ſubreptitia,& inualida,ſcd̄m Fel.i
c.ſuper literis.col 9.& in c.ceterum.col.2.
de reſcr & Lud.Ro.in conſ.330.& idé Fe
li.in c ad audientiam,el 1.co.17 in 6. fal.
de reſcr.ubi decidit caſum noſtrum con-
cludens,ꝙ qñ cã eſt deuoluta ad curiam.
Principis,non poteſt inde extrahi,ſine cer
ta ſententia Principis,aliás cõmiſſo cauſæ
alibi dicitur ſurreptitia,& non ualet ſecū-
23 dum eum. Nono quia† exceptio litis pen
dentiæ coram uno iudice impedit litem
agitari coram alio iudice, plene declarat
Soc.in conſ. 8.in 2.uol.& habetur per A-
lex.in l.nulli.C.de iud.c.& Bald.in c.1.in
fi.de contr.feudi.apud partes.maxime, qñ
ſententia lata ab uno exceptioné rei iudi-
catæ coram alio ſecundum eum,prout eſt
hic,& ita habetur in d.c.354.conſ Neap.
24 per Matt.de Affl.Decimo,quia† quando
actor habet duas uias,agendi,unam,ſ. or-
dinariam, & aliam extra ordinariam, &
executiuam,intentando ordinariam,cen-
ſetur renunciare extraordinariæ.Ita tenet
gl.in l proinde.§ notandũ,in gl.fi.in fi.ff.
ad l.Aquil.& colligitur ex dictis. Lu Ro.
25 in conſ.135. † Vndecimo, quia ſacrum
conſilium inhibuit magnæ curiæ, quod
ſe in cauſa non intromittat. ex quo pédet
in ſacro conſ.quod põt, ſecundum Bald.in
l.1.in fi.C.quemodo, & qñ iudex, quo ca-
ſu ſi inferior inhibitus procedit ad aliqué
actum eſt proceſſus nullus ſecundum Frã.
de Aret.in conſ.75. in prin. Duodecimo,
26 † quia exceptio præuentionis eſt declinato
ria,quia per eã declinatur iuriſdictio tan-
quam in competens,ſecundum Bal. in au
thé. ſed nouo iure.co.3 C.de ſer.fug. un-
de ſtãte preuẽtione Principis, & exceptio
ne declinatoria oppoſita dicta magna cu-
ria fuit effecta in competens,& per conſe-
quens omnia per eam actitata ſunt nulla,
ut toto tit C.ſi a non comp.iudice, & per
ea,quæ habentur in l.2.ſi quis in ius uoc.
non ie Pro ſolutione in caſu de quo q̃riť
adhæreo huic ſecundæ parti, per rationes
modo adductas pro iſta parte. Supereſt ſo
27 lum† reſpondere ad argumenta in contra
riũ adducta pro prima part. Vnde nõ ob
ſtat primum argm̃,quia licet dicatur ꝙ in
ſtrumenta guarentigiæ habent uim ſniã
non tamen per omnia æquiparantur ſen
tentiæ,& eius executioni ſniæ,non põt o
poni exceptio peremptoria,ſed contra ex
cutionem inſtrumẽti ſic ſ̃m Bal.in l per
ptorias,col.3.C ſent.reſc.nõ poſ & eſt n
q2 in inſtrumento nulla pceſſit lis vñ non
potuit exceptio opponi.illud magis ĩ te
munis tenet Ale in in l.4 §. condemnatũ,
col.4.ff.de re iud.ubi proprie loquitur de
exceptione litis pendentiæ,quæ poteſt op
poni contra executionem inſtrumenti al-
legat Fed.de Sen.in cõſ.126 in c.in q dñi
Io.Pauli,& c.Præterea poſito,ꝙ equiparen
tur,nos uidemus, ꝙ qñ cã eſt legitime de-
uoluta ad ſuperiorem per remedium ap-
pellationis obſtat litis pendentia ad impe
pediendam executionem,vt in toto tit.de
appel.ergo eodem modo, quando quis de
uoluit legitime cauſam ad ſuperiorem, de-
bet obſtare litis pendentia contra execu-
28 tionem inſtrumenti. Non obſtat † ſecun-
dum argumentum, quia loquitur contra
contumacem nam contra eum poteſt iu-
dex pluribus remedijs uti ad ipſum con-
uincendum,ſed nos ſumus in eo, qui ſe le-
gitimo defendit.Præterea, licet ſcd̄m re-
medium in caſu noſtro ſit executioné ſ̃m
formã ritus,tñ primũ fuit ordinarium ſu
per aſſiſtentia q2 ipſa actrix dicit in libel
lo ſuo,volens Vrbanus agere,venit p via
iuris,&c tẽ illud contrarium procedit in
eodé iudice non in diuerſis.vt fuit hic, &
maxime,quia cautã erat præuẽta per prin
cipem vt tenuit Iaſ in d l nulli. 6. fallen.
29 C de iud. Ad tertiũ† argm̃ reſpondeo, qd
in dicto inſt̃o,non sũt dictæ clauſulæ ex
quo fuit extractũ a protocollo notarij mor
tui,prout iacet. Præterea q2 inſtrumentũ
é nullũ,ut ſupra fuit probatũ p rõnes ad-
ductas pro hac ſecunda parte rõne metus
ſimiliter,& oés clauſulæ in eo cõtentæ sũt
nullæ,ut no.Lud.Ro.in conſ.42.co.1.præ
terea,dato ꝙ una per aliam non tollatur
aut ſuſpendatur,tñ dét adiri idé iudex ſci
licet, Princeps, qui fuit primo aditus, q2
alia curia cenſetur priuata in iuriſdictio-
ne per preuentioné Principis,vt ſupra di-
30 xi.Ad quartum† argumentum reſpõdeo,
quod illa cumulatio debet fieri coram eo
dem

Digitized by Google

dem iudice, nam cum actio perſonalis, & hypothecaria tendat ad eundē finem non debet diuidi continentia cauſa coram diuerſis iudicibus, ut d.le. nulli. ubi denegat lex audientiā, per quę uerba ēt ſi non excipiatur, non ualet proceſſus, qui fieret per ſecundum iudicem ſecundum Alex. in l. 1. §. 1. ff. ad Treb. & in l. uñ. & poſtea. ff. de iureiur. & hanc dicit eſſe communem opi. quam tenet etiam Ioan. And. in addit. Spe. in titu. de prolatione ſenten. §. iuxta ſuper uer. itē eſt nulla. &c. & habetur per Matth. in dec. 154 conſ. Neap. idē tenet Bal. in l. ſcire oportet §. conſequens. ff. de excu. tut. Vnde omnia attentata per magnā curiā, ſunt nulla, quia lex denegabat audiētiam

31 d. actrici. Ad quintum † argumentum reſpōdeo, quod ciuilis cauſa non praeiudicat criminali, qñ eſt finita, ſecus pendēte ciuili, quia non poteſt per eundē intentari criminalis. Ca. us eſt in le. inſerdū. ff. de publ. iud. & ibi Bart. & idē Bar. in l. 1. in fi. uerſi. 3. not. & C. quando ci. actio. praeiu crim. praeterea obſtat quia coram diuerſis iudi-

17 † Doctores hic non colligunt aliquod notabile ex iſta l. propter ſui breuitatem. Tu tamen ex iſta, l. no. primo regulam ad quā quotidie allegatur, quod ille poteſt hæreditatem repudiare, qui habet ius eam adeundi. Et ſic iſtæ duæ potentiæ ſcilicet adeundi & repudiandi ſunt conuertibiles, & una conſequitur aliam, nam qui poteſt hæreditatem ſibi delatam adire, ille idem poteſt repudiare & econtra. Quod ueriſimiliter procedit in immixtione & abſtenſione hodie per beneficium prætoris, quia is qui poteſt ſe immiſcere, poteſt etiam abſtinere, & econtra prout loquimur in ſuis ut ſupra declaraui hoc probatur per iſtam lege iuncto, §. extraneis, & §. ſed his inſt. de hæred. qual. & diff.

18 † Hāc regulā declara ut pcedat in tota hereditate delata, q̄a debet uel tota adiri uel tota repudiari, & ſic illa potētia adeundi & repudiandi qn̄ eſt reducenda ad actū neceſſitatur ad totā hæreditatē. l. 1. & ſi ex eſſe ſupra eo. & l. ſi ſolus infra eod. Intantum q̄ ſi unam partē hereditatis quis adiit, accreſcūt ſibi etiam inuito aliæ portiones, l. teſtamēto, C. de impub. & aliis ſubſt. & le. quidam eulogio, C. de iure delibe. & no. Bart. & docto. in d. le. 1. & l. ult. ſupra & infra eod. Ad idē eſt bonus tex. in l. ſed ſi plures, §. filio, ſupra de vulga. & pupilla. per quem textum dicit Alex. in conſil. 12. in 5. columu. quod nepos cui delata eſt hæreditas auita & paterna, nō poteſt adire auitam & repudiare paternam, ſi pater ſuus ſe immiſcuit hæreditati auitæ, quia per talem immixtionem eſt effecta unica hæreditas, unde debet vel totam adire, uel totam repudiare, ut no. Ludouic. Roman. in conſil. 40. in 1. columm. ubi dicit, quod poſtquam hæreditas eſt adita non dicitur amplius hæreditas ſed efficitur unicum patrimonium cum bonis adeūtis idem tenet Bar. in leg. ſi Titius infra ad Trebellia. & in l. ſi quis ſeruum, §. fin. infra de lega. 1. & Pet. Phil. Corn. in conſil. 106. colum. penulti. in uerſic. nec obſtat in 3. co
19 lumn. † Et ex prædictis limitatur regula quæ ſe habet, q̄ cui licet, id quod eſt plus multo magis licet id, quod eſt minus, l. nec in ea, §. ſed & occidere, inf. de adul. & l. non debet infra de regul. iuris, & l. uideamus ſupra de in lit. iur. in fin. nam ſi conceditur hæredi adire totam hæreditatem, multo magis deberet ſibi concedi adire partem, ſed iſtud ideo eſt, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra l. ius noſtrum infra de regulis iuris, ita dicit glo. in d. l. non debet & Barto. in leg. 1.
20 ſupra eod. † Idem etiam dicimus in legato quia quando eſt unum non poteſt pro

parte acceptari, & pro parte repudiari: quia ipſum non poteſt legatarius diuidere l.legatarius infra de lega.1.in l.neminẽ & l.gregem infra de leg.2. imo agnoſcendo partem legati, totum acquirit le. ſi cui tex. infra de leg.2.& no. gloſ.& Bar.in l.1. ſupra eod.& Pet. Phi.Cor.in cõſ.249.col. penul. & ult. in 4.uolu.ſed hæredes legatarij poſſunt illud diuidere ut d.l.legatarius. §.1.& ratio eſt in legato ſecundum Bar.in d.l.1.ſupra eod.col.ult.quia cum ſit unus, non poteſt hanc unitatem diuidere legata-
21 rius contra mentẽ teſtatoris. † Quid autem ſi quis repudiat partem hæreditatis, an uideatur repudiare totam? dic quod non ut no.gloſſ.& Bar.in d.leg.1.ſupra eod. Et ratio eſt ſecundum eum, quia cum repudiatio ſit priuatio non poteſt habere ius accreſcendi,cum ſit quid ſeparatum a perſona, quod ſecus eſt in aditione, unde repudiando partem,habetur ac ſi nihil repu
22 diaſſe ut dict.l.ſi ſolus infra eod.† Iſtam regulam ſic declaratam limita primo non procedere in emphyteoſi, quam quis recepit pro ſe, & filijs ſuis quia tunc filii poſſunt repudiare paternam hæreditatem, & retenere emphyteoſim,item ſi eſſent inſtituti hæredes per patrem pro diſparibus partibus ſuccedunt nihilominus æqualiter in emphyteoſi,ita tenet Bar.in l.ſi tibi,§.ſi pactus.ff.de pact.& in l.quod dicitur infra de uerb.obl.& idem Bar.in l.Gallus,§.quidam recte & ibi etiam Alexan.ſupra de liber.& poſthum.& Bartolus in lege ut iuris iurandi.§.ſi liberti infra de ope.libe.& Baldus in l.liberti.columna ſexta,in fi.C.de oper.lib. & ratio eſt quia emphyteoſis,de ſui natura non tranſit ad hæredes,ut in authentic. de non alien.§.emphyteoſi, unde filius ſuccedit in ea, ut filius uigore pacti non ut hæres. Ita tenet etiam Baldus in authentic. ſi quas ruinas,columna tertia.C.de ſacroſan. eccleſ.& Speculat. in titu.de locat.§.nunc aliqua uerſicu.78.& uerſicu.108.& Iaſo.in l.ſi non ſortem §.ſi libertis,columna pen. ſupra de cond.indeb. Adde ad prædicta §. ex his in authen.de non al e.& Alexand. in conſi.8.col.1.in 2.uolu.& ſentit Andr.de Iſer.in ca.1.§.ubi uero,an agnatus, etiam
23 in uſibus feu.† Hanc tamen limitationem intellige ut procedat in emphyteoſi cõceſſa per eccleſiam pro ſe & filiis, quia illa ex quo non eſt tranſitoria,ad hæredes,ut d.§. emphyteoſi tranſibit ad filios uel filias, & ſic etiam repudiata hæreditate paterna ſecus in emphyteoſi conceſſa a priuato,quia ex quo eſt trãſitoria ad hæredes tunc filius nõ poteſt illam habere niſi ſit hæres patris ita notabiliter hanc materiam limitat & declarat Alexand. in conſilio 129.in 5.uo
24 lumine, † Et ex prædictis ſequuntur duæ pulchrę illationes quarum prima eſt. Nam hodie per conſtit.regni quæ incipit in aliquibus eſt inductum quod filia dotata excluditur a ſucceſſione patris ſtantibus maſculis pone quod pater qui recipit emphyteoſim ab eccleſia pro ſe & filijs, ut ſupra mortuus fuit relicto filio maſculo, & filia dotata, certe per prædicta filia ſuccedet æqualiter in emphyteoſi una,cum fratre ſuo, ex quo illam non habet ut hæres, ſed ut filia,& ita limitatur dicta conſtitut. in aliquibus. Ita in terminis tenet Baldus in dict. authen.ſi quas ruinas,column.3.in fin.uerſicu.ex hoc ſequitur &c.C.de ſacroſanct.eccleſ. Et licet hæc opin. Bald. uideatur prima facie ſuſtentabilis tamen contrarium in hoc tenuit Bartol.in dict.l.ut iuriſiurand.§.ſi liberi.& Bartol. conſilio 60.incip. Quæſtio iſta habet duo dubia &c.et & Pet.Philip.Corn.in conſi.145.colum.fina. in 1.uolum.& Imo.in cap.potuit de locat. in quibus locis communiter concluditur, quod ſtante dicto ſtatuto,quod filia excludatur per maſculos etiam ſi pater accepit emphyteoſim pro ſe,& filiis ſuis maſculis, & fœminis intelligitur ordine ſucceſſiuo ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ſeu ut primo maſculi admittantur & deinde his deficientibus ſuccedant fœminæ, & ratio eſt ſecundum eos, quia pater ſtipulando uidetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis,uel municipalis,ut ita intelligatur ordine ſucceſſiuo. Et hanc conſiderationem in ſimili facit Bartol.in l.hæredes mei,§.cum ita & ibi etiam Angel.& docto.infra ad Treb.& hęc opin.contraria
25 cenſetur magis communis.† Quam opin. ego confirmo in caſu præpoſito alia conſideratione quia caſus noſter eſt quando pater aquiſiuit pro ſe & filiis ſimpliciter non exprimendo alias fœminas quo caſu eſt alia ratio excluſiua fœminarũ quia in contractib. maſculorũ non concipit fœminarũ,ſe

cun

eſdum Archi.in c.ſi quis ſua dente. col.3. 17 q.4.& Alex.in l.ſed ſi hac,§.liberos. ſupra de in ius uocan.& Imo.in l.ſi ita ſcriptum infra de leg.1.& in c.potuit, col.ult. de loca.& in l.cum uir.infra,de condition.& demonſtratio.& Lud.Rom in conſi.35, & Alex. in conſi.207.in cip. Conſideratis colum 3. uerſic.& ſimiliter, in 2.uolum.& clarius idem Alexand.in conſi.61.in 1.uolu.& Iaſo.in l. ſi quis id quod colum.6.ſupra de iuriſd.omnium iudica.in quibus locis in terminis deciditur, quod ſi pater accepit emphyteoſin pro ſe.& filiis ſuis non comprehenduntur filiæ fœminæ, & ratio eſt quia in contractibus ſemper fit interpretatio contra ſtipulatorem, cui licitum fuit legem contractus apertius dicere l.ueteribus,ſupra de pact.

26 †Hoc limita non procedere quando conceſſio pro ſe, & filiis fieret à fœmina, quia tunc maſculinum concepit fœmininum inſpecta præſumpta affectione concedentis. Ita in ſimili dixit Pet.de Ancha.in conſil.341.incipit.pro maiori quã refert,& ſequitur Iaſo.in d l.ſi quis id quod,& in dict. lege ſed ſi hac,§.liberos argumen.c.ſi de beneficio de præben.lib.6.& leg. plenum §. equites ſupra,de uſu & ha. tamen tunc puto quod excluderetur filia uigore ſtatuti p

27 prædicta. † Secunda illatio eſt quod talis emphyteoſi nõ imputabit filio in quartam ex quo non habet illam ut hæres, ſed ut filia.Ita tenet Alexan.in conſ.68.colu.1. in 3.uolu.Angel.& Paul.de Caſt.in le.ſi patroni infra ad Trebell.& Alex.in conſi.89.

28 colum.2.in 4.uolum.†Pro ueritate tamen huius illationis eſt ſciendum quod triplex eſt quarta, uidelicet illa quæ detrahitur de legatis,quę dicitur Falcidia,de qua loquitur totus titul.ad leg. Falcid. Alia quæ detrahitur de fideicommiſſo uniuerſali, quę appellatur Trebellianica, quæ tractatur plene in toto titu. ad Trebellia. Tertia eſt quæ detrahitur iure naturæ quæ appellatur legitima de qua loquitur authe.nouiſſima, Cod.de inoffic.teſtam. Nunc ad propoſitum dico, quod quo ad Falcidiam,& Trebellianicam uera eſt opinio præcedens ſcilicet quod talis emphyteoſis non imputatur in quartam & ratio eſt, quia in Falcidiam,& Trebellianicam imputantur ſolũ ea,quæ capiuntur iudicio teſtatoris ex ipſo teſtamento,ſecus ſi extra cauſam teſtamenti caſus eſt notabilis in l. Pater filiam infra ad leg. Falcid. per quem ita dixit *Bart.*in le. in quartam column.2.eodem titulo. Sed dicta emphyteoſis quia non capitur ex teſtamento,ſed uigore pacti inter uiuos,propterea non imputatur,ſi uero quæris de legitima, & tunc magis communis opinio eſt in contrarium, ſcilicet, quod talis emphyteoſis imputatur filio in legitimã quando agit de hereditate patris qui acquiſiuit emphyteoſim. Ita tenet Alexand.in conſil. 27.in 5.uolumine.ubi uidetur melius,fuiſſe loquutus,idem tenent Guil.& Bald.in l. omnino do.§. imputari,Cod.de inofficio. teſtamen.& Alexan.in d.l.ſi patroni, infra ad Trebellian.

29 †Et eſt ratio,quia in legitimam imputatur omne quod capitur ex patrimonio defuncti ſiue iure hæreditario ſiue quocunque alio iure etiam inter uiuos, dummodo ſit tale quod morte confirmetur. Ita dicit *Bar.* in dicta l.in quartam colum.pen idem quã do datur ob cauſam, ut propter dotem uel donationem propter nuptias,ut ibidẽ. Sed quia dicta emphyteoſis capitur ex patrimonio teſtatoris per ſtipulationem inter uiuos,& morte confirmatur, quia ex morte teſtatoris accepit uires erga filium, & non ante,ex quo talis acquiſitio pro ſe, & filiis cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, ut notat Bar.& Alex.& communiter doct.in l. Gallus,§.quidam recte.ſupra de liberis, & poſthum.unde nunquam defertur filio niſi mortuo patre,propterea imputatur in legitimam.ita dicit Alex.in d.l.ſi patroni,& in d.conſi 27.in 5.uol.

30 †Confirmatur iſtud. Nam pater poteſt talem emphyteoſim prælegare uel donare uni ex filiis inſolidum in præiudicium aliorum filiorum ſecundum Bald.in d.authe.ſi quas ruinas col pen.& Alex.in d.conſi.27. in 5 uolum.& Pet.Phil.Corn.in conſi 51. column.1.& 6.& conſ.282.colu.7.in litera p.in 3.uolu.& in conſi.100.colu.1.in 4.uolumine.& Ludo.Roma.in conſ.35.Sed certum eſt quod omne legatum imputatur in legitimam,ut d.l.omnimodo,C. de ino.ſti. teſtamen & tenet Bart.in d.leg.in quartam colum penu.ergo conſequenter d.emphyteoſis imputabitur. *Iſtud* ultimum limita quando emphyteoſis eſt acquiſita per patrem

trem ex re.& pecunias ipſius patris, ſecus ſi
ex mera liberalitate concedentis ſit facta
conceſſio pro ſe & filiis, quia tunc non po-
teſt pater in prçiudicium aliorum filiorum
dictam emphiteoſim alteri filio aſſignare.
ita ſingulariter dixit Bald. in l. 1 in fin. uer-
bis, C. per quas perſonas nobis acquiri. quē
ſequitur Pet. Phil. Cor. in d. conſi. 28. col. 6.
in litera P, in 3. uolum.
31 † Retenta igitur iſta concluſione pro ue-
ra, & communi, quod emphyteoſis imputa
tur in legitimam, limita eam multum ſin-
gulariter procedere quando fuit acquiſita
ab ipſo patre de cuius hæreditate agitur, ſe
cus ſi eſſet acquiſita per auum paternum
ſtipulantem pro ſe & filiis, & nepotib. ſuis
quia tunc nepos habet illam non ex proui-
ſione patris, ſed ex prouiſione aui, & pro-
pterea non cōputantur in legitimam, quā-
do agitur de bonis patris, cū ab eo non pro
ceſſerit. Ita notanter limitat Ale. in d. l. ſi pa
troni, colum. 3. ubi aſſignat rationem quia
quæſita ab auo paterno non dicuntur pro-
fectitia, ſed aduentitia, leg. quæſitum. & ibi
Bar. infra, de leg. 1. & gloſſ. & Bald & Alex.
in l. qui aliena. §. interdum ſupra eodem, &
dixi ſupra in euidentialibus, & de iure ad-
uentitia non imputantur in legitimam, le.
ſcimus, §. repletionem. C. de inoffic. teſta. &
32 nota Bar. in dicta l. in quartam. † Secundo
principaliter limita hanc regulam, ſcilicet,
quod hæreditas debet tota adiri uel tota re-
pudiari & nō procedat in iure patronatus
liberti, quia illud ſpectat ad filium, ut filiū
non autem ut hæredem, unde poteſt filius
repudiare hæreditatem paternam & retine
re ius patronatus. leg. filii infra. de iure pa-
tronat. licet poſſit pater illud aſſignare uni
ex filiis in præiudicium aliorum, ut no. So
cin. in conſi. 25. colum. 6. uerſicu. 5. facit in
1. uolum.
33 † Quid autem in iure patronatus eccleſiæ,
dic contrarium quia illud tranſit cum uni-
uerſitate bonorū, & tranſit ſolum ad hære-
des ēt extraneos, ut notat Cald. in conſ. 2. in
tit. de iure patrona. & Bal. in l. 2. C. de in ius
uocan. & gloſſ. in cap. conſiderandum. 16.
quæſtio. 7. & Abb. in cap. 1. & c. cum ſecu-
lum de iure patronat. & Card. in clemen. 2.
in 6. quæſtio. de iure patronat. unde ex prę-
dictis ſequitur, quod non poteſt filius renū-
tiare hæreditati paternæ, & retinere ius pa-
tronatus eccleſiæ, imo renunciando hæredi
tati perdit illud, quia tranſit cum uniuerſi-
tate bonorum, ſecundum Cardina. in dicta
clement. 2. in 7. quæſtio. & Feder. de Seni. in
conſi. 106. & conſi. 125. & Ioan. de Ana. in
conſil. 86. & Abb. in dicto capitulo, cum ſe
culum. Ex eo tamen qui eſt indiuiduum,
eſt penes quem libet hæredem in ſolidum.
Et ideo licet plures hæredes ſint inſtituti
pro inequalibus portionibus tamen om-
nes æqualiter ſuccedent in iure patronatus
ſecundum Abb. in dicto cap. 1. de iure pa-
tronat. & gloſſ. in cap. pie mentis in gloſſ.
magna. in fin. 16. quæſtion. 7. & Bald. in
leg. 1. circa fi. Cod. de communi ſer. manu.
Fran. de Aretin. in leg. 1. colum. 3. infra de
legat.
34 † Et ex prædictis ſequuntur duæ illationes
quarum prima eſt, quod ſi pater inſtituit fi-
lium hæredem in re certa dato ſibi alio co-
hærede uniuerſali ius patronatus erit to-
tum hæredis uniuerſalis, & filius nihil habe
bit in eo, ſecūdum Abb. & doct. in d. c. 1. de
iure patron. † Secundo infertur, quod licet a-
35 lias ius patronatus tranſeat ad fœminas æ-
qualiter ſicut ad maſculos, ſecundum Abb.
in d. cap. 1. & in capitulo fin. de conceſ. præ
ben. & Cald. in conſi. 1. in tit. de iure patro-
nat. & Ioan. Andr. in capitulo generali, de
electio. libr. 6. in nouella, tamen ſi filia renū
ciauit hæreditati paternæ, iuxta ea, quæ
habentur in leg. pactum quod dotali, Cod.
de collatio. uel ſi eſt excluſa per ſtatutum
a ſucceſſione paterna propter dotem, non
ſuccedit in iure patronatus, ſed totum tran
ſit ad maſculos ſecūdum Feder. de Senis in
d. conſil. 109. & Abba. in dicto capitu. cum
ſeculum. unde ſequitur quod hodie in re-
gno per conſtit. aliquib. filia non ſuccedit
in iure patronatus niſi ex teſtamento inſti
tueretur hæres.
36 † Limitata tamen prædicta non procede
re quando in conceſſione iuris patronatus
facta in fundatione uel donatione, eſſet
conceſſum dictum ius pro ſe, & filiis ſuis
non adiecto hæredibus per diœceſanum,
quia tunc filii poſſunt habere ius patrona
tus, etiam ſi non ſint hæredes quia per illa
uerba ueniunt, ut filii, non autem, ut hæ-
rede, ita tenet Stephan. de Gaieta in repe-
titio, capitul. quoniam, de electio. libro 6.
per ea, quæ in ſimili nota Bartol. in l. quod
di-

dicitur infra de uerborum obligationibus vbi loquitur de emphyteuſi. Quod confirmo per id quod dicit Bald. in dicta l. 2. C. de in ius uocan. ubi dicit quod ius patronatus tranſit ad hæredem extraneum, niſi in fundatione aliud ſit dictum uel actum, uidetur ergo aliud actum, quando eſt cõceſſum pro ſe & filiis, non facta mentione de hæredibus, idem etiam dicit Calderinus in conſilio quinto, in titulo de iure patron.

37 † Poteſt & tertio ex prædictis inferri, quod hodie in regno, ex quo primogenitus ſuccedit in feudo, in quo uiuitur iure Francorum excluſis aliis filiis, ſecundum Andream de Iſern. in capit. imperialem. §. præterea ducatus, in quarta colu. de prohib. feud. alien. per Federicum, ſequitur quod ſi in aliquo feudo eſſet ius patronatus, ſolum primogenitus in eo ſuccederet excluſis aliis, ſecundum Abb. in d. c. cum ſeculũ, & in c. ex inſinuatione, & Io. And. de iure patron.

38 † Tertio principaliter limito, hanc regulam non procedere in feudis, intelligendo de feudo ex pacto, & prouidentia tãtum, quia tunc hæres cui eſt delata ſucceſſio poteſt feudum retinere, & hæreditatem repudiare. Dicitur autem feudum ex pacto, & prouidentia, quando eſt conceſſum pro ſe, & liberis, ſeu filiis, non facta mentione de hæredibus, nam tunc cenſetur haberi non ab ipſo defuncto ſed ex pacto, & prouidentia concedentis, ut nota. And. de Iſernia in cap. 1. colum 1. & 2. & 3. an agnatus & c. in uſibus feu dor. in tantum, quod dicit notabiliter Andr. de Iſernia in dicto §. præterea ducatus colum. 4. quod mortuo feudatario cenſetur tale feudum retraditum domino, & a domino iterum conceſſum filio, & ſic cenſentur plures donationes. Sed quando dicitur Concedo tibi, & filiis, & hæredibus, uel tibi, & hæredibus, tunc appellatur feudum hæreditarium ſecundum Andream in capitulo primo §. huius autem generis, colum. 2. quibus modis feudum amit. & in d. ca. 1. in principio an gnatus. Et tunc in eo non ſuccedit, niſi ille qui eſt hęres, ut ibi dicit Andreas, & etiam Bal. in primo caſu ſuccedit, etiam ſi non eſt hæres, unde poteſt tunc renunciari hæreditas, & acquiri feudum, pro quo non tenebatur ſucceſſor creditoribus hæreditariis, ita plene tenet Alexan. in cõſilio 19. columna ſecunda, & conſilio 20. colum. 3. in quinto uolumine, & Ioannes Andreas in additio. Specular. in tit. de feudis, §. fin. in addit. quæ incepit, dicto, & c. & Iaſon plene in l. ſi non ſortem, §. libertus, colum. penult. & fin. ſupra de cond. indeb. in quibus locis loquuntur etiam in filio, ſcilicet ut poſſit repudiare hęreditatem paternam, & retinere feudum ex pacto, & prouidentia, contrarium tamen in filio tenet Andreas in d. cap. primo, §. ubi uero, & ibi etiam Aluar. & docto communiter, an agnatus per illum textum, ubi fit differentia, inter filium, & alium agnatum. Nam filius non poteſt paternam hæreditatem repudiare, & retinere feudum, quia utrumque debet acceptare uel repudiare, ſecus eſt in alio agnato. Et exemplum, ut ſi feudatarius, qui habebat feudum pro ſe & filiis moritur relictis duobus filiis, certè dicti filii uel alter eorum non poſſunt repudiata hæreditate habere feudum, ſed ſi moriatur unus ex eis ſine liberis, quo caſu portio morientis defertur fratri ſuperſtiti, tũc ille frater poteſt repudiata hæreditate fratris habere illam portionem feudi, & ille dicitur uenire ut agnatus, non autem ut filius, & hanc opin. etiam tenet Bal. in l. qui ſe patris, colum. ſexta, C. unde lib. Et ſic ex prædictis ſecundum And. in d. §. ubi uero, erit deterioris conditionis filius, quam agnatus, & ratio eſt, quia filius cenſetur eadem perſona cum patre, unde non debet ipſum afficere iniuria, repudiando eius hæreditatem.

39 † Aliam rationem aſſignat Bald. in dicta l. qui ſe patris ſcilicet, quia filius uenit, ut hæres ex quo in materia feudorum appellatione hæredis uenit filius, ut no. gloſſ. in l. ex facto §. fin. infra ad Treb. & And. & docto. in capit. primo, §. ſi clientulus, ubi eſt textus de alien. feud. Sed agnatus uenit ex contractu & non cenſetur eadem perſona cum defuncto. Et pro iſta opin. Andr. eſt tex. & ibi etiam And. in cap. 1. §. filius de e. qui cur. uen.

40 † Inter iſtas autem ueritates datur remedium, quod filius adeat hæreditatem patris, cum beneficio inuentarii, & ſic non tenebitur creditoribus ultra uires hæreditarias,

rias reſpectu allodialium ſed feudum habebit præcipuum, & pro eo non tenebitur creditoribus. Ita dicit And.in d. §. vbi uero,& d.§.filius, ſecus quando feudum eſt hæreditarium, quia tunc pro eo tenetur creditoribus,ut no. plene Alex.in d. conſi. 19.in 5.uol.

41 †Secundo principaliter nota ex iſta l.dũ dicit, Is poteſt repudiare,&c.quod hæc dictio,poteſt quando ponitur in oratione affirmatiue non importat neceſſitatem præciſam,ſed ponit potentiam ad arbitrium eius,in cuius perſona uerba diriguntur, ſecus eſt in uerbo dẽt,quia importat neceſſitatem ita no.Bar.in repetitio. l. creditores in principio,C.de pign.licet aliquando ponatur debet pro poteſt,& ſic ſine neceſſitate,l.obſeruare,& ibi *Bar.*ſup.de offi.pro cõſu.& not. And.de iſer.in ca. 1. §. ſi aliquis. Apud quem uel quos &c.in uſib. feudo, & habetur in l.ſæpe,ſupra de offi.præſid.ſi vero iſtud verbum poteſt, ponitur in oratione negatiuè ut quia in aliqua diſpoſitione dicitur,non poteſt vel non poſſit tunc denotat neceſſitatem præciſam & remouet omnem potentiam ab actu, adeo quod actus poſtea factus contra illam diſpoſitionem eſt ipſo iure nullus ſecundum Bart.& cõiter doct.in l. Gallus.in prin. ſupra de liberis,& poſthumis,ubi plene attingit Barto. de impotentia huius uerbi,poteſt,& in l. 1. ſupra de iniuſto rup. teſtamanto,pro quo eſt tex.& ibi gloſ.in cap primo.de regulis iuris. lib. ſexto & in l.ſtipulatio iſta. §.alteri,infra de verborum obligat.& in l. nemo poteſt,infra de leg. 1.& in l.non poteſt infra de furti.& notat expreſſe *Bal.* in l. 1.colum.penul.C.qui admit.& Bald.in l. ult. col.fi. C.de fideicommiſ.& Alex,plene in conſilio 77 colum. 1.in tertio uolum. & Bald.in d l.1.ſupra de iniuſto rupto teſtamento. Quia tamen in hac l.tractatur,& fit mentio de aditione ſeu acquiſitione hęreditatis ſeu de eius repudiatione, videamus pro eius maiori intelligẽtia, per quos actus inoucatur aditio, & per quos repudiatio, & proderit id ſcire ad intelligentiã totius huius tituli , vnde eſt ſciendum, quod quo ad aditionem ſunt infiniti modi,& actus,per quos cenſetur adita hæreditas,tamen cumulando aliquos prout ex diuerſorum librorum reuolutione colligi

poteſt ſunt infraſcripti ſcilicet.
42 † Et præſuppono quo- aditio hæredita-
tis conſiſtit in ſolo anim ,l. geris infra
eodem,& l.ſi auia, C. d ure deliberandi.
Et quia iſte animus cun ſit quid occul-
tum,& latens,non poteſt liter percipi niſi
per extrinſeca l. quidam n ſuo , ſupra de
condic.inſtit.& notat.gl ſ.in l.his qui ſu-
pra de tutor. & curator. da. ab his quæ
extrinſeca cognoſcuntur ltero de duobus
modis,ſcilicet Verbis, & facto. Nam fa-
cto & uerbis poſt uolun s hominis decla
rari,ut nota.Specu. titul , de ſucceſſio. ab
inteſta.uerſiculo pone q idam , pro hoc
eſt tex.& ibi per Bald. & doctor. in l. re-
prehendenda. C. de inſ itu. & ſubſtitut.
& not.Bald. in l.non Co cillum , colum.
2. C de teſtamen.& dicit dem *Bald.*in l.li-
bertæ tuæ,in fi.*C.*de ope is libe. quod qua
litas factorum diſtinguit qualitatem intel
lectus unde prius eſt videndum per quæ
uerba , & per quos actus inducatur aditio
hæreditatis.

43 † Et primo cenſetur quis adire hæreditatem eo ipſo quod utitur verbis denotantibus ipſam aditionem,ut ſi dicat adeo ud agnoſco hanc hęreditatem , uel gero me pro hęrede uel ſimile iuxta ea quæ habentur in l.apud *Aufidium* inſ.de op. leg. Barto.in d.l.gerit,col.1.

44 †Secundo inducitur aditio etiam ſi quis vtitur uerbis ſuſpenſiuis,ut ſi dicat. Volo adire,uel Volo eſſe hæres,dummodo, deliberatè dicat hæc uerba, quæ deliberatio ꝑpenditur ex præcedentibus , inſtantibus, & ſequentibus ſecundum *Bar.*in d.l.gerit, & ibi exemplificat,pro hoc eſt tex.in l.Pãphilo,§.propoſitum,infra de leg. 1.& not. Bart.in l.ſerui electione infra de leg. 1. Pet. Philip.Corn.in conſi.77.colum penul. in 4.uolum.& Abb. in cap.ex literis,colum. 2.deſponſa. Et dicit Angel.in repet.l.qui ſe patris,colum. 12.& 13.C unde libe. quod talia uerba præſumuntur in dubio deliberato prolata quando aliud non apparet , unde inducunt aditionem hęreditatis , ſecus eſt quando dixiſſe , Iſta hęreditas non mihi diſplicet quia per hoc non inducitur aditio ſecundum Bartol.in dicta l gerit,colum. 3.

45 †Tertio dr̃ quis adire hęreditatẽ ſi utitur uerbis enuntiatiuis ut ſi cõfiteatur ſe eſſe

hęr-

hæredem Titii cum eſſet ſibi delata hære
ditas Titii. Et licet hæc confeſſio fuerit,
facta ad inſtantiam unius tamen præiudi-
cat ſibi quo ad omnes dummodo erat ta-
lis perſona quæ poterat eſſe hæres. ita no-
ta Barto. & Alexan. in l. ultim. ſupra de in
ter. ac. & Bartol. in dicta, l. gerit. uerſic. cir
ca ſecundum &c. in 3. colum. Et procedit
illud etiam ſi in epiſtola ſcripſiſſet alteri
talis hæres Titii ſalutem, &c. & ſic enun-
tiaſſet propter aliud quia inducitur aditio
ſecundum. Bart. in d. l. gerit. uerſicul. circa
46 tertium &c. † Quarto cenſetur quis adi-
re eo ipſo, quod dicit teſtamentum nul-
lum. l. ſuus, & ibi Bar. Bal. & communiter
docto. C. de repudia. hære. & Bar. in l. quē-
admodum ſupra de inoffici. teſtam. idem
ſi diceret teſtamentum falſum, ut ibidem
dicit Bart. per tex. in le. cum quidam infra
de bono poſſeſ. ſecus eſt ſi intentat quære
lam quia non per hoc uidetur adire ſecun
dum Barto. in d. l. quemadmodum, & præ
dicta etiam tenet Soci. in conſil. 20. colu.
47 1. in 3. uolum. † Quinto inducitur aditio
hereditatis eo ipſo quod quis format po-
ſitionem petendo aduerſarium interro-
gari an poſſideat pro hærede. quia inten-
dit eum conuenire petitione hæreditatis,
ita tenet Barto. in dicta, l. gerit, colu. 4. uer
48 ſicu. idem ſi aliquis. † Sexto cenſetur quis
adire eo ipſo quod conſtituit procurato-
rem ad confitendum ſe eſſe hæredem uel
ad reſpondendum poſitioni qualiter eſt
hæres, ita tenent Bald. in dicta l. 1. n. 30. op
49 po. C. qui admi. † Septimo inducitur adi
tio ſi quis faciat procuratorem ad exigen
dum aliqua debita, vel ad alia negotia
expediendum & notarius in inſtrumento
procurationis opponit clauſulā quæ om-
nia debita ſpectant ad talem conſtituen
tem hæredem Titii &c. nam non obſtan-
te quod notarius enunciet in tertiam per-
ſonam illum eſſe hæredem Titii tamē ex
tali inſtrumento probatur aditio hæredi-
tatis, quia præſumitur notarius illa uerba
enunciaſſe de uoluntate cōſtituentis alias
eſſet falſarius, ita tenet Bald in conſil. 63.
50 in 1. uolum. † Octauo inducitur, additio
eo ipſo quod quis teſtatur de hæreditate
ſibi delata. l. ſi auia & ibi Bald. Co. de iure
51 deliberandi. † Nono inducitur aditio e-
tiam ſi quis in poſitionibus interrogatus
an ſit hæres Titii reſpondit. Credo quod
ſic & contra, ſi dixit. Credo quod non cen
ſetur repudiaſſe. ita tenet Bald. in l. 1. in fi.
C. de fal. cauſa adiecta lega. Nam in prin-
cipali reſpondente uerbum credo dicitur
ueritatis expreſſiuum, ut ibi dicit & Bald. &
no. plene Gem. in capit. 1. colum. 3. de cō-
52 ſe. lib. 6. † Decimo quid ſi hæres petit ſibi
exhiberi rationes defuncti ut poſſit illas
inſpicere & deliberare an uideatur hoc ip-
ſo adire, Dic quod non caſus eſt in leg. A-
riſtot. infra eodem, & huc uſque uidimus
ex quibus uerbis inducatur aditio, nunc
uideamus ex quo facto inducatur aditio.
53 † Vndecimo inducitur aditio facta ut ſi
quis faciat aliquem actum, qui non poteſt
ſaluari citra ius & nomen heredis, l. pro
herede infra eodem ut ſi ille cui delata erat
hæreditas facit formare libellum cauſa
conueniendi aliquem petitione hæredita-
tis hoc ipſo uidetur adire ſecundum Bar-
to. in d. leg. gerit, col. 3. uerſicu. idem ſi ali-
quis &c. Et multo fortius ſi libellum por-
rexit, dicendo hæreditatem ad ſe pertine-
re, quia eo ipſo uidetur adire quod hæredi
tatem petit, ut nota. Bald. in l. ultima. co-
lum. 3. uerſicul ſecundo quæro. C. de peti.
hære. & Bartol. in l. ſi filius ſupra de tut. &
l. ſuus, & ibi no. gloſſ. & doctor. C. de rep.
54 hære. † Duodecimo cenſetur quis adire
hæreditatem eo ipſo quod cedit, uel donat
uel legat alicui iura hæreditaria uel ali-
quam rem hæreditariam, ita tenet Pe. Phi-
lip. Corn. in conſi. 52. colum. 1. in litera d,
in conſil. 211. in princip. & in tertia colu.
in litera d. in ſecundo uolumine per tex.
in l. ſi auia. C. de iure deliberandi, quia uo
lendo conſequens uidetur uelle eius neceſ
ſarium antecedens quo eſt aditio. leg. ad
legatum, & l. ad rem mobilem ſup. de pro
curat. c. 1. ſane, de offic. o deleg.
55 † Decimo tertio cenſetur quis adire eo ip
ſo quod uendit rem hæreditariam, uel mā
dat alteri de uendendo eam, l. pro hærede.
§. proinde ibi res tempore perituras a con
trario ſenſu, & leg. ſi quis in bona, §. ſed ſi
mandauit infra, eodem per quæ iura, ita
dixit. Pet. Phi. Corn. in conſ. 63. col. 9. in
fi. & ſeq. in 2. uolu. & tam ad hoc quam ad
præcedens dictum adde Pe. Phi. Corne. in
conſi. 29. col. 3. in 4. uolu. & Bal. in conſil.
314. in 3. uol.

† Deci-

56 † Decimoquarto inducitur aditio eo ipſo
quod pater mortua uxore retinet dotes &
illas non reſtitui ſaltem poſt annum ſi cō
ſiſtāt in rebus mobilib. nam per hoc ſi ha
bet filium infantem cēſetur adiuiſſe hære
ditatem matris nomine infantis iuxta l. ſi
infanti, C. de iure deliberandi & illam reti
nere pp vſumfructum ſibi debitum in eis
per l. primam, C. de bonis maternis. Ita te
net Bart. in ſua diſputatione inci. Debitor
in diem &c. & Imo. in l. recuſari, infra eo.
& refert Pet. Phil. Cor. in conſi. 16. col. pe.
& conſil. 42. colum. penult. in 3. volumi.
ubi ponit caſum eſſe dubium. quia multi
tenent contrarium, tamen idem Pet. Phil.
Corn. iſtud firmat in conſi. 221. colum. 4.
in litera e, in eodem 3. uolum. & Barto. in
d. l. gerit, col. 7. Et licet Bald. in l. cum anti
quioribus, col 2. C. de iure deliberandi &
in l. non hoc, C unde cogna. teneat contra
rium, tamen Alex. ibi ſequitur opin. Bar.
l. in d. non hoc, licet Franciſ. de Aret. in cō
ſil. 16. uideantur ſentire contra Bar. Reten
ta tamen prima opinio. Bar. & ſequacium
ſequitur ex hoc magna utilitas quia mor
tuo patre ſi moreretur infans & non appa
reret aliter adita hæreditas per hanc præſū
ptam aditionem patris tranſmitteretur hæ
reditas materna ad hæredes infanti, alias
ſi non diceretur adita non tranſmitteretur
ſed iret ad cōſanguineos matris defunctæ
per l. ſi infanti cum ſua materia, C. de iure
57 deliberandi. † Decimoquinto inducitur a-
ditio eo ipſo quod is cui delata eſt hæredi
tas reperitur poſſidere aliquam rem hære-
ditariā nam ex hoc cenſetur totā hēditatē
adire. l. 1. & ibi Bal. C. de repudia. hære. &
Bal. in l. ſ col. 10. C. qui admit. & in l. non
hoc, C. unde cogna. & Alex. in conſ. 32. co
lu. 1. in uol. pro hoc facit tex. & quæ ibi ha
bentur in l. quidā eulogio C. de iure deli-
berandi. & in l. ſi ſolus infra eod. idē eſt ſi
filius poſt mortē patris habitet in domo
paterna uel alius hęres habitet in domo
hēditaria q a præſumitur per hoc adiuiſſe
hēditatem te immiſcuit ſe, le. 1. C. de repu.
hær. & ibi Bal. & communiter doct & gl.
& Bal. in l. 1. C. ſi miſe ab hæredita abſti. ꝓ
dict is ēt vide Pet. Phi. Cor. in conſi. 37. in
fi. col. 1. in uol. Quid autem ſi aliquis qui
eſſet ſucceſſurus infanti cui erat debita hę
reditas reperitur in poſſeſſione rerū hære-
ditarium mortuo infante hæreditatē non
adita an per hoc cenſentur hæreditatē ꝓ
infante diuiſſe vt eſſet dubium trāſmiſſio
nis uide pulchre per Bald. in conſi. 390. in
58 5. volum. † prædicta tamen declara & li-
mita procedere quādo illa detentio rei hæ
reditariæ uel habitatio domus non poteſt
ſaluari citra & ius nomen hæredis per re-
gulam l. pro hærede, §. Papinian. infra eo.
Et propterea limita primo non procedere
quando illa res uel domus hęreditaria poſ
ſeſſa eſſent obligata filio pro dote matris
ſuę cuius eſt hæres ipſe filius, nā tunc cen-
ſetur domū habitaſſe uel aliā rē retinuiſ-
ſe tanquam creditor, & ſic iure pignoris.
Et iſta coniectura tollit præſumptionē a-
ditionis ita tenet Bart. in d. l. gerit, colu 4.
ver. ad fin & Bal. & cōiter moder. in d. l. 1.
C. de repud. hær. & Pet. Phil. Cor. in conſ.
247. col. 1. in 1. uo. ubi notanter dicit idē
procedere in ipſa uxore hęrede inſtituta a
uiro, quia habitādo domū uiri & utendo
aliis reb. viri prout utebantur in eius uita
nō cenſetur adire, ſed potius ea retineret
iure piris, pro dotib. ſuis, idē ſentit Petr.
Phi. Cor. in conſi. 321. col. 2. in 1. uo. & ha
59 betur in deci. 371. conſil. Neapo. † Secūdo
limita prædicta non procedere quando eſ
ſet mortuus aliquis uir locupletiſſimus, q
multa ſtabilia precioſa relinqui in hęredi
tate proximior ab inteſtato ueniēs reperi
retur poſſidere aliquā rem mobilē hæredi
tariam quia nō per hoc probatur aditio,
quia communiter hæredes habētes animū
adeundi ſolent incipire a ſtabilibus nō au
tem a mobilibus, & ideo non præſumitur
animus ita tenet Sali. c. in l. non hoc, C. un
de cogna. p gl. in l. neque natales, C. de ꝓ
ba. & illud dictū refert & ſequitur Alex. &
Iaſ. in d. l. non hoc licet in cōtrariū faciat
quod licet Bald. in l. cum te, col. fi. C. de do
na. ante nupt. ſcilicet qđ ex datione vnius
camiſiæ amore Dei cenſetur adita hęredi-
60 tas. † Tertio limita non procedere quādo
filius poſt mortem patris reperiretur poſſi
dere fundum emphyteuticum quē pater
acceperat ab eccleſia pro ſe & filiis ſuis, q a
ex quo poteſt illum habere abſq. eo quod
ſit hæres ut fuit dictum ſupra in notabili
bus nō pſumitur adiuiſſe, ita dicit Bar. ī d.
l. gerit, col. 4. in fi. infra eo. Et conſequēter
idem eſſet in feudo, reperto penes agnatū
poſt

do poſt mortem feudatariis in caſu quo poterat illud hēre abſque eo quod eſſet hæres, ut ſupra fuit dictum, cum ſit eadem ratio, ita tenet Bar. in l. ſi quis non quaſi, &
61 in l. qui puta inf eo. † Quarto limita procedere qñ cum poſſeſſione rei hæreditariæ uel alienatione ipſius ueri ſimiliter cōcurrit animus poſſidentis quod uelit eſſe hæres, ut quia ſi defunctum eſſe teſtatorem, & hæreditatem ſibi eſſe delatam & rem eſſe hæreditariam, ſecus ſi ex aliqua ꝓbabili cauſa ignorat rem eſſe hæreditariā, quia non uidetur adire poſſidendo uel alienando tamen quo cum tali facto non cōcur-
62 rit animus, ita tenet Soc. in conſ. 91. colu. 2. in 3. vol. † Quinto limita non procedere in caſu notabili quem ponit Bar. in l. pro hærede, §. 1. infra eo. ut ſi pater inſtituit filiū hæredē, & dedit ei ſubſtitutum uulgarē, & eundem filium grauauit onera multorum legatorum uel de danda aliqua re propria ipſius filii, nam tunc poteſt filius repudiare hæreditatem patris, et retineri ſibi legitimam in bonis patris ſm Bar. ibi per tex. no. in l. ſi libertus patrono infr. de bonis liber. idem tenet Bald. in l. Papinianus §. 4. ſupra de inoff. teſt. & Bal. in l. 3. ſupra eo. & Alex. ubi plene tangit in l. e. quia poterat infra ad Treb. alias autem nūquā poſſet filius repudiare hæreditatē, & retinere legitimam niſi in dicto caſu ſecundū Bar. & Ale. in d. l. quia poterat ex hoc ſequetur quod in huiuſmodi caſu ſi illius reperiretur in poſſeſſione alicuius rei hæreditariæ poſſet dicere quod illā retinet pro ſua legitima, & ſic non præſumeretur aditio, ita dicit Car. in d. l. gerit, colu. 5. & ibi plene Alex. in additio. Et hæc fallētia poteſt addi aliis tribus fallentiis tactis ſupra in primo no.
63 † Sexto limita non procedere in pupillo habitante domum paternam, quia ēt ſi tutore ſciente habitet, non cenſetur adire niſi tutor expreſſe ſibi auctorē, ita dicit Bar. in d. l. gerit in fin. uerbis inf. eo. ſecus eſt ſi ambo pupillus. ſ. & tutor ingrediantur poſſeſſionem paternam, quia licet non loquatur tutor cēſetur tamen ex hoc adiuit ſe hæreditatem, ſecundum Bal. in l. potuit in ti. C. de iure delib.
64 † Septimo limita nō procedere in eo, qui habebat bona cōia cum defuncto, q̄a per habitationem domus communis, nō uidetur eius hæreditatem adire, nec per uſum aliarum rerum communium niſi aliter cōſtet. de eius animo, uel niſi ſe extendat in plus quam vſus cōis expoſtulat, caſus eſt notabilis in l. duo fratres infr. eod. ex quo ꝓp partem quem habet cēſetur dictis reb. uti potius iure proprio quam iure hæredi-
65 tario. † Quod facit ad id ꝙ dicimus ī optimo ſimili. Nam ſi duo ſocii habēt domū cōem, & altero abſente unus ſocius habitauit totū domum non poteſt ſocius abſens petere penſionem pro medietate habitationis, quia ille habitans cēſetur habitaſſe ꝓp ius ꝙ in ea habebat, ita tenet Bal. in cap. imperialem, §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fed. & Petr. de Vbal. in trac. de duo. infr. in 8. q. 5. partis ubi plene.
66 † Octauo limita non procedere qñ quis proteſtaretur ꝙ per talē actum non intendit adire hæreditatem, ſed potius intendit rem hæreditariam detinere cauſa cuſtodiæ uel pietatis, uel gubernationis, uel alio modo ut hæres nam tunc non cenſetur adire, & iſta proteſtatio prodeſt in omni actu quem quis facit gerendo pro hærede, ut non uideatur adire, ita tenet Bar. in lectu. l. ſcriptus, ſupra de relig. & eſt tex. in l. pro hærede, §. 1. inf. eo. & not. Soc. in conſ. 45. col. 2. in 3 uol. & Pet. Phil. Cor. in conſi. 310. col. 1. in 3. uol.
67 † Decimoſexto principaliter inducitur aditio eo ipſo, ꝙ tutor infantis ſolus ingreditur de facto fundū hæreditarium hæreditatis delatæ īfanti, nec requiritur ꝙ aliud dicat, ſed ille īgreſſus ſufficit, ita dicit Bal. in l. potuit in 10. q. C. de iure delibe. & hoc eſt vtile quia mortuo infante tranſmittet hæreditatem illam ad hæredes proximiores.
68 † Decimoſeptimo inducitur aditio, ſi is cui delata eſt hæreditas, facit aliquā tranſactione vel compromiſſum, cum legatariis qui debent conſequi legata ex eadē hæreditate, ita tenet Bal. in conſ. 172. in 5. uol.
69 † Decimooctauo inducitur aditio ſi quis hæres inſtitutus ab aliquo anteq̄ adiuiſſet hæreditatem mādaſſet hæredi ſuo, uel alii ꝙ ſolueret legata primis legatariis, q̄ erāt relicta per teſtatorē qui eū fecerat hæredē, nam per talem mandatum cenſetur adire idē ſi mādaſſet ſolui alia onera hæreditaria illius hæreditatis ſibi delatæ ita tenet Bal.

in

70 in conſi.71.in 5.uol.† Decimonono indu
citur aditio eo ipſo quod aliquis conſtituit
procuratorem ad adeundam hęreditatem,
quia hoc ipſo uidetur adire ſecundum gl.
& Bar. in l. Paul. reſpondit per procurato-
rem inf.eo.& Bar.in l. filio.C.de iure delib-
ber.& gl.in l. ſerui electionem infra deleg.
2.& Bal.in l.1.col.8.in 3.opp.C.qui admi.
idem quando conſtituit, procuratorem ad
donandum uel uendendum aliquam rem
hæreditariam, quia ex hoc cenſentur adire
ita tenet Pet. Phi.Cor.in conſi.79.col 2.in
fi.in 4.uol.

71 † Viceſimò inducitur aditio eo ipſo q̄ ali
quis patitur alium gerere pro hęrede nomi
ne ſuo ita dicit Bar.in l.ſi filius ſupra de te
72 ſtis. † Viceſimoprimo inducitur aditio
eo ipſo, qđ quis ſoluit debitum hæredita-
rium, l. ſecundum.C.de iure deliberandi,&
no.Pet. Phil. Cor.in conſi.310.colum.1.in
3.uol.& Ale.in conſi.32. col.1.in 3.uolu.
& tex.in l.parentib.§.1.C.de inoff.teſta.&
Bal.in l.potuit,in 30.C.de iure deliber.ni-
ſi ſoluens fuerit cōtrariū proteſtatus quod
nō ſoluebat ut hæres, quia tunc non habet
pro adeunte ut no.Cy.& Bal.in d.l.2.& Pe.
Phi.Cor.in conſi.prædicto.310. Et prædi-
ctis adde Soc.in conſi.45.in 4.uol.

73 † Viceſimoſecundo inducitur aditio eo ip
ſo, quod quis implet conditionem ſub qua
fuerat hæres inſtitutus, quod hēt locum ſo
lum in pupillo ſine tutore, l. conditionibus
pupillus inf.de cond.& demon.& no.Alé.
in l.bonorum, uerſic.3.C.qui admit. ſecus
eſt in maiore regulariter, quia per imple-
mentum conditionis non inducitur aditio
niſi coditio conſiſteret in declaratione uo-
luntatis ipſius inſtituti, l. Antiſtius, infra
eod.& not. Bart.in l.iam dubitari ſupra dè
hęred.inſt.& habetur in l.ſi quis ita, ff. de
cond.inſti.& Bar.in l.1.ſupra de condi.ob
cauſam.

74 † Viceſimotertio inducitur aditio eo ipſo
qđ hęres ſoluit legata, nam per talē ſolutio
nem cenſetur adire ſicut per ſolutionem
aliorum debitorum hæreditariorum, ita te
net Pau.de Ca.in conſ.292.col.3.uer.ſuper
2.in 2.uolu.& Soc.in conſi.295.colu.2.in
75 2.uol. † Viceſimoquarto inducitur aditio
eo ipſo qđ tutor infantis ſcribit in inuēta
rio qualiter inuenit ius acquirendi hæredi
tatem infanti,& ſic eo ipſo qđ ius acquiren
di hæreditatem deſcribitur in inuentario
cenſetur adita pro infanti, ita tenet Bar. in
l.potuit, in 3.oppo.C.de iure delib. Idem
ſi tutor ſcribi faciat enunciatiuè in inuen
tario, ut ſi dicat, talis res de hæreditate Ti-
tii, nam ex hoc cēſetur adita hæreditas Ti
tii, ita no.Bar.in d.l.gerit, col.pe.uer. iuxta
hoc quæro,&c infra eod.

76 † Viceſimoquinto inducitur aditio eo ipſo
quod filius perſeuerat poſt mortē patris in
ſocietate contracta per partē, caſus eſt in
l.ſi pupillus,§.ſi in ſocietate inf.eo.tit.

77 † Viceſimoſexto inducit aditio ſi debitor
teſtatoris inſtituitur hæres, & aduenienti
termino ſolutionis ſoluit debitū, uidetur
per hoc adiuiſſe, ut euitetur periculum mo
ræ, quia vř habuiſſe animum offendēdi de
bitum per ſucceſſionem, iuxta ea quæ ha-
bētur in l. Vranius inf.de fideiuſ. Ita tenet
Bar.in d.l.gerit col. antepen.uerſi.uenio ad
quartum,& in ſua diſputatione incipiente,
debitor,& Alex.in l.non hoc, C.unde cog.
& Pau.de Caſt.in l.cum antiquioribus.C.de
78 iure deliber. † Viceſimoſeptimo ſi hæres
exigat uel recipiat debitum hæreditariū,
per hoc uidetur adire hæreditatem ſecun-
dum Bar.in l.imperatores,§ ſi debitor ſu-
pra de tranſac.& Bald.in l.non hoc, unde
cog.& Ale.in conſi.31.in 3.uol.

79 † Viceſimooctauo ſi res manumittit ſeruū
hęreditarium cenſetur adire hæreditatem,
tex.eſt in l.ſi pupillus,§.ſi ſeruum inf. eo.

80 † Viceſimonono ſi maritus mortua uxore
uendidit ueſtes uxoris, uel illas dedit pau-
perib. pro eleemoſina, vř per hoc adiuiſſe
hæreditatem uxoris ſi erat ſibi delata, uel
pro filiis infantib.ſi erat eis delata, hoc eſt
uerum ſi ille ueſtes erant quotidianæ & ui-
les, ſecus præcioſe uel feſtiuæ quia tūc non
cenſeatur adita ita dicit Bart.in l.ex anno
ſupra de do.int.uirum & uxorem,& in d.l.
gerit.co.6.& Bal.in l.cum te, col.fin. C.de
don.ante nup.& ratio eſt q̄a ueſtes precio
ſæ ſunt uiri,& ei reſtituuntur ſoluto matr.
ex quo non cenſentur donatæ uxori, ſecus
in uilib.& quotidianis, quia ille ſunt uxo-
ris & ad hęredes uxoris tranſeunt ſcđm
Bar.in l.in his, l.1.ſup.ſol.mat.& Bald.in d.
l.cū te,& Ale.in cōſ.42.col.6.in prin. in 1.
uol. Et Pa.de Ca.in conſ 429.in 1.uol.un
de immiſcendo ſe in eis vř ad te, quia non
poteſt ſaluari citra ius, & nomen hæredis

† Trice-

81 † Triceſimo inducitur eo ipſo quod quis locat alteri rem hæreditariam,l. pro hærede,§.proinde inf.eo.& Alex.in conſil. 31. col.1.in 3.vol.

82 † Triceſimoprimo inducitur aditio ſi filius fecit expenſas in funeribus patris; qđ nō intelligitur de expenſis non neceſſarii funeri,uel ſi fecit alias eleemoſinas non neceſſarias funeri. Ita tenet Bar.in d l.gerit, col.6.in eodem , ſecus ſi feciſſet expenſas funerales neceſſarias ipſi futuri, quia non videtur per hoc adire,tex.eſt in l.& ſi quis, §.plerique ſupra de religi. Quæ autem ſint expenſæ neceſſariæ funeris traditur in d.l. ſi quis,§.funeris. Idem ſi ſepeliuit defunctum,quia non videtur adire, ut eſt tex.in l.ſcriptus,in prin.ſupra de religio.

83 † Triceſimoſecundo. Quid ſi filius fecit pacem cum occiſoribus patris, & accipit pecuniam pro pace facta de morte patris,an per hoc videatur aditæ hæreditatem patris dic quod non. Ita tenent Bar.& Alex. in l. pro hærede,§.ſi.inf.eo.& Bar.in l.pen. infra de ſepul.uio.& Bart.in l. ſi filius qui patri in ſi.& ibi etiam Alex.col.pen.ſupra de vulg.& pup.& Bald.in l.eum qui,C. arbit. tut. Et glo.in l.uenditor ex hæreditate in verſi.propter negotiationem,ſupra de hæred.vel act.uen.

84 † Triceſimotertio. Quid ſi filius cui erat delata hæreditas patris fecit collationē bonorum fratri ſuo,an per hūc actum uideatur adire hæreditatem patris?dic quod nō ita tenent Bal.& Ang.& Alex.& communiter doct.in l.ſi filius ſupra de condit. ob cauſam per illam,l. Ego tamen conſidero quod ſaltem in puncto iuris poſſet ſuſtineri contrarium, ſ. qđ imo per collationē inducatur aditio ex rationibus infraſcriptis. Et primo quia collatio fuit inducta ex quadam naturali equitate,ut ille,q vult ſuccedere conferat bona,q̄ acquiſiuiſſet illi de cuius hæreditate agitur,ut dicit text. in l.1. in prin.de colla.bon. & not.moder. in rub.C.de colla.& non tenetur filius aliter conferre fratri ſuo niſi qñ vult ſuccedere,l.1.in prin.& l.fin.infra de collat. dot.& l.filiæ dotem,C.de coll.ſi ergo filius contulit bona ſua uidetur per hoc declaraſſe ſuā uoluntatem quod uolebat ſuccedere, per quam declarationem animi & uoluntatis inducitur aditio,d.l.gerit, cum ſua materia. Secundo moueor, quia de neceſſitate filius conferendo bono non poteſt habere alium animum niſi ad eundi,quia ſi talem animū non haberet ueriſimiliter non conferret,cum nemo præſumatur iactare ſuam,l.cum de indebito ſupra de probat. quia alias cenſerentur donare,& de iure donatio. nunquam præſumitur quando alia coniectura capi poteſt,ut habetur in deci. 44.conſilii Neapol.col.6.uerſi.8.imò potius præſumitur fatuitas quam donatio, ut dicit Bal.in l.generaliter, C.de non nu. pecu.ideo quia remota cōiectura donationis in caſu iſto non cadit alia coniectura quam aditionis,ergo præſumitur aditio.

Tertio moueor optimo ſimili, nam filius non tenetur ſoluere debita paterna,niſi ſe immiſceat hæreditati, & ſic niſi uelit eſſe hæres l.neceſſariis,inf.eo.& tamen eo ipſo quod ſoluit debitum creditori hæreditario cenſetur adire hæreditatem,l.1.C.de iure delibe. Ita ergo & in caſu noſtro filius conferendo cenſetur adire,quibus alias nō tenebatur conferre niſi eſſet hæres per ſupradicta. Quarto conſidero,quia filios hæres cui eſt faciēda collatio per fratrem, eſt creditor ad id quod ſibi contingit per collationem,quod pater quia poteſt compellere fratrem ad conferendum ſi ſe immiſceat d.l.1. in prin.inf. de col. dot.& d.l.filiæ dotē,in uerſi.cogantur,C.de collat.ergo ſi ſunt ſibi collata bona,cenſetur eſſe ſibi ſolutum illud ad quod frater tenebatur merito per talem ſolutionem induciť aditio ſicut per ſolutionem alterius debiti.

Quinto moueor,quia collatio non habet locum niſi inter hæredes,l.1.§. inter eos. inf.de coll.bo.quod patet ad ſenſum,quia oīa iura loquentia de collatione loquunť ſolum inter ſuccedentes, & ſic inter hæredes,ut habetur plenè per Bart.in l.pater filium inf.de colla.dot.& per Bar. & omnes doctor.in l.ſi emancipati,C.de collatio.& no.plenè Per.Phil.Corn.in conſil. 272. in 1.uol.is ergo qui confert facit actum ſpectantem ad hæredem, ergo ex hoc ipſo adit,quia talis actus ſaluari non poteſt citra ius & nomen hæredes, lege pro hærede,§. Papinianus infra eod. Sexto & ultimo cōſidero,quia negari non poteſt,quin aditio hæreditatis ſit antecedens ad collationem nam primo aditur hæreditas, & deinde

ſit collatio, quod patet quia non poteſt quis compelli ad conferendum, niſi ſeptimo immiſcuerit, d.l.1. & l.fi. infra de collatio.dot. Sed ille qui vult conſequens, videtur velle eius neceſſarium antecedens, l. ad legatum, & l. ad rem mobilem ſupra de procuratoribus. & l. illud infra eod. Sequitur ergo quod filius qui facit collationē, quæ eſt quid conſequens cenſetur uelle adire quod eſt antecedens, & hoc argumento in ſimili utitur. Petr. Phil. Corn. in conſil. 52. colum. 1. & conſi. 211. in princ. & col. 3 in 2. vol. ſuper illo articulo, quod cedens aliquod ius hereditarium cenſetur adire hæreditatem, per illam rationem, & retenta iſta opin. poſſet de fac. li reſponderi ad d.l. filius ſupra de condic ob cauſam, nam illa lex loquitur in agnoſcenda bonorum poſſeſſione in qua uerum eſt quod non cēſetur agnita per collationem, quia in agnoſcenda bonorum poſſeſ. non ſufficit ſola voluntas nec animus, ſed requiritur factū, ſ. additio iudicis & quod agnoſcatur in iudicio, alias nunquam cenſetur agnita, ut not. Bal. in l.1. col. 8. in 26 oppo. C. qui admit. & eſt tex. in l. ult. eo. tit. ſecus eſt in aditione hæreditatis, in qua ſola uoluntas ſufficit, ut d.l. gerit. & l. ſi auia. & iſtam rationem ſentit propriè Alexan. in d.l. ſi filius. Nam obſtantea quæ dicunt Sal. & Alex. in d.l. ſi filius, ubi ponunt ſimile de eo, qui implet conditionem, quia non per hoc uidetur adire, quia illa ſimilitudo non eſt, & longè diuerſus eſt ille caſus ab iſto. Nam implere conditionem eſt, quid antecedens ad aditionem, quod eſt præparatorium neceſſarium ad eam, vnde qui facit tale præparatorium non videtur adire ſecundum Bar. in d.l. gerit, in 4. col. & maximè quia antecedens non ſapit naturam conſequentis, licet ſecus econtra, ut not. Bal. in l. quoties, la 2. in fin. C. de fideicommiſ. Item iſti ſunt duo actus ſeparati ſcilicet implere cōditionem, & adire hæreditatem, & unus poteſt ſtare ſine alio abſque eo quod præſumatur uoluntas adeundi, nam per implementum conditionis purificatur inſtitutio, & ſic remanet tunc, ac ſi pure eſſet inſtitutus, quo caſu eſt in poteſtate ſua, an adeat, uel non ita colligitur ex no. in l. Antiſtius, inf. eo. & in d.l.1. ſupra de cond. & ob cauſam, quę omnia ceſſant in collatione, quæ eſt quid conſequens, & qui incipit a conſequenti, de neceſſitate videtur uelle eius antecedens per prædicta.

85 † Triceſimoquarto. Quid ſi aliquis eſt hęres inſtitutus ſub modo iuxta ea quæ habentur in l. quibus diebus. § Termilius infra de condict. & demonſt. an adimplendo modum cenſeatur adire dic quod ſic, Ita tenent Bal. & Alex. in d.l.1. ſupra, de condi. ob cauſam.

86 † Triceſimoquinto inducitur aditio ſi filius repudiauit paternam hæreditatem, & deinde per interpoſitam perſonam emit bona patris, per talem fraudem inducitur aditio ex illa emptione caſus eſt in l. ſi is qui bonis infra eo. & not. Bald. in l. 2. C. de repud. hæred.

87 † Triceſimoſexto. Si filius occultauit aliqd. de bonis patris, & poſtea repudiauit hæreditatem, nam propter dictam occultationem habetur pro adeunte, & poteſt conueniri a creditoribus. Ita tenet Ange. per illū tex. in l. ſi ſeruum. §. prætor infra eo. & Bal. in l. vlt §. cum igitur col. 3. C. de iure deli.

88 † Triceſimoſeptimò inducitur aditio eo ipſo quod filius capit alimenta de fructib. bonorum patris, ſecundum Ange. in d.l. ſi ſeruum §. prætor inf. eod.

89 † Triceſimooctauo. Si filius primo repudiauit paternam hæreditatem, & deinde reperitur poſſidere rem hæreditariam præſumitur adiuiſſe & reuocaſſe repudiationē, quia permiſſum eſt filio poſt repudiationem, iterum ſe immiſcere, ut eſt text. in l. ult. C. de repudia. hęred. iſtud eſt quod uoluit Bal. in l 2. C. eo. ti. de repudia. hære.

90 † Vnum tamen ſcias pro complemento prædictorum quod ubicunque eſt inductū a iure quod ex aliquo actu prædictorum præſumatur aditio debet ſemper edicta aditio allegari per eum, qui ſe fundat ſuper ea alias non prodeſt probare actum niſi allegetur aditio, ita ſingulariter dicit Alexā. in conſ. 94 col. 3 uerſi. plus dico, in ſecundo vol. & habetur in deciſ. 15. conſi. Neap. in 2 col.

91 † Facit quod dicimus in ſimili. Nam licet de iu. præſumatur bona fides, l. pen. C. de euic. debet tamē allegari, alias talis præſumptio nil releuat. Ita tenet Ang. in l. ſuper longi. C. de præſcrip. longi temp. & Bal. in cap. ſi quis per triginta, ſi de feud. fuerit contro.

† Idem

92 †Idem dicimus ubicunque ex poſſeſſione aliquis preſumitur dominus, iuxta no. per Bar. in l. quidam in ſuo ſupra de cond. inſt. debet dominum allegari, alias nõ prodeſt ut no. Bar. in l. rem alienam ſupra de pign. actio. Et prędicta tenet etiam Alex. in l. a diuo pio, §. fin. ſuper rebus col. 5. inf. de re iudi. Et idem dicimus generaliter ubicunq. ex aliquo actu ius præſumit aliquid, ſemper debet illud præſumptum allegari, ut notat plenè Iaſ. in l. cum quid col. 6. & 7. & 14 & 15. ſupra ſi cert. pet. ubi plura exẽpla cumulat in hac materia. Et pro hoc ſolet allegari tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem pollioni inf. de adult.

93 †Quib. adde quod talis allegatio poteſt fieri de iure etiam poſt concluſionem in cauſa diſputationibus, & iurum allegationibus. Ita ſingulariter tenent Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. peruenit de emption. & vend. & habetur in dec. 178. conſi. Neap. in fin. Quod nota multum pro limitatione iurium dicentum quod poſt concluſũ in cauſa nemo loquatur.

94 †Item prædictis adde, quod in caſibus p̃miſſis probatur aditio hæreditatis etiam per teſtes ſingulares, quia ad probandum actum ſucceſſiuum prout eſt geſtio pro hęrede admittũtur teſtes ſingulares, & plenè probant. Ita notanter tenet Soc. in cõſ. 295 col. 3. in 2. uol.

95 †Supereſt modo uidere per quos actus inducatur repudiatio, ſuper quo breuiter concludo quod repudiatio fit duobus modis, ſ. expreſſe uel tacitè. Expreſsè inducitur repudiatio quando quis deliberate vtitur verbis denotantibus repudiationem uel abſtẽſionem, & poteſt talis declaratio repudiationis fieri, uel in iudicio oretenus, uel in ſcriptis oblata de hoc petitione, vel extra iudicium coram teſtibus, cautius, tamen eſt facere eam ſcribi per notarium & coram teſtibus publicari, ad hoc ut facilius probari poſſit. Quid autem ſi dicat quis. Non ſum hæres, vel uolo eſſe hęres, vel volo adire, an per hæc uerba inducatur repudiatio, uel per ſimilia, uide plenè per Ang. & Alexan. in l. qui ſe patris, & ibi communiter doctores C. unde lib. Et Bar. in l. filii infra ad Ter tu. & in lege, ſi quis ſuis ſupra de iure deliber.

96 †Item inducitur repudiatio eo ipſo q̄ hæres petit a uenientibus ad inteſtato, uel a cohærede totum illud, quod defunctus ſibi debebat. Idem ſi reſtituit, uel ſoluit totum illud, quod ipſe debebat defuncto quia per hoc apparet quod non uult eſſe hæres, unde inducitur repudiatio ita Socin. in conſ. 45. in 1. col. in 4. uol.

97 †Tacitè autẽ cenſetur repudiata hæreditas per lapſum temporis ſtatuti ad acquir. hæred. ſcilicet per lapſum unius anni utilis, uel centum dierum utilium excluditur quis a petenda bon. poſſ. l. 1. §. largius infra de ſucc. edic. & l. 2. Co. qui admit. & hoc eſt iure prætorio. Item per lapſum triginta annorum cõtinuorum excluditur quis ab hęreditate adeunda de iure ciuili, leg. licet. Et ibi glo. Bal. & doct. C. de iure delib. & iſta plenè tangit Pet. Phil. Corn. in conſil. 202. colu 6 & 7. in 2. uol. & in conſi. 16. & conſi. 199. col. 1. & 4. in 5. uol. Et ſic lapſo dicto termino inducitur repudiatio, ut not. Bald. in l. 1. in 3. notat in 26. oppoſitio. Cod. qui admit.

98 †Illud tamen quod dicitur de 30. annis, limitatur primo ſecundum Bart. non procedere, quando filius eſt præteritus, alio hęrede inſtituto, nam ſi filius tacet per annum, & non dicit teſtamentum nullum cenſetur repud aſſe hęreditatem non expectato aliter lapſu triginta annorum. Ita dicit Bar. in l. ſi impubes, §. quæſitum infra de Car. edi. per illum text. & in l. filio præterito ſupra de in iu. rup. reſt. Et licet Bar. ita teneat, tamen eius opinio in hoc communiter reprobatur, & contrarium tenet Bal. in l. 1. C. de ſuis & legit. & in l. poſthumo. colu. 1. C. de bon. poſſeſ. contra tabu. Et ibi etiam Ang. & Lud. Rom. & communiter doct. & Bald. & Pau. de Caſt. in d. l. filio præterito, & Alexan. in d. §. quęſitum, in add. ad Bar. & Pet. Phil. Corn. in conſi. 202. col. pen. in 2. uol. vbi dicit communem eſſe opinionem contra Bart. & ratio patet ad ſenſum, quia licet filius tacendo per annum perdat bon. poſſ. contra tabulas de iure prætorio, non tamẽ perdit ius dicendi nullum de iure ciuili, nec petitionem hæreditatis, quæ ra ſunt perpetua, & durat triginta annis, unde hæc limitatio non tenetur.

99 †Secundò limita p̄dicta niſi hæredi eſſet datũ tempus ad deliberãdum per iudicem ad inſtantiam ſubſtituti, an uelit adire uel ne, q a elapſo illo termino ſi nihil dicit, habet

pro repudiante, non expectato aliter lapſu
triginta annorum. Ita dicit *Bartol.* in leg.
quandiu 3. infra eo. vbi dicit ſecus eſſe quã
do datur tempus ad inſtantiam creditoris,
quia tunc elapſo termino habetur pro ad-
eunte. Talis enim contumacia ſemper in-
terpretatur præiudicium hæredis,& ad uti-
litatem eius qui facit dari dictum terminũ
l.de ætate.§,qui tacuit ſupra de int. act. ita
etiam tenet Alexand.in l.ultim.§.penul.C.
de iure delibe. & ibi etiam Bartol. Et iſtud
tempus quod datur per iudicem ad liberan
dum,non debet eſſe minus centum diebus:
l.1.§.ait prętor cum l.ſeq.ſupra de iure de-
liber. Et ibi *Bart.*

200 †Tertio limita non procedere filio,qui
licet ſteterit p triginta annos & non adiue-
rit per paternam hæreditatem,tamen rema
net ſolum excluſus ut filius, unde habebit
alios triginta annos,poſtea tanquam pro-
ximiores agnatus & legitimus hæres, & ſic
poterit ideſt, infra ſexaginta annos adire,
ita multum notabiliter tenet *Bald.* in d.l.li
cet uerſicu.quarto quæritur,C.de iure deli-
ber.& ibi ipſum ſequitur Ang.Pau de Caſ.
Alexan. Idem tenet Alex.in conſi.89. inci.
viſo puncto &c.colum.2.in 2.uolum. Et aſ
ſignant præfati doctor rationem q̃a ſicut
ſe habet annus, de iure prætorio in mate-
ria ſucceſſorij edicti, ita ſe habent triginta
anni de iure ciuili, ſed filius elapſo primo
anno ad petendum bonorum poſſeſſio,ha-
bet alium annum tanquam legitimus,non
autem centum dies,le.penultim.§ filius in
fra quis ord.in bonorum poſſeſſion.ſer.ne.
& l.1.in fin.infra de ſucceſ.edict.quia filius
excluſus,ut filius ſuccedit ſibi ipſi,ut agna
tus.l.1.ſed uidendũ infra de ſucceſſo edict.
ergo eodem modo habebit triginta annos
de iure ciuili. Idem etiam tenent communi
ter moder.in l.qui ſe patris,Co.unde liber.

201 †Quarto limita non procedere in filio,
uel alio legitimo hærede inſtituto q̃a ſi ſte-
tit per triginta annos,& non adiuit hęredi-
tatem ex teſtamento poterit infra alios tri-
ginta annos illam adire ab inteſtato,tãquã
proximior in gradu. Ita dicit *Bald.* in d.l.li-
cet & ibi etiam Alexan.& communiter do-
ctor,& Barto.in conſi.139.incip. Quidam
habuit uxorem &c. & Alex.in d.conſil.89.
in 1.uol.

202 †Ex quibus infert ſingulariter Bald.in
d.l.licet quem ibi ſequitur Alex. ꝙ ſi filius
ſtetit per annum, & non adiuit hæreditatẽ
matris & elapſo anno mortuus fuit trãſmit
tit ius deliberandi ad quencunque hęredẽ,
quia primum annum habebat ut filius, ſe-
cundum uero annum, vt legitimus hæres,
ſic infra duos annos tranſmittitur ius deli-
berandi quando ſumus in filij,quod eſt ual
de notandum pro intellectu leg.cum antiq
quioribus,C.de iur.delib.

103 †Et in hoc differt renuntiatio tacita ab
expreſſa,quia is qui expreſſe repudiat hære-
ditatem ſimpliciter,etiam ſi ſit filius cenſe-
tur excluſus ab oĩ iure tam prętorio quam
ciuili. Ita tenet *Alexan.* in l.ſuum.C.de iu-
re deliberand.& Barto.in l.nec is.§.1.ſupp.
eo. Item cenſetur ex luſus tam ex capita li-
berorum quam agnatorum,ut eſt gl.ſingu
laris in d.l.1.§.ſed uiuendum infra de ſuc-
ceſſ.edict.quam ſequitur Iaſ.in d.le.licet in
fin.C.de iure delib.ſecus eſt in eo,qui taci-
tè repudiat per lapſum temporis,ut ſupra,
& no.glo.in fin.in l.2.& per docto.Co.qui
admit. Et prædicta etiam tenet Bald.in l.1.
colum.2.in fin.Co.quando non pe.par.ubi
etiam plus dicit,quod ſi quis renuntiat poſ
ſeſſioni unius rei hæreditariæ cenſetur to-
tam hæreditatem repudiare,ſicut econtra,
per poſſeſſionem vnius rei cẽſetur tota hæ-
reditas adita,ut ſupra,ſecus eſt ſi renuntiat
vni iuri tantum, ſcilicet de iure prætorio,
quia poteſt adire de iure ciuili, & econtra
ſecundum *Bal.* ibi in d.l.1.& ſentit *Bart.* in
d.l.nec is,§.1.ſupra eo. Ex prædictis textua
libus,& alijs ad materiam huius tituli faciẽ
tibus venio ad apparatum,& primo ingre-
dior gl.unicam ſuper iſta l.in uerſiculis po-
teſt repudiare. Quam glo.pro clariori intel
ligentia & faciliori declaratione diuido in
duas partes principales. In prima parte po-
nit nouem requiſita, quæ requiruntur ad
hoc ut quis poſſit adire hæreditatem, quo-
rum ſi aliquod deeſt adiri non poteſt. In ſe-
cunda parte vult tollere per modum exce-
ptionis quædam contraria quæ poſſent for
mari contra iſtam legem. Secunda pars inci
pit ibi ſed regula huius l.fallit.&c.

104 †Pro expeditione igitur primæ partis hu
ius glo. quæro quę requiruntur ad hoc, ut
quis poſſit adire hæreditatem,gl.reſpõdet,
quis autem & quãdo poſſit adire,&c. Et ſic
ſenſus glo.eſt deſignare habilitatem perſo-

næ

æ & temporis,dum dicit quis & quando, & licet Bar.hic in prin.dicat quod glo.ponit quinque quæ requiruntur ſuper habilitate perſonę,ſ.quis poſſit adire, & quinque alia quæ requiruntur quando poſſit adire. Et ſic ſecundum Bart. uidentur decem requiſita,tamen in rei ueritate ſunt tantum nouæ quæ numerantur in effectu,per iſtã gloſ.uidelicet primum quod ſit homo liber.Secundum quod ſi paterfamilias Tertium quod compos mentis. Quartũ quod maior uigintiquinque annis. Quintum,q̃ ſciat teſtator eſſe mortuum. Sextum quod ſciat delatam ſibi eſſe hæreditatem. Septimum quod ſciat teſtatorem potuiſſet teſtari. Octauum, quod ſciat qualiter nullus tum præcedit in ſuccedendo. Nonum & ultimum, quod ſciat ex qua cauſa delata eſt ſibi hæreditas, ſcilicet ex teſtamento, uel ab inteſtato de ſingulis igitur diſcutiamus.

105 † Reuertor igitur ad primum quod eſt ſecundum glo.quod ſit homo liber. Iſtud dicitur ad differentiam ſerui,quia ſeruus, cui delata eſt hæreditas, non poteſt de per ſe illam adire, ſed eſt neceſſe quod interueniat iuſſus domini præcedens in adeundo, l.ſi quis mihi bona,§.1.& §.iuſſum,& l. Antiſtius,§.1.inf.eodem. Alias autem ſine iuſſu domini adire non poteſt ſeruus,& ratio quia ſeruus eſt penitus incapax eorũ quæ ſunt iuris ciuilis, & mortuo æquiparatur, l.quod attinet, & l. ſeruitutem infra de regul.iur.

106 † Amplia iſtud procedere etiam in ſeruo pœnæ,prout eſt is qui damnatur in metallum,uel ad beſtias propter delictũ,nam ſtatim lata ſententia perdit ciuitatem,& libertatem,& per conſequens perdit teſtamenti factionem,actiue &paſſiue,quia nõ poteſt teſtari,nec hæres inſtitui,nec poteſt aliquo modo hæreditatem adire, quia eſt ſeruus pœna, non autem fiſci uel Cæſaris, unde ſi hæres inſtituatur pro non ſcripto habetur text.eſt in l.ſi quis mihi bona.§.ſi qui plane inf.eo.& in l.eius qui,§. ſi.& ibi gl.& Bar.ſupra de teſta. unde talis hæreditas ibit ad ſubſtitutum ſi habet uel adiconiunctum vel aduenientes ab inteſtato,l. unica,§.1.C.de caducis tollẽ.& notat glo.in d.§.ſi quis plane,& l. ſi in metallum infra de his quæ pro non ſcrip.ha.& l. quidam

108 inf.de pœnis. † Secundo amplia & multo fortius procedere idem in damnato ad mortem propter delictum,nam eo ipſo q̃ eſt lata ſententia contra ipſum ad mortem eſt effectus ſeruus pœnæ, & per conſequẽs inteſtabilis actiue & paſſiue,l.qui ult.infr. de pæn. Et notat Bart.in d.l.eius,qui §.ſi cui,& probatur in d.§. quis plane in uerſi. ad gladium,&c.

108 † Quod tñ limita non procedere quando damnatus appellauit,quia pendente appellatione reſcinditur effectus ſententiæ, adeo quod ſi moritur interim dr̃ mori teſtabilis & non ſeruus text.eſt in l. qui a latronib.§.ſi.ſup.de teſt.& ſic per conſequẽs poſſet tunc adire,niſi in caſib.exceptis per gl.& Bar.in l.ſi quis filio exhæredato,§.ſi autem ſupra de iniuſt.rupt.teſta.& prædicta notat etiam gl.in d.l.qui ult.inf.de pœnis,& Alex.in additionib.ad Bart.in d.l.eius qui,§.ſi cui,& uide omnino Bal.in conſi.382.in 1.uol.

109 † Et intantum hoc eſt uerum quod non ſolum ipſe damnatus poteſt appellare,iuxta l.addictos. C.de appell.& l addictos,C. de epiſcop.audiend. Sed etiam eius hæres poteſt appellare poſt mortem damnati, dummodo appellet infra decem dies a die latæ ſententiæ,& talis appellatio operatur multum quo ad bona,adeo quod trahitur retro, & fingit damnatum non eſſe mortuum ſeruum ſed liberũ & per conſequens eius teſtamentum reconualeſcit. Ita multum ſingulariter & plene tradit Bald.in l. 1.col.4.circa ſi.& ibi etiam Alex.in additioni.C.de delict.defunct. Et idem Bald.in l.3.colum.penul.C ſi penden.appell. mors interue. ubi plus dicitur quod hanc appellationem debet facere hæres non nomine defuncti,ſed nomine proprio pro commodo,bonorum ex quibus infertur quod ſtante dicta appellatione ualeret aditio facta per damnatum. Item potuiſſet tranſmittere hæreditatem, & uel eius deliberandi in caſibus in quibus liber homo tranſmittit.

110 † Limita ſecundo non procedere qñ ſententia eſſet notoria iniuſta per quam fuit quis damnatus ad mortem, nam tunc etiam ſine appellatione talis damnatus eſt teſtabilis,ſecundum Bal.in d.l.col.pen.uerſic.& hoc eſt utile ſcire &c. Et Bal. in repe

ti, l. 1. col. 3. in princ. C. de ſacroſan. eccl. & Bal. in d. conſ. 362. in 1 uol.

111 † Limita tertio non procedere quando quis eſſet damnatus, ut proijciatur de feneſtris, ita quod moriatur, nam ſi proijcitur & non moritur non efficitur ſeruus pœnæ, ſed remanet capax, ita tenet Ang. in l. quis in bona, §. ſi quis plane, ponderando gl. ibi inf. eod. quem ibi refert, Alex.

112 † Limita quarto non procedere quando quis eſſet damnatus ad aliquam pœnam a iure prohibitam, ut puta ad perpetuũ carcerem, quæ pęna eſt prohibita, l. incredibile, C. de pœnis nã tunc non efficitur ſeruus pœnę, ſecundum Ang. & Alexan. in d. § ſi quis planè.

113 † An autem hodie iſta iura ſint correcta per ius auth. per quod eſt inductum quod nullus homo bene natus hodie efficitur ſeruus per ſupplicium, ut dicit tex. in authen. ſed hodie, de donatio. inter uir. & uxor. Dic quod non, nam illa auth. loquitur in damnatis, qui non moriuntur naturaliter. Iura ergo loquentia de damnatis ad mortem remanẽt incorrecta. *Ita* intelligitur illa auth. & dicit ibi gl & not. Bar. in d. l. ſi quis filio, §. irritum ſupra de iniu. rup. teſtam. & in d. l. eius qui, §. 1. ſupra de teſta. Et hoc uerum quo ad hoc, ut ſint inteſtabiles ſed quo ad publicationem bonorum omnia dicta iura corrigunt, maxime tex. in d. l. eius qui, §. fi. & in l. 1 §. fi. infra de falſis in quib. locis ſtatuitur pęna damnationis in metallũ, uel deportationis una cum publicatione bonorũ Nam hodie bona damnatorum non publicãtur niſi in ſolo crimine Maieſtatis de hæreſis, ut eſt tex. & ibi Bal. in auth. bona damn. C. de bo. proſcr. & no. gl. in dictis ll. And. de Iſer. in c. 1. in uerſi. contrah. inceſtas nuptias, colu. 3. 4. & 6. & fi. quæ ſint rega. & ad prædicta. adde Bar. in d. l. qui ultimo infra de pœnis.

114 † Prædictis tamen adde, ꝙ licet prędicti ſerui damnati ſint incapaces hæreditatis, poteſt tamen eis relinqui pro alimentis, l. ſi in metallum, & ibi *Bar.* infra de his pro non ſcrip. & ſic ſunt capaces legati alimentorum, ut no. *Bar.* in l. is cui. & in l. ſeruos ad cuſtodiam infra de ali. & cib. le. pro hoc eſt tex. in l. legatum ſupra de c. dimi. quia alimenta ſunt iuris naturalis, & ſerui ſunt capaces eorum quæ ſunt iuris naturalis.

115 † Item adde quod licet damnati ad mortem non poſſint teſtari etiã ad pias cauſas poſſunt tamen ſe obligare de reſtituendis malè ablatis, & hoc poſſunt facere inter uiuos & diſponere ad condemnationem. Ita tenet Bal. in tit. de pace Conſtã. col. 6. uer. an ergo damnati &c. & Ale. in add. ad Barto. in d. l. eius qui § 1. ſup. de teſt. & Bal. in l. ult. col. fi. in prin. C. ſi a non com pe. iud. & Ioa. And. in nouella, in ca. quanquam de uſur. lib. 6.

116 † An autem poſſit iudex in ſentẽtia huiuſmodi damnatis reſeruare facultatem teſtandi, dic quod non quia eſſent duo contraria, ſ. facere aliquem ſeruum pœnę & ꝙ poſſit teſtari, unde talis reſeruatio non ualet ſecundum Bal. in repet. l. 1. col. 2. in fi. uer. reuertor ad primum. &c C. de ſacroſan. eccl. ubi plus dicit Bal. ꝙ etiam ſi damnatus ad mortem euadat, quia forte aufugit adhuc tamen remanet ſerui pœnæ & inteſtabilis, l. mulier ſupra de c. dimi. & no. Bar. in d. l. quæ ultimo infra de pœnis.

117 † Quinto limita dictam concluſionem non procedere qñ quis eſt damnatus ad mortem per iudicem incompetẽtem quia tunc non efficitur ſeruus pœnæ, ſecundum *Bar.* in d. l. rei capitalis, §. cum, & in l. qui ultimo infra de pœnis, unde remanet teſtabilis, ſecundum eum.

118 † An autem iſti damnati ad mortem poſſint confiteri & eis iniungi pœnitentia ſacerdotalis, & an poſſit ſumere Euchariſtiã, & ſic corpus Chriſti antequam moriantur, uide tex. & gl. in clem. 1. de pœni. & remi. ubi dicit, ꝙ ſic, ita demum ſi petant, nam ipſa petentib. non ſunt ſacramenta deneganda. Idem tenet Card. in 1. no. in 9. ũ. & 13. qu. Ad idem eſt tex. in c. quæſitum 1 3 qu. 2. & ibi per *Arch.* & eſt gl. in c. ſi quis 26. q. 6. & Ab. in c. ex parte, el 2. de ſepul.

119 † Eodem modo eccleſiaſtica ſepultura non debet, nec poteſt eis denegari, quia ſi apparet & penitẽtes mortui ſunt poſſunt in eccleſia ſepeliri, ita dicit gl in d. clem. 1. & ibi Card. in 13. q. & Hoſt. in c. ex parte, de ſepul. & ibi etiam Abb. dicit, ꝙ poſſunt ſepeliri cum miſſa & alijs officiis.

120 † Non tamen poſſunt de furca deponi ſine licentia iudicis, quam iudex petitã facilè concedere debet, ut no. glo. in d. clemen. 1. & ibi etiam Cardin. in fin. ut fecit Pilatus

qua

qui de facili conceſſit Ioſeph, ut Ieſum defunctum de Cruce deponere, ut dicit ibidem Card. in fi. & habetur Ioannis cap. 14.
121 † Vnum tamen eſt menti tenendum in hac materia, quod ſi eſt aliquis bannitus uel in exilium miſſus, qui non poteſt uiuus manere in aliqua ciuitate a qua fuit expulſus, minimè poteſt poſt eius mortem in dicta ciuitate duci eius cadauer, ad ſepeliendum ſine licentia ſuperioris ita notanter dicit Bartol. in l. 2. per illum textum infra de cada. puni. & Card. in dicta clemẽ. 1.
122 in fi. uerbis. de pœni. & remiſ. † Quid autem in eo qui eſt damnatus ad mẽbri mutilationem, an dicatur ſeruus pœnæ. Dic quod nõ unde remanet teſtabilis, ita dicit. Bald. in repeti. l. 1. col. 3. uerſic. 2. quæritur
123 C. de ſacroſan. eccl. † Quod in deportato dic ꝙ eſt inteſtabilis, quia perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis. unde nihil poteſt acquirere, nec teſtari. l. 1. § ſi quibus infra de l. 3. & habetur plene per Bar. Bal & Alex. & communiter doct. in l. 1. C. de hære. inſt. & Bal. in l. 2. C. de bo. poſſe. & in l. eius qui §. inſulam ſupra de teſt. imo deportatus habetur pro mortuo. l. 1. §. quidam filium infra de bon poſ contra tabu. ſecus eſt in relegato, quia remanet teſtabilis, ſecundum Bart. in d. l. eius qui. § ſi cui, in fi. & habetur in l. relegatorum in prin. infra de inte. & rele. Et prædicta etiam ponit Bald. in repetitio dicta l. 1. colu. 3. verſ. 3. quæro &c. C. de ſacroſanct. eccleſiis. & habetur in d. l quidam in
124 fra de pœnis. † Quid autem de bannito noſtri temporis. In hoc concludo breuiter quia in uariis locis tractatur plene hæc materia, & magis communis concluſio eſt, quod licet ſi taliter bannitus quod poſſit ex forma ſtatuti impune offendi, tamen ꝑdit ſolum illa priuilegia & beneficia quæ competebant ſibi ex priuilegiis & ſtatutis illius ciuitatis a qua fuit expulſus. non autem perdit beneficia compe ẽtia ſibi de iure communi, etiam in illa ciuitate ita concludit Bart. in ſua diſputatione incipiente Lucanæ ciuitatis ſtatuto. &c. Et idem Bar. in dict. l. eius qui § ſi cui & ipſum ſequitur Alexander in l. 1. columna penult. C. de hære. inſtitu. & idem Alexander in lex facto, §. ex facto. & ibi etiam Bar. infra ad Treb. & Alexand. in conſi. 6. in primo uolumin. & in l. fi. cum dotem. ff. ſi patri. ſupra ſoluto matrimonio, unde poterit adire & acquirere hæreditatem ſecundum Alex. ubi ſupra de quo uide omnino unum pulchrũ conſ. Pau. de Caſ. in cõſ. 212. inci. obmiſſo ordine, &c. in 2. uol. ubi plene attingit hãc materiã, & in effectu concurrit cum prædictis doctoribus. Et ibi etiam decidit illum articulum ſcilicet. An fiſcus poſſit occupare paternam hæreditatem delatam filio bã
125 nito & concludit quod non. † Limita tamen iſtud niſi ſtatum diceret quod banniti ſint extra protectionem communis, nã tunc perdunt etiam ea quæ iuris communis ſunt ſecundum Bald. in le. 3. col. pen. in fine, Co. ſi pendente appellatione mor intre. quem ſequitur Alex. in dicta l. 1. C de hæredibus inſtituendis, unde tunc nihil acquirere poteſt de iure ciuili bannitus, nam tunc æquipararetur deportato, uerum ꝺ hoc an æquipararetur deportato uel relegato ultra nota per doctores in locis prælegatis, uide Andr. de Iſern. in capitulo, domino guerram, columna ſecunda id titulo hic fini. lex ubi dicit quod ſi eſt bannitus pro crimine pro quo perduntur bona, æquipararetur deportato, alias æquiparatur relegato ſi bona non perduntur, ſiue ſit bannitus a rege ſiue a iudice habente merum
126 imperium. † Et ex prædictis infero quod ex quo hodie in regno, contumax pro delicto primo bannitur, & eius bona annotantur, ut dicit conſtitutio regni. Grãdis utilitas, & deinde ſe perſeuerer in banno per annum elapſo anno a die banni foriudicatur & eius bona fiſco applicantur, & habetur pro confeſſo, et conuicto, & condemnato, & omnis defenſio ſibi ꝓcluditur, & a quolibet poteſt impune occidi tanquam hoſtis publicus, ut dicit alia conſtit. quæ incipit pœnam eorum adeo, quod dicit ibi Andr. de Iſern. in 2. col. quod in tantum habetur pro condemnato quod, ſi contingat eum capi ſtatim ipſo facto ducitur ad ſuppliciũ non expectata alia ſententia.
127 † Per hoc infero, ꝙ ſi aliquis eſt foriudicatur pro delicto in quo ueniebat irroganda pœna mortis ꝙ ex quo per talem foriudicationem habetur pro condẽnato, ille talis foriudicatus dici ꝑt eſſe effectus ſeruus pœnæ, & ſic ꝑ conſequens non poſſet teſtari, nec hæres inſtitui, nec adire hꝛ̃ditatẽ. Et qd ſeruus pœnæ, patet q̃a eo ipſo, ꝙ cap us

ducitur ad ſupplicium ſicut aliis damnat ad mortem, ut ſupra. Ad hoc etiã moueor per ea quæ no. Bar. in l. qui ult. inf. de pæn. & Bal. in d. l. 1. col. 3. in prin. C. de ſacroſa. eccl. & ſupra dixi q ſi damnatus ad mortẽ euadat & fugiat, adhuc tamen remanet ſeruus pœnæ, licet ſit in ſua libertate. Ita etiam eſt dicendum in tali foriudicato, ex quo habetur pro condemnato ad mortem quando talis erat pœna, ut ſup.

128 † Quid autem de excommunicato vĩ dicendum quod ſit inteſtabilis ex eo, quia habetur pro mortuo quo ad ſpiritualia, ut not. Inn. in c. grauem, de ſent. excõ. Bar. in repet. l. *Barb.* col. 5. ſupra de offi. præto. Itẽ æquiparatur ſeruo ut notat Spec. in titu. de actore, ver. item quod eſt ſeruus ex quo dicitur eſſe ſeruus diaboli, & in eius poteſtate, ut notat *Bal.* in l. 3. col. fin. C. ſi pend. ap. mors inter. contrarium eſt ueritas, quia nullo iure cauetur, quod ſit inteſtabilis, vnde poteſt teſtari, & hæres inſtitui ſecundum Bal. in l. 1. col. 6. C. de hær. inſt. & Gemin. plene, & *Io. And.* in ca. decernimus de ſent. excom. lib. 6.

129 † Quod tamen limita non procedere in excommunicato pro hęreſi, uel quia erat fautor, uel receptator, hæretici, nam ſi per annum perſeuerat in huiuſmodi excõmunicatione efficitur infamis, & inteſtabilis actiuè, & paſſiuè, ut eſt tex. in auth. credentes, C. de hære. & in c. excommunicamus, §. credentes, extra de hæreticis.

130 † Quid de monacho, dic quo ad acquiſitionem, monachus æquiparatur potius ſeruo quam filio, quia quidquid acquirit, acquirit monaſterio glo. eſt in leg. cum hæredes, fi. inf. de acquir. poſſ. & Bar. in l. 1. in princ. §. ſi fructuarius infra de ſtipu. ſeruo & Fel. in c. in præſentia, col. fin. de probat. & *Alex.* in l. 1. §. item acquirimus col. 2. infra de acq. poſſ. In terminis autem noſtris quo ad acquirendam hæreditatem monachus æquiparatur filio uel ſeruo ſecũdum quod utilius eſt monaſterio unde ſi eſt delata hæreditas monacho, poteſt illam monachus adire cum iuſſu Abbatis, ſicut dicimus in ſeruo, non autẽ ſolus monachus adire poteſt, cum non habeat uelle nec nolle, c. ſi religioſus, de elect. li. 6. ſi autem Abbate iubente nollet monachus adire, tunc ſolus Abbas adire poteſt etiam eo inuito, & in hoc æquiparatur filio, ita tenet Bar. in l. 1. col. 4. & ibi etiam Alex. in 7. & 8. col. ſupra de vul. & pup. & Bald. in l. 1. col. 12. C. qui admit. & doc communiter in leg. cum proponas. C. de hær. inſtit. quos ibi adhuc refert Iaſ. ante p. co. & Abb. in d. c. in præſentia, col. pen. de prob.

131 † Venio ad ſecundum requiſitum gl. q eſt. ſ. ut paterfamilias is qui vult adire hæreditatem, alias autem ſi eſt filiusfam. non poteſt hæreditatem adire ſine iuſſu patris, l. ſi quis in bona, §. iuſſum inf. eo. & habetur, in l. ſeruo inuito infra ad Trebell. hoc autem limita procedere de iure antiquo horum, ſecus eſt hodie, quia iſtud eſt correctum de iure. C. quæ correctio habet locum ſolum in hæreditate aduentitia delata filiofa. nam poteſt eam filius adire etiã patre inuito & ignorante, l. ultim. §. 1. C. de bo. quæ li. & not. gl. & doc. in cõ iter in l. 1. C. qui admit. & *Bart.* in d. §. iuſſum, ſecus eſt in hæreditate profectitia, ut quando defertur filio contemplatione patris, le. ſed ſi plures, §. in arrogato ſupra de vulg. & pup. quia hodie nihil eſt in ea immutatum, ſed requiritur iuſſus patris ſicut olim. Ita nota glo. in d. §. iuſſum, & ibi plene Barto. & Alex. in l. qui aliena. §. interdum ſupra eo. & glo. In terminis in l. fin. infra quis or. in bon. poſſ. ſer.

132 † Tertium principale requiſitum in gl. ẽ tangitur ſ. q ſit compos mentis, & hoc dr̃ propter furioſum, qui non poteſt adire hæreditatem, l. qui ſeruum inf. eo. quia furioſi nulla uoluntas eſt l. furioſi inf. de regu. iur. Si tamen habet patrem, tunc pater eſt ſuus legitimus curator, l. ul. C. de cura. fur. ſi uero patrem non habeat, tunc debet ſibi prouideri de curatore ſecundum forman l. de creationib. C. de epiſ. aud. & tunc quando habet curatorẽ poteſt curator adire hæreditatem furioſo delatam ſi ſibi uidebitur utilis ſuper qua habet furioſus hanc facultatem a iure qui quandocunque ad ſanam mentem peruenerint poterit illam hæreditatem acceptare, uel repudiare prout ſibi uidebitur utilius. Si ãt mortuus fuerit antequam ſanus effectus ſit, & tunc ſi quidẽ eſt hæreditas extraneorũ quæ ſibi delata fuit non tranſmittitur ad hęredes ipſius furioſi, ſed perinde habetur ac ſi adita fuiſſet, & uadit ad illos ad quos iret ſi

furioſo

furioſo delata non eſſet, ita dicit text. in d. l. fi. §. ſinautem in furore, C. de cur. fur. & in leg. ſi quis ex liberis infra ad Tert. ſecus eſt in legatis & fideicommiſſis furioſo delatis, quia illa tranſmittuntur ad hæredes furioſi, ut d. §. ſinautem in furorem, ita hæc omnia uoluit plene Bald. in l. potuit in 5. quæſtione, C. de iure delib. & Barto. in l. 1. infra de bono. poſſeſ. infan. & furi. dela. Et ſic pater ſecundum Bal. ibi qđ curator furioſi poteſt adire hæreditatem pro furioſo tamen non habet perpetuam cauſam, ita etiam tenet Iaſ. in l. infanti, C. qui Admit.

135 † Hoc tñ limita non procedere in patre furioſi, qui eſt curator, & legitimus adminiſtrato. ut ſupra nã pôt pater pleno iure acquirere hęreditatẽ filio furioſo ipſam adeũdo, & ſic habebit tunc perpetuã cauſam. Ita notãtet licet ſub obſcuris uerbis uoluit Bar. in l. ſi infanti col. 1. & ibi ipſum ſequitur Ale. in 4. col. C. de iure deliber. & eſt rõ propter maiorem poteſtatem quam habet pater in filium quam curator extraneus. Si uero eſt hæreditas quæ eſt delata furioſo, & tunc ſiue fuerit agnita per curatorẽ ſiue non fuerit agnita, tranſmittitur ad hæredes furioſi ex potentia ſuitatis. Ita dicit Ange. in d. leg. Antiſtius, §. ultim. infra eo. & ſentit, Bald. in d. l. potuit in 5. q. 2 contra

134 rio ſenſu. † Quod corroboratur optimo ſimili, quia etiam inanis tranſmittit hæreditatem paternam non aditam ex potentia ſuitatis, ut no t. Bart. & Alex. in d. l. ſi infanti ubi eſt communis opin. doct. de iure deli. ſed infans nullum habet intellectum, & furioſo cõparatur, leg. in negotiis infra, de reg. iur. & not. Iaſ. in d. l. ſi infantis, C. q

135 admit. † Limita tamen iſtam gl. in quantum dicit qđ furioſus non poteſt acquirere hæreditatem, ut procedat ex ſe, quia ex quo ſenſu caret, non poteſt per ſe acquirere, tamen per ſeruum uel filium acquirere poteſt, dummodo interueniat iuſſus tutoris uel curatoris, caſus eſt & ibi gloſſ. in dicta l. Antiſtius, §. ult. infra eod. ubi eſt glo. quam Bald. dicit eſſe aut eam quæ ponit intellectum, ad l. neque, C. de hæred. inſti. ubi traditur regula quod qui non poteſt per ſe acquirere hæreditatem, minime poteſt per ſeruum uel filium nã illud intelligitur in eo qui propter delictum prohibetur acquirere, ſecus ſi propter infelicitatem, ut in fu

136 rioſo. † Qualiter autem probabitur aliquem eſſe furioſum, & quis dicatur furioſus, & quis mente captus, & quis fatuus, ponit plene Alex. in conſ. 4. & conſi. 141. in 1. uol. & Bal. in l. ſi furioſi, C. de nup. & Alex. in conſi. 85. & conſ. 86. in 2. uol. ubi pleniſſime tractant hanc materiã & Pe. Phi. Cor. in conſ. 21 & conſi. 85. in 2. vol. & in conſ. 219. in 1. vol. & in conſ. 22. in 5. uolu. ubi

137 plene. † Et circa hoc præſupponitur una reg. quod in dubio quilibet pręſumitur cõpos mentis & ſanus niſi probetur furioſus text. eſt in l. nec codicillos. C. de codicil. & in c. ult & ibi nota, de ſucceſ. ab inteſta. & tenet Pet. Phil. Corn. in dicto conſi. 21. co. 1. in 2. volu. Et eſt ratio ſecundum Bald. in d. l. nec codicillos, quia aliquẽ eſſe compotem mentis eſt naturale, ſed eſſe furioſum eſt accidentale, ut quilibet præſumitur eſſe talis, qualem ſolet natura producere, niſi contrarium probetur, alleganti aliquem eſſe furioſum incũbit onus probãdi dicta l. nec codicillos, & no. Bar. in l. filium, infra eo. & Bal. in l. fi. C. de hære. inſti. & Card. in cle. 2. in 2. q. de homicidio.

138 † Iſtud tamen limita multum ſingulariter procedere in eo, qui nunquam fuit furioſus, quia illẽ habet hanc præſumptionem pro ſe, ſecus autem in eo qui quandoque fuit furioſus quia præſumitur furor durare, niſi contrarium probetur, unde tũc alleganti eum eſſe ſane mentis incumbit onus probandi. Ita dicit gl. in uerſicu. compotem in dicto c. fi. de ſucceſſinoe ab inteſta. & nota. plene Alexa. in l. furioſum C. qui teſta. facere poſſunt, & Abb. in cap. cum inter canonicos, de electio. Et Petr. de Anch. in conſi. 5. & Alex, in hac l. is poteſt in 3. col. Et idem Alex. in conſil. 22. colum. 4. in 5. uol. et plenius in dicto conſil. 82. col. 3. in 2. uolumine.

139 † Quod tamen notabiliter declara ſecũdum Alexandrum in d. le. furioſum ut procedat quando furor durauit per multos dies, ſecus ſi fuiſſet aliquis furor momentaneus, qui modico ſpacio durãſſet, quia tunc non præſumitur durare, quia in huiuſmodi furore momentaneo de facili reuertitur homo ad recipientiam, & ita reuerſus præſumeretur, niſi contrarium probaretur ſecundum eum, ita etiam dicit Pet. Phil. Cor. in d. conſi. 21. col. 2. in fi.

204 † Ex

140 † Ex prædictis ergo ſequitur quod eo ip
ſo quod probatur ſemel aliquem quando
que fuiſſe furioſum & deinde facit aliquẽ
actum præſumitur illum feciſſe tẽpore fu
roris niſi cõtrarium probetur, & ſic actus
non ualebit, ita dicit gl. in d.c. ſi. de ſucceſ.
ab inteſt. quam ibi ſequitur Abb. in ſi. col:
& Pet. Phil Cor. in d. cõſ. 21. per totũ maxi
me, in ſi. col. in 2. uol. & Gem. in c. 1. §. ſi ve
ro, de cle. ægro. lib. 6. & Alex. in d. conſ. 92.
col. 5. in prin. in 5. uol. ubi præſertim dicit
id procedere fortius quando actus factus
non conuenit totaliter homini ſanę mẽtis
ut dicit etiã Bal. in l. furioſus. Pet. Phi. Cor.
in d. conſ. 21. colum. penul. & Alc. in conſ.
85. co. 4. in 2. uo. ubi dicit. quod licet ex ad
uerſo probetur, ꝙ habeat dilucida ĩterual-
la niſi in ſpecie probetur ꝙ erat ſanus tẽ-
pore actus celebrati talis probatio nil rele
uat. Idem etiam & magis plene tenet Ale.
in conſi. 86. in 2. uol. ubi infinitas deciſio-
nes allegat in hac materias & Pet. Phi. Cor.
in conſi 69. col. antepen. & pen. in l. 1. uol.
141 † Probatur autem, aliquẽ eſſe furioſum,
vel fatuum per ſigna ut dicit Bar. in l. ſi q
dem. C. ſol. mat. ubi idem dicit ad proban-
dum aliquem eſſe mortuũ quæ ſigna oſtẽ-
duntur, & p uerba, & per facta, ut dicit Ab.
in d.c. ult. colu. ſi. de ſuc. ab inte. Per uerba
enim oſtenditur furor quando quis loqui-
tur uerba fatua extra propoſitum, & non
conuenientia homini ſanæ mentis, nã fa-
tuus fatua loquitur ut habetur in ca. legiti
mus 93. diſtin. & eſt tex & ibi nota in l. quĩ
dam in ſuo ff. de condi. inſt. & Bart. in l. is
qui § ult. ſupra de tuto. & cu. da. ab his, ubi
habetur ꝙ ex ſermonibus cognoſcitur ho
mo ſtultus. idem tenet Alex. in d. conſ. 54.
in 1. uol. eodem modo ſi non reſpondet ad
propoſitum uel non habet rectam memo-
riam, uel ſi proiicit panem uel lapides, uel
quia ita reputatur furioſus a patre ſuo, & a
conſanguineis, ut dicit Alex. in d. conſ. 53.
eodem modo ſi quis ſpuat in faciem alicu
ius hominis præſumitur ex hoc furioſus ſe
cundum Pet. Phil. Cor. in conſi. 22. colum.
3. in 4. uol Et de prædictis uide etiam Ale.
in l. apud. § Iulianum. §. conſtat infra de l.
1. ubi inter alia dicit, ꝙ ſi quis recuſat po-
cula medicinalia in infirmitatibus, ex hoc
præſumitur furioſus allegat Specu. in tit.
de ſalariis, ff. ult. uerſ. ſed quid ſi. Et de plu-
ribus aliis modis probandi quẽ furioſum
uide plene in dictis conſiliis præallegatis,
& Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus co.
142 ſi ſupra ſol. mat. † Ad unum tamẽ aduer
te, ꝙ teſtes deponentes de furore debent ẽt
non interrogati aſſignare cauſam ſcientiæ
concludentem alias non probant, ita dicit
Bal. in d. leg. furioſum, & ibi Iaſon plene &
Alex. in conſ. 85. col. 6. in 2. uolu. Et ratio
eſt quam poſuit Inno. in c. cum cauſam. Et
ibi etiam Abbas in 3 col. de teſt. ubi dicit,
quod quando teſtis producitur ad proban
dũ aliquid quod non percipitur ſenſu cor-
poris, ſed iudicio intellectu, tunc debet ẽt
non interrogatus aſſignare cauſam ſcien-
tiæ concludentem per aliquem actum ex-
trinſecum, alias non probat ita etiam dicit
Bald. in le. ſolam, C. de teſt. & Pet. Phi. Cor.
in conſi. 22. colum. 2. in litera b. in 3. uolu.
& in conſi. 21. colu. 1. in litera E. in 2. uolu.
143 † Prędictis adde, quod ad probandum
furorem admittuntur etiam teſtes ſingula
res. ut ſi unus teſtis dicat uidi eum proiice
re lapides alius dicat, uidi eum loqui inor-
dinate, & extra propoſitum, & alius dicat,
uidi eum ſpuere in faciem, uel ſimile. Ita p
plura tenet Alex. in dicto conſilio 92. col.
5. in 5. uolum. uerſi. nec obſtat, & in conſi.
141. colu. 2. in 1 uolum. & in dicto conſil.
85. circa fin. & conſi. 86. colum 3. in 2. uol.
Et iſtud tenet Inno & communiter docto.
in c. qualiter, & quando, el ſecũdo de accu-
ſa. Et ratio eſt quia iſti teſtes non deponũt
ſuper aliquo facto in ſpecie, nam tunc ue-
rum eſt, quod ſingularitas obſtat, ſed depo
nunt in genere ſcilicet quem eſſe furioſum
uel hereticum. uel infamem quod per plu-
ra ſpecialia probari poteſt, ideo admittun-
tur teſtes ſingulares, ſecundum Bar. in l. Ti
tia, infra de ſolutio, & habetur plene in lo-
cis præallegatis. quod confirmo per unum
optimum dictum Soc. in conſi. 295. col. 3.
in 1. uolu. ubi dicit quod ad probandum
aliquem actum ſucceſſiuum admittuntur
144 teſtes ſingulares. † Quartum requiſitum
ĩ gl. eſt quod ſi maior 25. annis is qui uult
adire hæreditatem quia alias minor de per
ſe adire non poteſt, l. more, & l. pupillus ſu
pra co. & l. cum quædam, C. de admini. tu.
Circa hoc tamen ut habes plenã notitiam
de minore, quãdo, & qualiter adire poteſt
diſtingue tres ætates minoris. Prima eſt in

fantia quæ durat uſque ad ſeptem annos cōpletos.) Secunda eſt ætas pupilaris quæ dr impubertas, & durat in maſculo uſque ad quartumdecimum annum completum in fœmina, uero uſque ad duodecim ut habetur inſt. de nup. in prin & l. qua ætate ſupra de teſt. Tertia dicitur ætas adulta quæ appellatur pubertas, & durat tam in maſculo quam in fœmina uſque ad uigintiquinque annos, & illa poſtea deinde in antea, dicitur ætas legitima, l. ul. C. de his qui ueniā ætatis impetra.

145 †De prima ætate ita ius diſponit, nam ſi eſt delata hæreditas alicui infanti, ſi quidē talis infans habet patrem poteſt pater, pro eo ſolus adire, & infanti hæreditatē acquirere, & ſi mortuus fuerit infans ante aditā hæreditatem, tranſmittit illam ad ſolū patrem, ex ſpeciali priuilegio. Ad aliū autem hæredem non tranſmittit, ita hęc omnia habentur in d. l. infanti, & ibi Bar. & Bal. & communiter modernio. C. de iure deliber. Si uero patrem non habet infans tunc ſi quidem habet tutorem poteſt ſolus tutor abſque interuentu infantis adire hæreditatem, ut d. l. infanti, §. parente & etiā bono. poſſ. petere, ut ibi. Ea ſi moriatur ante agnitam hæreditatem uel bon. poſſ. per tutorē non trāſmittit illam ut ſupra, ſed uadit ad illos, ad quos iret, ſi infanti delata nō eſſet. Ita habetur in d. l. infanti, & in l. infantis, C. qui ad mit. ſi uerum tutorem nō habeat infans, tunc hæreditatem de iure ciuili, nullo modo adire poteſt, niſi ſibi prouideatur de curatore, quia tutor eſt omnino neceſſarius in adeunda hæreditate per pupillum l. cum in una, §. tutor inſ. de appella. ſed in bono. poſſe. de iure prætorio eſt remediū, quia quilibet conſanguineus uel amicus īfantis poſſe apud prætorem, & agnoſcere bon. poſſ. nomine infantis, quo caſu pfecte acquiritur infanti, & trāſmittitur ad quoſcunque hæredes. Ita tenet Ale in d. l. infantis, & in l. ult. col. 5. C. unde cog. & Bald. in

146 rub. C. qui admit. in 2. q † De ſecunda uerò ætate, l. quando hæreditas eſt delata pupillo maiori infanti & impuberi. Dic quod ſi quidem impubes habet patrem, poteſt cum autoritate patris adire hæreditatem ſecundum Bar. in l. ult. §. pupillus infra de uerb. obl. & in l. more. §. impubes ſupra eo. ſi uero pater non uult conſentire filio adeunti tunc poteſt filius ſine patre adire. Ita etiam econtra, ſi patre uolente adire filius recuſat nō poteſt ſolus pater adire. & ideo ſibi acquirit hæreditatem. Ita hæc omnia decidit tex. in l. ul. §. ſinautem in ſecūda, C. de bo. quæ li. quem tex. reddit ſingularem ibi Bal. & mirabilem ad hoc, ꝙ pupillus ſolus ſine auctoritate tutoris uel patris poteſt adire hæreditatem, dummodo ſit doli capax, ita etiam tenet Lud. Rom. in l. pupillus la 1. ſupra eo & ibi autem Ale. circa fin. Et dicunt hoc eſſe ſpeciale in filiofamilias pupillo in alio ſecus, ut l. potuit. & ibi *Bal.* de iure de libe. & infra proximè dicetur. Si tū ex tali hæreditate adita per ſe uel per patrem pupillus lædatur poteſt aduerſus eam petere reſtitutionem in integrum, ut d. §. ſinautem, in ſecūda, & habetur in leg. 1. C. ſi tutor uel cura. inter. Item ſi talis pupillus habens patrem moriatur hæreditate non adita non tranſmittit illam ad patrem, nec alium, ſed uadit ad eos quos iret ſi pupilo delata non eſſet, ut dicta l. ſi infanti, circa finem, & ibi *Bal* in pen. col. uerſ. expeditus ſum de materia, &c. & ſequenti qu. unde eſt ſpeciale in infante ut tranſmittat ad patrē, ut ibi. *In* alia uero ętate ſeruatur ius cōmune in contrarium. Si uero pupillus non habet patrem, & tunc ſiquidem habet tutorē poteſt adire hæreditatem cum auctoritate tutoris, & non alternam ſolus pupillus ſine tutore, uel ſolus tutor ſine pupillo adire, non poteſt tex. eſt, et ibi *Bar.* Bal. plenè in dicta l. potuit, C. de iure delib. & habetur in l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo infra ad Treb. ſecus eſt in bon. poſſeſſ. delata pupillo maiori infante, quia ſolus tutor ſine pupillo poteſt eam agnoſcere, l. bonorum C. qui admit. & l. tutore infra de bon. poſſ. & ratio eſt ſecundum *B*ald. & communiter doct. in d. l. bonorum, quia bon. poſſ. accipit fomentum ab interuentu. & præſentia iudicis, ppea ſolus tutor ſufficit, qđ ſecus eſt in hæreditate. Pupillus autem ſine tutore non poteſt etiam bon. poſſ. agnoſcere l. ſeruus, §. impubes inſ. de bon. poſſ.

147 † An autem ſolus tutor cum auctoritate iudicis poſſit hæreditatem adire ſine pupillo? Dic qđ non ita tenet Bald. & Paul. de Caſt. in d. l. bonorum, & eſt ſpeciale in bo

148 norum poſſeſſ. † Prædictam tamen concluſionem limita non procedere quando pupillus

pillus eſſet hæres inſtitutus ſub cõditio
ne, & ipſe ſolus impleret conditionẽ, nam
ex hoc ipſo efficitur hæres ſolus ſine tuto.
re ipſo iure, caſus eſt in l.conditionibus pu
pillus inf.de cond.& demon. & notat *Alc.*
in d.l.bonorum,& ita limitatur regula d.l.
potuit.

149 † Secundò limita non procedere quãdo
eſt inſtitutus ſeruus pupillus, quia ſolus tu-
tor poteſt iubere ſeruo, ut adeat ſine pupil-
lo text. eſt non uiolando ipſum in l. ſi per
epiſtolam inf.eo per quem ita tenet Alex.
in d.l.potuit,& in d.l.bonorum, licet Bar.
in d.l.ſi per epiſtolam intelligat illam l. in
infante, tamen. Imo. Lud.Rom. & Paul.de
Caſt. ibi intelligunt illã generaliter in quo
libet pupillos, quia alias eſſet uiolata lite-
150 ram.† Si uero pupillus non hẽat tutorẽ,
& tunc ſolus adire non poteſt ſed datur re
medium, ut habeat iudicem,& cum aucto-
ritate iudicis poteſt adire hæreditatem, &
bonorum poſſeſſio. tex.eſt in d.l.ſi infanti
in fi.& in d.l.bonorum,& ſic iudex ſuppiet
defectum tutoris, ut ibi not.

151 † An autem infans poſſit adire cũ aucto
ritate iudicis Bald. in d l.bonorum, C. qui
admit. tenet ꝙ non, quia in eo defectus iu-
ris naturalis, ex quo nullum habet conſen-
ſum,& contra defectum iuris naturalis nõ
poteſt diſpenſari, ſecundum Inn.in ſe ſcita-
tus, de re.c. contrarium tenet Lud.Rom.in
d.l.bonorum,& ẽt Fulg. tamen in iſta con
trarietate concludo prout diſtinguit Alex.
& Iaſ.in d.l.bonorum, col.4. qđ aut infans
eſt ita paruus ut non poſſit fari, & tũc ꝓce
dat opi. Bal. per tex. in d.l.bonorũ dum di-
cit impuberi poſtulanti, Nam iudex nõ pt
imper tiri ſuam auctoritatem, niſi poſtulan
ti, ut ibi, ſed infans qui nõ poteſt loqui, nõ
poteſt id poſtulare, ſi uero infans poteſt lo
qui, quia forte eſt proximus ſeptennio, &
tunc procedat opin.2o. quia põt poſtulare.

152 † Poteſt modo dubitari an ſi pupillus nõ
habet tutorem poſſit ſibi dari curator & cũ
auctoritate curatoris, poſſit adire hæredita
tem uel bon poſſ. dic quod non, ſed tutor
eſt omnino neceſſarius, ut ſupra tex. eſt in
l.cum in una.§.tutor inf.de app.& l.ſeruus
§.impubes infra de bon.poſſ & not.glo.in
d.l.potuit & ibi etiam Bal.& Soc.in conſil.
153 234.colum.pen.in 1.uol.† De tertia uero
ætate, l.quando ſumus in minore 25.annis
maiore tamen quatuordecim, qui dř adul-
tus, dic quod ſi quidem habet patrem põt
cum authoritate patris adire, uel patre recu
ſante poteſt ſolus adire ſi uult, ita & econ-
tra filio recuſante poteſt ſolus pater adire
tex.eſt in d.l.ul.C.de bon.quæ libe.ſi uero
adultus non habet patrem,& tunc ſiquidẽ
habet curatorem poteſt adire cum autho-
ritate curatoris, l.cum quædam, C. de ad.
min.tut. ſed ſolus ſine curatore, uel curator
ſine eo adire non poteſt, quia in hoc adul-
tus habens curatorem æquiparatur pupillo
ſecundum glo.& Alc.in l.impuberib.ſupra
eo.& Alc.in l.2.§.fuit quæſitum, col.1.ubi
etiam gl.tangit,& ibi communiter, doc.in
fra ad Treb.per tex.& ibi no.in l.ſi curato
rem, C.de in integ.reſt. poteſt tamen adul
tus, ſi læditur petere reſtitutionẽ aduerſus
dictam additionem, l.2. C.ſi tut.uel cu.in-
ter.& habetur in d.l.ſi curatorem,& in d.§.
fuit quæſitum, ſi uero adultus non hẽt cu-
ratorem,& tunc poteſt ſolus hæreditatem
adire,& ualet aditio, ſecundum Alc. in d.§.
fuit quæſitum per d.l.ſi curatorem, tamen
ſi læditur ex tali aditione poteſt petere re-
ſtitutionem in integrum, ut traditur in lo-
cis præall.& probatur in l.ſi minor inf.eo.

154 † Per quam l.ſi minor. Nota pulchram li
mitationem ad ea quæ dixi ſupra in tex-
tualib.in quantum fuit dictum ꝙ quando
ſunt plures hæredes, quorum unus repu-
diat partem ſuam, illa pars repudiata, accre
ſcit cohæredibus etiam inuitus, l. teſta. *C.*
de impub.& alijs ſub. iſtud limita nõ proce
dere quando ille qui repudiat primo, adi-
uit parte ſuam,& deinde per beneficium re
ſtitutionis in integrum repudiat, nam tũc
illa portio repudiata, non accreſcit cohære
dibus inuitis, ſed uadit ad creditores hære-
ditarius iſte eſt caſus ſingularis in dicta l.ſi
minor infra eo. *Et* per hoc potes colligere
intellectum ad iſtam gl. in quantum dicit
quod minor 25.annis non poteſt adire, nã
in quantum uult loqui de adulto debet in-
telligi quod non poteſt adire effectualiter,
& irreuocabiliter ſicut maior propter reſti
tutionem quam petere poteſt ut ſupra di-
155 ctum eſt.† Quintum requiſitum princi-
paliter in gl. eſt quod ſciat teſtatorem eſſe
mortuum, quia alias adire non põt, ut eſt
tex.in l.qui hæreditatem, quæ eſt leg.pro-
xima infra codẽ. *Et* ratio eſt, quia uiuo e-

rat

de cuius hæreditate agitur, non poteſt quis
gerere pro hærede, nec repudiare, cum
uiuentis nulla ſit hæreditas, l. neminem, &
l. cui ſuperſtitis infra eod. & l. 2. §. interdum
ſupra de vul. & pup. & l. 1. ſi impuberi infra
de colla. bono. Et ideo requiritur talis ſcien
tia, ne ſit dubius an adire poſſit uel non qđ
eſſet ſi dubitaret an uiuat, uel mortuus ſi
156 teſtator. † Qualiter autem probetur talis
ſcientia, dicetur infra poſt Bar. hic, ſed qua
liter probabitur teſtatorem eſſe mortuum
uide Bar. in l. ſi quidem C. ſo. ma. ubi dicit
quod mortuus probatur per ſigna. & ſuffi
cit, ſi teſtis dicat uidi eum mortuum, quia
157 habebat ſigna mortuorum. † Secundo
probatur mortuus eo ipſo, quod teſtis di
cit interfuiſſe eius exequiis funeralibus. l. è.
cõditionum 2. ubi hoc probatur infra de
cond. & demõ. & Pet. Phi. Cor. in conſ. 10.
158 colum. 1. in fin. in 1. uolum. † Tertio pro
batur eo ipſo quod teſtis dicit uidiſſe ho
minem euiſceratum, quia de neceſſitate na
turæ ſequitur quod ſit mortuus, ſecun
dum Bal. in leg. ex perſona colum. 2. C. de
159 proba. † Quarto probatur eo ipſo quod
teſtis dicit uidiſſe eum ſepeliri uel duci ad
ſepulturam, ſecũdum Bar. in d. l. ſi quidem
idem tenet Bart. in leg. 2. §. ſi dubitetur. ff.
quemad. teſt. aperi. & Abb. in c. in præſen
tia, de ſponſa. & ibi plene per Maria. Soc.
idem Bart. in ſuo tract. qualiter probetur
mors ubi plus dicit quod ſufficit quod te
ſtis dicat ſe interfuiſſe ſepulturæ licet, nõ
uiderit cadauer, quia forte erat in capſa clau
ſa, tamẽ cõmuniter dicebatur, quod erat
corpus talis hominis, ex hoc enim proba
tur mors, & etiam Bal. in l. conuenticulam
160 colum. fin. C. de epiſco. & cleri † Quinto
probatur eo ipſo, quod teſtis dicit uidiſſe
eum non habere ſenſum, neque motum,
neque flatum, ut dicit Bald. in d. l. conuen
ticulam, circa fin. idem ſi dicat tetigiſſe eũ
frigidum, & non habentem pulſum, ut te
net Barto. in d. §. ſi dubitetur. ſecus autẽ ſi
teſtis dicat, quod uidit eum mortuum, quia
non loquebatur, nam iſtud non ſufficit,
quia poteſt quis eſſe diuus etſi loqui nõ
poſſit, ita dicit Bald. in l. 3. C. de poſth. hær.
inſt. quem refert, & ſequitur Fel. in c. quo
niam frequenter §. porro, colum. ult. ubi
161 lite. non conteſt. † Sexto probatur eo ip
ſo quod teſtis dicit, quod inter notos con
ſanguineos, uel uicinos fuit habitus, & re
putatus pro mortuo ſecundum Petr. Phil.
Cor. in conſi. 96. in pen. colum. in litera E,
in 4. uol. de qua tamen materia uide plenẽ
eundẽ Pet. Phi. Cornu. in conſi. 10. in 1. uo.
162 † Septimo probatur eo ipſo, ꝙ teſtis di
cit uidiſſe illos de domo, & cõſanguineos
feciſſe luctum, pro eo, qui dicebatur, mor
tuus, & quod ſumpſerunt ueſtes lugubres
ita dicit Bar. in leg. genero in fin. ſupra de
his qui no. infa. & Bald. in leg. exhæreda
tum in fi. ff. eod. tit. de infamibus, & Bar. in
leg. quoties. C. de naufrag. lib. 11. & An
ton. de Butr. in d. cap. in præſentia de ſpon
ſa, & Alex. in conſi. 4. col. 5. in uerſic. plus
163 dicit in 2. uolu. † Octauo probatur quis
mortuus eo ipſo, quod probatur eſſe lap
ſos centum annos a die natiuitatis illius,
nam de iure non præſumitur plus uiuere,
leg. ult. C. de ſacro ſanc. eccl. unde elapſis
centum annis præſumitur mortuus ita te
net Bal. in d. leg. ex perſona. col. 2. circa fi.
C. de proba. Car. in cle. 1. de reb. eccl. non
ali. & Bal. in l. proponebatur. in prima lec.
ſupra de iud. & Bar. in d. l. ſi quidem circa
164 fi. † Nono ꝓbatur, ſi aliquis uiſus fuit in
gredi bellum ac deinde nõ reperit uiuus
nec mortuus, nam ex hoc præſumitur, &
probatur mortuus, ita tenet Bar. & Bal. in
le. ult. ſupra de his qui nota infra. & Fel. in
165 d. §. porro col. ult. ut lite non cont. † De
cimo probatur eo ipſo, quod aliquis iuue
nis luxurioſus, & uagabundus cœpit uaga
ri per orbẽ & neſcitur ubi ſit, nec aliquod
nouum habetur de eius morte, uel uita,
nam ſi ex hoc tempore lapſi ſunt ſolum an
ni quinq; ex hoc præſumitur, & probatur
mortuus, ita tenet Bar. in ſuo tracta. quali
ter probetur mors, & in trac. de teſte in ter
tia charta. in uer. mortuum hominem, &
166 Alex. in d. conſi. 4. col. 5. in 2. uol. † Vnde
cimo probatur, ſi talis dicit uidi eum deca
pitari, uel abſcindi uenas gulæ cum ſangui
nis effuſione, ita no. Bart. in d. §. ſi dubitet
& in dicto tracta. qualiter probetur mors.
167 col. fi. † Duodecimo probatur ſi teſtis di
cit, uidi eum expirare uel mori ſecundum
Bar. in dicto tract. qualiter probetur mors
168 in fi. & in d. §. ſi dubitetur. † Decimoter
tio probatur, eo ipſo quod aliquis petiit à
iudice, ut mittat nuntios, & exploratores,
ut perquirant an ſit uiuus uel mortuus, &

illis

Digitized by Google

illis miſſis non reperitur de eo aliquod no-
num, nã ex tali relatione præſumitur mor
tuus, ita tenet Bar. in d. l. 2. § ſi dubitetur,
ff. quemadmod. teſt. apert. & Alexan. in d.
conſi. 4. colum. 5. in 2. uol. idem tenet Bar.
in leg. & ſi certus. §. ſi unus, infra ad Silla.
ubi dicit quod eo ipſo quod quis non re-
habet pupillus. Ita tenet Bartolus in di-
cta l.ſecunda §.quod ſi pater,infra ad Ter
tulianum, & Baldus in dicta leg. matres
columna ſecunda,& idem Baldus in dicto
leg. precibus columna quinta. Et Barto-
lus in le ſecunda, colum.2.ſupra quia pet.
tut. Et ille eſt veros, & communis intelle-
ctus ad illam gloſſ.in dicta l.matres.& eſt
ratio ſecundum præallegatos doctores,
quia hodie mater præfertur omnibus con
ſanguineis in tutela filii, uerum eſt tutrix
uoluntaria, quia ſi non uult, poteſt eam
repudiare,ut habetur in authentica,matri
& auiæ. Co.quando mul.tut.officio fungi
poteſt, & plene per Bartolum in leg.ſi quis
ſub conditione,ſupra de teſtamento,tute.
unde dicitur tutrix anomala, & extra or-
dinaria, & ideo quandiu ipſa non repu-
diat tutelam non eſt aperta uia aliis legi-
timis, quibus ipſa præfertur, merito non
excuſatur per eos niſi renunciet ut ſupra.
Idem tenet Bald. in conſilio 241. in quin-
to uolum.

242 † Septimo limita niſi interſit pupilli ut
non petatur ſibi tutor, ut quia erat ſibi fa
ctum aliquod magnum legatum ſub con-
ditione,ſi tutorem non haberet,nam tunc
mater excuſatur ſi tutorem non petit, ut
conſequi faciat legatum filio, caſus eſt in
l.ſecunda.§.tractari,infra ad Tertullianū,
per quem ita dicit Baldus in dicta leg. ma-
tres col.1.

243 † Octauo, limita non procedere quan-
do mater fuit præuenta ab alio forte con-
ſanguineo,intra annum in petendo tuto-
rem,quia alius petiit ante eam, nam ipſa
mater excuſatur ex quo non fuit in mora
alias ſecus ſi forte eſſet lapſus annus ita no.
gloſſ.in dicta leg.matres & Ioan.de pract.
in leg.ſecunda C.ſi aduer.dele.pro hoc eſt
tex & ibi gloſſ.in leg.ſororem,C.de his o-
mibus ut indig.

244 † Nono limita non procedere quando
mater geſſit tutelam minus legitime, uel
paſſa fuit tutorem minus legitime gerere,
& erat in tali loco in quo habebat penuriā
peritiorum, quia excuſatur propter ſuam
ſimplicitatem & præſumatur ignorantiā.
Ita tenet Socin.in conſilio 39 columna 7.
in primo uolumine, & Baldus in dicta
leg. matres. columna ſecunda in fine, &

Paul.

Pau.de Caſt.in l.2.C.de in ius uoca.duam ad hoc refert Alex.in addi.ad Bal.in l.precibus. col.5.ſecus ſi mater potuiſſet conſulere peritiores, quia tunc punitur iuxta ea quæ ponit Bald. & Alexand. communiter doctores in l.iuris ignorãtia. C. qui admi. & in l.in bonorum & ibi Bartol.infra, de bonorum poſſeſſio. Et ita intellige & limita id quod ſupra dixi in tertia ampliatio-
245 ne.† Decimo, limita niſi mater, uel alius qui debebat tutorem petere fuit abſens, uel ignorans, vel infirmitate impeditus, uel alia iuſta cauſa, quia excuſatur. Ita tenet Soc.in conſ.151. col. pe.in 2.uolu.Pro hoc eſt tex.in l.2.§.confeſtim infr.ad Ter. & Soc.in conſi.39.col.7.1.vol.
246 † Vndecimo, limita niſi pupillus erat multum pauper & egenus, & propter hoc mater non petiit ei tutorem, quia excuſatur,& non punitur ſecundum Bart.in l.2. C.de nep.ge.& in l.mediterraneæ.C.de ann.& trib l.10.& Bal.in l.1.col.fi.C.de nego.ge.& idẽ Bal.in conſ.239.in 5.uol.pro hoc eſt tex in l.2.§.q ſi penitus, inf.ad Tertu.
247 † Duodecimo,limita niſi pupillus haberet multos creditores,& mater nollet ei petere tutorem, ad hoc ut ſit inde ſenſus & nõ poſſit conueniri a creditorib. nec condemnari.Ita ſingulariter dicit Ale.in addi. ad Bar.in d.l.ſciant.C de legi hær. per tex.
248 in d.§.ſi penitus.† Decimo tertio, limita non procedere in matre prodiga,quia excuſatur ſi non petiit tutorem filio ſuo. Ita dicit Ale.in l. is cui bonis. col.4.in fi.ff.de uer.obl & ibi etiam Ang. & ratio eſt quia prodigus excuſatur a delictis conſiſtentibus in omittendo.l.ſulcinius.§.adeo ff.ex quib.cauſis in poſſeſſ.ea.
249 † Decimoquarto,limita nõ procedere ſi mater vel alius qui debet tutorem petere ſit bãnitus,vel miſſas in exiliũ,quia excuſatur ſi non petit.ut eſt gl.& ibi Bar.in fin.in
250 l.plane ſupra de execu.tu.† Decimoquinto,limita non procedere quando pupillus haberet ſubſtitutum pupillarem,quia non tenetur mater illi petere tutorem ex quo tale onus petẽdi ſpectat ad ſubſtitutum,qui ſperat ſucceſſionem. Ita tenet Bald. in conſil.317. in 5. volu.in conſil.140.in 1.uolu.
251 † Decimoſexto, limita non procedere quando pupillus haberet tutorem teſtamẽtarium,quia tunc non tenetur mater gerere tutelam nec petere tutorem, ſecundum
252 Bal.in conſil.403.in 4. vol. † Vltimo in hac materia, ut nihil intactum relinquatur, Adde prædictis, quod mater nõ ſolum ex cauſis prædictis putatur ſucceſſione filii,ſed etiam ſi eſſet tutrix filii ſui,& deinde tranſiuit ad ſecunda uota,& non petito tutore, & non reddita ratione adminiſtrationis tutelæ,& non ſolutis reliquis, nam tunc ſtatim ipſo iure priuatur omni ſucceſſione & iure ſubſtitutionis ſibi obuenien te ex parte filii tex in l.omnem. C ad Tertul Et tunc priuatur nõ ſolum ſucceſſione filii, ſed etiã omnibus legatis & fideicommiſſis ſibi a uiro & patre pupilli relictis & ẽt donationibus cauſa mortis,& uadũt ad hæredes mariti tex.eſt in l.1.§ oſum iũcta auth.eiſdẽ pœnis in fi.C. de ſecun.nup.per quẽ ita tenet Socin.in conſ. 19.co 6.in primo uol.& iſtæ pœnæ etiam hodie ſunt in uſu.ut habetur in deciſ.75.conſi Neapol. & tenet Bar.in dicta l.1.& Pau. de Caſt.in conſ.154.in ſecundo uol.
253 † Quid autem ſi mulier quæ ſecũdo nupſit,fuit iterum effecta vidua per mortem ſecundi mariti & vult iterum ſuſcipere tutelam filii,quã reliquit per tranſitum ad ſecunda uota,an poſſit,dic, quod non ratione præcedẽtis ſuſpitionis & tenõe ... ita tenent Bal.in authen.ſacramentum in fin. C.quando mul.tu.offi.fung. Hoc tamen limita Spec.in tit.de tutore § nondum, uerſicu.quid ſi mater ſuſcepit tutelam &c.nõ procedere quando res eſſe integra,quia nõdum eſſet prouiſum pupillo de tutore, quia tunc poſſet mater uidua facta ſuſcipere eius tutelam, alias ſecus, & illud dictum Spec.refert Alex.in additio ad Bart.
254 in d.l.ſciant.C.de legi.hære. † Reuertor nunc ad Bar.qui ingreditur primum membrum quod omiſerat,ſcilicet de poſſe ſuccedendi liberorum & dicit ipſe,quod iſtud ius ſuccedendi eſt, quid ſeparatum a iure filiationis quod probat tribus rationibus. Primo,quia filii habent ius ſuccedendi parentib.l.nec ei,§.præterea. ſupra de adopt. Secundo quia iſta ſpes eſt a iure approbata propter uotum parentum, quod eſt ut eorum hæreditas uadat ad filius le. ſcripto infra unde libe.& le. nam & ſi parentibus. ſupra de inof. teſ. Tertio,quia mortuo filio primi gradus nepotes ſuccedunt in illum

gradum

gradum filiationis, l. 1. §. ſuos, infra de ſuis & legi. inſt. de hær. ab inte. §. cum filius, ergo eſt ius ſeparatum a iure filiationis, quod patet, quia in illum locum ſubintratis, qui non eſt filius, ſed nepos. Et in iſto caſu procedit regula negatiua ſecundum Bar. quia qui non habet iſtud ius filiationis non poteſt illud repudiare, ſed affirmatiua nō procedit, quia is, qui habet tale ius non poteſt illud repudiare, l. pactum dotali, C. de coll. & l. ult. infra de ſuis & legit.

255 † Cum hac opi. Bar. ſimpliciter per tranſeunt doc. hic, & maxime *Alex.* Ego tamē conſiderandum putaui an Bartol. bene loquatur in eo, quod dicit ius ſuccedendi liberorum eſſe quid per ſe ſeparatum a iure filiationis, & in hoc facit differentiam ius ſuccedendi liberorum & aliorum agnatorum puto tentari poſſe econtra *Bart.* ſcilicet quod idem ſit in utroque & quod imo iſtud poſſe liberorum non eſt quid ſeparatum a iure filiationis, & moueor, primo, quia filius ideo habet iſtud ius ſuccedendi, quia cenſetur proximior agnatus patri cæteris agnatis, l. ulti. & auth. in ſucceſſione, C. de ſuis & leg. Nam caro filii cenſetur eadem cum carne patris, ut no. *Soc.* in conſi. 252. col. 15. uerſiculo ad tertiam, in 2. uol. propter quam identitatem carnis eſt inductum illud commune uotum parentum de quo in d. l. ſcripro, in fin. Si enim filius non cenſeretur proximior in ſanguine, certum eſt quod non habeat tale ius. Ergo eſt coniunctum & cauſatum a iure ſanguinis, vnde donec durat. non poteſt dici, quid ab eo ſeparatum, ſicut dicimus in vſufructu cauſali, ut ſupra. Secundo quia ſi diceremus iſtud ius eſſe quid per ſe ſeparatum, ſequeretur quod filius poſſet huic iuri renūtiare tanquam ſeparato a iure filiationis, & tamen uidemus quod ita non poteſt huic iuri renuntiare filius ſicut alius agnatus, ut d. l. pactum dotali, & d. l. ult. & probatur in l. ſi quando, §. illud, C de inoffi. teſtamē. Et non poteſt eſſe alia ratio in vtroque, niſi illa quod iura agnitionis, & ſanguinis repudiari nō poſſunt, l. ius agnitionis, ſupra de pac & l. iura ſanguinis infra de regu. iuris. Non obſtāt modo rationes Bar. & primo quia filij dicunt habere ſpem, ut dicta leg. nec ei, §. præterea quia dico quod iſta ſpes exponitur prout exponebat *Bartol.* in ſpe aliorum coniunctorū ſupra hoc eſt actus uoluntatis filij ſeparantis. Et licet *Bart* dicat ꝙ iſta ſpes filiorum eſt approbata a iure propter commune uotum parentum, tamen ego dico ꝙ imo etiam talis ſpes eſt a iure reprobata per text. in l. pactum quod dotali, C. de pact. ubi patet, ꝙ non licet paciſci ſuper hæreditate patris. eſt enim prohibitum ſperare in mortem alterius etiam patris, ut ibi, præterea ſi iſta ſpes eſſet approbata, ſequeretur qđ poſſet remitti & alteri cedi, l. ſpem, C. de donat. Et tamen uidemus contrarium, quod remitti non poteſt, ut d. l. ſi quando, §. illud, & d. l. fin. infra de ſuis & legit. Non obſt. d. l. ſcripro, quia licet parētes habeant iſtud uotum propter amorem paternum, non per hoc ſequitur quod debeant ſperare in eorum mortem, quod a iure reprobatur.

256 † Non obſtat quod mortuo filio ſuccedit in illud ius filiationis ſeu ſuccedendi, quia nego illud, quod nepos ſuccedat illud proprie ius quod habebat filius, quia ſi ſuccederet in illud proprie quod habebat filiis ſequeretur quod ueniret ex perſona patris ad ſucceſſionem aui, & tamen contrarium eſt ueritas, quia imo nepos uenit ex perſona propria, & ſubintrat gradum patris ex iuris diſpoſitione, ut no. Bar. in l. qui ſuperſtitis, inf. eo. & in l. 1. §. ſi ut nepos, infra de colla. dotis, & Soc. in d. conſi. 252. col. 4. ſi enim ueniret ex perſona patris modo trāſmiſſiuo, non eſſet neceſſe facere mentionē de nepote in teſtamento nam ſufficeret filium eſſe inſtitutum, quia licet moriatur uiuo teſtatore, nepos ſuccederet in ius filii ac ſi ipſe eſſet inſtitutus, & non rumperet teſtamentum, quod eſt contra l. Gallus, ſupra de lib & poſth. Dico ergo quod nepos ſuccedit ut nepos, & non ut filius, tamen ſubintrat gradum patris per modum cuiuſ-
257 dam ſubſtitutionis. † Ad cuius declarationem præſuppono, qđ hæreditas æquali iure eſt debita ita filio ſicut nepoti, & omnib. deſcendentib. in infinitum, ordine tamen ſucceſſiuo, ut habetur in d. l. Gallus, §. quidam rectè. Ita ut etiam Adam hodie viueret haberent neceſſe omnes homines hæredes inſtituere ordine ſucceſſiuo. Stante ergo iſta iuris diſpoſitione mortuo filio ſtatim reperit nepos poſt eū in primo gradu, quia nemo ipſum antecedit, & propterea

ita dicitur ſubintrare gradũ patris ex per-
ſona tamen propria. Ita notanter dicit Bar
to. in l. ſi auus. Cod. de libe. præte. Præterea
iſta conſideratio Bart. confunditur per au-
then. ceſſante, & authẽ. poſt fratres, C de le
gi. hære. ubi patet quod etiam quando tra-
ctatur de ſucceſſione fratris, & ſic de iure
ſuccedendi tranſuerſalium filius ſuccedit
in locum patris, ergo ſi per hanc rationem
Bart. uellemus dicere quod iſtud ius ſit ſe-
paratum, ſequeretur idem dicendum in iu-
re ſuccedendi agnatorum, cuius contra-
rium tenuit ipſe ſuperius, per quę puto poſ
ſe teneri contra Bart. ſaltem in uia diſputa
tiua, licet doct. communiter pertranſeant
cum eo, maxime Soc. in d. conſilio. 252. in
11. col.

258 † Ex his quæ dicit hic Bart. inferunt hinc
Pau. de Caſt. & Alex. ad q. ſtante conſuetu-
dine uel ſtatuto quod primogenitus ſucce-
dat in fundo, prout eſt hodie in regno in
feudis titulatis habentib. dignitatem regu
lam, de quib. habetur per Bald. & doc. in c.
1. de feu. Marchi. & per Alex. in conſil. 7. &
conſ. 5. in 5. uol & idem in alijs feudis infe-
riorib. in caſu quo uiuitur iure Francorũ,
ſi moritur pater feudatarius relicto filio ſe
cundo genito & nepote ex primogenito,
quis ſuccedat in feudo filius uel nepos. A-
lex. hic diſtinguit, ut hic per eum hunc ar-
ticulum plenè examinat Soc. in d. conſilio
252. in 2. uolu. & tenet qđ nepos ex primo
genito, ſuccedit patruo excluſo, quia ſubin
trat locum primogeniti, hanc etiam opin.
tenet Pau de Caſt. in conſi. 164. in 2. uolu.
Sed And. de Iſer. tenet contrarium in c. 1. §.
his uero, de gra. ſucc. in feu & in c. 1. col. 5.
de natu. ſucc. feu. ſ. qđ ſecundo genitus præ
ferentur nepoti. Tamen primam partẽ in
fauorem nepotis tenet Car. Alex. in d. c. 1.
de feu marchiæ, ubi per ſexdecim col. exa-
minat hunc articulum plenius quã alius, &
arguit ad partes, tandem concludit pro ne
pote. Deinde ingreditur Bartol. ſecundum
membrum ſuæ diſtinctionis, ſ. de poſſe ſuc
cedere ex teſtamento, & dicit quod iſtud
non eſt aliquod ius nec ſpes a iure appro-
bata uiuente teſtatore, quia uiuo teſtatore
non poteſt quis petere aperiri tabulas teſta
menti, & in hoc ſecundum cum procedit
ſimiliter regula negatiua, non autem affir-
matiua, quia uiuo teſtatore, nõ poteſt quis
repudiare hæreditatem, ut inf. l. proxima.
Adde quod in omnibus Barto. bene loqui-
tur & communiter approbatur.

259 † Ex cuius dictis collige notabiliter quod
hæres inſtitutus non poteſt uiuo teſtatore
petere quod tabulæ teſtamenti aperiantur
l. 2. § ſi dubitetur, inf. quemad. teſt. aperian.
hinc dicit Bal. in d. §. ſi dubitetur, in 1. not.
quod notarius non dẽt ædere teſtamẽtum
hæredi uiuo teſtatore, nec ẽt legatario, ſed
ipſi teſtari põt ædere ſi teſtator illud uult.
Et hoc probatur in tex. in dicto. §. ſi dubi-
tetur, & ſentit Bar. in l. ult. col. 3. circa fi. C.
de edic. diui Adr. ol. ubi ex hoc dicit quod
hæredis præſumitur teſtatore eſſe mortuus
eo ipſo qđ reperitur teſtamentũ in manu
quia eo uiuo illud habere nõ poteſt, & ita
ẽt tenet Pet. Phi. Cor. in conſ. 85. col. 3. in
260 2. uol. † Adde ẽt prædictis quod notarius
ẽt mortuo teſtatore non tenetur ædere le-
gatario totum teſtamentum, ſed ſolum illã
particulam legati ſibi facti cum hęredis in
ſtitutione & ultra ſecundum Bar. in l. 2. §.
261 diẽ inf. quemad. teſt. aper. † Quærit Bart.
hic an ſubſtitutus pupillaris dicatur habe-
re aliquod ius uel ſpem approbatã ſaltem
mortuo teſtatore & uiuo pupillo, & dicit
qđ non, per l. 1. § interdum ſup. de uulg. &
pup. & dicit ut hic per eum, qua clare loqui
262 tur & bene. † Capio nunc tertium mem-
brum principale Bar. in quo conſideratur
potentia adeundi reſpectu certe hæredita-
tis præſentis quia mortuos eſt is de cuius
hæreditate agitur. Et iſtud ius adeũdi cõſi
deratur tripliciter, ſecundum Barto. primo
mõ reſpectu alicuius hæreditatis nondum
delatæ, ut qñ aliquis eſt inſtitutus ſub cõdi
tione, & mortuo teſtatore nondum uenit
conditio, & ſic pendet, & iſtud dr̃ eſſe aliqđ
ius, & ſpes iſta eſt approbata a iure, quod
patet, quia põt talis ſpes deduci in contra-
ctum l. nomina ſupra de hær. uel ac. uend.
& l. ſpem. C. de dou. Eſt. n. approbata quia
non ſperatur, ulterius in mortẽ teſtatoris,
cum iam mortuus ſit. Sed cõtra hoc oppo
nit Bar. del. nec emptio ſupra de contrah.
empt. ubi ſpes non dicitur aliqua res, & pro
batur ibi in §. aliquando poteſt contrahẽ.
empt. ſine re. ueluti &c. Et ſic ponit exem-
plum de ſpe ergo ſpes non eſt res. Dicit
Bar. ſolue per te. Tu potes ſoluere de men-
te Bal. in l. ſi ca. col. 2. C. de uſur. quod illa
ſpes

ſpes non eſt res intelligendo rem præſentem quę in contra actu deduci ſolet, ſed illa ſpes eſt quoddam quod habetur pro re ut tenet Bart. in l. ſi factum ſupra de act. emp. vbi dicit quod eſt quoddam factum, & patet, quia ita deducitur ſpes in contractu ſicut res.
263 † Secundo modo conſideratur iſtud poſſe adire, ſecundũ Bartol. quando hæreditas eſt delata, tamen non poteſt adiri propter aliquod impedimentũ, ut quia deficit aliquod ex illis nouem requiſitis ſuper numeratis in glo. & tunc dicit Bart. quod iſtud eſt aliquod ius per ſe, quod probat duabus rationibus. Primo quia præſcribitur l. licet, C. de iure delib. Secundo quia quandoque tranſmittitur iuxta not. per eum in l. uentre, infra eodem. Et poteſt eſſe exemplum in infante, qui non poteſt adire, & tamen tranſmittit ad patrem l. ſi infanti, cap. de iure delib. & ēt ex potentia ſuitatis, ut not. ibi Alex. & doct. Item in furioſo, qui trãſmittit ex potentia ſuitatis, ſecundum Ang. in l. Antiſtius, §. ult. inf. eo. & Bald. in l. potuit, in quinta quæſtione a
264 contrario ſenſu, C. eod. titul. † Iuxta hoc quærit Bar. poſt quam dixit quod iſtud eſt aliquod ius quæritur, quod ius eſt, an dicatur ſolum ius adeundi, an verè poſſit etiã dici ius deliberãdi & diſtinguit. Aut eſt impedimentum habes defectum ſcientiæ dicitur ſolum ius adeundi, non deliberandi. Aut eſt alius defectus quam ſcientiæ & tũc dicitũ ius adeundi & deliberandi. Nota igitur uerba Bar. quia multum ſingulariter loquitur, & ex uerbis ſuis collige plures no
265 tabiles & utiles concluſiones. † Prima cõcluſio colligitur ex principio huius ſecundi membri, quod hæreditas delata dicitur etiam illa quę non poteſt adiri propter aliquod impedimentum perſonæ hęredis, dummodo ſit purè relicta, ex qua concluſione habes optimam limitationem ad §. delata infra de uerbo. ſignifica. ſecundum Alex. hic Nam ibi dicitur quod hæreditas dicitur delata ex qua poſt adiri, ergo ſi non poteſt adiri, non dicitur delata intellige quando non poteſt adiri, quia non eſt mortuus teſtator, uel non eſt purificata cõditio, & ſic ex alio impedimento, quam ex
266 eo quod eſt in perſona hæredis. † Secunda concluſio eo quod tempus triginta annorum per quod præſcribitur aditio hereditatis iuxta d. l. licet, currit etiam ignoranti. delatum ſibi eſſe hęreditatem, & ſic eſt continuum & de hoc fuit dictum ſupra in prima chart. in quarta differentia.
267 † Tertia concluſio eſt quod etiã is, qui eſt impeditus adire poteſt tranſmittere ius adeundi & etiam ius deliberandi diuerſis reſpectibus, prout colligitur ex ſuprad. & in fra dicendis.
268 † Quarta concluſio eſt quod is demum tranſmittit ius deliberandi, qui ſcit hæreditatem eſſe ſibi delatam, unde ignorans, furioſus, & infans non tranſmittunt ius deliberandi, ex quo ſcientiam non habent, & ignorans deliberare non poteſt, quod nota pro intellectu l. cum antiquior b. C. de iure delib. & ibi eſt gl. notabilis in uer. qui ſciens quod annus infra quem trãſmittitur ius deliberandi, non currit niſi a die ſcientię, & deinde in antea eſt continuus.
269 † Quinta concluſio eſt, quod is qui hēt ius adeundi, non habet de neceſſitate ius deliberandi, prout eſt in ignorante, nã poteſt eſſe ius adeundi, ſine iure deliberandi, ſecus econtra, quia is qui habet ius deliberandi habet etiam de neceſſitate ius adeundi, quia ius deliberãdi non poteſt eſſe ſine iure adeundi.
270 † Contra prædicta opponit Bar. nã præſuppoſito, q̃ iſtud ius adeundi ita impeditum, ſit aliquod ius, ut ſupra, ergo deberet quęri dño per ſeruum hęreditatis ſine iuſſu l. placet inf. eod. quod eſt contra, l. ſi quis in bona. §. iuſſum inf. eo. in reſpõde declarando Bartol. q̃ uerum eſt quod iſtud ius adeundi, dr̃ aliquod ius uerum non eſt ius quęſitum, ſed ius quęrendo de futuro, vnde uerum eſt, quod quando agimus de iure quæſito, q̃ equid acquirit ſeruus, immediatè illud acquirit dño, & ita loquitur d. l. placet, ſecus eſt qñ agitur de iure quærendi, quia antequam acquiratur ſeruo, non acquiritur dño & ita dicimus in aditione hæreditatis in qua requiritur iuſſus.
271 † Habes ergo ex prędictis uerbis Bar. q̃ ille qui habet ius adeundi hęreditatem nõ dicitur habere aliquod ius quęſitum, quia nihil acquiſiuit antequam effectualiter adeat. Ex hoc uerificatur illa concluſio quę ſic habet, quod ius adeundi hæreditatẽ non dicitur eſſe in bonis noſtris. Ita tenet Bal. in c. 1. §. iniuria, col. 2. uerſi. & not. de pace iura.

ita dicitur ſubintrare gradũ patris ex perſona tamen propria. Ita notanter dicit Barto. in l. ſi auus. Cod. de libe. præte. Præterea iſta conſideratio Bart. confunditur per authen. ceſſante, & authẽ. poſt fratres, C de legi. hære. ubi patet quod etiam quando tractatur de ſucceſſione fratris, & ſic de iure ſuccedendi tranſuerſalium filius ſuccedit in locum patris, ergo ſi per hanc rationem Bart. uellemus dicere quod iſtud ius ſit ſeparatum, ſequeretur idem dicendum in iure ſuccedendi agnatorum, cuius contrarium tenuit ipſe ſuperius, per quę puto poſſe teneri contra Bart. ſaltem in uia diſputatiua, licet doct. communiter pertranſeant cum eo, maxime Soc. in d. conſilio. 252. in 11. col.

258 † Ex his quæ dicit hic Bart. inferunt hinc Pau. de Caſt. & Alex. ad q. ſtante conſuetudine uel ſtatuto quod primogenitus ſuccedat in fundo, prout eſt hodie in regno in feudis titularis habentib. dignitatem regulam, de quib. habetur per Bald. & doc. in c. 1. de feu. Marchi. & per Alex. in conſil. 7. & conſ. 5. in 5. uol. & idem in alijs feudis inferiorib. in caſu quo uiuitur iure Francorũ, ſi moritur pater feudatarius relicto filio ſecundo genito & nepote ex primogenito, quis ſuccedat in feudo filius uel nepos. Alex. hic diſtinguit, ut hic per eum hunc articulum plene examinat Soc. in d. conſilio 252. in 1. uolu. & tenet qđ nepos ex primo genito, ſuccedit patruo excluſo, quia ſubintrat locum primogeniti, hanc etiam opin. tenet Pau de Caſt. in conſi. 164. in 2. uolu. Sed And. de Iſer. tenet contrarium in c. 1. §. his uero, de gra. ſucc. in feu. & in c. 1. col. 5. de natu. ſucc. feu. ſ. qđ ſecundo genitus præferentur nepoti. Tamen primam partẽ in fauorem nepotis tenet Car. Alex. in d. c. 1. de feu. marchiæ, ubi per ſexdecim col. examinat hunc articulum plenius quã alius, & arguit ad partes, tandem concludit pro nepote. Deinde ingreditur Bartol. ſecundum membrum ſuæ diſtinctionis, ſ. de poſſe ſuccedere ex teſtamento, & dicit quod iſtud non eſt aliquod ius nec ſpes a iure approbata uiuente teſtatore, quia uiuo teſtatore non poteſt quis petere aperiri tabulas teſtamenti, & in hoc ſecundum eum procedit ſimiliter regula negatiua, non autem affirmatiua, quia uiuo teſtatore, nõ poteſt quis repudiare hæreditatem, ut in ſ. l. proxima. Adde quod in omnibus Barto. bene loquitur & communiter approbatur.

259 † Ex cuius dictis collige notabiliter quod hæres inſtitutus non poteſt uiuo teſtatore petere quod tabulæ teſtamenti aperiantur l. 2. § ſi dubitetur, inf. quemad. teſt. aperian. hinc dicit Bal. in d. §. ſi dubitetur, in 1. not. quod notarius non dẽt ædere teſtamẽtum hæredi uiuo teſtatore, nec ẽt legatario, ſed ipſi teſtari põt ædere ſi teſtator illud uult. Et hoc probatur in tex. in dicto. §. ſi dubitetur, & ſentit Bar. in l. ult. col. 3. circa fi. C. de edic. diui Adr. ol. ubi ex hoc dicit quod hæredis præſumitur teſtatoreſſe mortuus eo ipſo qđ reperitur teſtamentũ in manu quia eo uiuo illud habere nõ poteſt, & ita ẽt tenet Pet. Phi. Cor. in conſ. 85. col. 3. in 2. uol.

260 † Adde ẽt prædictis quod notarius ẽt mortuo teſtatore non tenetur ædere legatario totum teſtamentum, ſed ſolum illã particulam legati ſibi facti cum hęredis inſtitutione & ultra ſecundum Bar. in l. 2. § diẽ inf. quemad. teſt. aper.

261 † Quærit Bart. hic an ſubſtitutus pupillaris dicatur habere aliquod ius uel ſpem approbatã ſaltem mortuo teſtatore & uiuo pupillo, & dicit qđ non, per l. 1. § interdum ſup. de uulg. & pup. & dicit ut hic per eum, qua clare loquitur & bene.

262 † Capio nunc tertium membrum principale Bar. in quo conſideratur potentia adeundi reſpectu certe hæreditatis præſentis quia mortuos eſt is de cuius hæreditate agitur. Et iſtud ius adeũdi cõſideratur tripliciter, ſecundum Barto. primo mõ reſpectu alicuius hæreditatis nondum delatæ, ut qñ aliquis eſt inſtitutus ſub cõditione, & mortuo teſtatore nondum uenit conditio, & ſic pendet, & iſtud dr̃ eſſe aliqđ ius, & ſpes iſta eſt approbata a iure, quod patet, quia põt talis ſpes deduci in contractum l. nomina ſupra de hær. uel ac. uend. & l. ſpem. C. de don. Eſt n. approbata quia non ſperatur, ulterius in mortẽ teſtatoris, cum iam mortuus ſit. Sed cõtra hoc opponit Bar. del. nec emptio ſupra de contrah. empt. ubi ſpes non dicitur aliqua res, & probatur ibi in §. aliquando poteſt contrahẽ. empt. ſine re. ueluti &c. Et ſic ponit exemplum de ſpe ergo ſpes non eſt res. Dicit Bar. ſolue per te. Tu potes ſoluere de mente Bal. in l. ſi ea. col. 2. C. de uſur. quod illa

ſpes

ſpes non eſt res intelligendo rem præſentem quę in contra actu deduci ſolet, ſed illa ſpes eſt quoddam quod habetur pro re ut tenet Bart. in l. ſi factum ſupra de act. emp. vbi dicit quod eſt quoddam factum, & patet, quia ita deducitur ſpes in contractu ſi-
263 cut res. † Secundo modo conſideratur iſtud poſſe adire ſecundũ Bartol. quando hęreditas eſt delata, tamen non poteſt adiri propter aliquod impedimentũ, ut quia deficit aliquod ex illis nouem requiſitis ſuper numeratis in glo. & tunc dicit Bart. quod iſtud eſt aliquod ius per ſe, quod probat duabus rationibus. Primo quia pręteribitur l. licet, C. de iure deli. Secundo quia quandoque tranſmittitur iuxta not. per eum in l. uentre, infra eodem. Et poteſt eſſe exemplum in infante, qui non poteſt adire, & tamen tranſmittit ad patrem l. ſi infanti, cap. de iure delib. & ẽt ex potentia ſuitatis, ut not. ibi *Alex.* & doct. Item in furioſo, qui trãſmittit ex potentia ſuitatis, ſecundum Ang. in l. Aurbiſtius, §. ult. inf. eo. & Bald. in l. potuit, in quinta quæſtione a
264 contrario ſenſu, C. eod. titul. † Iuxta hoc quærit *Bar.* poſtquam dixit quod iſtud eſt aliquod ius quæritur, quod ius eſt, an dicatur ſolum ius adeundi, an verè poſſit etiã dici ius deliberãdi & diſtinguit. Aut eſt impedimentum habes defectum ſcientiæ dicitur ſolum ius adeundi, non deliberandi. Aut eſt alius defectus quam ſcientiæ & tũc dicitũ ius adeundi & deliberandi. Nota igitur uerba *Bar.* quia multum ſingulariter loquitur, & ex uerbis ſuis collige plures no-
265 tabiles & utiles concluſiones. † Prima cõcluſio colligitur ex principio huius ſecundi membri, quod hæreditas delata dicitur etiam illa quę non poteſt adiri propter aliquod impedimentum perſonæ hęredis, dummodo ſit purè relicta, ex qua concluſione habes optimam limitationem ad l. delata infra de uerbo. ſignifica. ſecundum Alex. hic Nam ibi dicitur quod hæreditas dicitur delata ea qua poſt adiri, ergo ſi non poteſt adiri, non dicitur delata intelligē quando non poteſt adiri, quia non eſt mortuus teſtator, uel non eſt purificata cõditio, & ſic ex alio impedimento, quam ex
266 eo quod eſt in perſona hæredis. † Secunda concluſio eo quod tempus trigĩta annorum per quod præſcribitur aditio hereditatis iuxta d. l. licet, currit etiam ignoranti. delatum ſibi eſſe hęreditatem, & ſic eſt continuum & de hoc fuit dictum ſupra in prima chart. in quarta differentia.

207 † Tertia concluſio eſt quod etiã is, qui eſt impeditus adire poteſt tranſmittere iuſ adeundi & etiam ius deliberandi diuerſis reſpectibus, prout colligitur ex ſuprad. ctis & infra dicendis.

298 † Quarta concluſio eſt quod is demum tranſmittit ius deliberandi, qui ſcit hæreditatem eſſe ſibi delatam, unde ignorans, furioſus, & infans non tranſmittunt ius deliberandi, ex quo ſcientiam non habent, & ignorans deliberare non poteſt, quod nota pro intellectu l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & ibi eſt gl. notabilis in uer. qui ſciens quod annus infra quem trãſmittitur ius deliberandi, non currit niſi a die ſcientię, & deinde in antea eſt continuus.

269 † Quinta concluſio eſt, quod is qui hẽt ius adeundi, non habet de neceſſitate ius deliberandi, prout eſt in ignorante, nã poteſt eſſe ius adeundi, ſine iure deliberandi, ſecus econtra, quia is qui habet ius deliberandi habet etiam de neceſſitate ius adeundi, quia ius deliberãdi non poteſt eſſe ſine iure adeundi.

270 † Contra prædicta opponit *Bar.* nã præſuppoſito, ꝙ iſtud ius adeundi ita impeditum, ſit aliquod ius, ut ſupra, ergo deberet quæri dño per ſeruum hęreditatis ſine iuſſu l. placet inf. eod. quod eſt contra, l. ſi quis in bona, §. iuſſum inf. eo. in reſpõde declarando Bartol. ꝙ uerum eſt quod iſtud ius adeundi, dr̃ aliquod ius uerum non eſt ius quęſitum, ſed ius quęrendo de futuro. vnde uerum eſt, quod quando agimus de iure quæſito, quicquid acquirit ſeruus, immediatè illud acquirit dño, & ita loquitur d. l. placet, ſecus eſt qñ agitur de iure quærendi, quia antequam acquiratur ſeruo, non acquiritur dño & ita dicimus in aditione hæreditatis in qua requiritur iuſſus.

271 † Habes ergo ex prędictis uerbis *Bar.* ꝙ ille qui habet ius adeundi hęreditatem nõ dicitur habere aliquod ius quęſitum, quia nihil acquiſiuit antequam effectualiter adeat. Ex hoc uerificatur illa concluſio quę ſe habet, quod ius adeundi hæreditatẽ non dicitur eſſe in bonis noſtris. Ita tenet Bal. in c. 1. §. iniuria, col. 2. uerſi. & not. de pace iura.

iura firm. & Petr. Phil. Corn. in conſilio 11. colum. 1. & conſil. 206. col. 8. in fin. in 3. uolum. & in conſil. 229. col. 2. in fi. & conſil. 254. in princ. in 4. uolum. in quibus locis etiam habetur quod ius adeundi non poteſt cedi, nec transferri in alium, & pro hoc eſt tex. in l. precia rerum infra ad l. Fal. Ad propoſitum ſecundum Barto. in iſto iure adeundi prædictis duobus modis conſiderato procedit regula negatiua, quia is qui non habet tale ius, non poteſt illud repudiare, ſed affirmatiua non procedit, quia is qui habet tale ius ita impeditum, ut ſupra non poteſt illud repudiare, ut ſupra eo. l. proxima, & l. is qui hæres. Et cum Bar. trā
272 ſeunt hic communiter doct. † Tertio modo conſideratur iſta potentia adeundi libere & ſine aliquo impedimento, & iſtud appellatur ius adeundi, & deliberandi ſimul ſecundum Barto. & in iſto ultimo caſu procedit regula negatiua & affirmatiua tradita in hac. & ſic per prædicta habes plenam declarationem ad iſtam l. ad ſciendum quando procedit regula tradita in ea, & hæc iunge cum ſummario poſito hic per Bart. ubi dixit, quod qui habet ius adeundi principaliter & per ſe non impeditum ad ſui utilitatem, is repudiare poteſt. Nam omnia iſta uerba ſunt addenda in expoſitione huius l. quia omnia important iuris miniſterium
273 † Expeditus de theorica huius l. Bart. hic reducit eam ad practicam. Et quærit primo quia unum de requiſitis eſt, quod iſte qui uult adire ſit homo liber, qualiter probatur quod quis ſit liber, & dicit quod præſumitur quod ſit liber ſi eſt in quaſi poſſ. libertatis alias ſecus unde dicenti, tunc eum ſeruũ eſſe incumbit onus probandi, & ratio eſt licet ipſe non dicat, quia quilibet præſumitur eſſe talis qualem natura ſolet producere, niſi cõtrarium probetur l. nec codicillos & ibi Bal. C. de codicil. quia ergo natura unumquenque hominem procreat liberum, nam omnes homines ſunt liberi de iure naturali. §. ius autem, inſtit. de iure natura. & inſt. de libertis. §. 1. Ideo quilibet liber præſumitur niſi contrarium probetur.
274 † Ex dictis Bar. hic colligitur notabilẽ cõcluſionem, quæ eſt quod talis, quis præſumitur qualis in poſſeſſione reperitur, unde reſultat illud dictum, qualem te inueuero, talem te tenebo l. moueor. & ibi Bald. C. ſi ſer. expor. ueneat l. circa, ſupra de prob. Si enim quis reperitur in poſſ. libertatis præſumitur liber, alias præſumitur ſeruus, & dicenti contrarium incumbit onus probãdi.
275 † Et per hoc nota magnum effectum, & commodum poſſeſſionis, quia licet alias incumberet alicui onus probandi aliquid, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, iuxta nota. per Bart. in l. hoc iure. infra de verbo oblig. Si tamen reperitur in poſſ. rei uel iuris de quo litigatur habet pſumptionem pro ſe, adeo quod transfundit onus probandi contrarium in aduerſarium. Ita probatur ex dictis Bart. hic, & tenet idem Bar. multum notanter in l. 1. §. non autem infra de bo. poſſ. ſecundum tabu. & Iaſ. in rub C. qui admit. col. 3. pro hoc eſt tex. in cap. fin. a ſede. de preben. lib. 6. hinc eſt quod licet alias quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius debeat ab eo probari, ut not. Bart. in l. non ſolum. §. ſed ut probari. infra de oper. nou nũcia. tamen fallit quã do ille reperitur in poſſeſſione. Ita dici Ba. in dicto. §. non autem. Quod potes inducere ad multa quibus adde tex. & ibi And. de Iſer. & Alua. in c. 1. in prin. & §. ſi de feu. fue. contro. & Socin. in conſi. 180. col. 2. in fi. & ſequen. in 2. uolum. & inſt. de inter. §. commodum.
276 † De filiofamilias dici Bartol. quod probatur eodem modo quaſi uelit dicere, q ſi reperitur in poſſeſſione patriæ poteſtatis præſumitur in poteſtate, alias præſumitur ſui iuris, ſecundum gl. & Barto. in l. Titia. ſupra ſolu. matr. & habetur in d. l. circa ſu
277 pra de proba. † Adde quod in hoc Bart. ita ſimpliciter loquendo male loquitur, & eius dictũ cõmuniter reprobatur in eo, quod ſentit quod ſi filius repertur in poſſ. ſui iuris præſumatur emancipatus, nam in contrarium tenet Petr. Bar. & Alexa. in d. l. Titia. & Iaſ. in l. ſi emancipati colum. 2. C. de collat. & ratio eſt, quia primæuus ſtatus hominis repugnat huic præſumptioni, nã de iure ſemper filius præſumitur in poteſtate patris, niſi probat ſe emãcipatũ, ut ex te. in dicta l. ſi emancipati. & ibi not. Alexa. &
278 cõmuniter moder. † Hoc tamen limita niſi filius habitaſſet ſeorſum a patre per decem annos gerendo ſe pro emancipato, q a ex hoc præſumitur quod ſi emancipatus, niſi contrarium probetur. Ita tenet Bald. in l.

C. ſi

C.ſi aduer.rem ind.q. in l.poſt mortem,in
fi.ſupra de adop.& Alex.in conſi.ult.col.6
in 4.uol.& Iaſ.in d.l.ſi emancipati. col.2.
& ex hoc dico poſſe ſaluari dictum Barto.
nam Bar.hic,& in d.l. Titia dicit quod p̄-
ſumatur ſui iuri eo ipſo quod reperitur in
tali poſſeſſione,quæ poſſeſſio tunc induci
tur quando filius pro 10.annos ſtetit ſepa
ratus a patre,& ita ſaluari poteſt. Circa ter
tium requiſitum ſcilicet, quod debet eſſe
compos mentis poni.tunc Bartol.qualiter
iſtud probetur,quod plene tetigit ſupra.in
gl.& ad ibi dicta me remitto.
279 † De quarto requiſito quod non debet
eſſe maior 25.ann.qualiter iſtud probetur
Bar.ſe remittit ad not.per eum in l.de æta-
te.ſupra de min.ubi plene tractat hanc ma-
teriam. & ibi poteris uidere.unum tamen
ſcias pro regula huius materiæ quod regu
lariter quis non præſumitur maior, neque
minor,vnde ſemper ætas debet probari p̄
eum qui ſe fundat in ea,Nam ille qui alle-
gat minorem ætatem ad fundandam ſuā
intentionem debet eam probare & eodem
modo; qui ſe fundat ſuper maiori ætate.
Caſus eſt in l.cum te.& ibi Bar.& Bald. C.
de proba.& in l ſi minorem. & ibi Barto.
Bald.& Franc.de Aret.C.de integ.reſtit.&
Bar.in d.l.de ætate ubi dicit poſſe adiri iu
dicem,vt ex aſpectu iudicet, & ille in quē
iudex ex aſpectu transfundit onus probā
280 di probare debet.† De quinto requiſito,
ſcilicet quod ſciat teſtatorem eſſe mortuū.
Qualiter hoc probetur ſcilicet, mors dixi
plene ſupra,in gl. Collige tñ ex dictis Bar.
hic,quod non requiritur uera ſcientia per
ſe ſum corporis de morte teſtatoris,ſed ſuf
ficit quod ita vehementer opinetur ad hoc
281 ut adire poſſit.† Secundo collige quod il
le qui confitetur ſe feciſſe aliquem actum
ut hæres Titii,per hoc cenſetur fateri Ti-
tium eſſe mortuum,ſe ſcire mortem eius.
Et ex hac confeſſione poteſt conueniri ab
omnibus creditoribus hæreditariis, licet
cū uno tantum creditore confeſſus fuerit.
282 † Tertio.collige intellectum ad l.ult. ſu-
pra ad inter.ac.inquantum ibi habetur ſi
litigans confitetur ſe hæredem, talis con-
feſſio præiudicat ſibi ſolum quo ad illum
cum quo litigat ,non autem quo ad alios
creditores hæreditarios, nam illud intelli-
gitur in eo qui nō poterat eſſe hæres nam
tunc confeſſio præiudicat ſibi quo ad liti
gantem tantum non autem quo ad alios
283 alias ſecus.† Quarto,inquātum Bar.exa
minat hic qualiter probabitur iſta ſcientia
Tu pro habenda plena notitia iſtius ma-
teriæ & pro eius declaratione facias regu-
lam cum exceptionib. & regula eſt q̄d in
dubio ſemper præſumitur ignorantia fa-
cti alieni niſi probetur ſcientia,l.uerius ſu
pra.de probat.& no Car.in cle 1.in 7.q.de
conſan.& affi.& Bal.in l.quicunque.col.1.
C.de ſer.fug.& eſt tex.in c.præſumitur.de
reg.iuris lib.6.& not.Pet.Phil.Cor.in con
ſil.26.col.fi.in 2.uolu.hinc dicimus quod
ignorantia in facto alieno eſt tolerabilis,l.
ult.infra pro ſuo.& habetur in l.qui in al-
terius infra de reg. iur. ex quod a iure præ
ſumitur ut ſupra & not Bar.in l.ſi cui. §.1.
284 infra.de accu. † Ad le tamen quod licet
præſumatur ignorantia,debet tamen pro-
poni & allegari per eum qui ſe fundat in ea
alias non prodeſt ſibi tali præſumptio.Ita
not. Bal.in d.l quicunque.colū.1 & Iaſ.in
l.cum quid,col.pe.ſupra ſi cer.pe.per text.
in l.ſi adulterium cum inceſtu.§. idē pol-
lioni infra.de adul.Et de hac materia dixi
plene ſupra.in 8.char.in fin.ver. unum iſt
285 &c.† Et poteſt eſſe ratio quare potius p̄-
ſumatur ignorantia quam ſcientia, quia
ignorantia eſt actus priuatiuus habet ne-
gatiuam annexam,quæ negatiua eſt de iu-
re improbabilis,l.actor,C.de prob.ſed ſciē
tia quæ ponit & affirmat, merita probari
286 debet,l.et qui dicit ſupra de proba.† Iſta
regulam limita primo non procedere in fa
cto propria quia ignorantia facti proprii
non eſt tolerabilis,nec de iure præſumitur,
l.quanquam & ibi not.ſupra ad Vell.et in
cap.ab excommunicato de reſcrip. et Pet.
Phil.Corn.in conſil.42.in principio unde
tunc potius præſumitur ſcientia per prædi
287 cta.† Hoc tamen limita non procedere
quando quis eſſet enormiter læſus et ultra
dimidiam iuſti pretii, quia tunc etiam in
facto proprio præſumitur ignorantia. Ita
tenet Barto.in l.quiſquis. C.de reſcind.et
Petrus Philip.Corn.in conſilio 140.colū.
288 ultim.in 3.volum.† Secundo limita non
procedere in actibus morientium, quia
ibi præſumitur ignorantia etiam in facto
proprio.Ita not.Barto.in authen.ſed cum
teſtator.C.ad l. Fal.et Aug.i §.illud quoq;

m.

in authen. de tri. & ſemiſſ. & ita intelligitur tex. in §. in fraudem, inſti. ex quib. cau. ma. non licet, ibi, ſæpe n. &c. Et eſt ratio, quia humana fragilitas motus cogitatione tur bata non præſumitur eam ſcientiam habe re, l. hac conſultiſſima. §. at cum humana,
289 C. qui teſt. fac poſſ. † Tertio, limita non procedere quando factum proprium eſſet, ualet antiquum, nam tunc non præſumit ſcientia in facto proprio ſed potius ignorã tia & obliuio. Ita tenet Petr. Phil. Corn. in conſ. 56. col. 1. in fi. in 3. volum. & Bar. in l. ſi quis delegauerit. infra. de noua. & Barto. in l. ſi res obligata, 1. de leg. 1. & Dy. in ca.
290 præſumitur. de reg. iur. lib. 6. † Quartò, li mita niſi factum proprium eſſet ualde intricatum & obſcurum ad eo quod de facili non poteſt memoria retineri, nam tunc præſumitur ignorantia, ſecundum Bart. in d. l. ſi quis delegauerit. in fi. per l. emptor. §. Lucius ſupra de pac. & l. fideicommiſſum
291 infra de confeſſ. † Quintò, limita niſi q. s eſſet in multis negotiis intricatum, quia pro pter multiplicitatem factorum, & negotio rum præſumitur ignorantia etiam in facto proprio ſecundum Bar. in l. quod iuſſit, in fi. infra. de reg. iur. Hinc eſt quod ſi eſt aliquis homo diues qui exercet multa negotia, & habet bona in diuerſis locis aut regionibus præſumitur ignorare factũ proprium. Ita no. Bart. in authẽ ſed cum teſtator, C. ad l. Falc. & Bal. in l. 2. in 6. C. de re.
292 ſcin. ven. † Sexto, fallit quando quis tractat de damno uitando, nam tunc præſumitur ignorantia etiam in facto proprio l. ſed ſi me putem. & ibi Barto. & l. cum is in princ. & ibi gl. & Bart. ſupra. de cond. inde. & Bart. in l. cum de indebito ſupra. de proba. de quo uide Bar. in l. qui fundum, §. ſer
293 uus meus infra pro emptore. † Secundo, principaliter limita regulam prædictam non procedere, qñ factum alienum tendit ad commodum alterius, nam ille ad cuius commodum tendit præſumitur illud ſcire etiam ſi eſſet abſens, text. eſt & ibi Car. in cle. 1. § fi. de conceſſio præben.
294 † Tertio, principaliter limita niſi ſit facta denuntiatio ad domum eius qui ignorantiã prætendit, quia ſcire præſumit. Quilibet n. præſumit ſcire id qđ eſt ſibi denuntiatum in domo ſua gl. eſt. & ibi Bal. in l. ſi tutor petitus, C. de pet. tuto. & Ial. in §. ſed iſte colum. 18. inſtit. de action.
295 † Quartò, limita niſi de eo quo prætenditur ignorantia eſſet publica vox & fama vel eſſet notorium in illa ciuitate in qua ẽ ille, qui ignorantiam prætendit, nam per hoc non præſumitur ignorantia ſed potius ſcientia inter ciues illius ciuitatis, ita tenet Barto. hic & in l. quidam, §. ult. ſupra de admitt. tu. & Alex. in conſ. 56. col. 1. uer. fortius in 1. uol & in conſ. 103. col. 2. in 2. vol. qui incipit, Viſo & diſcuſſo. &c. & Bal. in l. quicunque. col. 1. C. de ſer. fug. & glo. & doc. in d. l. ſi tutor petitus. & Barto. in l. ſi cui. §. 1. infra. de accu. & idem Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres in 3. q. infra. de uerb. obl. ubi dicit eadem verba quæ dicit hic.
296 † Quinto, limita niſi ille qui ignorantiã prætendit, eſſet conſanguineus eius de cuius facto quæritur, quia ratione conſanguinitatis præſumitur ſcire facta conſanguinei ſui. l. octaui infra. unde cog. & l. de tutela. C. de integ. reſtit. & tenet Barto. hic & Bal. in d. l. quicunque, col. 1. & Alexa. in l. Titius. §. 1. ſupra de lib. poſthu. & Alex. in conſ. 10. colum. 2. in uerſi. pro hoc &c. in
297 3. volum. † Quod tamen reſtringe, & intellige procedere in his quæ uerſimiliter, & communiter conſanguineus ſcire ſolet, vt eſt circa materiam conſanguinitatis & proceſſum naturæ, ſecus eſt in aliis factis conſanguinei, quia ita cadit ignorantia in conſanguineo ſicut in quolibet extraneo. Ita tenet Bal. & Alex. in l. quoniam ſororẽ, C. de iure delib. & Alex. in conſ. 71. colum. 3. in 1. uolu. & Alex. in d. l. Titius. §. 3. & vide aliquid de prædictis per. in l. qui duos. in princ. colum. pen. circa fi. infra. de reb.
298 dub. † Sexto, limita niſi is, qui ignorantiam prætendit, eſſe uicinis eius de facto cuius quæritur, quia uicinus præſumitur ſcire facta uicini. Ita dicit Barto. hic & in d. l. ſi cui, §. 1. pro hoc eſt tex. in l. ſi ita. §. fi. infra. de fun. inſtru. & in ca. quoſdam. & ibi Abb. de præſump. & in l. ſi uicinis, C. de nup. & in l. filium ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & no. Bar. in l. 1. col. 3. ſupra ſi
299 cer. pe. † Quod tamen limita non procedere in illis actib. qui uerſimiliter ſciri ſolent per vicinos, ut quando ſumus in actibus ſucceſſiuis, ſecus autem in momentaneis, quia non pſumit eos ſcire vicinus, vt ſi in domo vicini ſit celebratus aliqs contractus,

ftur, vel aliquis actus qui momento expeditur. Ita no. Alex. in l. 1. in 4. & 5. col. ſup. ſi cert. pet. eodem modo quando ſumus in actibus, qui veriſimiliter ſolent committi in occulto, nam illum non præſumitur ſcire uicinus. Ita notanter tenet Bald. in l. 1. in fin. C. de colla. de reg. ut ſi cõmittatur aliquod ſtuprum uel adulterium. Idem tenet Alexand. in conſil. 71. colum. 3. in primo uolumi. & in conſil. 50. circa fina. columm. in 5. volum. & Alex. in dict. l. Titius. §. primo. Et circa hanc materiam adde ꝙ quanto uicinior eſt quis, tanto ſubtilius ꝓæſumitur ſcire facta uicini, ſecundum Abb. in
300 c. quoſdam de præſum. † Quis autem dicatur uicinus, uide notanter Bald. in leg. ſi tertius infra de aqua pluuia ar. ubi dicit, quod uicinus dicitur ille qui diſtat per tantum ſpacium per quantum uox unius hominis clamantis audire poteſt. Idem etiam tenet Abb. in d. capit. quoſdam, ubi hoc intelligit in uicino reſpectu eiuſdem loci & uicinitæ, ſecus in uicino diuerſi loci uel ciuitatis, nam ille cenſetur uicinus qui nõ mul
301 tum diſtat a ciuitate, ut ibi per eum. † Et propter hanc præſumptam ſcientiam uicini præſumit lex quod dãnum commiſſum in aliquo loco cenſetur illatum a uicinis, niſi aliud probetur. Ita dicit Bar. in l. ſi ita, §. ſi per illum text. infra, de fun. & inſt. & l. dominus horreorum, & ibi Bar. ſupra loca. & Bal. in l. quæ fortuitis, col prima, in fi. C. de pign. ac. ubi dicit quod incendium domui præſumitur immiſſum ab ibi habitãtib. de qua materia uide plene Alex. in conſil. 50. in 1. uol. & conſi. 120. in 2. uol. & habetur in deciſ. 56. conſi. Neap. Item quod furtum præſumatur factum a uicino adeo ꝙ facit indicium tenet Bar. in l. ult. colu. 2.
302 infra de q. † Et eodem modo ſi reperitur aliquis homo occiſus præſumitur interfectus ab eo qui plurimum locum illum frequentabat ita tenet Alex. in d. l. ult. in add. ad Bar. quę incipit. Quid ſi reperitur &c. & Alex. in d. conſ. 50. col. 3. in 1. uolu faciunt no. per Iaſonem in l. rogaſti, §. ſi tibi, col. fi.
303 ſupra ſi cert. per. † Hoc tamen limita multum ſingulariter ſecundum Bal. in l. prima, col. fin. C. loca procedere in uicino qui eſt male conditionis & famæ ſecus ſi eſſet hõ bonæ famæ & uitæ, quia non præſumitur damnum commiſiſſe. Ita etiã in ſimil tenet Ang. in verſi. fama publica, colu. 6. in
304 tract. maleficiorum. † Item inquantum ſupra dixi quod uicinus non præſumitur ſcire actum momentaneum commiſſum in uicina limita niſi probaretur quod de illo actu eſſet in illa uicina publica uox & fama, quia præſumitur tunc ſcire uicinus ſm Barto. hic idem quando probaretur ꝙ de hoc erat fama in illa ciuitate, præſumitur ſcire eo ipſo quod probetur quod erat ciuis, ſecundum Bar. hic. Quod tamẽ limita non procedere in nouo ciue qui nouiter aduentauit in ciuitate, nam in eo ceſſat talis præſumptio ſcientiæ, ita dicit Alex. hic in 4. col. & Bald. in l. data ope. colum. 7. C. qui accu non poſſ. per text. in leg. qui cum uno. §. ult. & in l. qui commeatus. §. ult. in-
305 fra, de re mili. † Prædicta uero quod conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei, & uicini, limita etiam ſecundũ Bar. hic non procedere quando conſanguineus uel uicinus fuiſſet abſens ab illo loco uel ciuitate in qua ſtabat conſanguineus. Ita etiam tenet Alexan. hic, pro hoc eſt text. & ibi per Abb. in capitul. cum in tua. ex qui. ma. accuſ. poſſ. Quod tamẽ intellige ſecundum Lud. Rom. & Alexand. hic, niſi modicum diſtaret ab illo loco, quia tunc ſcire præſumitur, & modica diſtantia non attenditur, per text. in d. cap. cum in tua, & in l. præſens ſupra, de proc & in cap. quoſdam,
306 de præſum † Secundo, limita niſi conſanguineus uel uicinus eſſet infirmus, quia propter infirmitatem præſumitur ignorare facta conſanguinei uel uicini. Ita dicit Bar. hic & eſt tex. in d. ca. cũ in tua, qđ tamẽ intelligo ſecundum Roſ. & Alex. hic ſi eſſet magna infirmitas, ſecus ſi eſſet leuis infirmitas, quia habetur pro non infirmitate, l. quæſitum, & ibi no infra de re iud. & l. prima §. proinde, & l. ob quæ uitia. §. fin. ſupra
307 de ædil. edi † Tertio, limita niſi conſanguineus uel ciuinus eſſet puer uel infans, quia ratione ætatis præſumitur ignorare ut d. ca. cum in tua, & ibi per Abb. & not. glo. in cap præſumitur, de reg. iur. lib. 6. & pari ratione infere idem eſſe in furioſo. Ex quo nullum habet ſenſum, & infanti æquiparatur leg. in negotijs infra de reg. iuris.
308 † Quarto limita niſi conſanguineus, uel uicinus eſſet excommunicatus, quia præſumitur ignorante ſecundum Abb. ind. cap.

cum in tua, colum. 1. Et poteſt eſſe ratio,
quia excommunicatus æquiparatur mor-
tuo. ſecundum Inn. in cap. grauem de ſen-
ten. excommunica. Item ex quo nullus cũ
eo participat, non poteſt intelligere quod
309 agitur. Septimo, principaliter limita re-
gulam prædictam procedere, niſi is qui
ignorantiam prætendit interfuiſſet nego-
cio quod aſſerit ignorare quia tunc ratio-
ne ſuæ præſentiæ ſcire præſumitur. Ita no.
gl. Bar. & Bal. in d. l. ſi tutor petitus. C. de pe
310 ti. tut. † Octauo, principaliter limita non
procedere in eo qui aſſiduè, & ut plurimũ
ſolebat eſſe & ſtare cum eo cuius factum
ignorare prætendit, quia ratione aſſiduæ
conuerſationis, & amicitiæ præſumitur ſci
re actum illius, ſicut dicimus in uicino, &
canſanguineo, ita notanter tenet Bald. &
ibi etiam Imo. in l. quotiens in prin. ſupra.
de hær. inſt. & Bald. in l. 1. in primam fin.
311 col. C. de cad. toll. † Nono limita in eo
qui ex iuris diſpoſitione tenetur ſcire nam
præſumitur ſcire, & non excuſatur allegãs
ignorãtiam l. 1. C. de fal. mon. & tenet Bal.
in d. l. prima, ſi tutor petitus, & ratio eſt, quia
ſcrice, & ſcire debere ſunt patria. Ita not.
Bal. in l. quicunque, colu. 1. C. de ſer. fug. &
Fran. de Aret. in l. filium emancipatum, in
fi. infra eo. & Car. in cle. 1. § fin. colum. de
conceſſ. præb. & Pariſ. in tractat. fin. in uer.
familiaris, & Alua. in cap. vaſallus ſi feudũ,
col. 1. de feu. fue. cõtro. Pro hoc facit quod
dicimus de ignorantia iuris quæ neminem
excuſat, ut habetur in l. iuris ignorãtia. C.
qui admit. & eſt ratio quia quilibet tene-
tur ſcire leges ſacratiſſimas. C. de legi. & p
pterea quilibet præſumitur eas ſcire, quia
312 ſcire tenetur. † Decimo, limita non pro-
cedere in ignorantia affectata, nam licet in
dubio præſumatur quis ignorare facta alie
na. ut ſupra, & d. cap. præſumitur. Si tamen
cum ſcire potuiſſet de facili, nõ curauit, &
affectauit ignorantiam, quia forte receſſit
ne poſſet ſcire, vel alio modo procurauit
ignorantiam non excuſatur, imo ſcire præ
ſumitur, & talis affectata ignorantia habe-
tur pro ſcientia. Ita expreſſe tenet Cardin.
in clem. 1. in 7. quæſt. de conſan. & affinit.
per ea quæ habentur in cap. apoſtolicæ de
clem. excommun. & ibi per Abb. ubi iſtud
generaliter extenditur ad omnem ignoran
tiam craſſam & ſupinam quia talis ignora
tia neminem excuſat, immo habetur prõ
ſcientia, ſecundum Abb. ibi, & ibi ponit
quando dicatur ignorantia craſſa, & quan
do ſupina, & not. Bald. in leg. prima, in
prin. colum. 1. C. de cadu. tollen. Ad prædi-
cta autem de ignorãtia affectata facit tex.
in l. tria onera, ſupra de exce tu. & not. ple-
nè Iaſ. in l. ſi uero, col. 2. & 3. ſupra quia ſa-
tiſ. cog. & de ignorantia ſupina eſt gloſ. in
313 ca. innotuit de elect. † Vndecimo, limita
non procedere in eo qui percuntatus eſt
factum alienum, quia præſumitur ſcire l.
non eſt ferendus ſupra de tranſ. & no. Bald.
in d. l. tutor petitus, C. de peti. tut. Idem eſt
eo qui percunctare & inquirere tenebatur
forte ex ratione officij, quia ſcire præſumi
tur, & non auditur, allegando ignorãtiam,
niſi illam probet. Ita. no. Abb. in d. c. inno-
tuit col. 3. & fi. & de elem. & Lud. Ro. con-
ſil. 481. colum. 2. & poteſt eſſe exemplum
quando epiſcopus contulit beneficium in
digno, nam non poteſt ſe excuſare, quod
neſciebat illum eſſe indignũ ex quo iſtud
inquirere tenebatur, et ſic de ſimili. Nõ. n.
poteſt paſtor excuſare quod neſcit lupum
comediſſe ouem, ubi dicit Abb. cui adde
non ſufficit,ſed debet probari legalitas ſecundum quod habetur in l.1.in fin.& l.ſeq. infra de alien.iud.mu.cauſa fac. ſecundum Bar.hic in fi.ſ. probando quod perſona procuratoris eſt durior, vt quia eſt aliquis cauilloſus,& improbus, vel eſt homo multũ potens, qui poſſet vexare aduerſarium ut ibi habetur, perſona uero domini eſt legalior,ideſt magis puta & veridica, minus potens,& non cauilloſa, & hæc ſunt probanda de mente Bar.hic.

83 † Et ex prædictis infertur, quod ſi actor producit articulos in cauſa ſuper quib. intendit examinari facere principalem procurator vero rei ſimplex dicit. Ego uolo reſpondere ſuper poſitionibus,quia ſcio factum ſicut dominus,& volo deponere, ut principalis ſed actor dicit quod uolo reum vt principalem,& legaliorem & non procuratorem,poteſt hoc actor dicere, quia procurator non poteſt inuito aduerſario reſpõdere poſitionibus,ſed debet uenire principalis tanquam legalior, & magis ſciens veritatem,ita tenet Bal.in l.1.col pen.C.de ſenten.& hoc eſt addendum ad ea quæ dixi ſupra in 3.concl.

84 † Circa illud tamen quod tetigit ſupra in præcedenti charta an iſta lex habeat locũ in procuratore ex parte actoris, vbi retuli opi. Bal.hic in 1.lectu.tenentis,quod non, pondera quod idem Bal.in 2.lect. noua huius l.in fi.videtur ſentire contrarium, dum limitat illud quod dicit Bart. hic,ſ.quod ſi procurator in rem ſuam fuit ſemel admiſſas,non poteſt vlterius opponi in proceſſu iudicis quod compareat principalis, qui eſt legalior,hoc limitat Bal.hic procedere, quando procurator intentaret utilas actiones,ſecus ſi directas nomine domini, vnde per hæc verba videtur ſentire Bald. quod hæc l.procedat in procuratore ex parte actoris. Nam hæc diſtinctio directarum & utilium non competit niſi actori quia procurator ex parte rei non habet utiles nec directas,quia ius paſſiuum non transfertur niſi volente creditore,vt Bal.in l.2.C.de pactis iſtud etiam tenet Bal.hic in 1.lectur.in 2.col.ver.quæro de ratione diuerſitatis &c. per l.uenditor ex hæreditate infra de hæreditate uel act.vend.

85 † Vltimo vt nihil intactum relinquatur ſuper hæc leg. quia in euidentialibus ſupra fuit declaratum qualiter conſtituatur procurator in rem ſuam ex parte actoris bonũ eſt ponere exemplum qualiter conſtituatur ex parte rei,& certe ex prædictis liquet, tamen pro generali intelligentia huius materiæ pono unã regulam quam ponit Bal. hic in 2.colu.in 6.intellectu huius l.ubi dicit, quod procurator in rem ſuam non fit cedendo ex parte rei fit promittendo,ſ.promittendo ſoluere creditoribus,& illud operatur promiſſio ex parte rei,quod operatur ceſſio ex parte actoris, quo ad hoc,ſ.ut poſſit dici procurator in rem ſuam,& hæc promiſſio poteſt eſſe tacita uel expreſſa,de expreſſa probatur in l.ulti.§. Titius infra de condi. indeb.& l.plane infra fam. erciſc.& l.hæreditatem cum glo. infra de donat.& leg.cum res,C.de dona.de tacita probatur in exemplo glo. in leg. Plantius infra eod. vbi ſi uendo tibi hæreditatem in qua ſunt creditores, cenſetur uendita cum onere ſatisfaciendi creditoribus, emendo enim uidetur ſtatim promittere de ſoluendo illis, & ſic dicitur procurator in rem ſuam ex parte rei. Et hæc ſuper iſta breui lege dixiſſe ſufficiat. Sit laus omnipotenti Deo maximo atque optimo, eiuſque genitrici, & omnibus Sanctis.

FINIS.

D. ROBERTI MARANTÆ VENVSINI,

SINGVLARIA, ET IVRIS NOTABILIA,

Partim per Alphabetum digeſta, & partim non.

CVM DECLARATIONIBVS AD VARIAS Leges, & Paragraphos.

Vtilia ſanè valde, & neceſſaria omnibus, principaliter tamen in vtroq; foro verſantibus, ac etiam legentibus, & ſtudentibus.

NVNC RECENS IN LVCEM EDITA.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCV.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

Digitized by Google

SINGVLARIA, ET IVRIS NOTABILIA,

Cum declarationibus ad uarias leges, & §§.

AVCTORE D. ROBERTO MARANTA.

ACTIO quando cōpetat, & quando officium iudicis, ad hoc ſciendum, dic aut verba legis dirigūtur in partes, & tunc competit actio. ut l. 2. in pri. ff. ad l. Aqui. aut diriguntur in perſonam iudicis, & tunc competit officium iudicis, l. 2. C. de eden. aut verba legis proferūtur imperſonaliter, & competit act. l. ſtatuas, ff. de acq. re. do. & de his uide Bar. in l. 1. ff. de cond. ex leg. in uer. 2. principaliter eſt uidendum.

Annus eſt duplex, ſ. naturalis, & emergens, & hoc ſecundum leges, naturalis dicitur ille, qui incipit a prima die Ianuarii, vel Septemb. ſecundum conſuetudinem locorum, emergens vero poteſt incipere quandocūque. Vnde ſi dico promitto dare tibi hoc anno, & ſumus in menſe auguſti, ille annus intelligitur de emergenti, & ſic durat vſque ad alium auguſtū, & hoc eſt utile ſcire pro libellantibus, nam ſi fuerit, quis vulneratus de menſe Octobris, & poſtea facio libellum de menſe Martii, & dico qualiter talis hoc anno fuit vulneratus, non propterea uideor dicere falſum, quia intelligitur de anno emergenti, eodem modo dicimus de menſe, ſi dico, dabo tibi hinc ad menſem, intelligitur de triginta diebus, & ſic de mēſe emergenti, & hoc uoluit *Alexa.* in l. de diuiſione, & l. diuortio §. item ſi meſſes, ff. ſol. mat.

Actus, quidam dicuntur fieri contra legem, quidam præter legem, qui fiunt contra legem, ſi dubitatur an ualeant, dic, aut lex ultra procedit adiiciēdo pænam contrafacienti, & tunc valent, tamen contrafaciens punitur, ſatis. n. eſt eum puniri, ar. l. quid ergo §. pœna grauior, ff de his qui no. infa. & hoc probatur: quia lex nō ſtetit in puris finibus prohibitionis, ut l. iubemus §. ſane. C. de ſacroſ. eccl. Si vero lex vltra non procedit, & tunc non valēt ipſo iure, l. non dubium, & ibi *Bar.* C. de legi. & l. pacta quæ contra. C. de pact. & no. *Bar.* in l. multum, ff. de verb. obl. Qui vero fiunt præter legem, ualent ſine dubio. maxime quando interuenit conſenſus partium, l. paciſci, ff. de pac. & l. quæritur §. pe. ff. de ædi. edic. & l. 1. & ibi no. C. de pac. uide tamen omnino de prædictis Imo. in c. cum contingat, in 97. colu. de iureiu. vbi plene.

Appellans a ſententia iudicis, non tenetur probare de iniquitate ſentētiæ, ſed victor tenetur probare omnia, quæ probauerat in prima cauſa, ut in aut. de his, qui ingre. ad app. §. illud quoque & ratio eſt, quia licet præſumatur pro ſententia, ut ext. de renunti. in c. in præſentia, tamē hoc non præſumitur, quando ab ea eſt appellatum, vt dicit Abb. ibi in 3. col. & idem Abb. in ca. quoniam contra, in 10. col. de proba. Sed hoc non habet locum in eo qui reclamat a laudo arbitri, petendo illud reduci ad arbitrium boni uiri, quia licet tunc etiam non præſumatur pro laudo, tamen reclamans debet probare, de iniquitate laudi, ita not. Ale. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 7. colu. ff. de verb. obl.

Applumbatio, & ferruminatio, in hoc differunt, nam applumbatio dr̄ quædam coniunctio, quæ fit per diuerſas materias vt qn̄ pannus iungitur pān̄o, cum filo, & ideo, dr̄, quia plerumq. talis coniūctio fit per plūbum, ut qn̄ lapis iungitur lapidi,

ſed ferruminatio dr̃ qñ p eaſdẽ materias, vt ferrum, cum ferro, & argẽtum, cum argẽto, l. in rẽ §. itẽ quæcunq. ff. de rei ven.

Appellans a ſententia, quæ erat ipſo iure nulla, an uideatur confirmaſſe eã, & ſic q non amplius poſſit opponere de nullitate ſententiæ, dic q ſi q̃dẽ ſententia fuit nulla tũc conſenſus deficientis, appellans ab ea videtur ipſum confirmare l. 3. §. ſi. ff. rem rat. hab. ſecundum q illum tex. intelligit Bart. in l. ſi expreſſim, in 2. opp. ff. de app. ſi uero fuit nulla ex alia quacũq cã, & tunc appellans nõ confirmat eam immo ẽt, ſi deſerit appellationem, põt dicere ſuãm nullam. Ita tenet Bar. in l. 1. C. qñ prouo. non eſt nece. & ibi ẽt Bal. in 4. col. per illum tex. in d. l. ſi expreſſim, & hoc ſi deſerit appellationem, nam pendente appellatione, nõ poteſt dicere ſententiam nullam, ſed ſi ipſe deſerit, & appellatus proſequitur, quod poteſt, ut in auth. de his qui ingrediũtur ad appellandum. §. illud quoq. tunc põt opponere, & dicere appellationem non debere admitti, quia ſententia fuit nulla, ita no. dixit Ion. in c. dilecto ext. de app. & ibi plenius uide per Abb.

Aſtringens ſe in libello, uel articulis ad aliquam qualitatem probãdam, ſi poſtea ipſa non probat, ſuccumbit, & reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii, ita dixit Bal. in l. 2. C. de prob. & Ang. in cõſi. 53. quem refert, & ſequitur And. Barb. in add. ad Ab. in c. cum cauſam, extra de prob. ubi dicit q ſiquis dixerit in libello quod mutuauit tali menſe, ſi poſtea probat de alio menſe ſuccumbit, & idẽ dicit Bal. in d. l. 2. C. de prob. adde Bar. ad pdicta, in conſi. 17. inci. accuſatio fuit inſtituta, & Ab. in c. examinata, ext. de iud. & Bar. in l. Fulcin. § cum hoc, ff. ex qb. cau. in poſ. ea. & Iaſ. in l. pe. §. docere, ff. ne qs eum qui in ius uo. & Bar. in l. diuus ff. de re iud. & Bal. in l. 1. in 10. col. C. qui acc. non poſ.

Aduocatus, qui propter dolũ fecit cauſam amitti, puta præuaricando, i. colludẽdo cum parte aduerſa, tenetur parti, & ultra hoc efficitur infamis, & punitur pœna extraordinaria, de qua in l. 1. in fin. ff. de præuaricat. de hoc eſt tex. in l. 1. & ibi gl. C. de aduo. diuer. iudicio, ubi dicitur q ſententia lata ex tali falſa aduocatione eſt nulla. De iudice uero, an & qñ teneatur de imperitia, uel de dolo, uide Bar. in q. ſua quæ incipit, iudex per impentiam, & in l. ſi. ff. de uar. & extraor. cog.

Arbitrorum tres dñr eſſe ſpecies, quidam. n. dicuntur arbitri iuris, & iſti eligũtur non de conſenſu partium, ſed potius ex quadam neceſſitate legali, ut qñ partes dicunt iudicem ſuſpectum, coguntur eligere arbitros, uel ſi ex forma ſtatuti inter affines debeat compromitti, ut no. Ab. in c. cum dilectus, in 7. col. ext. de arbi. & ab iſtorum ſententia licitum eſt appellare, ut ibi dicit Abb. & Bar. in l. ſi. C. de iud. licet alias non appelletur a ſententia arbitri, l. diem, § ſtari, & ibi Bar. ff. de arbi. ex quo iſti habent iuriſdictionem a l. in omnib. æquiparantur iudicib. delegatis, ut no. Abb. in c. ſuſpitionis, ext. de off. dele. Ex quo infertur, quod licet alias coram arbitro cõpromiſſario, nõ poſſit fieri reconuentio, ut no. Bart. in auth. & conſequenter, in fi. C. de ſent. ex quo ptãs arbitri non extenditur ad aliud quã fuerit per partes petitum, tamen hoc nõ habebit locũ in arbitro iuris per prædicta, & tertius poſſet ẽt comparere pro ſuo intereſſe, ſicut in iudicio ordinario, iuxta ea quæ habẽtur in l. Titia, ff. ſo. ma. Quidã dicuntur arbitri compromiſſarii, qui ſunt electi de uoluntate partium, & hẽnt iudicẽre de iure, & ab iſtorum ſententia, non licet appellari, d. l. diem, § ſtari, & ibi hoc dicit Bart. in l. 1. eo. tit. & iſti tales arbitri cognoſcunt ſuper lite ad inſtar iudicum, d. l. 1. ff de arbi. licet non ſit opus porrigere libellum, quia compromiſſum illud quod fit in ſcriptis, habet uim libelli, ut dñs doc in c. quinta uallis, ext. de iureiu. & in d. l. ſi. C. de iud. nec tale arbitriũ poſſet reddaci ad arbitriũ boni uiri niſi fuiſſet cõpromiſſum, quod dẽat iudicare de iure, quia tunc ſi iniuſte iudicat, reducitur ad arbitrium boni uiri, immo tunc eius ſnia eſt nulla, cũ contra ius dixerit, ut no. Ale. in d. §. ſtari, & in §. arbitrorũ l. ſi ſocietatẽ, ff. pro ſocio, in add. q̃ incipit, in hac q. C. unde illud q d. citur in §. tertio, intelligitur, qñ ſimpliciter eſſet compromiſſum

promiſſum

promiſſum, quia tunc intelligitur in dubio de arbitro tali, cuius ſententiæ ſiue iuſte ſiue iniuſte eſt ſtandum, ut not. Alex. in Addi. in hac q. &c. circa medium. Quidam dicuntur arbitratores, qui habent iudicare tantum de facto, ſ. amicabiliter, & ſecundum conſcientiam ſuam tamquam boni uiri, & ſolent iudicare ſuper contractibus, non autem ſuper lite. ut no. Bart. in d. §. arbitrorum. in uerſi. 1. quæro quæ ſit differentia, &c. ſi iniuſte arbitrantur, totum arbitramentum reducitur ad arbitrium boni uiri ſcilicet iudicis, ut d. §. arbitrorum in fi. & hoc arbitramentum habet ſimilitudinem tranſactionis, ut not. Bar. in l. ſi quis arbitratu, ff. de uerb. ob. ſi tñ arbitrator nunquam fuerit arbitratus non reducitur ad arbitrium boni uiri, & nunquam ab eius perſona receditur, ut d. l. ſi quis arbitratu, & extincta eius perſona extinguitur arbitramentum, uel eo nolente arbitrari, ut ibidem habetur. Sed ſecus eſt in ultimis uoluntatib. quia etiã ſi non fuerit arbitratus, receditur abeo, & recurritur ad arbitrium boni uiri, ut l. fi. § ſed ſi quis. C. communia de legat. & plene. per Bar. in d. l. ſi quis arbitratu. An autem poſſit cogi ferre laudum, dic aut acceptauit, & promiſit ſe uelle ferre ſententiã, & cogitur, l. 3. §. tam, & ſi. ff. de arb. aut non acceptauit nec adhuc promiſit, & non cogitur ſuſcipere nec iudicare, ut not. Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de leg. 2. & uide de his differentiis plenè per Abb. in d. ca. Quintauallis, & in d. cap. cum dilectus, in 6. col. & Iaſ. in §. omnium, in 2. col. inſtit. de actio.

Actio perſonalis ad dandum, non ſolum datur contra furem, ut l. fin. ff. uſuf. quemad. ca. ſed etiam contra prædictionem, & contra quemlibet malæfidei poſſeſſ. Ita ſingulariter uoluit gl. in §. ſic itaque, in uerſi. in rem. Inſtit. de actio. quam communiter ſequuntur doct. & maxime Alex. in l. ſiquis nec cauſam §. ſi. ff. ſi cer. pet. Ex quo ſequitur, quod non ſolum ille qui ab initio rem uiolenter, uel furtiue poſſedit, tenetur ad dandum, ſed etiam ille, qui licet ab initio fuerit in bonafide, tamen ex poſt facto ſuperuenit ſibi mala fides, ex eo quia a tempore male fidei dicitur prædo, ut l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut, & l. ſed ſi lege, §. ſi autem ff. de peti. hæred.

Appellatio debet fieri infra decem dies a die latæ ſententiæ, dummodo appellans ſciuerit ſe grauatum, alias tempus decem dierum non currit niſi a die ſcientię, ut eſt tex. no. in c. concertationi. de appel. li. 6. & no. gl. in c. ab eo. tit. & lib. 6. & Alex. in conſ. 114. 1. uol. quod teneas menti ꝑpetuo, & eſt tex. in l. ab eo. C. quomodo, & quando iud. & gl. in auth. hodie, C. de app. & ibi Bar.

Argumentum ab etimologia uocabuli quando procedat, uide Bar. in l. 2. § appellata, ff. ſi cer. pet. Tamen ad unum aduerte, quod ubicunq; diffinitio repugnat alluſioni uocabuli, nunquam eſt ualidũ argumentum ab alluſione, ut dicimus in poſſ. ita dicunt doct. in d. §. appellata.

Actio ita differt ab officio iudicis, q̃a iudicis officium nullam preſupponit obligationem, l. qui ꝑ colluſionem §. fi. ff. de actio. emp. & no. doct. & maxime Ange. de Are. in §. 1. in 3. col. inſtit. de actio. ſed actio præſupponit obligationem, ut in præallega. §. 1. in diffinitione patet, & per Bar. in l. 1. ff. de iur. om. iud.

Actio criminalis, an poſſit cum ciuili in eodem libello intentari, dic ꝙ principaliter nõ ut l. 1. C. q̃n actio ciui. crim. ꝑ iu. ſed acceſſorie ſic, ut ſi ago contra ſpoliatorem, poſſum concludere, peto illum puniri criminaliter, & imploro offm̃ iudicis, ut cogat eũ ad reſtitutionẽ poſ. ut l. quoniam Alex. C. de adult. & Bart. in d. l. 1. iux. fi. & in l. ſiquis ad ſe fundum, C. ad le. Iul. de ui. in fi. uerbis, & in l. de fundo, §. 1. ff. de pub. iudi. & tex. in d. l. interdum, §. qui furem, ff. de fur. & adde quod acceſſorie debet poni ciuilis, & non criminalis, ita not. dicit Bar. in l. 1. §. hoc edicto. in 2. col. ff. ui. bon. rap. Quid in actione iniuriarum, uide lega. quod ſenatus conſul. & l. prætor, §. ſi dicatur, ibi Bar. plene, ff. de iniur. & de pr̨dictis omnino uide pulcre Bal. in l. 1. col. 2. C de app.

Actio ex teſtamento licet ſit ſtricti iuris, quia non numeratur in § actionũ, tñ ſapit naturam boneſidei, l. in minorum, C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt nec. Quod limita procederet tm̃ in duob. caſib. ſcilicet quãtũ an fructus & uſuras, ut ue-

ueniant a tempore mortis, vt d. l. in mino rum. Item quantum ad hoc, vt ſi res lega ta ſit tradita, & aliquid deficiat ad tradẽ dum, vel eſt tradita deteriorata, non uide tur tradita, unde rurſus poteſt agi ad ito tam rem, ut l. huiuſmodi, §. ædes, ff. de lega. 1. ſicut eſt in actione bonæ fi. ut l. 1. §. ſi res .ff. de po. & l. 3. §. ſi reddita, ff. comm. in reliquis autem caſibus ſapit naturam ſtricti iuris. Ita ſingulariter uoluit Bar. in l. ſi hæres. ff. de eo quod cer. loc. de qua ma teria uide plenius Bar. in l. exhibitionis. C. ad exhi. & Bartol. in l. qui ſibi. §. 1. ff. de ſolu.

Actio l. aquiliæ datur etiã pro leuiſſi ma culpa, l. in lege la 2. ff. ad l. aquil. quod uerum intellige, ſi eſt culpa conſiſtens ĩ committendo, ſecus ſi in omittendo. l. ſi cuius, alias ſi uſufsfructus uero denique, de uſufr.

Alimenta quædam debentur officio iudicis & quædam iure actionis; quæ de bentur officio iudicis, poſſunt peti ſolũ futura, non autem præterita ut dicimus in uxore quæ infra annum a morte uiri debet ali ab hæredibus uiri ut eſt glo in l. diuortio in princip. ff. ſoluto matrimo nio, in uerſi. facto. nam ſi illo anno aliun de ſe aluerit, nõ poterit petere amplius il la alimenta. Ita dicit Bartol. in le. libertis quos, §. 1. ff. de ali. & cib. leg. ſimile dici mus in filio qui debet ali a patre officio iudicis l. ſi quis a liberis, §. ſi uel parens, ff. de libe. agno. quod ſingulariter limitat Pau. de Caſt. in dicta l. diuortio. non procedere quando uxor interpellans & hæredes uiri ut darent ſibi alimenta & ipſis negligentibus vxor mutuam pecu niam accepiſſet & ſe aluiſſet, quia tũc po teſt repetere, eodem modo dicit procede re in filio, quia ſi ex mutua pecunia acce pta ſe aluerit, poteſt creditor qui mutua uit agere contra patrem de in rem uer ſo l. fin. ff. de in rem uerſo. & eſt deciſio Matthæi 10. conſi. Neapol. quæ uero de bentur iure actionis, ut ex teſtamento uel ex contractu, poſſunt peti tam præte rita quam futura, ita plene per Bart. in di cta l. libertis quos §. primo, & Ale. in l. de alimentis, C. de tranſ. differunt tamen ali menta debita ex teſtamento ab his quæ debentur ex contractu, quia ſuper debi tis ex teſtamento non poteſt tranſigi. ra tio eſt, quia non dicuntur acquiſita indu ſtria alimentarii, unde lex præſumit teſta torem ei legaſſe cauſa egeſtatis, & ſic ne fame pereat, eſt hoc inductum, quia modi co ſibi dato remitteret, ſecus ſuper debi tis ex contractu, quia lex præſumit quod quemadmodum alimentarius ex indu ſtria ſua acquiſiuit illa quę remiſit, ita po teſt alia acquirere, unde remittit e. tranſi gere. Ita dicunt docto. maxime Alex. in dicta l. de alimentis, & eſt glo. de autho. tutor. inſtitut. & leg. ſi fundus de rebus eorum.

Adiecto in ſtipulatione non eſt obliga tus debitor, niſi quia tãtum ei ſoluere po teſt l. cum quis in prin. & l. qui ſibi. & l. ſi ſtipulatus ſim, ff. de ſolu. & l. cum qui ita §. qui ſibi, ff. de uerborum obligationib. quod limita non procedere fauore dotis. unde ſi dotans ſtipulatur dotem ſoluto matrimonio reddi ſibi aut illi mulieri cuius nomine dotem dedit, acquiritur a ctio etiam mulieri ita uoluit Barto. in l. poſt dotem, in quinta colum. ff. ſoluto matrimonio per text. in l. Gaius, eodem titulo.

Actio de dote non naſcitur conſtante matrimonio, ſed demum eo ſoluto, ut in l. ſed ſi alia in fi. & ibi glo. ff de ho dam. & l. in rebus §. omnis, C. de iure dot. & l. cum notiſſimus, §. illud, C. de præſcript. xxx. an. niſi marito uergente ad inopiã, tunc enim conſtante matrimonio naſci tur, ut l. ſi conſtante, ff. ſol. mat. & l. ubi ad huc C. de iur. dot.

Abſolutus per ſententiam, in dubio cẽ ſetur abſolutus, quia actor non probauit ita uoluit Bart. in l. 2. §. 1. col. 2. ff. ui bo. rap. & Bar. in l. Iulia. col. 2. ff. de cõd. ind.

Accuſatio falſi nõ pręſcribitur niſi ſpa tio 20. an. l. querela, & ib. glo. C. de falſ. et c. cum uenerabilis. extra de exceptio.

Appellans ſi propter paupertatem nõ potuit proſequi appellationẽ infra annũ, ipſo iure datur ſibi ſecundus fatalis, ita uoluit Inn. in c. ex ratione. de appell. quẽ ibidem refert & ſequitur Abb. & Bal. in l. acceptam in pe. col. C. de uſur.

Aſſeſſor remotus ab officio ob eius cul pam, an debeat habere ſalariũ, uide Bart. in l. mæuia, ff. de annu. leg.

Actor

Actor petens plus debito, licet poſtea probauerit de minori ſumma, & reus fuerit ad minorem ſummam condẽnatus, facit quod reus cenſeatur habuiſſe iuſtã cauſam litigandi ſuper toto debito, unde ad nulla expenſas tenetur, dictum fuit ſingulare Bar. in l. qui ſolidum in princ. ff. de leg. 2. & in l. ſtipulationes non diuiduntur in fi. uerbis, de ver. ob.

Appellatio an reſcindat ſeu extinguat in totum ſententiam, an uero ſuſpendat eam tantum uide Abb. in ca. ueniens, in fi. ext. de iureiu. & tex. & ibi Bar. in l. 1. in fi. ff. ad turpil.

Abſolutio a iuramento tunc peti poteſt, qñ quis turpiter iuramentũ accepit ita no. Abb. in c. 1. in fi. de iureiu. & tunc ita demum ſi pars aduerſa citetur, ut per eundem Abb. in d. c. 1. in pe. col. ſecus tñ eſt, quando quis petit tantum relaxationem iuramenti petendo ſe habilitari ad agendum uel excipiendũ, quia tunc non requiritur partis citatio ſecundum Old. in conſi. 120. & do. de Rota. in dec 769. in titu de relaxa. iura in antiquis, & uide Ant. de Ale. in rub. C. qui admitti. & Iaſ. in l. ne quicquam, §. ubi decretum. in 11. col. ff. de offi. procon ſ. & per hoc uide Alber. Brun. in conſi. 46.

Appellari an & qñ poſſit ab actib. extra iudicialib. vide Bar. in l. a ſententia; §. idem reſcripſerunt, ff. de appel. & Iaſ. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. in illo articulo, an a ſententia arbitri poſſit appellari, ſcias tamen unum ſingulare dictum Ange. in l. 1. ſi quis tutor, ff. quando app. ſit. Vbi dicit quod ſi aliquis immunis, eſt allibratus in extimo publico, ut ſoluat collectas, quod poteſt a tali actu appellare infra decem dies, quod ſi non fecerit, nõ auditur ultra, quaſi ille actus tranſierit in rem iudicatam & illud dictum ſequitur Alex. in conſi. 10. in 6. col. vol. 2.

Apoſtoli debent peti per appellantes inf. triginta dies a iudice a quo, & præſentari iudici ad quẽ infra alios 20. text. eſt in c. ab eo. de app. li. 6. & Spec. in titu. de app. §. ſequitur, uer. in ſumma no. ext. & currunt iſti 30. dies a tpe latæ ſententiæ l. iudicib. C. de app. & no. Bald. in l. eos §. Apoſtolos. C. eo. tit. de app. alias autem ſi infra prædictum tps non petant ut Apoſtoli, appellatio eſt deſerta, ut ſupra hanc q. examinat plene Card. in cle. quamuis, de app. hodie tñ habemus conſtit. regni appellationum tempora, quæ vult quod a die interpoſitę appellationis currant quinquaginta dies ad præſentandũ proceſſum iudici ad quem cum inſtantia, alias appellatio habetur pro deſerta.

Allegans falſas leges puniri debet de falſo. Ita no. Bar. in l. fi. ff. de falſ.

Arbiter non põt ſententiare una parte abſente, etiam ſi citata fuerit, niſi fuerit data ſibi iſta poteſtas in compromiſſo, caſus eſt in l. diem proferre, §. ſi quis litigatorum, ff. de arbi. & Bal. in l. ſi quis ex conſenſu, in 3. not. C. de epi au. & Iaſ. in l. ne quicquã §. ubi decretum, col. 12. de offic. procon ſ. & ibi Iaſ ſubdit unam aliam not. q. quod etiam ſi ſit data poteſtas arbitro ſententiandi ſeu procedendi partib. non citatis, debet partib. intimare ſeu notificare, alias actus non ualet.

Appellare permiſſum eſt ẽt die feriato, quia appellatio non eſt actus iudicialis, ita dixit Bar. in l. ſi expreſſim, in 3. col. de app. & in l. 1. § dies, ff. quando app. ſit, per tex. in l. 1. C. de feri.

Appellatione facta, & lata ſententia, ex qua oriatur actio in factum, an ex cõfirmante uel ex confirmata, dic quod ex confirmante, & ita communiter tenetur ita uoluit gl. in l. furti. §. 1. in glo. fi. ff. de his q not. infa. & Bar. in l. legitima. ff. de pac. & Bar. in l. eos, in prin. in pe. q. C. de app. & Bald. in l. ex placito, C. de rerum permut.

Auditores principum, & magnorum uirorum dicuntur habere iuriſdictionẽ ordinariam, ſecus in aſſeſſorib. quia de iure communi non habent ordinariam iuriſ. ut no. Bar. in l. præcipimus, § quod ſi a duce, C. de appel.

Appellatio qñ ſit a ſubſtituto, non poteſt fieri ad eum qui ipſum ſubſtituit ſed ad eum ad quẽ fieret ſi a principali fuiſſet iudicatum. Ita no. dixit Bar. in l. præcipimus, in prin. C. de app. & eſt tex. in l. 1. §. ab eo. ff. quis & a quo app. ſit & tex. in c. Ro. de app. in 6. & in c. nõ putamus de conſuet. li. 6. ubi plene habetur quod a Vicario nõ appellatur ad epiſcopũ. Ex quo infertur ad illud quod no. dixit Bar.

in l. nequicquam. §. vbi decretũ, in 2. col. ff. de offi. procõſ. ꝙ ſubſtitutus dr̃ habere ordinarium iuriſditionem, nõ aũt delegatam, quia alias poſſet ab eo appellari ad delegantem, ut in præallegatis locis plene habetur. Prædictis tamẽ adde, ꝙ ſubſtitutus, ſiue uicarius non põt facere alium ordinariũ, ut no. dixit Hoſtien. in c. clericos. de offic. vica. & Rota in dec. nouiſ. deciſ. 398. de offic. uica. Prædictis adde q̃ habentur inf. in uer. iudex ſubſtitutus.

Argumentum a cõtrario ſenſu dr̃ ſubauditus intellectus, gl. eſt in l. 1. C. de condi. inſer. Item appellatur coniectura, ut dicit glo. in l. apud antiquos. C. de fur. & ibi Bal. & Iaſ. in l. 1. in 11. col. & 12. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. & ibi etiam Alexa. in 11. col.

Actus geminatus ad hoc ut aliquid operetur, debet fieri per interuallum, & nõ eodem tempore, glo. eſt ſing. in l. ſi conuenerit, in uer. niſi ei ff. de pign. act. & illam gl. inducit ad multa Iaſ. in l. 1. col. 9. ff. de off. eius. Limitat tamen eam ibidẽ col. 10. procedere in geminatio actuum, ſecus qñ tractamus, an geminatio uerborũ aliquid operetur, quia tunc eodem tempore fieri poteſt, & plura inducit, & maxime l. Baliſta. ff. ad Treb. quem uide omnino.

Aduocatus in cauſa propria nõ poteſt repetere expenſas rõne uictoriæ pro ſuo patrocinio, quas feciſſet in alio aduocato. Ita no. Bar. in l. fi. C. de fruc. & li. ex p. & Barto. in l. ſi ſtipulatos. ff. de fideiuſ. & per Iaſ. in l. properan. §. ſin autem alterutra, col. 7. C. de iudi.

Abſolutio a iuramento, qñ certum eſt ꝙ dari dẽt, quilibet epiſcopus põt illam præſtare. ut no. Inn. in c. debitores. de iureiur. ſed qñ dubiũ eſt, ſolus papa de hoc cognoſcere poteſt. Ita dixit Inn. in c. uenerabilẽ. de elec. quẽ refert, ſequit loã. de Imo. in c. cũ cõtingat, in 75. col. de iurei.

Agens contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti dẽt probare de ueritate debiti, ſicut debebat probare agendo contra reũ principalẽ, ita dixit. Bar. & ibi etiam ſequitur Alex. in l. 2. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog.

Annui redditus debiti ab longum tempus numerãtur inter bona immobilia, alias numerantur inter nomina debitorũ. ita dixit Ale. in l. ſciendum, in prin. col. fi. ff. qui ſatiſ. cog. allegando Fed. de Seniſ. in conſi. 12. incip. fratres prędicatores.

Appellatio in ſcriptis non dr̃ fieri, qñ quis uiua uoce dicit, appello, & illud facit redigi in ſcriptis per magiſtrum actorũ, & ita etiam dicimus in quolibet actu. Ita dixit Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. de eden. per allegata ibi. per eum.

Argumentum de emphyteota ad feudatarium, qñ procedat uel econtra, dic ꝙ aut lex loquẽs de feudo eſt cõtra ius cõe, & tunc nõ ꝑcedit arg. ad emphyteoſim, aut eſt ſecũdũ ius cõe, & tunc procedit, ita dixit Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. mat. uide Iaſ. in l. 1. col. 14. C. de iure emph. & Bal. in c. 1. quod. an agnatus.

Affinitas ẽt per illicitũ coitũ contrahitur, ita dicit Abb. in ca. per tuas 2. col. de prob. & in c. de illo, & c. diſcretionem, de eo, qui cog. conſan. uxor. ſuæ. & hoc quo ad impediendum matrimoniũ contrahi, & Abb. in c. præterea. de ſponſa.

Abſoluere homicidam quilibet ſacerdos poteſt ſecundum Abb. in c. perpendimus 3. no. de ſent. excom.

Actus factus in carcere an ualeat, uide Inn. & Ab. in c. cum locum, in fi. de ſpõſ.

Agens ad debitum cõe pro ſe & fratre ſuo ſi frater non ratificat, ualent acta pro parte agẽtis tñ & ẽt executio ſecũdũ Bal. in l. ond. circa fi. col. C. de exe. re. iudi.

Acta curiæ debent perfici manu illius notarii, q cœpit ea ſcribere, ſecũdum Bal. in l. nec honore. C. de epi. & cle. & Rom. in conſi. 281. ubi dicit ꝙ ẽt de conſenſu partiũ nõ poſſunt ſcribi per aliũ. & dicit Ale. in conſ. 41. in prin. uol. 1. ꝙ ſcriptura diuerſarum manuum cenſetur ſuſpecta.

Beneficiũ priuilegiũ, uel reſcriptum, in hoc differunt, nã reſcriptũ dr̃ illud ꝙ conceditur ſecũdũ ius cõe, ut l. falſo. C. de diuer. reſcr. alias aũt non admitteretur, ut l. quotiẽs, & l. pe. C. de pci. Impe. offe. priuilegiũ aũt dr̃ ꝙ conceditur contra ius cõe: quia dr̃ priuata lex. & i ca. priuilegia 3. d. & licet ſit contra ius cõe, dẽt tñ intelligi ſecũdũ ius cõe, l. ſi qñ. C. de inoff. teſt. Beneficiũ dr̃, ꝙ cõceditur pter ius cõe, & ꝑ ſe cõtinere reſcriptũ, & priuilegiũ, & de his uide Bar. in l. fi. ff. de cõſt. prin. & in d. l. ſi qñ, & Bal. in l. ex relationib. C. de leg. & p Pe. de Anch. in Rub. de reſcript. in 6.

Bona

Bona vniuerſitatis, quędam dicuntur ipſius quo ad commodum, & honorem, ut ſunt molendina ciuitatis, & alia bona ipſius, & ad hæc probanda poſſunt etiam ciues eiuſdem eſſe teſtes. Quædam vero dicũtur vniuerſitatis quo ad honorẽ tantum, ſed quo ad commodum ciuium, ut ſunt paſcua, & ſiluæ; in quibus quilibet poteſt ligna incidere, & in iſtis probandis non admittuntur ciues in teſtes, quia teſtificarentur in cauſa propria l. 1. §. in propria. ff. quando app. ſit, & ſic contra legem, omnibus, Cod. de teſti. Ita uoluit Bart. in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. & Angel. in d. l. omnibus. Hoc tamen intelligas, quando gratis ipſi ciues haberent iſta paſcua, & ſiluas, ſecus ſi tenerentur aliquid pro hoc ſoluere vniuerſitatis, uel datium ſeu gabellã pro his rebus, quia tunc bene admittuntur in teſtes etiam in his bonis. Ita ſingulariter uoluit Alex. in conſil. 99. quinto uol. col. 3. quod eſt not. quod etiam tangũt Doct. & maxime Bald. in l. parentes, C. de teſtibus, & Abb. in cap. inſuper, extra de teſti. Cap. dec. 152. Sacr. Conſ. nu. 4. & 6.

Bannitus perdit omnia iura ciuitatis ſuę, ita uoluit Bar. in l. cum mulier, ff ſol. mat. per tex. in l. amiſſione. §. qui deficiunt, ff. de cap. di. Quod limitat ſingulariter Bal. in d. l. cum mulier, quem refert ibi Alex. nõ habere locum in iuribus inductis pro publica utilitate. Vnde ſi ſtatutum dat præmium accipienti bannitum, illud pręmium etiam datur vni bannito accipienti alium bannitum, ar. tex. in leg. ſiquis in graui. §. hi quoque. ff. ad ſilla.

Bonorum poſſeſſio contra tabulas nõ competit, antequam ex teſtamento adeatur hæreditas, leg. illud, §. fin. ff. de bono. poſſ. contra tab. & leg. ventre ff. de acqu. hære. & l. æquiſſimum. §. expectandi. ff. de bono. poſſ. ſecundum tab. Fallit tamen in bonorum poſ. contra tab. quæ competit patrono, quia illa non expectatur, ſed poteſt inſtitutus ſtatim petere ſecundum tabulas, leg. ſed cum patrono, & ibi Barto. ff. de bon. poſſ. & in hoc differt iſta ab illa, quæ competit liberis. Differt etiam in alio, quia illa quæ competit liberis, reddit in totum teſtamentum nullũ. l. cum emancipatus, in princ. ff. de bono. poſſ. contra tab. & le. pen. ff. de lib. & poſth. & ibi not. ſed illa quæ competit patrono, rumpit pro illa parte tantum, ut not. gloſſ. in l. 1. Co. de bon. poſſ. contra tab. lib. Item differt in alio, quia filius hodie debet habere legitimam iure inſtitutionis ad hoc, ut non rũpat teſtamentum ut in authen. ut cum de appell. cogno. §. aliud quoque capitulum, & not. Barr. in authentica nouiſſ. C. de inoff. teſt. & Bar. in l. in quartam, in pe col. ff. ad l. Falc. ſed in patrono ſecus, quia quocunque relicti titulo habeat partem ſuam, non contra tabulas teſtamentum liberti. l. ſiue, §. excluditur, & ibi expreſſe hoc tenet Barto. procedere etiam hodie, ff. de iure patr. & de his differentiis uide principaliter Alc. in d. l. 1.

Bonorum poſſ. eſt utilior, quam aditio hæreditatis in caſu, quo eſſet delata hæreditas alicui pupillo abſenti, uel tutore carenti, & infanti, nam tunc quilibet amicus, uel conſanguineus pupilli poteſt adire iudicem, & agnoſcere bon. poſſ. nomine pupilli, nec requiritur eius ratihabitio licet ſecus ſit in hæreditate, ita no. uoluit Alex. in l. infantis. C. qui admit. & in leg. certum, colu. 5. C. unde cogn. & Bar. in l. pen. C. de bon. poſſ.

Bonorum appellatione ueniũt etiam feudalia, ita uoluit And. de Iſer. in c. 1. in fin. illius princ. de cap. qui cur. uen. per tex. in l. rem in bonis. ff. de acqu. rerum dom. Item ueniunt etiam emphiteotica. ita no. Spe. in ti. de locato §. nunc aliqua. uerſic. 156. ubi ſingulariter dicit quod renuntians bonis paternis, uidetur renũtiare etiam emphiteoticis, ſecus ſi hæreditati paternæ, ut no. Bar. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi, ff. de ope. lib. & doct. in l. quod dicitur, ff. de uerb. ob. & in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſth. & illud dictũ Spe. ſequitur Iaſ. in d. §. quidam recte. in fi. col. per d. l. rem in bonis licet ſecus dicat in feudis, tamen hoc non uidetur uerum per ea quæ modo dixi de feudis.

Bona acquiſita nepoti ab auo paterno ſunt aduentitia, glo. eſt communiter approbata in l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acqui. hæred. & gloſſ. in l. quæſitum. in prin. ff. de leg. 1. & ſequitur Alex. in l. Gallus. §. quid ſi is. col. pen. ff. de l. b. & poſt.

Bona

Bona acquiſita in bello licito efficiuntur capientum, ſi ſunt mobilia, ſecus ſi immobilia, quia ſunt fiſci. ita dixit Bartol. in l. hoſpes, & in leg. ſiquid in bello, dig eſt. de capti. adeo quod ſingulariter dixit Bal. in c. 1. de mili. vaſ. qui contu. eſt, col. 4 quod etiam in foro conſcientiæ poſſunt talia acquiſita retineri, & illud dictum Bal. ſequitur Ale. in d. l. ſi quid in bello. in add. ad Bar. & uide plene per Iaſ. in l. 1. col. in prin. ff. de acq. poſſ.

Contumax qui paſſus fuit primum decretum, ſi vult recuperare tenutam, certum eſt quod tenetur ſatis dare de iudicio ſiſti, & reficere expenſas iuxta authen. ei qui iurat. C. de bon. aut. iud. poſſ. & habemus in regno unam prag. quæ incipit, relatione, à qua ſatiſdatione nõ releuatur etiam ſi poſſideat immobilia, ita dixit Alex. in l. ſciendum, in princ. in 2. no. ubi ita limitat illam l. ff. qui ſatiſ. cog. & ibi etiam Iaſ. in 2. col. de quo eſt. gl. ſingularis, in authe. de exhib. reis §. ſi uero etiam quidam iurent, in uerſi. fideiuſſorem. Item contumax in ſatiſdando de iudicio ſiſti, qui fuerat conuentus pro aliqua re, ſi illa res perueniat ad actorem & ipſe modo vult eam petere, ſi petat ſibi ſatiſdari, non auditur. Ita dixit Alexa. in d. l. ſciendum. in prin. 2. colum. quem ibi ſequitur Iaſ. per tex. in leg. qui bona, §. ſiquis. ff de damn. in fect. & ibi per Ludou. Roma. Item & tertio contumax in parẽdo iudici amittit priuilegium iuratoriæ cautionis, gloſſ. eſt no. & ibi per Abb. in fi. col. in c. qua fronte in uerſ. cautione, extra de appe. & Iaſ. in l. 1. pen. col. ff. qui ſatiſ. cog. item reus contumax ſemel poteſt compelli ad præſtãdam iuratoriam cautionem ut no. Abb. in c. prout. de dolo. & contu. in 2. no.

Conſtitutum, ſeu conſtitutio precarij appoſita in cõtractu inualido uitiatur, & nihil operatur nec per eam poſſ. transfertur, ita no. dixit Alex in l. 1. §. ſi uir. in 3. col ff. de acq. poſſ. & Bal. in l. ex teſtamẽto, C de fideicom. & in l. ſi abſentis, Co. ſi cert pet. & ratio eſt ſecundum eum, quia quando contractus eſt immediata cauſa transferendæ poſſeſſionis, ex contractu inualidi nũquam transfertur poſſ. ſecus ſi traditio ſit cauſa immediata. ita intelligitur d. §. ſi uir. ſecundum Bal. in l. non dubium in 10. oppo. C. de legi. Item ſcias, quod ad hoc, ut conſtitutum aliquid operetur, eſt neceſſe quod conſtituens poſſideat eo tempore quo conſtituit, de quo uide inf. in uerſi. cõſtitutum precarii &c.

Conſtitutum præcarii non transferre poſſ. quando fit per procuratorem, uel tutorem, uel per ſimiles legitimos adminiſtratores de re domini, quia talem poſſeſſionem transferre non poſſunt, ſecus econtra, quia ſi aliquis conſtituit procuratori, aquiritur poſſeſſ. domino. l. certe. §. 1. ff. de præca. Ita de utroque dixit Ale. in l. 1. in prin. pen. col. & §. per procuratorẽ, in fin. colum. ff. de acq. poſſ. quod eſt perpetuo not. & idem dicas de colono qui uere tradendo priuat dominum poſſ. l. 3. § quod ſi ſeruus, ff de acqui. poſſ. ſecus ſi per conſtitutum l. quamuis, §. 1. eo. tit. & no. Bar. in d. l 3. §. in amittenda in fin.

Collatio beneficii eccleſiaſtici uacãtis tribuit beneficiato ius in re etiam abſque traditione poſſeſſ. glo. eſt in c. pen. in uer. collatio. de preben. lib. 6. & ibi Gem. in fi. col. & tex. in c. fi. de conceſ. præben. lib. 6. Hoc tñ intelligitur, dũ modo ſit accepta tũ p beneficiatũ, c. ſi tibi abſenti, de pbe. li. 6. alias ſecus ante ceptationem, q a nõ tribuit ius in re, ſed ad rem, ſecũdum Fel. in c. cum Bertoldus, col. 3. de re iud. Si uero ſumus in collatione beneficij uacaturi, ut quando conceditur expectatiua, tunc ſolum tribuitur ius ad rem, non autẽ in re, ita tenet Fel. in ca. noſtra, columna. 4. & 5. & c. cauſam quæ col. antepen. de reſcript. & Car. in cle. ſi. col. 1. de reſcrip. nõ tamen eſt ius formale ad ipſam rem, ſed ſolum tribuit ius implorandi officiũ executoris. ita declarat Card. in cle. 2. de officio ord. in 3. quæſtione, & ita intelligitur gl. in c. ueniens de renuntia.

Clerici, & etiam diaconi dicuntur eſſe in dignitate conſtituti, c. denique in prin. 4. diſt. idem etiam legum doctores ut no. Abb. in cap propoſuiſti, in fi. col. extra de proba. ubi etiam dicit quod ſex requiruntur ad hoc, ut aliquis poſſit aſcendere gradum doctoratus, & hæc no. pro his quæ uoluit gl. in l. maiorẽ, ff. de pact. & poteſtibus præferendis.

Carceratus ex iniuſta cauſa poteſt à quo-

quolibet priuato etiam inuito iudice exi mi a carcere, & relaxari, immo ſi iudex vult reſiſtere, poteſt quilibet per uiolentiam ipſum eximere, vt voluit *Bart.* in l. nemo carcerem. C. de exacto. trib. lib. 10.

Contrahentibus licitum eſt ſe ipſos ad inuicem inter ſe decipere, l. in cauſæ la 2. §. pen. & ibi glo. ff. de mino. & l. item ſi pretio. §. ſi ff. loca. non tamen ultra dimidiũ iuſti pretii, l. 2. C. de reſcin. vend. & l. ſi quis cum aliter, & ibi Bart. ff. de uer. ob. fallit tamen in minore qui ſi decipitur, reſtituitur etiam pro leui damno, non tamen pro minimo. l. ſcio. ff. in integ. reſti.

Cautio Mutiana habet locum tãtum in ultimis uoluntatibus, non autẽ in contractibus, ut eſt glo. & *Bar.* in l. Mutianæ in prin. ff. de condi. & demo. & tunc hẽt locum, quando legatum eſt factum per conditionem negatiuam, quæ nõ poteſt adimpleri niſi per mortẽ legatarii, & ratio eſt quia ex quo legatum non tranſit ad hæredes quando eſt conditionale, l. 1. §. ſin autem ſub conditione, C. de cadu. tol. ideo habet locum prouiſio Mutii, quod ſecus eſt in contractibus. §. ex conditionali. inſt. de uerb. obl. & de hoc eſt etiam gloſſ. in l. 1. C. de pac. Fallit tamẽ in illis contractibus in quibus uiget eadẽ ratio, quæ in legatis, ut in ſtipulatione uſusfructus, vſus, & alimentorum, quæ non tranſeunt ad hæredem, quia in his habet locũ cautio Mutiana. *Ita* ſingulariter dixit Bal. in auth. cui relictũ, in fi. uerbis, C. de in dic. uid. tol. ubi dixit etiã quod habet locũ in donatione cauſa mortis, ut ibi per eum in pen. colu. in legato tamen libertatis non habet locum cautio Mutiana nã quandiu potuerit facere illud quod erat prohibitum in conditione, & non fecit, ſeruus ſtatim erit liber, l. libertas. §. i. ff. de manu. teſtam. & de hoc vide gloſſ. & tex. in lege, Titio fundus, ff. de condit. & demon.

Componere proprie eſt prius adiuuenta, & diſperſa in ordinem redigere, promulgare vero eſt de nouo componere, ut eſt gl. in prohe. digeſtorum in uerſi. compoſitam, & glo. in §. omnes, in prohe. inſtit. prædicta tamen limita procedere in verbo, componere, quando relatio fieret ad cauſam efficientem puta ad compoſitorem, ſecus ſi fieret ad cauſam materialem, quia tunc non eſſet differentia inter componere, & promulgare. Ita declarat Iaſ. inſtit. de actio. in prin. col. per leg. 2. §. deinde ex his, ff. de orig. iur.

Contractus an uitietur propter anguſtiam temporis, ut ſi dico promittis mihi hodie facere domũ, quia eſt impoſſibile, vel ſi ſum Romæ dico, promittis hodie dare Cartagine decem, dic aut ſumus in cõtractibus ſtricti iuris, & uitiatur, ut l. 3. §. ſi quis ita ff. de eo quod cer. loc. & inſt. de verb. obl. §. loca. aut ſumus in contractib. bonæ fidei, & non uitiatur, caſus eſt in l. inſulam, §. 1. ff. loca. idem dicas in ultimis uoluntatibus, quia licet ſint ſtricti iuris, tamen habent inſtar bonæ fidei. l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. reſtit. non eſt ne. & de hoc ex tex in l. ſi mihi, & tibi §. ſi quis ſeruos. ff. de leg 1. & ibi vide Bar. de omnibus prædictis.

Creditor poteſt debitorem fugitiuum propria autorit. capere. l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fra. cre. non tamen debet ipſum vulnerare, uel uerberare, alias cadit a iure ſuo, ut not. Bart. in auth. & omnino, C. ne vx. pro mari, & poteſt capi etiam die feriata. ut dicit Bar. in d §. ſi debitorem, & non ſolum a creditore, ſed etiam a procuratore eius, & eſt glo. & ibi per Angel. in l. 1 C. ubi quis decuriali &c. & poteſt capi etiam quando eſſet ſuſpectus de fuga, ut eſt glo. in l. quæſitũ, in uerſi. intereſt ff. de pig. immo tunc poteſt fieri ſibi prohibitio alienationis rerũ immobilium, & ſequeſtratio mobiliũ. Ita ſingulariter dixit Bar. in l. de pollicitationibus. ff. de polli. & uide Iaſ. in §. i. in ſtit. de actio. ſuper gl. 1. uerſi. in iudicio, & talis captura poteſt fieri etiam ſi nõ aduenit ad huc tempus debiti, ut d. l. quæſitũ.

Contractus emptionis, & uenditionis eſt talis naturæ, quod ſemper in eo uenit tacite præſtanda euictio, etiam ſi de hoc nihil fuerit cautum, l. in uendendo, ff. de contrahe. emp. & l. non dubitatur, C. de euiſ. & l. pacta conuenta, ff. de contrahe. emp. fallit primo in uniuerſitate uẽdita, ut eſt hæreditas, quia tunc nõ detur euictio, pro particulari re hereditaria euicta, niſi de hoc expreſſe fuerit emptor ſtipulatus l. 1. C. de euic. fallit 2. quando emptor ſciret.

ret rem eſſe alienam,nam nec tunc debetur niſi fuerit ſtipulatus, l. ſi fundum,C. de euict. Autem euictio, quæ tacite uenit in quolibet contractu emptionis, regulariter ſit dupli, vel ſimpli, dic quod pro ſeruo eſt dupli.l.quod ſi nolit,§. quia aſſidua.ff.de ædi.edict. & etiam pro prætioſa uendita,l.emptori,ff.de euict.quia pro his duobus eſt actio prætoria, quæ præſtatur ex neceſſitate,ut d.l. emptori; pro aliis autem rebus eſt ſimpli. ut probatur in l. pen.C.de euictio & eſt actio ciuilis.

Cõtractus donationis eſt talis naturę, quod in eo,non venit præſtanda euictio, niſi fuerit promiſſum,l.2. C. de euictio. Fallit quando donatio inciperet a præcedenti conuentione,quia tacite uenit euictio,ut eſt glo.in d.l.2.& tex.in l. *Ariſto.* §.ſi ff.de dona.& l.1.C.de iure dot.Fallit etiam in donatione remuneratoria ĩ qua uenit euictio,ut not. Alexan.in Addi. ad *Bart.*in d.§.fin.& *Barto.* & idem Alexan. plenius in l.Iulianus.§.1 ff.de uerb. obl. & hæc donatio remuneratoria non indiget inſinuatione,l. Aquilius,ff. de dona.

Carceratur propter debitum,ſi eſt pauper,& non habet unde ſe alat;tenetur creditor,qui fecit illum carcerare, eum alimentare in carcere,ut eſt gloſſ.quæ communiter ſolet ad hoc allegari,in l. fin.in uerſi agnoſcere,C.de ero. mili. anno.lib. 12.& ibi hoc dicit expreſſe Nic.de Nea. idem tenuit Ang.de Are.in §.fi.in fi.uerbis.Inſtit.de actio.& Iaſ.in §. item ſiquis in fraudem,in 24.col.eo.tit.& Bart. in l. ſanctum,ff.de re.diui.

Compromiſſum factum in aliquẽ qͥ debeat iudicare de iure,intelligitur etiam de conſuet.nã ipſa conſuetudo eſt ius nõ ſcriptum,l.de quibus,ff.de legi.& c. conſuet. prima diſtinct. ita not. Iaſ.in l.præſcriptione,C.ſi contra ius,uel uti.publ.& Bald.in l.conſtitutionis,C. de bon. quæ lib. Et ſic habes quod appellatione iuris uenit conſuetudo,de quo plene per Felin.in capit. 1. extra de ſponſa. Hoc tamen limita non procedere,quando conſuetudo repugnaret iuri communi. Vnde ſi pater dixit,inſtituo filiam meam in eo quod de iure ſibi contingit, intelligit inſtituiſſe eam in uirili portione, una cũ maſculis,quia ita ſuccedit de iure cõmuni, l. maximum uitium,C.de lib.præteri.licet de iure conſtitutionum ſeu conſuetudinis ſuccedat in dote tantum,& dotata excluditur a ſucceſſ.vnde ad hoc, ut talis inſtitutio aliquid operetur,intelligimus eam eſſe inſtitutam de iure communi, ut dicit Iaſ.in d.l. præſcript. ad quod facit quod notatur in Addi. Bald. in d.l. conſtitutionis.

Condemnatus ſoluere ob delictum, ſeu factum alterius,an poſſit petere illud quod ſoluit,ab eo,cuius facto fuit condemnatus? Dic quod ſic,ut l.nam, & Seruius,& ibi per Barto.ff.de neg.geſt.& l.ſi uero,§.cum autem,ff.de his qui deie. uel effud.& l.licet.§.fi. ff.nau.cau.ſtab. quod not.pro materia repræſaliarum,ut p *Bar.* in l.2. §.item ſi in facto,in fi.ff. de uerbo. ob.& in Tract.ſuo repræſaliarum,in ultima quæſt.princ.

Confeſſio facta in iudicio, poteſt incontinenti reuocari abſque probatione erroris,ut eſt gl.in c.fi.de confeſſ.lib.6. & illud uerbum,incontinenti,exponitur ideſt antequam confeſſio fuerit redacta in ſcriptis,ut eſt glo.in ca.apud.32.q.1. & uide omnino Abb.in c.præterea, in 2. col.extra de teſti.cog.

Confiſcatio facta per ſtatutum in farina,uel frumento,an habet locum etiam ĩ ſacco,uel in frumento uehente farinam? dic quod non,quia ſumus in pęnis, & in odioſis,in quibus fit ſtricta interprætatio.ita in propriis terminis uoluit Bal.in l.cum proponas,la 2.C.de nau.fœno.arg. eorum quæ uoluit *Bar.*in l.1.ff.de uerbo. ſignifi.

Condictio ob cauſam,an habeat locũ in contractibus innominatis, dic quod non,niſi non ſeruaretur illud pactum qđ dedit cauſam contractui,tex.eſt in l.cum te.C.de pact.inter.emp. & uend.

Contractus innominati ſunt talis naturæ,qđ in eis habet locum pęnitentia ut intera ĩ l.ſi pecuniã,ff. de condit.ob cau. Quod fallit primo quando interueniſſet ſtipulatio.l.placito, C.de re.permut. Secundo fallit quando contra illum qui ꝓmiſit,obſtaret exce. ut ſi facio tibi pactũ de non petendo, ut uadas pro me Romam,nõ poteſt amplius me penitere.ita tenet Bal. Nouel.in Rubrica de uerb.ob.

in 6.

in 6.col.ad quod facit quod no Bar.in l. Nemo poteſt in 3.col.ff.de leg.1. ubi dicit quod relicta in teſtamento minus ſolemni ſunt naturaliter debita, unde ſi reperiuntur pænes legatarium obſtat hæredi petenti excep. licet petere non potuiſſet legatarius. Tertio fallit quando eſſet appoſitum iuramentum ita ſingulariter voluit An.Corſe.in repe.rub.extra de iureiur.in 2.priuilegio p gl.ī d.l.ſi pecuniā

Contractus in quo dictum eſt, do tibi hanc pecuniā, ut ſit tua, non dicitur eſſe Mutii, ſed potius donationis ita uoluit Bal.Noue.in l.cū quid.ff.ſi cer.pe.& hoc propter geminationem ad hoc, vt aliquid operetur.ar.l.Baliſta.ff.ad Trebe & corū quæ uoluit Bart.in l cum ſcimus.Co.de agri.& cenſ.libr.11.& uide quæ dixi infra in verſi.ſtipulatio facta ſine cā, ſecus ſi fuiſſet dictū tantum, do tibi hanc pecuniam,quia in dubio quando poteſt accipi alia coniectura quam donationis, nunquam præſumitur donatio, l.e.cū de indebito.ff.de proba.& no. gl.& Bar.in d.l.cum quid,& Ale.in l.1. §. & harū in fi.col.ff.de uer.ob.& uide inf.in verſ.donatio nunquam,&c.

Cōcluſione in cauſa facta, poſſunt inſtrumēta nouiter reperta produci, ut no. Ale.poſt Bar.in l.admonendi. in 5.& 6. col.ff de iureiur.& Ale.in l.diui fratres, ff.de pœnis, debet tamen peti reſtitutio in integ.ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cā eſſe uidebitur, ut eſt caſus op. Ale.in d.l.admonendi. Item pōt allegari in iure, ut no.Barb.in c.cum dilectus, in addi.ad Abb.extra de fide inſtr. ubi allegat Bald hoc dicentem, in authen.iubemus, cap.de iudi. & hæc not.pro limitatione eorum, quæ habentur in d.ca.cum dilectus, ubi dicitur quod poſt concluſum in cauſa nihil produci pōt nec allegari, quia prout dicit ibi glo. dicitur eſſe renuntiatum omnibus exceptionib. & allegationibus producendi. Item limita illud c.non habere locum, quādo poſt concluſum in cauſa de facto fuiſſent producta inſtrumenta, uel teſtes, & de facto fuiſſent accepta ita a iudice parte nō opponente, quia tunc uidetur eſſe a concluſione receſsū ita ſingulariter uoluit Ab. ad ca.cum dilectus in 2.colu. Quod fuit ad id quod ſingulariter uoluit Franc.de Cur.in repe.l.admonendi in 13.col. vbi dixit quod ſi datur dilatio ad producendum teſtes, & expirat, poteſt cauſa cognita, ideſt ſi pars non fuerit negligēs, dari alia dilatio iuxta l.ſi & quæ ibi no.ff.de feri. quę ſecunda dilatio datur ad producendum illos teſtes tantum, in quib. pars non fuit negligens in prima, nō ad alios nouos, ut no. Alex.in d.l.admonēdi, hoc tamen non haberet locum ſecundū eū, quando de facto fuiſſent alii teſtes recepti in ſecūda dilatione. Item nō haberet locum ſecundum eundē, quando producēs ignoraſſet ſe haberet alias probationes, & idem tenet ibid.in 6.co.in 8.fall,

Clericus an æquiparetur militi, & in quibus caſibus, require infra in uerſi.res empta ex aliena pecunia,&c.

Cenſionarius non ſoluens cēſum per biēnium, ſiue triennium, nō cadit a iure ſuo ſicut emphiteota ita uoluit Bart.in le.1, §. hic titulus.ff.de publica, & Inno. in cap.ad audientiam extra de reb. eccl, non alie.& glo.in c.conſtitutus, in uerſ. iuxta ratam, iuxta delig.domi.eodē modo ſi vendit, licet ſecus in emphiteota. l. fin.C.de iure emphi. Tamen fuit quādoque determinatum in Sacro conſ.Neap. quod debeat cadere pro ea parte, quanti fuerat pecunia ſibi data, puta dedi centū titio quod quolibet anno reddat mihi quinque ſuper ſua domo, tunc ſi non ſoluit, cadit a iure ſuo pro tāta parte domus quod aſcendat ad ſummam centum. Dat tamen optimam cautelam Paul.de Caſt.in l.ſi tibi.ff.ſi cert pet. ſcilicet quod quando do pecuniam ſuper aliquo fundo, ut mihi reddatur cenſus, debeo facere quod ille cenſionarius uendat mihi fundum p illa pecunia quā ei do cū pacto ut dem illum ſibi in emphiteoſim, unde poſtea ſi alienas uel nō ſoluit, cadet a toto fundo, uide tamē plene per Ab in d.c.conſtitutus in pe.& fi.col. ubi ponit multas differentias.

Cēſionarius habet utile, & directū dominium ita probat gl. in c.cōſtitutus in verſi. iuxta ratam extra de relig. dom.

Condictio ob cām ita cognoſcitur a condictione indebiti, quia cōd. indebiti habet locum, quando ſoluitur ex cauſa

in.

intrinſeca, ut do tibi decem, tacite ui-
deor dare, ut liberer a debito, ſed condi-
ctio ob cauſam habet locum, quãdo ſol-
uit ut ex cauſa extrinſeca, ut do tibi decẽ
ut adas pro me Romam, ita uoluit Alex.
in l.2. §.1. in 4. col. ff. de uer. obl. ſi autem
aliquis ſoluit ex cauſa extrinſeca de præ-
terito, non repetit etiam ſi cauſa ſit falſa
ut l. damus. ff. de condi. inde.

Creditor proprie, qui dicitur qui cre-
dendo fidem alienã ſequitur, a credendo
dictus. l.1. ff. ſi cer. pet. largo tamẽ modo
dicitur, & ille qui habet aliquem obliga
tum ex delicto, quia quemadmodum de
bitor dicitur ille, a quo inuito põt pecu-
nia extorqueri. l. debitor. ff. de uerb. ſig.
ita, & creditor dicitur qui poteſt genera-
liter ab inuito extorquere. l. creditores, &
l. creditorum, & l. ſi cui, ff. de uer. ſig. Ex
quo ſequeretur, quod ſtatutum faciens
mentionem de creditore, non hẽt locum
in creditore ex delicto, uel ex legato, cũ
largo modo dicitur creditor, & ſtatutum
debet ſtricte intelligi, l. 3. §. hæc uerba, ff.
de neg. geſt. Tamen in cõtrarium eſt ue
ritas, quia licet proprie non dicatur cre-
ditor quantum ad alluſionem uocabuli
tamen ſecundum communem uſum lo-
quendi dicitur creditor, qui uſus præua-
let alluſioni, s, ut l. Labeo, ff. de ſupp. le. &
uoluit Bar. in rubrica, ff. de ope. no. nũc.
& idem Bar. in l. ſi cui. ff. de uerb. ſig. Pro
pterea tale ſtatutum debet intelligi ſecũ
dum communem uſum loquendi, ut d. l.
Labeo, & idẽ dicas de hoc adiectiuo, cre
ditus, ta, tum, & de hoc nomine debitor,
quia cum ſint correlatiua, idẽ ſtatuitur
in uno quod in alio, l. fi. ff. de accep. & le.
fi. C. de indic. uid. tol. licet Bar. in d. l.1. in
4. col. ff. ſi cer. pet. uoluerit facere differẽ-
tiam inter nomen creditoris, & uerbum
credere, ſed male hoc dixit, unde ab om-
nibus reprobatur. Fallit tamen quando
ſtatutum eſſet odioſum, ut ſi dicat, quod
debitor non poſſit cõueniri per quinquẽ
nium, quia tunc ſtricte intelligitur, nã ta
le priuilegium conceſſum debitorib. in
præiudicium tertii non debet ampliari.
l.1. §. ſiquis a principe. ff. nequid in loc.
pub. & l. impuber, ff. de admi. tuto. & no.
Ale. in d. l.1. in 10 & 11. col.

Contractus emptionis, & uenditionis
habet hanc naturam, quod uenditor nõ
tenetur dominium rei uenditæ transfer-
re, ſed tantũ tradere. l. ſi ita, § 1. ff. de con
trahen. empt. ſed emptor tenetur dñium
pecuniæ transferre, l. ex empto. in prin. ff.
de actio. emp. de ratione diuerſitatis uide
glo. in d. l. ex empto. Fallit, quando uen-
deretur aliquod genus, quia uẽditor tũc
tenetur dominium transferre, nec attẽdi
tur natura ipſius tituli tex. eſt ſingularis
in l. qui concubinam, §. ſi hæres. ff. de l.3.
& ibi gl. & Bar. in l.2. in prin. ff. ſi cer. pe.

Contumax in reſpondendo, quãdo a
iudice interrogatur, præſumitur affirma
re, uel negare, ſecundum quod in ſui præ
iudicium poteſt eſſe, quia ſi negãdo ſibi
præiudicaret, negare præſumitur, & ita
etiam in affirmando, l. de ætate. §. tacuit.
ff de inter. actio.

Contractus, ad ſciendum an fuerit ce-
lebratus gratia utriuſque, an unius tan-
tũ, dẽmus inſpicere principale propoſitũ
contrahentis, nam ſi ego precib. ductus
cõmodaui tibi librum, deinde tu poſtea
incidenter dediſti, mihi aliquod pretiũ,
& ſic de commodato feciſti contractum
locationis. adhuc talis dicetur celebratus
contractus ex parte unius tãtum, ſcilicet
accipientis, ita uoluit Bar. in l. ſiquis nec
cauſam, & in l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. & ibi
probatur in tex. ibi, maxime ſi ſine uſu-
ris. &c. & hoc eſt multum utile cognoſce
re pro his quæ habentur, in l. ſi ut certo,
§. nunc uidendum. ff. commod.

Cõtractus, in quo ita eſt dictum, emo
hunc librum pro hac pecunia, quam ha-
beo in burſa ſeu in arca, non dicitur em-
ptionis & uend. ſed potius innominatus
ſeu permutatio, quia illa pecunia habe-
tur loco ſpeciei. ut eſt gl. no. in l. hæc uen
ditio. §. fi. ff. de contrah. emp. facit l. pla-
ne, lat. de l.1. in §.1.

Contractus taliter celebratus: do tibi
librũ meum, ut des mihi tuum, & ultra
hoc refundas mihi decem, an dicatur eſ-
ſe emptio, uel pmutatio. Dic, aut pecunia
uenit in refuſione, ut in caſu propoſito,
& eſt permutatio, quia liber eſt principa-
le, & pecunia acceſſoriũ. Aut liber uenit
in refuſione, & tũc eſt emptio, quia cõtra
ctus fuit principaliter celebratus, ut dare
decem, ita no. Ale. in l.2. i prin. in fi. illius
prin.

pria.ff.ſi cer.pet. Sed ſi eſſemus in dubio, tunc dic quod eſt attendendum quid ualeat plus, quia ſi liber, erit permutatio: ſi autem pecunia erit pretioſior libro, erit emptio, ita uoluit Bar.in l. ſi in uenditione.ff de contrahen.emp.& in l. Ariſto.ff. de dona.& in l.1.ff de re.permu.

Conditio, condicio, & condictio, ita differunt, nam quando ſcribitur cum,t,ſignificat futurum euentum, de qua loquitur titulus de condi.& demon. quando uero ſcribitur cum,c, ſignificat conuentionē,& pactū ita no.gl.in l.legē C. de pac. quando uero ſcribitur cum,ct, ſignificat perſonalem actionē, ut in §. appellamus, inſti.de act.& ita loquitur,l.certi cond.ff. ſi cer pet.& alij tituli tractantes de conditione. Ita uoluit Sal.in d.l. legem.

Cōtractus certus differt ab eo, ex quo certum petitur, nam cōtractus certus eſt ille tantum, qui continet rem certam, ut no gl. & Bar.in l.certi cond ff ſi cert.pet. Sed certum petitur non ſolum ex contracta certo, ſed etiam ex incerto, ut d.l.certi cond.in prin.ut quando petitur intereſſe, quod licet ſit incertum, tamen uenit certificandum per ſententiam iudicis, ut in §. curare, inſt.de actio.

Cautio differt a ſatiſdatione: nam cautio intelligitur ſine fideiuſſione: ſed ſatiſdatio, cum fideiuſſ. ut l. ſancimus. C. de verb.ſig. & licet cautio dicatur nuda a fideiuſſione, non tamen dicitur nuda a ſtipulatione: quia requiritur in ea ſtipulatio ut eſt glo.in d l.ſancimus. Fallit tamen, quando cautio exigitur a perſona ſuſpecta, quia tunc intelligitur cum fideiu.ut l.in omnibus, ff de iudi. Secundo Fallit, quando cautio debet præſtari cauſa cognita, ut l. ſi creditores, ff.de priui.cred.& d.l.in omnibus. Tertio Fallit in cautione prætoria, ut l.3.C.de procu.& l. prętorie. la 3.ff. de præto.ſtipu. Quarto Fallit, quādo requireretur ſufficiens cautio, ut eſt gl.in c.quoniā,§.in alijs extra, ut lit.non conteſt. Quinto Fallit, ubi fieret mentio de competenti cautione, ut l. ſi debitori, ff.de iudi. Sexto Fallit, ubi fieret mentio de idonea cautione, ut l. ſi quo tempore. ff.de peti.hær. & l.ſi mandato Titij.§. ſi. ff.manda. Septimo Fallit, ubi fieret mentio de plena cautione, ut eſt glo. in d.l. ſi mandato Titij.§.ſi. Octauo Fallit, ubi requireretur recte caueri, ut l.1.§. iubet, ff. de colla.bono. Nono Fallit, quando maritus præſtaret cautionē uxori ſuæ de dote reſtituenda, nam tūc etiam intelligitur cum fideiuſſ. niſi maritus eſſet pauper adeo quod non poſſet inuenire fideiuſſorem, quia tunc ſi cauet, intelligitur ſine fideiuſſore. Ita uoluit Bald.Nouel. in ſuo tracta.dotiū.in octaua parte.in 12. priui. Ex quo inferebat ibidem ad unum ſingulare dictum, de quo dicam infra in uerb. princeps quando concedit. Et de his, & alijs limit.ad l.ſancimus, uide Alex.in le.diuortio,§.interdum.ſol.ma.& in d.l.ſancimus, in addi.ad Bar.

Contractus innominatus cognoſcitur ex forma adimplendi, non autem ex forma ineundi, ut ſi dico, do tibi decem, ut uadas pro me Romam: quo ad formam ineundi, eſt, do, ut facias, ſed ſi prius tu uadis Romam, quam dem tibi decē, erit facio, ut des, unde ita appellabitur, ita uoluit Bar.in l.cum mota. C. de tranſ. licet gl.ibi contrarium teneat,& male.

Contractus innominatus, quomodo cognoſcitur a contractu ſocietatis, uide tex.in l.ſi tibi areæ.in prin.& in uer.ſed ſi puerum, ff.de cond.inde.& docto. maxime Alex.in l.ſi paſcenda.C.de pact.

Contractus ſimulatus quomodo probatur. Vide Bar.in l. pacta nouiſſima.C. de pact.

Creditor ſi ſuccedat debitori, an debitum cēſeatur confuſum, an uero ſolutū. iſta eſt materia, quam tractat doct. in le. debitori.C.de pac & in l. Vrannius, ff.de fideiuſſo. Tamen breuiter dicas ſic, quod ſi intereſt ipſius hæredis ſucceſſionem habere uim ſolutionis, debitum cenſetur ſolutum, ut ſi debitor erat naturaliter tm̄ obligatus, intereſt creditori debitum ſibi cenſeri ſolutum, cum poſſit illud deducere,& compenſare.l.etiam. ff. de cōpenſa. nec quantum ad illam ſummam tenetur alijs creditoribus hæreditariis ꝙ non faceret ſi debitum eſſet confuſum. Si uero intereſt eius habere uim confuſionis, debitum cenſebitur tunc eſſe confuſum. Exemplum poteſt eſſe, ſi erant duo rei debendi, quorum unus fecit creditorem hæredem, debitum modo uidetur confuſū.

quia creditoris intereſt ad hoc, ut poſſit petere ſolidum ab alio reo, quod non faceret, ſi cenſeretur ſolutum, quia ſolutione unius alter liberatur, ut l. 2. ff. de duo. rei. & de hoc eſt exemplum, in l. Sticcum, §. aditio. ff. de ſolu. Ita uoluit *Bar.* in d. le. Vranius. Quod limita non procedere in caſu ſingulari, quem poſuit Bart. in l. generaliter. ff. de fideiuſſ. ubi dicit, quod ſi fideiuſſor ſucceſſit reo principali, & fecit inuentarium, licet alias actio fideiuſſoria confundatur remanēte tantū principali, ut d. l. generaliter, & l. ſi debitori creditor. eo. tit. tamen per confeſſionem inuentarii, non confunditur, quia creditor pateretur præiudicium, nam ſi uellet conueniri ipſum tanquam hæredem, ille opponeret exceptionem inuentarii, unde nō poſſet ſolidum conſequi, nec poſſet contra eundem tanquam contra fideiuſſorem agere, quia hæc actio erat confuſa. Vnde in hoc attenditur præiudicium tertii, aliquando tamen ſucceſſio facit actionem, prius inanem, efficacem, ut ſi mulier fideiuſſit pro aliquo, & ei hæres extiterit, poterit modo efficaciter conueniri, licet prius habebat exceptionem Velleiani. ut eſt tex. in d. §. aditio. in fi.

Carceratus ex quocunque delicto, debet ſub fideiuſſorib. relaxari. Fallit in crimine læſæ Maieſtatis. Item fallit ſi delictum ſit notorium. Item fallit, quando carceratus fuiſſet depræhenſus in fragrāti crimine, & hoc plene conſtaret, uel p ſuam confeſſionem, ut eſt conſtit. regni humanitatæ, & in hoc eſt correctum ius commune, quia de iure communi ſi eſt delictum leue, poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus, ſi uero magnum, tunc ſecus, ut uoluit Bart. in l. 1. & l. diuus, ff. de cuſto. reo. & Specu. in tit. de accu. in §. 1. uerſic. ſed pone &c. Sed iudex ſi non uult accipere idoneum fideiuſſorem, nec reum relaxare, quando de iure tenetur, eſt obligatus actione iniuriarum, ut l. ſi uero, §. 1. ff. qui ſatiſ. cog. Item tenetur ad intereſſe in ſindicatu, ut no. Bal. in auth. generaliter, in fi. C. de epi. & cle. & Ale. in d. l. 1. ff. de cuſto. reo.

Confeſſio facta per pupillum, ſine auctoritate tutoris, an ualeat, uide infra in uerbo, pupillus non poteſt confiteri, &c.

Contractus, quando non poteſt ex tenore ipſius cognoſci, an ſit emphyteoticus, an uero cenſualis, in dubio cenſetur cenſionarius. Ita uoluit Alber. de Roſ. in l. 2. C. de iure emphi. quem refert Andre. ſicu. in add. ad Abb. in c. conſtitutus, col. pe. ext. de relig. domi. & hoc eſt multum utile, quia ut dicit Abb. in d. ca. conſtitutus, cenſionarius habet utile, & directū dominium, ſed emphiteota utile tm̄. Itē cenſionarius nunquam cadit a iure ſuo per alienationem, uel per non ſolutionē, ſed emphyteota ſic, ut l. ſecunda, & ſi. C. de iure emphy. & dixi ſup. in uerſi. cenſionarius.

Conditionis euentus, an interpellet pro homine, ſicut dies, uide inf. in uerſi. debitor ad hoc ut conſtituatur &c. in fin. & in uerſi. obligatio in qua eſt appoſita.

Creditor habens duos debitores eiuſdem rei, puta quia ſunt heredes, quorum unus eſt clericus & alter laicus, quomodo debet eos conuenire, dic quod debet ambos cōuenire coram iudice eccleſiaſtico, nam maius dignum trahit ad ſe minus dignum. Ita ſingulariter uoluit Bar. in l. præcipimus, §. pen. C. de appel. Facilius. n. poteſt laicus ſubiici iuriſdictioni eccleſiaſticæ, quam clericus ſeculari, per c. ſi diligenti, ext. de for. compet. Si autem eſſent duo laici, & unus clericus, tunc omnes eſſent conueniendi coram iudice ſeculari, quia tunc maior pars attrahit ad ſe minorem. Ita Bar. in l. fin. col. 3. ff. de colleg. illici. & l. 1. §. ſi quis in appellatione in pe. q. ff. de app. & Abb. in c. 1. de loca. & Bald. in auth. habita. C. ne fili. pro pat. & hoc eſt, ne cauſæ continentia diuidatur, contra l. nulli. C. de iud.

Clericus abſens cauſa ſtudiorū debet habere fructus ſui beneficii, ac ſi eſſet pręſens. Ita no. Ab. in c. tuæ de cleri. non reſi. & in c. ſi. de magiſtris. Quod limitat procedere in eo, qui ſtudet Theologiæ, uel iuri canonico tantum, ſecus in aliis ſcientiis. Item facit differentiam inter ſtudentem, & docentem, quia docens hēt quandiu eſt abſens etiam ſi per cētum annos, ſed dicens debet habere tantum per quinquennium, quia per tantum tempus poteſt quis effici prouectus, & quod abſens cauſa ſtudiorum habeatur pro præſente,

facit

facit text. in l. quæſitum, in princip. ff. de leg. tertio, non autem debet habere diſtributiones, quæ in eccleſia præſtantur tantum reſidentibus, cap. licet, & ibi gloſ. & Abb. de præben.

Carceratus relaxatus cum iuramento de redeundo ad carcerem, an teneatur redire. Dic, quod ſi iuſte erat carceratus, tenetur redire, & ſi immineret pœna ſanguinis; Si autem iniuſte, & tunc ſi erat pœna ſanguinis, non tenetur redire. ſi uero non erat pœna ſanguinis, tunc tenetur redire ad obſeruantiam iuramenti, ut eſt glo. in clem. paſtoralis, in uer. per uiolentiam, de re iudi. quam ſequitur. Franc. de Cur. in repetitione l. admonendi, in 48. col. ff. de iureiur. & Abb. in c. inter alia. in fi. ext. de immu. eccl. & uide Abb. in c. ſicut, in uer. no. de iureiur.

Carceratus fugiens de carcere fractis oſtiis, vel muros tranſcendens, qua pœna puniatur, uide infra, in uerſi. fugiens a carcere.

Clauſula codicillaris operatur ut venientes ab inteſtato cenſeantur grauati ad legata facta in teſtamento, ut eſt gloſ. no. in l. ex teſtamento, C. de fideicom. & gl. in l. quia autem, in uerſi. fuerit de relicta, ff. ſi quis omiſſa. cauſa teſt. & Alex. in l. 3. col. 3. de leg. 1. & Bart. in l. qui filiab. in prin. eo. tit. & Alex. in l. certi iuris, C. de teſta. mili.

Clericus non poteſt fideiubere pro laico de iudicio ſiſti. ita uoluit Abb. in c. 1. de fideiuſſ. An autem in aliis poſſit pro laico fideiubere, videas ibi per eum.

Creditor habens aliquam ciuitatē obligatam, poteſt ibi malefactores punire; Ita uoluit Ang. in l. ciuitas, in 4. col. ff. ſi cer. pet. referens ibi Bal. per tex. in l. elegāter, §. fi. ibi, ſi pro maleficiis ſuis coerceuit, ff. de pig. act.

Conditio poteſtatiua non retrotrahitur, l. potior, in prin. ff. qui pot. in pig. ha. ſecus in conditione caſuali, ut d. l. potior. §. 1. & no. Bar. in l. petens circa fin. & ibi etiam gl. C. de pact.

Conuentio dicitur nomen generale ad omnes contractus ſiue re, ſiue uerbis, ſiue conſenſu; vnde continet etiam ſtipulationem, l. 1. §. adeo, ff. de pact. & idem dicimus de hoc uerbo, conuenire, ut eſt gl. in uerbo, ſi extraneus, ff. de conditio. ob cau. in glo. fi.

Creditor ſolutionem accipiens, ſi eſt filiusfam. an liberet debitorem ſoluentem. vide plene per Bartol. & doctor. in l. non ſolum. ff. ſol. mat.

Contractus celebratus per ebrium nō valet, immo ſtatim probata ebrietate, redditur nullus, ita tenet Ale. in l. dolum, C. de dolo. immo plus dicit, q̄ ſiquis inuitauit aliquem ad prandium, & poſtea cōtraxit cum eo, præſumitur ipſum inebriaſſe & ſic præſumitur in dolo; unde contractus per exceptionem annullabitur, per gl. in d. l. dolum, & glo. in c. vnuſquiſque 2. 1. q. 4. & facit tex. in c. ſane 15. q. 1. & an ebrius puniatur, ſi delinquat in ebrietate. vide Bar. & ibi etiam per Ale. in l. reſpiciēdum. §. delinquunt. ff. de pœnis.

Confeſſio facta in contractu inutili & inualido, plene probat. Ita ſingulariter uoluit Bar. in l. ſi ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de uerb. oblig. & idem Barto. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi cer. pet. & idem dicas de cōfeſſione facta in libello inualido, ſecundum Bal. in l. 2. C. de re iud. quem refert Alex. in l ſi confeſſus, ff. de cuſto. reo. Quid autem in confeſſione facta in iudicio inualido. vide Bar. in d. l. ſi confeſſus, & per Inn. in c. Piſanis. de reſti. ſpo. Et ex prædictis ſigulariter inferebat Ang. in l. 1. C. de præſcr. 30 an. quem refert Ale. in d. §. Griſogonus 7. col. quod ſi mulier contrahat ſine mundualdo, licet talis contractus non ualeat, tamen confeſſio in eo facta plene probat, & vide inf. in uer. confeſſio.

Creditor agēs ex numeratione ex mutuo, ſi poſtea probat de confeſſione tantum, debet ſuccumbere, niſi ſit elapſum biennium, vel ſit exceptioni non nu. pe. renunciatum ſolenniter. Ita uoluit Alexan. in l. 1. §. ſi quis ita col. fi. de uerb. obl. & l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus. col. 9. & io. eo. tit.

Cautela, quomodo pater poſſit filiū fraudare legitima, uide per Bartol. in l. hæreditarium, ff. de bon. auth. iudi. poſſ. ubi dicit, quod poteſt hoc facere alienando omnia bona ſua ex cauſa non lucratiua, nam legitima non debetur prout ipſe dicit, niſi deducto ære alieno, l. Papi-

nianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſtam. unde quandiu non ſit ſatisfactum illi creditori, in quem ſunt alienata omnia bona, filius non poteſt petere legitimam.

Collectæ in dubio cenſentur prohibitæ, niſi probentur permiſſæ. Ita uoluit Abb. in ca. peruenit, col. 3. de immu. ecc. quis autem poſſit imponere collectas. vide Bar. in l. 1. col. 3. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10.

Clericus, quodcumque acquirit, & undecūque, dicitur eſſe ſibi in quaſi caſtrenſe peculium, l. ſacroſanctæ, & auth. præsbiteros. C. de epi. & cle. Ex quo dixit ſingulariter Bal. in d. l. ſacroſanctæ, per illū tex expreſſius autem Abb. in c quia nos ext. de teſta. quod peculium, quod eſt aduentidium in laicis, erit in clericis quaſi caſtrenſe, unde pater non acquirit uſum fructum in bonis filii clerici undecūque quæſitis. Ex quo ſequitur, quod pōt clericus de his teſtari, & diſponere ad ſui libitum, & eius teſtamentum non ſubiacet querelæ, per tex. in l. cum lege Leoniana C. de epiſc. & cle. Bene tamen poteſt agi condictione ex dicta lege, prout dicit ibi Bal. & per hoc dat unam cautelam optimam Cepo. in caute. 158, ubi dicit, quod pater quando uult facere, quod filius teſtetur, faciat ipſum clericū de prima tonſura, quia tale priuilegium habet locum in omni clerico, ſecundum quod refert & ſequitur Iaſ. in l. filiæ licet. C. de colla. & in l pen. in fin. col. C. qui teſta. fa. poſſ. Adde tamen ad id quod dixi, clericum poſſe indiſtincte teſtari, ut non procedat in fructibus ſui beneficii, de quibus teſtari non poteſt, ſecundum Abb. in ca. cum in officiis, & in c. cum eſſes, in 10. & 11. co. ext. de teſt.

Confeſſio facta calore iracundiæ nō tenet, niſi detur perſeuerantia. Ita uoluit Abb. in c. cum parati in fin. col. extra de appel. Vbi allegat glo. in c. ex literis, de diuor.

Clericus poteſt citari corā iudice laico incidenter, puta ſi ſua putauit intereſſe, Ita ſingulariter uoluit Bald. quem ſequitur Alex. in l. teſtamenta omnia. C. de teſta. in fi. & eſt optima limitatio ad c. ſi diligenti, extra de foro competenti. & illud dictum multum exclamat Iaſ. in dicta l. teſtamenta omnia.

Citatus ſimpliciter ſine hora intelligitur citatus, ut compareat hora cauſarum conſueta, dum modo ſit expreſſus dies, alias eſt contumax, ſi non comparet. Ita ſingulariter dicit Abb. in c. conſuluit, in 5. no. ext. de offi. dele. & Inn. in c. cum nobis olim, de elect. & *Bal.* in c. 1. in 5. co. de mili. uaſ. qui contu. eſt.

Citatio partis non requiritur in factis notoriis, quando certum eſſet, partem nullam defenſionem poſſe allegare. Ita uoluit Abb. in cap. uenerabilem, colu. 4. de elect.

Contractus celebratus iuſſu ſuperioris, ſiue cū principe, præſumitur meticuloſus, unde eſt ipſo iure nullus. Ita dixit Iaſ. in §. quadrupli colu. 9. inſt. de act. per allegata ibi per eum.

Clericus hæres inſtitutus, & grauatus de reſtituendo, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligitur de eccleſia, quæ ſuccedit loco filiorum, ſi autē fuerit dictū, ex ſuo corpore deſcendētibus, uitiatur fideicōmiſſum, quia inuitaretur ad delinquendum, & ſic ad fornicandum. Ita no. Bar. in l. hæredibus. §. ſi. ff. ad Treb. & doc. in l. ſi quis poſthumus. ff. de libr. & poſth.

Confeſſio in teſtamento facta de male ablatis, an operetur, ut teneatur teſtator ad reſtitutionem, & poſſit compelli ad hoc, ſi conualuerit, uide Abb. in cap. cum dilectos, col. pe. & fin. de ſucceſſ. ab inteſt.

Clericus non poteſt regulariter eſſe aduocatus, niſi in quatuor caſibus, quos ponit Abb. in cap fin. de poſtu. primus eſt pro ſe, ſecundus pro eccleſia ſua, tertius pro coniunctis habentibus neceſſitatem, quartus pro miſerabilibus perſonis.

Collatio non habet locum, niſi quādo deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus, ſecus in tranſuerſalibus glo. eſt no. in l. ut in glo. fi. & ibi *Bal.* C. de legi. hære. eodem modo ceſſat, quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus, ut plene notat Iaſ. in l. ſi emācipati. In quinta, & ſexta col. C. de colla. & ibi etiam *Alexan.* in 2. col.

Collatio habet locum tantum inter illas perſonas, quibus debetur legitima,

Ita

Ita dixit Alex. in l. ſi emancipati, colu. 3. C. de colla. ubi infert ad no. q. quod ſi ex forma ſtatuti filia dotata non ſuccedit, ſi fuerit poſtea per patrem inſtituta una cum maſculis, non tenetur conferre, ex eo quia ſibi non debebatur legitima, ut no. Bald. in l. maximum uitium, col. fi. C. de lib. præte. & *Bar.* in l. 1. § ſciendum. ff. de ſuis & legi. ubi dicit, quod per tale ſtatutum filia deſinit eſſe ſua, & hoc eſt no. perpetuo pro conſtit. regni, in aliquibus, & illud dictum Alexan. ſequitur ibidem Iaſ. in 10. col.

Citatus, ut Petrus Martini, cum uocaretur Petrus Ioannis, non efficitur contumax, ſi non comparet. *Ita* dixit *Bart.* in l. in teſtamento, la 1 ff. de cond. & de. Quid autem ſi tres demonſtrationes eſſent expræſſe, quarum una eſt falſa, & duæ ueræ. *D* c, ꝙ forte non nocet, ut dicit Bart. in l. 1. §. fi. ff. de do. præleg.

Contractus factus die feriata ad honorem Dei, an ualeat: Dic, quod ſic dictum fuit no. Spec. in tit. de feriis. §. 2. uerſi. qui ſi in feriis, pro quo facit, quia arbitramẽtum eſt quædam trãſactio, ſecundũ Barto. in l. ſi quis cum aliter. ff. de uerb. ob. & tamen poteſt fieri die feriata, cum ſit quidam contractus, ut no. Abb. in c. cum dilectus, col. 2. de arb. & in c. quintauallis, col. 10. de iureiur.

Cucurbitare aliquem, idem eſt, quod concubere cum eius uxore. Ita ponitur hoc uerbum in c. 1. §. Item ſi fidelis. qui. mo. feu. ami. & ibi declaratur per And. de Iſer. & de hoc uerbo, cucurbita, facit mẽtionem Spec. in tit. de na. ex li. uentre. uerſic. ſed liberti.

Conſtitutum præcarii, ita demum operatur ſuum effectum quo ad tranſmiſſionem poſſeſſionis, ſi tempore conſtituti conſtituens poſſidebat, alias nihil operatur. Ita not. dixit Bald. in l. minus inſtructus. C. de acqu. poſſ. & Ang. & *Alexan.* in quamuis §. ſi conductor. & in leg. quod meo. ff. de acqu. poſſ. unde qui uult ex eo ſe fundare, debet hoc probare, uide tamẽ omnino *Ale.* in l. 2. §. incertam, in fi. q. ff. de acq. poſſ.

Clerico prohibitum eſt negotiari, adeo qđ ſi negotiatur, non poteſt exercere officia clericalia, ut dicit text. in cap. clerici. 14. quæſt. 4. & tunc tenetur ſoluere gabellas, & ſic illud priuilegium perdit, ut habetur per Abb. in capitu. fin. de ui & ho. cle. Limitatur hoc, niſi clericus eſſet pauper, & non haberet alias, unde uiuat, quia tunc permittitur ei negotiari, licite tamen glo. eſt no. in d. cap. clerici, & text. in cap. clericus. 91. diſtin. & alibi dixit gloſſ. not. in cap. qui uenatoribus. 86. diſtin. quod clericus pro ſui uictu debet facere calatos, ciſtos, & retra, & ſimilia.

Creditor dicitur eſſe procurator debitoris ſuper re pignorata, ita dixit tex. in l. ſi pignori, in fi. ff. fa. erc. & facit ad hoc tex. in l. ſi cum uenderet, ff. de pignor. actio per quem ita dixit Alexand. in l. prima § per procuratorem, in fi. col. de acq. poſſ. ff.

Creditor faciens capi uel detineri debitorem per iudicem incompetentem, amittit debitum. Ita uoluit *Bar.* in c. cauſam matrimonii, in fin. extra, de offic. delega. quem ſequitur Iaſo. in leg. ſecunda. antepen. columna, ff. de iuri. omn. iudic.

Contumax per procuratorem dicitur fictus contumax. ita dicit Bald in cap. primo, in fin. ext. ut lit. non conteſt. Vbi hoc limitat per illum tex. niſi dominus ſciuerit contumaciam procuratoris, & eam non purgauerit, quia tunc efficitur uerus contumax, unde non audietur appellans. l. prima. Co. quo. app. non reci. alias bene audiretur, ut dicit Bartol. in l. prima §. ſi procurator, ff. ſi quis iuſdi. non ob. & ibi Iaſ. in 2. col.

Cuſtodes caſtri, qui diuiſerunt inter ſe cuſtodiam nocturnam, puta ut aliqui dormirent uſque ad mediam noctem, & aliqui cuſtodirent, an ſi per malam cuſtodiã uigilantium caſtrum capiatur, teneãtur etiam dormientes?

Dic quod non, & hanc quæſt. refert Iaſ. in leg. prima. §. ſi procurator, in tertia columna, digeſt. ſi quis iuſdi. non obt. ubi refert ita fuiſſe determinatum Bononię.

Conſuetudo praua nõ dicitur conſuetudo, ſed potius corruptela. Ita dixit Ab.

per illum tex. in c. cum uenerabilis in al. not. ext. de conſuet.

Conſuetudo facit quod cenſeri licitũ, quid alias erat illicitum. ita uoluit Bald. in l. is periculo c. depo. in fi. ad quod, facit quod in ſimili uoluit Iaſ. in l. 1. § fi. in 5. col. ff. ſi quis iuſdi. non obtem. quod conſuetudo, & praua excuſat quem a pœna. Idem etiam dixit Abb. in c. cum uenerabilis, in glo. 1. per illam glo. extra, de conſuet. & Alex. in cõſi. 132. primo uolu. & Rom. in conſi. 466. & Alexan. in conſilio 107. 2. uol.

Copia interrogatoriorum non datur parti aduerſæ gl. eſt no. in c. 1. in uerſi. interrogatoria de teſti. li. 6. ubi ſimiliter ponit formam interrogatoriorũ, & illã gl. ſequitur Ale. in l. 1. in 1. col. C. de eden. & idem Alex. in auth. iubemus, colu. 1. C. de iud & Inn. in c. per ſuas de teſti. & Spe. in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis. in prin. & Bal. in l. data opera, col. 10. C qui accuſ. non poſſ. Idem dicimus de allegationibus iuris, quia non datur copia, ſecundum Alex. in d. authe. iubemus, licet contrarium tenuerit Iaſ. in l. 1. §. edenda. ff de eden. & in d. l. 2. C. eo. ti.

Cauſa ciuilis magna æquiparatur cauſæ criminali, ita dixit Bar. in l. admonẽdi, pe. col. ff. de iureiur. per tex. in l. propter litem ff. de excu. tuto. ex quo inferebat ſingulariter Bar. in l. 3. in prin. ff. de teſti. qđ ſicut ille qui habet litem criminalem cũ aliquo cẽſetur ei inimicus, unde poteſt repellit a teſtificãdo contra eum, ita etiam in cauſa ciuili magna ita etiam dixit Iaſ. ſequendo eum, in l. plerique col. 2. ff. de in ius uo. quæ autem dicatur cauſa magna & recurrendum ad notata in auth. Niſi breuiores. C. de ſen. ex pe. rec. & in l. ſed ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iud.

Clauſula quælibet appoſita in contractu, debet aliqđ operari. ita dixit Bald. in Rub. C. de contr. emp. in uona q. Idem ẽt & in reſer pro, ut eſt gl. in c. ſolitę. in uerſ. tanquam de ma. & obe.

Confeſſio facta coram iudice incompetenti, non probat coram competẽti, ſed facit ſolum inditium ad torturã Ita dixit Bal. quẽm ibi ſequitur Ale & Iaſ. in l. magiſtratib. ff. de iuriſ. omn. iud. & uide ſupra in uer. confeſſio facta, in contractu.

Ciuitas nulla præter Romanam habet priuilegium ſimile fiſco, nec in hypotheca, nec in aliis, tex. eſt & ibi gl. in l. ſimile. ff. ad munici.

Cõfeſſio facta in ſcriptis, parte abſente, prẹiudicat, puta in libello, quia ſcriptura ſemper loquitur, ita dixit Bart. in l. certum. §. ſiquis abſente. ff. de cõfeſ. & idem Bar. in l. 2. §. fi. ff. de iure fi pro hoc eſt tex. in l. cum præcum C. de lib. cauſa. & hoc habet locum etiam ſi libellus ſit ſcriptus manu alterius, quam libellantis, ſecũdũ communem opi. quam refert Iaſ. in §. ſi minus inſti. de act. col. 2.

Citatio facta ſine die ualet, & cẽſetur, quod compareat quamprimum poteſt citatus, ita dixit Abb. in c. cum parati. ext. de appel.

Ceſſionarius non tenetur admittere reconuentionem de debito cedentis, quãdo agit utili actione ſibi ceſſa. gloſſ. eſt & ibi Barto. in l. ſiquis in rem. ff. de procura.

Ceſſionarius ita habet executionem paratam inſtrumenti ſibi ceſſi, ſicut habet cedens. Ita dixit Barto. in l. 1. in verſi. quæro ex forma ſtatuti, ff. de action. & oblig. & Bald. in l. ex legato, in fin. C. de leg.

Ceſſio facta a laico clerico, non ualet, quia cenſetur facta cauſa mutandi iudicii, unde præſumitur, ſimulata c. ex parte, & ibi glo. fi. de alie. iudi. mu. cauſa fa. ubi per Abb. in fi. col. Fallit, ſi clericus ſit coniuncta perſona: quia tunc præſumitur facta potius ratione ſanguinis. Ita uoluit Cy. & Bal. in l. qui ſtipendia C. de proc. & Io. An. in ti. de ceſſ. act. §. 1. uerſi. ſed nunquid, ratione conſanguinitatis. Item fallit, quando clericus eſſet impotens, & talis qui non poſſet terrere aduerſarium. Ita dixit Bal. in l. per diuerſas, in pe. q. C. mand. & Inn. in d. c. ex parte.

Clericus an teneatur ſoluere uectigalia ſeu pedagia, uide Abb. tenentem, quod non in c. in nouamus de cenſi.

Citatio quando ſit de lõginquo, poteſt fieri ad totam cauſas ſimul, ita not. Abb. in capitu. expoſuit. de dila. ubi plene hoc examinat, & in capitulo, cum dilecti, columna ſecunda, de do. & contum.

Con-

Conſuetudo contra ius præſumitur irrationabilis, unde eam allegans tenetur probare eius rationabilitatẽ, ut no. Abb. in ca. cum ueniſſent, in 1. colu. de eo qui mit. in poſſ.

Capitulum, ſede uacante, in quib. ſuccedat. vide Abb. in c. verum, col. 2. de foro compe. & cap. at ſi clerici, § ſi de adulteriis, de iudi. & in c. cum olim. de ma. & obe.

Collecta impoſita alicui uniuerſitati, ſi aliqui poſtea efficiantur exempti, uel non potentes ſoluere, an alii de uniuerſitate teneantur ſoluere pro illis, an uero fiat diminutio pro rata, uide plene per Iaſ. in le. auus, ff. de pac.

Clericus poteſt licite negotiari, quãdo eſt pauper, adeo quod bona ſua ſibi non ſufficiunt, gl. eſt in ca. clerici. 13. q. 4. uide ſupra.

Citari debet pars ad uidendum productionem inſtrumenti, alias inſtrumentũ non præiudicat. quo ad effectum probationis. Ita dixit Bal. in l. fin. C. qui admi. & idem Bald. in l. ſi quando. C. de teſti. in fin. q. & Bald. in l. iudices. C. de fid. inſt. & tex. in c. chartæ 3. q. 9. ſicut etiam citatur ad uidendum iuramenta teſtium, c. 2. de teſti. & d. l. ſi quando & d. l. iudices. Hoc tamen de iuramentis teſtium limita nõ procedere, quando teſtes producerentur vltima die termini dati ad probandum, quia tunc non eſt neceſſe citare partem. Ita no. dixit Bal. in d. l. ſi quando, co. 2. & Bal. in d. l. fi. C. qui admi. & Bar. in l. item illa, poſt prin. ff. de conſt. pecu. & idẽ Bar. in l. 2. C. de temp. app. & Iaſ. in l. qui ante Kendas, col. fi. ff. de uer. ob. Multos alios caſus, in quib. non citatur pars, vide in d. c. 2. per Barb. & alios Mod.

Clericorum bona ſunt pauperum. tex. eſt in c. fin. quod incipit, quoniam, 16. q. 1. & ibi glo.

Clericus reputatur de vniuerſitate ciuium. Bald. in c. 1. de mili. ual. qui ar. bel. depo. & Oldr. in conſi. 32.

D

Donatio propter nuptias, & ante factum in hoc differũt, nam donatio propter nuptias dr̃, quando maritus accipiens dotem, conſtituit mulieri tantundem in bonis ſuis, vt ſi dos fuerit cõſumpta, mulier habet regreſſum contra illa bona, & de hoc loquitur auth. dos data, C. de dona. ante nup. vbi dr̃, quod donatio propter nup. debet fieri ad æqualitatem dotis, vt ſi ſoluto matrimonio dos reperiatur ſalua, remanet donatio apud hæredes mariti, nunquam tamen uxor lucratur talem donationem, ſed fit pro maiori cautela dotis. Sed ante factum dr̃ illa quarta, ſeu tertiaria, quam conſtituit maritus in bonis ſuis præſentibus, vel ẽt futuris, ſi hoc agitur, vel in tantis bonis, quanta eſt dos, & hanc lucratur mulier ſoluto matrimonio, quæ debet ſibi reſtitui una cum dote, cuius eſt uſufructuaria dum viuit, ea uero mortua tranſit in dominium hæredis eiuſdem matrimonii, ſi extat, filiis vero non extantib. eiuſdem matrimonii, tranſit in dominium mulieris, & per conſequens cuiuſcunque hæredis eius, l. fœminæ, C. de ſec. nup. Et hanc differentiam ponit quidam Sebaſtianus Doctor Neap. in conſue. Nea. in conſuetudine quarta, ſuper Rubrica, qui dicit multos errare in tali differentia credẽtes idem eſſe antefactũ, q̃ donatio propter nup. & hæc tertiaria non debetur, niſi fuerit conſtituta, & probetur, ut habetur in conſt. regni, mulier quę dotarium, & Andr. de Iſer. in conſt. licentiam, & capitulum regni mulier dotarium.

Dictio, longum tp̃s, denotat ſpatium decem annorum, ut probatur ex rub. C. de præſcr. long. temp. & no. Ale. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infect. col. 2. ubi multas concordantias allegat. Idem tempus denotat dictio, diu, & diuturnus, & diutinus, ut no. Bar. in l. de q b col. 5. in lec. ff. de le. & probatur in l. diutina. C. de præſc. lon. temp. & l. ſi cum fideicom. §. Ariſt. ff. qui & a quibus.

Dies cœpta, an, & qñ habeatur pro cõpleta, debes ita diſtinguere, aut tempus profertur a lege, aut ab homine. Primo caſu, aut ſumus in materia fauorabili, & habetur pro completa, l. in uſucapionibus, ff. de vſucap. & l. qua ætate, ff. de teſt. Aut ſumus in materia odioſa, & non habetur pro completa, ut dicimus in præſcriptione 30. annorum, ut l. in omnib.

ff. de actio. & obl. Aut ſumus in materia mixta, ut in reſtitutione minorum, & tūc ſi fauor minoris eſt, quod in integrum reſtituatur, dies cœpta non habetur pro cōpleta: Si uero fauor minoris eſt, quod habeatur pro maiore, puta, quia vult contrahere, & tunc habetur pro completa, l. 3. §. minorem, ff. de mino. Secundo caſu, quando dies profertur ab homine, aut tēpus ponitur in genitiuo, & tunc non habetur pro completa, l. ſi cui legetur, de le. prima. Et eſt ratio, quia de natura genitiui eſt importare ueram poſſeſſionem, l. 2. §. 1. ff. de reli. facit l. ſi domus, §. fi. de le. 1. Aut ponitur in accuſatiuo cum hoc uerbo, perueniο, & tunc non habetur pro cōpleta, quia uerbum, peruenio, denotat perfectionem, le. ſi Vrbana, § pernoctare. ff. de uerb. ſigni. Aut ponitur in accuſatiuo cum ſola præpoſitione, ad, & tunc habetur pro completa, quia dictio, ad, ponitur pro, iuxta l. quidam yberus, & ibi gloſ. ff. de ſer. vr. pdi. Aut ponitur in ablatiuo, & tunc ſi uerba executiua ſunt directa in perſonam debitoris, non habetur pro completa, l. qui hoc anno. ff. de uerb. ob. Si uero ſunt directa in creditorem, habetur pro completa, quia tempus cenſetur tunc appoſitum in fauorem creditoris. l. ſi ita fuerit, in princ. la ſecunda. ff. de manu. teſt & Bar. in dict. l. qui hoc anno, ad quod facit glo. not. in l. Lucio. ff. de leg. 2. & uide do. Chriſtoph. inſt. quib. ex ca. ma. non licet, poſt addi. Adde & not. &c. & quod dictio ad, ponatur pro, iuxta, eſt text. in l. qui filium. § Sabinus. ff. ad Treb.

Debitor eccleſiæ non poteſt conueniri ab ea, niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat, ut eſt gl. in c. quicunque, el 2. 16. q. 17. & no. And. Sicu. in add. & Abb. in c. Odorardus, colu. 3. de ſolu. & ratio eſt, quia eccleſia non vult miſeriam alicuius, vt ibi dicitur.

Dictio, poteſt, eſt dictio extenſiua, & licet ſit præſentis temporis, tamen trahitur etiam ad futurum, l. ſi ita quis. ff. de lega. 2. & no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 6. q. de uerb. obl.

Dictio, cum, facit principaliter tēpus, ſecundario uero conditionem, unde ſi legatur alicui cum pubes erit, eo mortuo ante pubertatem, non tranſit legatum ad hæredem, de hoc eſt text. in l. ſi Titio, ff. quando dies leg. ce. & in l. ſi quis legata. ff. de cōd. & dem. Sed dictio, ſi, denotat principaliter conditionem, ſecundario uero tempus, ut dictis legibus.

Dictio, cum, facit aliquid uenire acceſſoriè, & copulatiuè, ſed dictio, & facit uenire copulatiue, & æquè principaliter, ita no. Abb. in ca. cum Marthæ, colum. 2. de cele. miſ. Ex quo infert ibi ad id, quod uoluit no. tex. in l. cui fundum. ff. de fund. inſtr. ubi ſi teſtator dicit, lego fundum cum inſtrumēto. ſi poſt ea alienat fundum, uidetur reuocaſſe etiam & inſtrumentum, ſecus ſi dicat, fundum & inſtrumentum.

Dictio, plurimi, ad minus debet uerificari in tribus, ut eſt glo. in §. & quod ſæpè. in auth. de trien. & ſemiſ.

Dominium licet non poſſit haberi ex pluribus cauſis, diuerſo tempore concurrentibus, ut l. 3. §. ex pluribus, in fin. ff. de acqu. poſſ. tamen, quando eſt dubium, ex qua cauſa quis habeat dominium, poteſt plures cauſas proponere in libello, ut uoluit Io. And. in c. poſt electionem, ext. de conceſ. præb. & Abb. in conſ. 110.

Dictio, ex, denotat cauſam proximam & immediatam, l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & nau. & no. Abb. in c. inter dilectos, col. 4. de fid. inſtr. & ibi vide unam optimam addi. And. Sicu. Idem dicas de dictione, de, quæ denotat cauſam proximam & immediatam, ſecus de dictione, ob, uel propter, nam hæc dictio denotat cauſam remotam, & mediatā, ut eſt text. de utraque, in l. 1. §. nunc uideamus, in fi. ff. de coniunge. cum ema. lib. & idem tenet Bar. in l. non dubium, col. fin. C. de legi. & Bal. in l. 1. C. ſi ſer. exte. Tamen quandoque fallit hæc dictio, ex, quia ſolet denotare cauſam remotam, ut dicit Bart. in d. §. ex incendio. & idem fallit quandoque dictio, de quia ſolet ſimiliter denotare cauſam remotā, ut l. ſi finita. §. primo, uerſic. de opere. ff. de damn. infec. & tunc impropriè ponitur. adde Bar. in l. prætor. §. quod de fructibus, in fin. de bon. aut. iu. poſſ.

Dictio, in denotat cauſam intrinſecā & immediatam, ut eſt tex. in §. ſane. inſti. bon. rap. & l. 1. §. in publico. ff. de flumi. & hoc in ablatiuo.

Dictio,

Dictio, ſed, quando ponitur ſine copula, denotat diuerſitatem iuris, & facti. le. hoc amplius §. de his autem, & ibi Bart. ff. de damn. inſect. Sed quando ponitur cum copula, denotat diuerſitatem facti, & idẽtitatem iuris. l. ſed & ſi lege in prin. & ibi glo. ff. de peti. hæred. idem dicas de dictione, autem, ut in §. relegati, inſt. qui bus mod. ius pa. po. ſol. & §. legatariis. in ſtit. de teſta.

Dictio, tunc denotat extremitatẽ temporis, l. 4. §. fi. ff. de cond. & dem. le. lecta. & ibi glo. ff. ſi cer. pet. & l. ſi ſubſtitutione. §. fi. de vul. & pup. & l. uxori uſumfru. de vſuſ. leg.

Dictio, &, quando ponitur inter diuerſas dictiones, & habet vim coniungendi & denotat diuerſitatem, ut no. gl. & doc. in Rub. de iu & fact. igno. ff. Si uero ponitur inter dictiones, idem denotantes, tũc una ex illis dictionib. reſoluitur in adiectiuum, ut eſt tex. in le. 1. ff. de pact. & eſt quædam figura, quæ dicitur, endia dis, ut dicit ibi gl.

Dictio, plerumque, denotat ſeu facit, regulam. l. plerumque, in prin. & ibi no. ff de iure dot. & l. Titia. §. idem reſpondit, de uer. ob & no. Alex. in l. 3. in princ. ff. quod quiſquis iur. & Alex. in conſ. 50. 3. uol col. 1.

Dictio, niſi, eſt dictio exceptiua, & quandoque ponit, quandoque excipit. Vnde ſume communem concluſionem, quod quandoque præcedit oratio affirmatiua, & tunc dictio, niſi, excipit, quandoque præcedit oratio negatiua, & tunc ponit, ita per Bar. & Doct. in le. actione, C. de tranſ. & per Bar. in l. ſi eum. §. fin. ſi quis caut. & per Dy. in regula, peccatum de reg. iur. in 6. & per Iaſ. inſt. de actio. in princ. Vbi ponit not. uerba, uidelicet qđ ſi præcedit oratio affirmatiua, denotans potentiam, dictio, niſi, denegat potentiã, Si actum, hæc dictio negat actum, & ita etiam in oratio negatiua. Ex quo infert, quod ſi dico, promitto quod nulli poſſim uendere, niſi tibi, tu nõ potes me cogere ad uendendum, quandiu alii non uendo, ratione illius uerbi, poſſim, quod denotat potentiam, ut eſt tex. in l ſi ſterilis. §. pe. ff. de actio. empt. ſecus ſi dicam, quod nulli teneat, niſi tibi uendere, quia tunc actum denoto, unde potes me ſtatim cogere, & de hac dictione, niſi, uide Ab. in c. ex parte, de ſponſa. in fin Vbi ponit qui quod ſi quis dicat alicui puellæ, promitto quod nullam aliam habebo in uxorem. niſi te, eſt conſumatum matrimonium.

Dictio, debet, denotat neceſſitatem. l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iur. & no. Abb. in c. cum locum. col. fi. de ſponſa. & eſt text. in l. prætor. in prin. ff. de eden. & gl. in clemen. fi. in uerſ. debeant, de ſta. mo. & Barto. plene in l. creditores. col. 1. C. de pign. Vbi dat aliquas limitationes huic dictioni, ſecus in dictione, poteſt, licet vnum quandoque pro alio ponatur, de quo uide Alex. in l. 1. col. 1. ff. de iur. om. iud.

Dignitas liberat filium a patria poteſtate, dũmodo ſit aliqua ex illis xii. quæ numerantur in l. fi. C de decur. li. 10. & eſt tex. in auth. ſed dignitas C. de ſacroſ. ecc. intelligas tamen, quod liberatur quo ad ſui commodum, non autem quo ad incommodum.

Dictio, ſeu, eſt dictio ampliatiua unde ſi dico, dono tibi librum, ſeu ueſtem, intelligitur etiam ueſtis donata. tex eſt no. in l. ſi quis ita. ff. de aur. & arg. leg. quod qualiter procedat, uide omnino Ab. in c. inter cæteras. de reſcr.

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractũ ipſo iure nullum, l. eleganter. in prin. ff. de dolo. & l. in fraudem C. de præſcrip. lon. temp. ſecus in cõtractu ſtricti iuris, quia ualet, ſed reſcinditur per doli exceptionem, le dolo. Co. de inut. ſtip. & l. ſi quis cum aliter. de verbo. obl. Eodem modo dicas in diſtractu bonæ fidei, quẽ dolus reddit ipſo iure nullum, ut no. Bar. in d. l eleganter. §. nõ ſolum, ſecus in d ſtractu ſtricti iuris, ut dicit Bar. in d. l. eleganter. in prin. col. 3 Limita tamen prædicta non habere locum, quando dolus ded ſſet cauſam ſtipulationi appoſitæ in contractu bonæ fi. quia licet ſtipulatio ſit ſtricti iuris, tũ redditur ipſo iure nulla. ita dicit multũ ſingulariter Alex. in d. l. ſi quis cũ aliter, in prin. & Bald in l. dolo C. de inut ſtip. Prædicta tamẽ intelligas. niſi facta eſſet traditio, quia tunc etiam in caſu, quo cõtractus eſſet nullus, ageretur actione de

dolo, quatenus de facto proceſſit, ut dicit glo. in l. ſub prætextu. la 1. C. de tráſ. quam ad hoc vult allegare Bar. in d. l. eleganter, col. 3. Item intelligas uera prædicta, quando deceptus uellet contractum dicere nullum, alias ſecus, ut dicit in l. 1. in fi. ff. de pig. act. & eſt tex. in l. Iulianus §. ſiquis colludente. ff. de act. empt. Niſi, quando lex ultra procederet infirmãdo actum, quia tunc non ualet, etiam parte conſentiente. l. a diuo Pio. ff. de rit. nup. Item limita prædita, quando dolus proceſſit ab altero ex contrahentibus, ſecus ſi a tertio, quia tunc ualet contractus, ut d. l. elegãter, in prin. Et dicitur dolus dare cauſam contractui, quando quis alias non fuiſſet cõtracturus, niſi dolus interueniſſet, ut d. l. ſiquis cum aliter. ſecus ſi eſſet dolus incidens in contractu, q̃a tũc nullum cõtractum reddit nullum. ad prędicta uide glo. in l. de fideicom. in uer. cũ pacto. C. de tranſ. quæ allegat tex. in l. nemo uidentur. ff. de regu. iur.

Donatio facta filio, uel filiæ, in poteſtate exiſtenti, nõ ualet. l. 2. C. de inof. dona. & habetur, in l. ſi donatione. C. de colla. Fallit in donatione cã dotis. l. Pomponius Philadelfus ff. fa. erc. idem in donatione propter nup. ut ibidẽ probatur. Fallit ẽt ſi pater donet aliquid mobile filio militi, qđ ſpectet ad eũ, quia ſtatim efficitur caſtrẽſe peculiũ. l. ſi filiusf. C. fa. erci. Idẽ dicas de donatione facta cã ſtudiorũ ut dicit Bal. in l. 1. ff. ſol. ma. & uide plures caſus, per gl. in d. l. 2. Scias tñ, quod q̃do nõ ualet donatio inter patrem, & filiũ morte confirmatur, ut no. p Bar. in d. le. 2. Item fallit, quando pater donaret filio pp merita, quia probatis meritis, ualeret donatio, ut no. Alex. in d. l. ſi donatione.

*D*ictio, tantũ, eſt dictio taxatiua affirmans oratione, in qua ſubnectitur, & negãs oẽ aliud, ita dicit *Ab.* in c. cum eccleſ. ſutrina. col. 2. extra de cau. poſ. & prop. q facit ſecundum eum, pro dictis teſtiũ, ſi. n. teſtis dicat, Titius tantũ poſſedit, vr̃ negare, quod nullus alius poſſedit, niſi Titius. Vnde cũ deponat de negatiua opus eſſet eũ cohartare loco, & tẽpore, alias nõ faceret fidem, ut no. Bal. in l. actor. C. de proba. & *Bart.* in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de iti. ac. priua. in fi. uerbis, & ibi uide optimam gloſſ. quæ docet te, quo modo negatiua debet cohartari loco, & tempore, in glo. magna, in fi.

*D*onatio nũquam præſumitur, ubi poteſt cadere alia coniectura. l. cũ de indebito. ff. de proba. l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. & no. Alexa. in l. 1. §. & harum, de uerbo. ob. in fi. uerbis. Fallit tamen ratione conſanguinitatis, vt l. procula. ff. de proba. & l. ſi ſeruus communis. ff. de don. inter ui. & vx. Item fallit ratione diuturnæ præſtationis l. cum de in rem uerſo ff. de uſũ. & habetur in le. ſi cer. annis C. de pact. & in l. 1. C. de fideic. quando autẽ præſumatur ratione conſanguinitatis, uide Bart. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt.

Donatio cauſa mortis, licet in ea ſit facta mentio, mortis tñ ſi non interuenerunt quinq. teſtes, qui pro ſolemnitate requiruntur, ut l. fi. C. de dona. cau. mor. non valet. vt donatio cauſa mortis, valebit tamen, vt donatio inter viuos, dictũ fuit ſingulare Alc. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 6. de ver. ob.

Delegatio debitoris egẽtis. an liberet delegantem, adeo quod creditor non poſſit amplius ad eum reuerti, nam per delegationem debitor liberatur, ſicut per ſolutionẽ, l. ſi rem, in fi. ff. de noua. & Bart. in l. ſi cum dotẽ. §. ſi mulier, ſol. mat. Dic aut creditor ſcit, delegatum non eſſe ſoluendo, & tunc ſibi imputet qui eum acceptauit. Aut ignorauit, & tunc poteſt redire ad primum, etiam ſi delegans ignorabat delegatum fore minus idoneũ, quia in hoc caſu reperitur debitor locupletatus cum iactura creditoris decepti, ut nota. Alc. in d. §. ſi mulier. Sed ſi debitor dolo induxit creditorẽ ad acceptandum delegatum, tunc licet creditor ſciuerit, tamen dolus delegantis præpõderat, quia dedit cauſam cõtractui, vnde reſcinditur & annullatur per doli exceptionem cum ſit ſtricti iuris. l. dolo. C. de inuti. ſtip. In dubio tamen ſemper creditor præſumitur ſcire, niſi contrarium probetur. leg. inter. §. abeſſe. ff. manda. Eodem modo, ſi aliquis delegat debitorem cito fugiturum, ſi fuerit in dolo, tenetur: dolus autem præſumitur, ſi ſtatim delegatus facta delegatione ſuſcepit fugam. arg. eorum quæ uoluit Bartol.

in

in l.ſi uentri,§.fi.ff de priuileg. credi.ubi
format no.q.de eo,qui locutus fuit ad au
rem alicuius,& ille ſtatim damnum dede
rit, quia præſumitur factum mandato il
lius alloquentis. Ita dixit *Alexã.* in d.§.ſi
mulier. Fallit tamen,quod ſupra dixi,in
muliere, quæ accepit de legatum a mari-
to ex cauſa dotis,nam ſiue ſciuerit, ſiue i-
gnorauerit eum eſſe minus idoneum, nũ
quam ſibi pręiudicat , quin poſſit redire
ad maritum,arg.leg.de die,ff. de pac.do-
tali,& dic.§.ſi mulier, & quæ ibi not. per
docto.

Debitor in diem , an poſſit ante diem
condemnari , ut ſoluat adueniente die.
Dic,aut ſumus in debitis annuis,ut in re-
ditibus emphiteoticis, & poteſt hoc fie-
ri,ſcilicet facere unam condemnationem
perpetuam pro omnibus annis futuris ,
ad hoc,ut quolibet anno creditor habeat
executionem paratam,ut no.gl.in l.non
quemadmodum,in uerſi.non poſſe,ff de
iud.& doct.in l.1.C.de fideic. Ex quo re-
ſultat vna magna vtilitas , quam ponit
Fran.de Aret.in l.ita ſtipulatus,col.pe.de
ver. ob. quod quando debitor eſt cõdem
natus vna uice pro omnibus annis, ſi ha-
bet aliquam exceptionem peremptoriã,
& illam non oppoſuit in prima condi-
tione,non poterit amplius illam oppone
re in ſequentibus exactionibus,quia ſem
per illa ſententia habet executionem pa-
ratam in omnibus exactionibus,ſecus ſi
non fuiſſet condemnatus pro omnib.fu
turis, quia ſi non opponit in prima pote
rit opponere in ſecunda ſententia. Aut ſu
mus in uno tantum debito ſimplici , &
tunc non poteſt fieri,ut no. Alex. in con-
ſi.95.uolu.1. Quod intelligo ita demum
procedere , ſi aduerſarius opponat exce-
ptionem dilatoriam.ſ.male agis,quia an
te diem agis,nam tunc duplicantur indu
tiæ,ut in §.hodie.inſt.de excep. facit, l.1.
in fi.ff.quando di.vſu.le.ced. Si uero pars
non opponeret, tunc iudex poſſet condẽ
nare reum,vt ſoluat adueniẽte die, ut no.
Bar.in l.excep.C.de proba. & Bar. in l le-
cta.col. 4.ff.ſi cer.pet.

Debitor in partem alicuius ſpeciei ita
demũ liberatur ſoluendo , ſi ſoluat partẽ
quotitatiuam,ut ſecũdã, uel tertiã , ſecus
ſi integralẽ,ut uſumfructum, quia tũc in
nihilum liberatur,ut eſt tex. in l.ſi ita ſti
pulatus fuero ſi Tit.ff.de uer.ob.& not.
Ale.in l.2.§.& harũ.e.ti.& ita dẽt ĩtelligi
tex.in l.ſi ſtipulatus,§.q decẽ, ff. de ſol.

Debitũ quantitatis, dr̃ eſſe ita diuiduũ
ꝙ mortuo debitore relictis plurib. hęre-
dib.licet aliqui non ſint ſoluendo,tñ re-
liqui nõ pñt exigi pro portione eorum,
qui ſoluẽdo nõ ſunt, ſed quilibet ꝑ por-
tione ſua,ita ſingulariter uoluit *Ang.* in
cõſ.320.ꝑ tex.in l.ſi.C.depoſi.ampliãdo
illam l.& in l.3.& ibi gl. C. de neg.geſt.

Debitor in centũ,ſi credens ſe debito
rẽ in ducentũ,ſoluit fundũ in ſolutũ va-
lentẽ ducentũ , tota illa ſolutio uitiatur,
adeo ꝙ debitor põt totũ fundũ cõdicere
nec cogitur partẽ fundi in ſolutũ darec.
caſus eſt in l.ſi nõ ſortẽ, §.ſi centũ, ff. de
cõd.inde.& vide Ale.in l.1.§.pen.de ver.
obl. ubi ẽt ponit ꝙ miſſio in poſſ. ultra
menſuram debiti declarati,eſt nulla .

Debitor obligatus ad uſuras, ſi ſoluit
partẽ debiti principalis,non liberatur ab
vſuris ẽt pro ea parte ſoluta,ſed adhuc te
netur ad vſuras totius debiti, niſi uolẽte
creditore ſoluerit,uel fuerit conuentũ, ꝙ
pecunia poſſit paulatim,& ĩ partes ſolui
caſus eſt in l.tutor,§.Lutius,ff.de vſur.&
hẽtur,ĩ l.quidã extimauerũt,ff.ſi cer.pe.

Doctor canonicus dr̃ dignior quã ci-
nilis, & rõ eſt,quia illa dr̃ dignior ſciẽtia,
q̃ dignius hẽt ſubiectũ,ſed ius canonicũ
hẽt dignius ſubiectũ,q̃ ciuile,q a hẽt ani
mã,quæ cunctis reb.eſt ꝑferenda,l.ſanci
mus,C,de ſacr.ecc ius aũt ciuile hẽt cõe
bonũ in ſubiectũ, ergo &c.ita tenet Ioã.
And.in c.clerici,ext.de iud. facit ꝙ not.
And.de Iſer.in Rub.Impera.Loth Euge
nio Papę &c.in uſib.feudorum .

Debitor generis tenetur de periculo,
l.incendiũ, C.ſi cert.pet. niſi offerendo,
moram purgauerit,& creditorem in mo
ra conſtituerit,l.qui decem, ff. de ſol. Li-
mita tñ multum ſingulariter regulam d.
l.incendium,vt non procedat,qñ aliquis
mutuatus pecuniam promiſiſſet dare ali
quod lucrũ mutuãti,quia tunc ſi debitor
ſine ſui culpa illã pecuniã amiſerit libera
tur,tex.eſt,quem ibi dicit Pau. de Ca.eſ-
ſe ſingularem, & ſe neſcire alibi in l. Ti-
tius,ff.de præ.ver.& no. *Alex.*in l.ſi ex le
gati,in fi.verbis,de verb.ob.

Dictio,

Dictio, iam, denotat perfectionem. Ita no. Bal. in prima constitutione digeſtorũ in uerſi. omnem iam ſanctionem &c. Ex quo infert ſingulariter Bart. in l. Celſus, col. fin. ff. de vſuca. quod ſi teſtis dicat, ꝙ Titius poſſedit iam per decem annos, videtur deponere de perfecta, & continuata poſſeſſione. Ita uoluit Barb. in c. licet co. 13. de prob.

Debitum ex una cauſa, poteſt conuerti in cauſam mutui, l. ſingularia, ſi cer. pe. Ex quo inoleuit practica in dote, quod ſi maritus habuit aliquam partem dotis, & de reliqua confitetur ſe recepiſſe, quod ſocer ſolet facere marito aliud inſtrumentum mutui liquidũ de ea pecunia, quam maritus non acceperat, & ſic debitum ex cauſa dotis transfunditur in cauſam mutui. Circa quod cadit pulchrum dubium. Certum eſt quod ſi dos promiſſa non ſoluatur, & maritus ſuſtinet onera matrimonii, quod poteſt petere uſuras, l. in inſulã. §. uſuras, ff. ſol. matr. & ibi Bar. Vtrum vſuras, quas poterat petere actione de dote, poſſit modo petere actione mutui. Dic quod, non per le. nouatione, ff. de nouat. ubi debitum priuilegiatum transfuſum in aliud debitum non priuilegiatum, retinet naturam ſecundi debiti non uſurarii. Nec obſtat, quod actio ſubrogata &c. ut l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. quia vſuræ non ueniunt ex primordiali natura ipſius contractus dotis, ſed ſecundario conſtituuntur propter moram, ut dicit gl. & Bar. in l. certi conditio. in prin. ff. ſi cert. pet. Ex quo datur cautela quam ponit glo. in d. l. nouatione, & Bar. in leg. creditor, ff. qui pot. in pi. habe. & in l. Ariſto. ff. quæ res pig. ob. poſſ. ſ. quod in contractu mutui apponatur hæc clauſula, ꝙ talis obligatio ſit transfuſa in mutuum cum omnibus ſuis priuilegiis, & quod ſocer teneatur ex omnibus cauſis, ex quibus tenebatur actione de dote, & de prædicta confeſſione, uide Bar. in l. in his, §. pe. ſol. matrimon. de ueritate tamen prædictorum uideas omnino Bar. in l. aliam ff. de noua.

Debitor conſtitutus in mora, ſi poſtea creditor ſtipulatur ab eo idem debitum, ſiue animo nouandi, ſiue non, per talem ſtipulationem purgat moram, ut eſt tex. in l. ſi Stichum, & l. quotiens, ff. de nouat. & voluit Ale. in l. ſcire debemus, §. ſi a iure per illum tex. de uer. ob. Et hoc ita demum ſi ſecũda ſtipulatio eſt ualida, alias ſecus, ut dicit ibidem Alex. Quod tamen limita ſingulariter non procedere, quãdo creditor acciperet fideiuſſorem poſt moram rei, quia tunc moram non purgat reus, licet interuenerit ſtipulatio, quæ eſt neceſſaria in fideiuſſore, le. Blanditus, C. de fideiuſſ. ita uoluit Ale. in l. uinum, col. 3. ſi cer. pet. per l. eum quis, ff. de ac. & ob. ſecundum quod illum tex. intelligit Bar. in d. l. Vinum, col. 1. & de hac materia uide plene Bar. in l. fin. col. pe. ff. de eo quod cer. loco.

Debitor alicuius ſpeciei liberatur re perempta ante moram, l. ſi ex legati, de uerb. obl. & l. quod te, ff. ſi cer. pet. Fallit, quando debitor doloſe alienat rem, quia licet pereat ante moram, tamen tenetur, l. 1. §. ſi rem, ff. depo. licet in contrarium faciat tex. in l. uenditor ex hæreditate, ff. de hær. vel ac. uend. circa prin. & l. is qui, ff. de ac. & ob. ad quæ contraria diſtinguẽdo reſpondet Pau. de Caſt. in d. l. quod te ſcilicet, quod aut ſumus in re, quæ fuit, & eſt mea, & tunc uendicat ſibi locum §. ſi rem. nam ibi loquitur in depoſito, quod remanſerat deponentis, aut in re, quæ nunquam fuit nec eſt mea, & tunc uendicat ſibi locum dicta l. is qui, & d. l. uenditor.

Debitor ſoluens, in dubio præſumitur ſoluere vſuras potius, quam ſortem, unde talis ſolutio cum uſuris debitis cõpenſatur. ut eſt tex. in l. in his, §. Imperator, ff. de ſolu.

Dictio, mox, appoſita in aliqua lege, denotat executionem fieri ipſo iure, ut eſt glo. in auth. de inceſt. nup. circa princ. in ver. imminere, & ibi plene Bar. qui infert ibidem, quod executio, de qua in l. ſi quis maior, C. de tranſ. fit ipſo iure, non autem per ſententiam, propter dictionẽ, mox, ibi poſitam, idem dixit Bar. in d. l. ſi quis maior. Aduerte tamen, quod licet non requiratur ſententia diffinitiua, tamen requiritur ſententia declaratoria, quę declaret talem incidiſſe in tali crimine ut eſt tex. in cap. cum ſecundum, de hær. lib. 6. & Bart. in prædlegatis locis, &

doct.

Doct. in l. poſt contractum. ff. de dona. & Ant. Corſe. in Repeti. Rub. de iureiur. in 3. priuil. in fi.

Dictio, quoque, eſt dictio implicatiua, quia implicat etiam non dicta, ut leg. ſeruum quoque, ff. de procu. Ita uoluit Barto. in l. Labeo. ff. de pact. & ibi etiam Iaſ. col. 2. ubi dicit idem de dictione, etiam & implicat caſum minus dubitabilem, ſecundum Iaſ. in l. i. in 2. col. ff. de iur. omn. iud.

Dictio, omnino, ſeu omni modo, idem importat, quod ipſo iure, ut not. glo. in l. 1. §. ſi pecunia. ff. depo. & habetur in le. 2. C. de iure emph. & not. Alex. in l. ſi inſulam, de uerb. ob. Item prædicta dictio importat idem, quod nullo modo, quando poſt eam ponitur dictio negatiua. l. Grecce. §. illud, & ibi gl. & Bar. ff. de fideiuſ. Itē prædicta dictio includit omnes caſus, ut ſunt duæ gloſſ. in l. ſi cum exceptione, §. quatenus, in uer. omnimodo, ff. quod metus cauſa, & vide Bar. in l. prima, iudi. ſol. Vide plene Fel. in c. ex parte, de offi. deleg. el primo.

Dictio, immo, quando ponitur cum copula, & uel etiam, ponitur copulatiue, ut in §. quibus in prima conſtitutione, C. quando uero ponitur ſimpliciter, tunc ſtat correctiue, ut l. Stichus imo Pamphilus. ff. de ma. teſta. & l. ſi ita ſcriptum, digeſt. de hær. inſt. & ibi plene uide Bart. de hac dictione.

Dos quando exigitur per patrē a marito, an requiratur expreſſus conſenſus filiæ, & quid econtra: Vide infra in uerb. filiafa. ſi vult agere &c.

Donatio cauſa mortis reuocatur ipſo iure per alienationem uoluntarie factam a donante, ſicut dicimus in legato, l. rem legatam. ff. de ad. lega. & l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. tertio, ita uoluit Alex. in l. non omnis, in prin. ſi cer. pet. referendo Dyn. in l. Sticcum qui meus erit, de leg. 1.

Donatio cauſa mortis, licet per pœnitentiam reuocetur, ut l. qui mortis, ff. de do. cauſa mor. tamen hoc non habet locum quādo donans fuiſſet mortuus ſine hærede. ita not. Alexā. in l. non omnis, in prin. ff. ſi cert. pet. per tex. & ibi gloſſ. in l. 1. ff. qui ſine manu. lib. ac. Quam limitationem limitat Ant. de Alex. in d. le. non omnis, procedere, ubicunque eſſet ſecuta traditio, alias ſi poſſeſſio & dominium remanet penes donantem, de facili reuocatur per pœnitentiam, quomodocunque decedat donator, de quo uide Alex. in l. 2. col. 4. de leg. 1. Quomodo autem poteſt quis mori ſine hærede. Vide Bal. in l. pen. §. cum autem. C. ad Treb.

Donatio cauſa mortis licet reuocetur per conualeſcentiam, ut l. ſenatus, §. 1. ff. de dona. cauſa mor. tamen hoc non habet locum, quando quis ſanus exiſtens donaret cauſa mortis, & poſtea ægrotus fieret, & conualeſceret, quia non reuocatur. Ita not. Pau. de Caſt. in d. le. non omnis, ſi cer pet.

Donatio cauſa mortis facta tempore peſtis, ceſſante peſte reuocatur. Ita not. Ant. de Alex. in d. l. non omnis, ff. ſi cert. pet. arg. l. tertiæ, 4. & quintę, digeſt. de dona. cauſa mor.

Debitor ad hoc ut conſtituatur in mora, requiritur interpellatio. l. moram, in princ. digeſt. de uſur. & le. ſi ex legati, de uer. obl. Fallit tamen, primo in debitore minoris, quia etiā ſine interpellatione cōſtituitur in mora, l. in minorū, C. in quib. cau. in inte. reſti. non eſt neceſſ. Fallit ſecundo in debitore fiſci, l. cum quidam, §. fiſcus, digeſt. de uſur. & ibi gl. Tertio fallit, quando eſſet dies tacitus a lege inductus, vt in §. exactio. C. de rei ux act. uel expræſſus ab homine, quia tunc dies aduenīens interpellat pro homine, l. Traiectitiæ, §. de illo, digeſt. de act. & obl. & le. magnam, C de contrahen. & commi. ſtip. & no. gl. in l. ſi mora. dig. ſol. mat. Quam fallentiam limita multum ſingulariter non procedere, quando creditor, & debitor eſſent diuerſi fori, quia tunc non obſtante die, dēt creditor petere domū debitoris, & ipſum interpellare. Ita ſingulariter uoluit Bar. in l. Item illa, digeſt. de conſtit. pecu. Quarto fallit in uiolento poſſeſſore, qui tenetur reſtituere ſine interpellatione, l. merito, digeſt. de ui, & ui ar. Quinto fallit in eo, qui eſt obligatus ex contractu reciproco, ut in emptore, qui tenetur ad pretium, ex quo fuit ſibi tradita res uendita, & econtra in uenditore etiam ſine interpellatione, l. curabit. C. de actio.

emp.

emp.& l. Iulianus,§.ex uendito,digeſt.de actio.emp. Sexto Fallit in debitore eccleſiæ,ut eſt glo. in §.item mixta,in uerſi.in iudicio,inſti.de actio.Septimo Fallit,quã do interueniſſet iuramentum, quia tale iuramentum habet uim interpellationis, ut uoluit Ant.Corſe.in repe.Rub. de iureiur.in quarto priuilegio. Octauo Fallit, quando quis promiſit curaturum, & facturum, quia intelligitur quam primũ põt,ut uoluit Bal.in ca. 1.§.ad hæc.in tit. hic finitur lex, &c. Nono Fallit, quando quis promiſſit aliquod factum ſucceſſiuum,ut domum ędificare,quia datur ſibi tantum tps,inf.quod poteſt domus ædificati,l.ſi inſulam, ff.de uerb.ob.& uide plura per Alex.in l.quod te.ff. ſi cer.pet.Prædictis tñ adde,quod in omnib. iſtis fallẽtijs,ex quo ſumus in mora irregulari,difficultas præſtãdi excuſat quem a mora,ut l.Thais,§.primo,ff. de fideicom.lib.ſecundum quod illum tex.intelligit Imo.in le. continuus.§.illud, ff.de uer.ob. An autem conditionis euẽtus interpellet pro homine,ſicut dies? Dic,quod non,ut no. Alex. poſt Bar.in l.quoties in diem.de uer. obl. & Bar.in leg.ita ſtipulatus,in ante.col.ff. eo.tit.& Cy.in d.l.in minorum, per illam rationem, quia conditionis euentus non poteſt operari duos effectus. ſ. inducere obligationem, & conſtituere debitorem in mora.

Dos,& cauſa alimentorum ęquiparãtur,& ideo omnia ſtatuta in cã alimentorum uendicant ſibilocum in cauſa dotis, cum dos ſit cauſa pia,ut l.cũ tũ,§ ſi mulier.ff de condi.inde.ſicut etiam cauſa alimentorum,ut no.gl.in l.ſi cui annum,de annu.lega.& ibi per Barto.unde,quando dos repetitur conſtan te matrimonio propter inopiam, non poteſt maritus opponere compenſationem, ſicut nec in cauſa alimentorum,l. in ea,C.de compẽſa.ita tenet Bar.in l.ſi conſtante.in 7.q.primæ partis prin.ſol.mat.Et quod dixi cauſam dotis,& alimentorum eſſe piam,limita prout dixi inf.in uerſic.legatum factum pro anima.

Decretum interpoſitũ ex falſa cauſa, quomodocunque ſit, eſt ipſo iure nullũ. Ita no. Bar. in l.cum uero.§. hoc ſenatus. ff.de fideicom.lib. per tex. in l.magis puto,§.fin.ff.de reb.cor. In ſententia autem diſtinguitur,quæ cauſa ſit, an iuris,uel facti,ut no.Bar.in l.ſi is ad quem.ff.de acq. hære.& Bar.in l.qui teſtamento,ff. de excu.tuto.& de prædictis uide omnino Alex. in l.iuſte, ff.de acq poſſ.

Dos profectitia,mortua filia in matrimonio extantibus liberis debet de iure reuerti ad patrem,per l.dos a patre, C. ſol. mat.tamen de conſuetudine ſeruatur opi. Mart.qui dicebat,dotem debere remanere apud liberos,ita dic.t gl.in d.l. dos a patre,& Bar. in l.poſt dotem.in 7.ſol. ff.ſol. mat.& glo.in l.ſi.§.1.ff.ut leg.no.ca.Quã opi.limitant Bar. & Alex.in d.l.poſt dotem, ſi uxor moriatur, ante uirum,ſecus ſi prius uir moriatur, quia tunc ad patrẽ reuerti debet. Item limitant, ſi ſunt filii ex eodem matrimonio, ſecus ſi ex alio. Item hoc probant ar. l.cum uir,ff.de condi.& de. Item limitant,niſi pater ſtipulatus eſſet dotem reſtitui in omnẽ caſum ſoluti matrimonij.

Donatio cã mortis facta a minore 25. ann. debet per iuramentum ipſius confirmari,ad hoc,ut non poſſit reſcindi, ſicut in alijs contractibus dicimus,iuxta auth. ſacramenta puberum,C.ſi aduerſus ven. ita uoluit Bal.in c.1.§. item ſacram,in 5. col.de pace iur.fir.quem refert,& ſequitur Alex.in l.2.in fi.de leg.1. per illam rationem,quia quo ad ſui ordinationẽ,donatio cauſa mor. accedit magis contractui, quam ultimæ uoluntati,ut not.gl.io l.2. in prin.de do.præ.

Doctor,qui per imperitiam ſuam amiſit cauſam,in qua erat aduocatus,tenetur clientulo ſuo ad emendam damni,ita ſingulariter uoluit Abb.in cap.fin. extra de iniur.

Donatio inter uirum,& uxorem,reuocatur per quamlibet alienationem a donãte factam, ſiue uoluntariam, ſiue neceſſariam, immo etiam per ſpecialem obligationem rei donatæ,ita uoluit Ale in l. ſtichum qui meus erit, in fi. de leg.1. per tex.ſing.in l ſi maritus,la 2.C.de don. inter ui.& ux.ſecus,autem eſt in donatione cauſa mor. quia in ea adhibetur diſtinctio,de qua in l.fideicommiſſa.§.1.de leg. 3.& in l.rem legatam.ff. de adi. leg.ſ.an fuerit alienata uoluntarie,an uero ex neceſſitate,

ceſſitate, ſicut in legato. Ita dicit Alex. in d. l. Stichum. c. ſi.

Dictio taxatiua, licet de ſui natura ſit taxare actum, & oppoſitum negare, ut dixi ſupra, in uerbo dictio, tantum, tamen ſemper extenditur ad caſum ſimilē. leg. ob æs. Cod. de prædi. mino. & ibi gl. & §. præterea. Iuncta gloſſ. Inſti. qui mo. re contra obli. & not. plene Ale. in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tab. & idem Alex. in l. 1. §. per ſeruum corporaliter. ff. de acqu. poſſ.

Dictio, hoc amplius, eſt dictio repetitiua, adeo quod ponit in ſecundo caſu omne quod dictum eſt in primo, & reduat illud ad qualitates ſecundi caſus eſt in l. legata inutiliter de leg. 1. & l. ſi ſic, & l ſi tibi pure, de l. 3. & ibi Bar. & glo. in l. lecta, in uer. tunc ſi cer. pet.

Donatio omnium bonorum ſimpliciter facta, intelligitur de præſentibus tantum, & tunc ualet, ſecus ſi fuiſſet dictum, præſentium, & futurorum, quia non ualet, nam donator priuaretur teſtandi facultate, ſed in primo caſu non quia poteſt de poſtea acquiſitis teſtari, cum hoc in iure ſemper præſumatur. leg. ſi defunctum. Cod. arbi. tute. Ita tenet Bar. in leg. fin. C. de pact. per l. fin. § 1. de leg. 2. ſecus eſt in obligatione, quæ in dubio, quando eſt omnium bonorum intelligitur etiam de futuris leg. fina. Cod. quæ res pignori oblig. poſſ. & leg. obligatione. ff. de pigno. limita tamen id quod modo dixi, non procedere, quando fuiſſet dictum do no tibi omnia bona mea poſt mortem meam, quia tunc ualet ut donatio cauſa mortis. cum ſit facta mentio mortis. leg. ſeia. ff. de dona. cauſa. mor. & l. ſeia. ff. de do. prælegat. unde ueniunt etiam futura, poteſt tamen reuocari, leg. non omnis ff. ſi cer. pet. & niſi fuiſſet dictum, dono poſt mortem meam irreuocabiliter. quia tūc eſſet donatio inter uiuos leg. ubi ita donatum ff de don. cauſa mor. unde ualeret tantum quoad præſentia. arg. l. ſancimus C. de dona.

Dicto quaſi eſt dictio impropriatiua, ut eſt tex. in l. id tempus. § fi. ff. de uſuca. al quando tamen eſt expreſſiua ueritatis. l. ſi inter, ff. ſol. mat. & no. Abb. in cap. cum dilecta. de confir. uti uel inuti. & in c. prout. col. 3. de dolo, & contu. & Alex. in con ſi. 2. col. 11. uol. 1. & conſi. 15. col. 5. uol. 1.

Donatio inter uirum & uxorem non confirmatur morte, niſi traditio interuenerit. l. Papinianus. ff. de dona. inter ui. & uxo. & idem dicimus de donatione, inter patrem, & filium, ut not. Ale. in l. ſi donatione. col. 4. C. de collat.

Dictio, nullo modo, uel nullatenus, eſt talis naturæ, quod quando apponitur, in aliqua lege prohibitiua, impedit fieri diſpenſationem gloſſ. eſt in cle. 2. in uerſic. concedatur. & in uerſ. nullo modo de ęta. & quali. & no. Ale. in l. ſi. C. de teſt. mil. & Iaſ. plene in l. ſeriniarios, eo. tit. & Alexa. conſi. 88.

Debitor, an poſſit compelli per creditorem ad faciendum ſibi inſtrumentum debiti, unde not. Bald. in l. ſicut datam, C. de libe. cauſa, ubi diſtinguit, quod aut tempore celebrati contractus nihil conuenit de hoc, & tunc non cogitur, niſi debitum confiteatur, fallit fauore libertatis, & fauore liberationis, ut ibi per eum, quia tunc indiſtincte tenetur, facere, & uoluit Bald. in l. plures apocis. Cod. de fi. Inſtrum. Aut fuit conuentum, & tunc tenetur. etiam ſi inſtrumentorum fuerit amiſſum, cogitur. Iterum aliud inſtrumentum facere.

Dictio ſecundum, non facit conditionem. Ita uoluit Bar. in l. pen. Cod. de inſt. & ſub. Dies termini, an computetur in termino, dic, quod ſic. niſi eſſet appoſita dictio a uel ab, quæ ſeparationem denotat, ut ſi dicatur, a die conteſta. litis, habeas decem dies &c. Ita uoluit Alexan. in l. Gallus in prin. col pen. per illam gloſſ. ſi. ff. de l b. & poſt. de hoc tamen articulo uide per doct. maxime per Bald. in leg. 1. ff. ſi quis caui. & ibi etiam per Alexand. & Iaſ.

Diſſaſire, in materia feudali, idem eſt, quod extra poſſeſſionem feudi ponere, ſeu aliquē poſſeſſione. Ita declarat Andr. de Iſer. in c. 1. §. Ille tamen, de contr. feu. apud pares &c.

Dictio, ſæpius, uerificatur in duabus uicibus, ita no. dixit Alexan. in l. ſi. § & hæc quidem, Cod. de iure deli per illum text. ſecus in dictione, ſæpiſſime, quæ trinum

actum

actum requirit, ſecundum eum ibidem. & de prædictis uide Spe. in tit. de Inquiſi. § primo. col. 1. & Alex. in l. ſi Idem cum eodem, in prin. ff. de iur. om. iudi. & in l. ſæpe, colum. 2. de re iud.

Doctor qui non bene legit, non meretur habere ſalarium. Ita Bar. in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 11.

Dos data a matre non imputatur in legitimam filiæ debitam in bonis matris. gloſſ. eſt not. in l. 3. §. ſed utrum. in uerſi. patrimonium, in fi. ff. de mino.

Debitor conſtituens ſe præcario nomine tenere aliquam rem, in qua habebat uſucapiendi conditionem, an poſſit illam ulterius uſucapere, & uidetur, quod non, quia per tale conſtitutum transfertur poſſeſſio ciuilis in creditorem, ut no. Bartol. & Alexand. in leg. interdum. ff. de acqui. poſſ. ſine qua non procedit uſucapio. leg. ſine poſſeſſione, digeſt. de uſucap. In contrarium eſt ueritas, quia creditor poſſidet ciuiliter ad commodum debitoris, quantum ad uſucapionem. Ita not. dixit Bar. l. Celſus. col. 4. in uerſi. ſed pone, quod debitor. ff. de uſucapi. & uide infra in uerſicul. uſucapio, an currat, &c. & tex. de hoc expreſſum in l. qui pignoris ff. de acqu. poſſ.

Dictio, protinus, idē importat, quod ſtatim, & mox ſeu incontinenti, ut not. Abb in c. ad aures, de præſcr. & Iaſ. in l. 1. in prin. 4. not de acq. poſſ. & in l. 3. §. in amittenda. co. ti. & ibi Ale. & Bal. in l. 2. C. ut lit. pen.

Dictio, alius, denotat ſimilitudinem, glo. eſt, quæ ſemper allegatur in l. ſi fugitiui, in glo. fi. Cod. de ſer. fug. & tex. a paucis ponderatus iuncta glo. in §. ſi tamen. Inſtit. de rerum diui. & Ale. in conſil. 34. col. 2. uol. 1.

Doctor qui debet legere per certum tē pus, ſi recedet infra tempus, non debet habere ſalarium, niſi pro rata. Ita dixit Bal. in l. 1. in 2. opp Co. de leg. Quod ſingulariter limita, niſi receſſit cum licentia, quia tunc totum ſalarium debet habere. Ita dixit Bald. in l. ſi ea. in fin. Co. de condi. inſer. quem refert & ſequitur Alexa. in l. diem functo. in fi. col. & ibi etiam Rom. col. 2. ff. de offic. aſſ. & plenius ibi per Iaſo. ubi etiam decidit, quod ſi doctor moriatur infra annum, an debeat habere totum ſalarium, & ibi pulchra dicit in antep. & pen. col.

Dictio, magis, quando ponitur inter contraria, ſeu incompaſſibilia, ſtat electiue. leg. & magis, digeſtis de ſolu. ſi uero ponitur inter compaſſibilia, ſtat comparatiue. Ita dixit Iaſo. in l. iubere. column. 7. referens ibi Bald. ff. de iur. omni iudic.

Deponens rem in domo mea me patiē te, an uidetur feciſſe, ut ego uideor accepiſſe cuſtodiam illius rei. dic, quod ſic, ut not. dixit Bal. in l. inuitus. col. 2. poſt Cy. ibi, C. de procur.

Dictum unius uiri fide digni inducit iuſtam cauſam credulitatis. gloſ. eſt not. in lege Titio fundus, in gloſſ. magna. ff. de cond. & dem. & Ale. in conſi. 28. col. 4. uol. 1.

Dictio, perinde, importat omnimodam ſimilitudinem, fallit ratione contrarietatis euitandæ. Ita dixit Bart. in extraua. ad reprime. in uerſicul. perinde, & Alexa. in l. ſi quis vi, in princ. ff. de acquiren. poſſ.

Dilatio data abſenti non currit, niſi a die ſcientiæ, dicit Bartol. & ibi ipſum ſequitur Ale. in l. labeo. ff. de iureiuran. & Alex. in l. qui abſenti. in princ. ff. de acqui poſ.

Dictio, hinc, denotat extremitatem tē poris, dixit Ale. in l. 1. colu. 2. ſi quis cau. & ibi etiam hoc ſentit Bar.

Dictio, a uel ab, denotat ſeparationem, dixit Alex. in l. 1. colum. 2. ff. ſi quis caut. & uide ſupra in uerſicu. dies termini, &c.

Dies debet apponi in depoſitione teſtium, alias non probant. Ita dixit Bal. in leg. ſi quando. 6. q. Cod. de teſtſ. Item in qualibet ſcriptura publica requiritur dies. Ita Bald. & Ale. in l. cum tabernam. §. Idem quæſiit. ff. de pig. & gl. in l. generali. C. de tab. lib. 10. & Bar. in prob. digeſtorum. col. 1.

Dictio, &, cadit inter copulata uniformiter. text. eſt & ibi Bald. in le. quamuis. Co. de impub. & al. ſub. Item repetit naturam ſeu qualitatem præcedentis caſus. l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fund. inſt. & gloſ. in l. 2. in princ. ff. de do. præleg. & gloſſ. in

l. ſi

l. ſi ſic. ff. quemad. ſer. amitt. & Bar. in l. ſi. §. cui dulcia, ff. de ui. tri. & oleo leg. Dicit tamen Bal. in c. ii. pen. col. de reſcri. quod quando habemus mentem, non debemus recurrere ad interpretationem iſtarum dictionum, quia ſæpè impropriantur.

Dictio, circa, in teſte operatur, ut nunquam uideatur concludenter deponere. dixit Alexand. in conſi. 149. col. pen. in fi. uol. 5.

Dilatio data abſenti, non currit, niſi a die intimationis, & ille dies interminationis ſeu notificationis non computatur in termino, gl. eſt in c. quiſquis. in uer. ex ea. 4. quæſt. 5. & Alex. in l. 1. in princ. col. ff. ſi quis cau. & Alex. in l. Labeo. in fi. ff. de iureiur. & ibi etiam Bar. & Alex. in l. qui abſenti. ff. de acq. poſſ. & Bal. in l. cos. §. Apoſtolos, C. de app. & idem Bal. in l. ſi ea. co. ſi. C. qui accu. non poſſ. & Alex. in conſil. 34. in fi. uol 1.

Dictio, præcisè, idem importat, quod abſolutè, & ſine cauſæ cognitione; & in ſtatutis habet uim clauſulæ derogatoriæ, ſecundum Abb. in c. 1. de reſcrip.

Dictio, tanquam, eſt nota impro prietatis, ut de Alex. in conſi. 1. uol. 1. colum. 2. & 11. uer. 10 probatur, & ibi etiam ponit de dictione, quaſi, quæ quandoque exprimit ueritatem, ſecundum Abb. in cap. ex parte, de ſponſa. & Ale. in conſil. 15. in 6. col. vol. 1.

Dictio, liberum, importat, ut non ſit neceſſe petere licentiam alicuius, quando ponitur in aliqua diſpoſitione, glo. eſt in Clemen. dudum. in uerſi. libere, de ſepul. & Abb. in cap. de illis, de ſponſa. & in cap. omnis utriuſque. colum. quarta, de pœn. & remiſſ.

Dictio, quilibet, attribuit inſolidum ſecundum Bal. in c. 1. §. filia. de ſuccel. feu. & Ale. in conſ. 30 col. 3. in fin. uolu. 1. quod not. pro ſucceſſionibus.

Dominus ciuitatis non poteſt ipſam ciuitatem uendere ſine conſenſu ciuium illius ciuitatis, nec eis inuitis. Ita tenet Hoſt. in c. dilecti. de maio. & obe. & Pau. de Caſt. in conſ. 70. col. 3. uol. 1. & Fel. in c. ad audientium. col. 2. de præſcri.

Donatio poteſt fieri abſenti, debet tamen per donatarium ratificari, alias ſibi non acquiritur, & an hæres eius poſſit ratificare, uide Pau. de Caſt. in conſ. 195. uolum. 2. & Decium in conſ. ſuis.

Exceptio dominii an poſſit opponi ab habente cauſam a me? Dic, aut ego peto actione reali, ut rei uendicatione, & tunc poteſt obſtare mihi exceptio dominij, & eſt ratio, quia talis exceptio in totũ perimit ius mei agentis, ut not. in leg. ita ut ſi fur. digeſt. commod. Fallit in uiolento poſſeſſore, in odium ipſius, lege ſi quis emptionis, §. ſed hæc ſuper illis, Codi. de præſcript. 30. ann. Aut ago actione perſonali, & tunc ſi ſumus in contractu, de cuius natura eſt, quod agens fuerit dominus, & tunc dic, aut excipiens probat, ſe, uel alium eſſe dominium, & poteſt opponi, aut non probat, & non poteſt, quia in dubio præſumitur pecunia mutuantis, ita not. Barto. in leg. nam & ſi fur. digeſt. ſi cert. pet. Fallit, quando in mutuo interueniſſet ſtipulatio, quia indiſtincte, non poteſt opponi. lege ſecunda, Cod. ſi cert. pet. Si uero eſt de natura contractus quod agens ſit dominus, ut in depoſito, & commodato, & ſimilibus, & tunc ſiquidem mihi opponatur exceptio dominij alieni, illa exceptio non perimit ius meũ. lege prima, §. ſi prædo, ff. depo. & lege prima, §. Idem Pomponius, digeſt. nau. cau. ſtab.

Si uero opponatur exceptio dominij proprij ipſius opponentis, & tunc ſi dominium ſemper fuit ipſius, antequam cauſam a me habuiſſet, & poteſt opponere: ſi uero ſibi de nouo ſuperuenit, non poteſt, lege plane, & lege qui rem, digeſt. depo. quæ leges loquuntur in contractibus ex parte dantis tantum, nam in aliis eſt ſecus, quia quandocunque peruenerit dominium ad poſſidentem, poteſt opponere exceptionem dominij proprij. leg. ſi rẽ alienam. la ſecunda, ff. de pig. ac. ita loquitur Alexan. in leg. ſi alienam, colum. 3. digeſt. ſolut. matrim. Fallit in authen. Item ſi poſſeſſor, ubi ratione mendacii creditor non poteſt opponere exceptionem dominii, quæ auth. eſt C. qui potiã pign. ha. Et hæc procedunt, quando agitur ad dominium, ſecus ſi agatur ad poſſeſſionem, quia tunc omnibus prædictis derogat. lege ſi quis conductionis, Cod. loca. Nam condictio ex illa lege competit directa

in lo-

in locato, in omnibus autem contractibus competit utilis, præterquam in locato, & ſi quis agit conditione ex illa l. nulla ſibi poterit exceptio opponi, & illa lex habet locum tantum in his, qui alieno nomine poſſident, non autem in his, qui poſſident proprio ut in marito poſſidente res dotales, ut uoluit Alexand. in dicta l. ſi alienam, colum. 3. & eſt ratio, ſecundum eum, quia ille, qui alieno nomine poſſidet, negando, videtur ſpoliare eũ a quo habuit cauſam, ſua poſſeſſione, quod non cadit in eo, qui proprio nomine poſſidet.

Exceptio quælibet competens reo principali, competit etiam & fideiuſſori, ita demum, ſi eſt exceptio realis, ut iuris iurandi, tranſactionis, doli mali, & ſimilium l. omnes ff. de excepti. & ibi gl. dummodo reus permanſerit in eodem ſtatu, nam ſi fuerit deportatus, & bona eius publicata, licet ipſe dicatur abſolutus, quia obligatio eſt tranſlata in fiſcum tamen fideiuſſor remanet obligatus, l. defenſiones, C. de excep. ſecus autem eſt in exceptione perſonali, & eſt exceptio, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, quia non prodeſt fideiuſſori, l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iudic. Fallit tamen in exceptione odioſa, ut eſt Macedoniani, quæ licet ſit perſonalis, tamen competit fideiuſſori, l. ſed ſi paterfam. §. non ſolum, ff. ad Mate. & prædicta faciunt ad id, quod habetur in l. 2. C. de fideiuſ. mino. ubi beneficium reſtitutionis ad fideiuſſorem non tranſit, quia eſt perſonali. Vide infra, in 15. not. & Bar. in le. fin. C. de uſur. rei iudi. not. gloſ. inſtitut. de replica.

Error communis licet alias faciat ius, l. Barbarius, ff. de offi. præto. tamen hoc non habet locum, quando deficeret ſubſtantia actus, vnde ſi tutor, qui non fecit inuentarium, adminiſtrauit bona pupilli, & ab omnibus, ut tutor reputatus eſt, ſi poſtea appareat eum non feciſſe inuentarium, omnia per eum geſta, irritantur. Ita uoluit Bal. in l. non omnis, §. 1. ff. ſi cert. pet. & ratio eſt, quia in tutore requiritur de ſubſtantia, quod faciat inuentarium, l. tutor qui repertoriũ, ff. de admi. tuto.

Expenſæ, quædam debentur, ſeu veniunt ratione victoriæ, & quædam debentur ratione contumaciæ. Quæ præſtantur ratione uictoriæ, petuntur officio iudicis mercenario, & ueniunt tantum illæ, quæ ſunt factæ gratia litis, non autem extra litem. Quæ præſtantur ratione contumaciæ, de quibus in l. ſancimus. C. de iudic. petuntur actione in factum, & ueniunt tam expenſæ factæ gratia litis, quam extra litem, ita uoluit Barto. in l. 1. §. hoc iudicium, ff. ſi quis ius di. non ob. & Barto. in l. 1. ff. de alie. iu. mut cauſa fact. & probatur in l. omnes. in fin. C. de epiſco. & cler. Eſt & alia differentia, quia illæ, quæ præſtantur officio iudicis, debẽt poni in eadem ſententia cum cauſa principali; alias lata ſententia non poſſunt amplius peti, cum ſit finita actio, cui officium iudicis habet deſeruire. l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. Intelligas tamen in eadem ſententia, ut procedat etiã poſt ſententiam, dummodo eadem die, quia tota illa die durat iuriſdictio iudicis circa expenſas, ut uoluit Ang. de Aret. in §. hæc autem, colum. 2. Inſtitu. de pœna teme. liti. Et quod tales expenſæ lata ſententia poſt diem, peti non poſſint, eſt tex. not. in l. quarta, C. depo. quia officiũ iudicis, ex quo nullam præſupponit obligationem, l. qui per colluſionem, §. fina. ff. de actio. emp. finitur finita actione per ſententiam. Illæ uero, quæ petuntur iure actionis, etiam ſi poſt ſententiam, & poſt diem non fuerunt petite, poſſunt quandocunque peti. gloſ. eſt not. in l. non ſolum, ff. de rei uend & gloſ. & Bart. in leg. ſi mulier, §. ſi rem, ff. de lega. 3. Ex quo inoleuit optima notariorum, ut in contractibus pro cautela apponant, quod in caſu, quo acciderit ratione illius contractus partes in iudicio eſſe puta ratione euictionis, quod ſuccumbens promittit dare per ſtipulationem, omnes ſumptus in tali lite erogatos, & ſic intereſt uictoris habere expenſas per uiam actionis, cum poſſit illas petere quandocunque. Nec obſtat quod uictus ſemper eſt condemnatus uictori ad expenſas, l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudi. & in c. fi. de maio. & obe. unde nulla videtur utilitas habere actionem,

rem, quia immo utilitas conſiſtit in duobus; Primo, quia iudex ita demum tenetur condemnare victum ad expēſas, ſi fuerit a parte petitum, licet iudex poſſet ex ſe, ſi uellet, ēt parte non petente, ſed ſi nō fecerit, nō tenetur in ſindicatu, ut uoluit Barto. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infecto. Secundo vtilitas conſiſtit in eo, quod ſuperius dixi. Eſt & alia maxima utilitas, quia quando debentur per officium iudicis, ſi reus habet iuſtam cauſam litigandi, licet ſuccumbat, non tamē punitur in expenſis, ut eſt gl. & ibi etiam Bar. in l. qui ſolidum, §. etiam. de leg. 2. ſecus quando petuntur iure actionis, ut tenet gl. in d. l. non ſolum, & gl. in d §. ſi tē. De prædictis tamen uideas plene per Iaſ. in d. §. ſin autem alterutra & Ang. de Aret. in d § hæc autem, & Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 2. de ver. obl. & Iaſ. in d. §. hoc autem iudicium col. 2. vbi ſingulariter loquitur in hac materia.

Exceptio contra teſtem, ꝙ ſi criminoſus, debet taliter formari, ꝙ in ea debent poni omnes circunſtantiæ, puta dies locus, & tempus, & debet crimen ſpecificari, ſicut in libello accuſatorio. iux. l. libellorum. ff. de acc. Ita ſingulariter uoluit Bar. in l. teſtium. § lege ff. de teſti. & uide inf. in uer. teſtis. in 35. no.

Executio an poſſit fieri in ſtipēdiis militum. & in præbendis clericorum? require inf. i uer. Res empta ex aliena pecunia.

Exceptio non nu. pec. habet locū tantum in contractu mutui, & dotis, in aliis autem contractib. locum non habet. ſ. ꝙ ſit talis, ꝙ transferat onus probandi in creditorem. Ita ſingulariter voluit Bal. in l. pecuniæ, C. de ſolutio.

Expulſus de poſſeſſione de facto, ita demum poteſt de facto eandem poſſeſſionem recuperare, ſi incontinenti hoc faciat, l. 3. §. cum igitur, ff. de ui & ui ar. ꝙ verbum, inconuenienti, exponit ibi glo. ēt per triduum, ſi expulſus voluerit præparare ſe. Hoc tñ limita non procedere in rege, uel in principe, qui amiſit caſtrum, uel regnum de facto; nam ēt ſi per decem an. ſtaret, poſſet illud recuperare, & vr̄ hoc feciſſet in continenti, quia magnum tp̄s requiritur ad præparandum exercitum; Vnde quandiu habet animum recuperandi, ſemp dr̄ feciſſe incōtinenti. Ita Bal. in l. ſi. C. de his q̃ a nō do. ma. & Bal. in repe. l. 1. 8. C. vñ ui. & Bar. in d. l. 3. §. cum igitur.

Exceptio non nu. pec. an habeat locū in confeſſione de præterito, puta cōfiteor me accepiſſe 10. quæ fuerūt numerata mihi iā elapſo menſe. Dic ꝙ ſic. Nec obſtat ꝙ non ſub ſpe futuræ numerationis uideor feciſſe, quia tunc confeſſio de præterito præiudicat huic exceptioni, qñ quis confitetur ex alia cā, quā ex cā mutui: puta dico me debere decem ex cā emptionis, quæ in mutuum fuerunt cōuerſa. Ita nō. gl. in l. aduerſus, C. de non num. pe. & Alex. in l. 2. §. appellata, ff. ſi cer. pet.

Exceptio non nu. pec. licet in qualibet ſcriptura poſſit opponi ante bieniū l. in contractib. C. de non nu. pec. dūmodo ſit confeſſio de mutuo uel de dote, ut dixi ſup. in 4. no. ab iſto, tñ nō hēt locū, qñ teſtator confitetur in teſtō ſe recepiſſe decē ex cā mutui, quia tunc nō vr̄ feciſſe ſpe futuræ numerōnis, vñ exceptio nō opponitur. Ita eſt gl. & Bal. in l. 1. C. de fal. cā ad l.

Executio qñ fit a lege, nō facit admitti purgationē moræ, l. ſi is cui, ff. de le. 2. & no. Bar. in l. ſi qs maior, C. de tranſ. & idem Bar. in l. ſi inſulā. in 4. q. de uer. ob.

Exceptio dilatoria licet nō poſſit opponi poſt lit. cōt. vt l. exceptionem, & ibi gl. C. de pb. tñ non hēt locū hæc regula, qñ exceptio ſupueniret poſt litem conte. quia tunc pōt opponi. Ita ſingulariter dixit Ale. in l. ſi mulier, p illū tex. ff. ſo. mat. & p tex. & gl. in l. 2. C. de cōſor. eius lit.

Exceptio perēptoria, q̄ non impugnat ſnīam, pōt opponi poſt ſnīam, ut l. ex diuerſo. §. ſi. ff. ſol. mat. & l. ſi fideiuſ. §. ſi. ff. de fideiuſ. & Bar. in l. in fundo, cir. ſi. ff. de rei uē. & i d. l. ex diuerſo. §. ſi. per quē hēs optimā limitationē ad l. perēptorias, C. ſen. reſci. non poſ. Ita not. Alexā. in d. §. ſi. exemplificando in hærede, qui pōt opponere exceptionē inuentarii ēt poſt ſententiam, ſecundum quod dicit Bar. ibidem.

Exceptio procuratoria eſt duplex, quędā falſi procuratoris, ut tu nō es procurator, & quædam eſt inhabilitatis, ut tu nō potes eſſe procurator, quia miles, ſeu minor &c. Differunt tamen in hoc, quia exceptio inhabilitatis eſt dilatoria, unde debet opponi ante litem conteſtat. ut l.

Ita demum, C. de proc. & l. exceptionem. C. de prob. Bart. in l. inter quos §. alieno, ff. de dam. infect. Exceptio uero falſi procuratoris licet ſit dilatoria, ut no. gl. in d. l. licet, C. de procur. tamen poteſt opponi qñcunque, etiam poſt ſententiam, ut eſt tex. in d. l. licet, & qñcunque opponatur, ſemper reddit iudicium retro nullum, ut ibi habetur. Limita tamen quod dixi de exceptione inhabilitatis, procedere in eo, qui licet non pro alio poſſit procurare, tñ pro ſe eſſe poteſt, ut miles & mulier & ſimiles perſonæ, ut d. l. ita demum, & l. q ſtipendia, C. de procu. & l. filiusfa. §. ueterani, ff. eo. ti. nam ſecus in eo, qui non poteſt eſſe procurator, nec pro ſe, nec pro alio, ut minor, & ſeruus, l. 1. C. qui. legi. perſo. ha. ſta. in iud. quia tunc exceptio, talis poſſet opponi qñcunque, & poſt ſniam, quia reddit iudicium retro nullum. Ita uoluit Bar. in l. licet, C. de proc. & Alex. in l. exigendi col. fi. C. eo. tit. & *Bar.* in l. minor ff. de proc & Gemi. in c. quia generaliter, de proc. li. 6. & loquor de procuratore ad iudicia, quia ad negotia ſeruus poteſt eſſe procurator. l. ſeruum quoq;, ff de proc. & dixi infra in uer. procurator ad iudicia, non poteſt. Fallit tamen quod dixi de minore in caſu ſingulari. ſ. qñ filius minor uellet eſſe in iudicio ad defendendũ patrẽ abſentem, contra quẽ erat ferenda ſnia; quia tunc admittitur, ut eſt tex. no. ſingularisque. in d. l. exigendi in fin. & de hac materia uide plenius Bart. in l. de pupillo. §. ſi procurator aũt, ff. de ope. no. nũ.

Exceptio, quæ poterat opponi per fideiuſſorẽ, ſi non fuit oppoſita ſcienter, fideiuſſor non hẽt recurſum contra, reũ principalẽ, ſecus ſi ignoranter, text eſt no. in l. ſi fideiuſſor. ff. manda. & hæc addas oĩno ad ea, quæ dixi ſup. in uer. exceptio qlibet & exẽplum põt eſſe in exceptione nõ nu. pec. quæ poteſt opponi ẽt per fideiuſſorẽ inf. biennium, l. tam mandatori & l. pen. C. de non nu. pec. & multa alia exempla, de quibus ſup. in præallegato loco.

Exceptio declinatoria fori, an poſſit opponi poſt lit. conteſt. Dic, aut conuentus ſciebat iudicem, coram quo conuenitur, non eſſe competentem, & paſſus fuit, ad uerſarium coram eo litem conteſtari, & non poterit amplius opponere, ut l. ſi. C. de excep & l. ſed & ſi ſuſceperit, ff. de iud. Aut ignorabat, & tunc poteſt opponere, quandocunq;, ad eius ſcientiam peruenerit, ẽt poſt ſententiam, ut l. fin. C. ſi a non compet. iud. fue. iud. & eſt gl. in d. l. ſed ſi ſuſceperit, & in d l. ſi. C. de exce. facit tex. in l. 2. ff. de iud. limita prædicta, ut inf. in uer. exceptio declinatoria.

Exceptio peremptoria dr̃ illa, quæ in totum perimit ius agentis, ut inſt. de excep. §. appellatur, & poteſt opponi qñcunque uſque ad ſententiam, l. peremptorias, C. ſen. reſci. Quod intelligas uſque ad cõcluſionem in cã; nam poſt opponi non põt, ut c. cum dilectus. de fi. inſtr. & tunc dr̃ concluſum in cauſa, qñ partes renunciant oĩbus excep. producendis, ut eſt gl. in d. c. cum dilectus, & Lanfr. in c. quoniã contra. in uer. exceptiones, de prob. circa quod uide quæ dixi ſup. in uer. conditione facta: Fallit tñ prædicta regula in multis caſib. quos numerat gl. ĩ l. 1. C. de iur. & fac. ign. in q b. exceptione peteptoria opponi põt ẽt poſt ſententiam, & ibi uide.

Exceptio Macedoniani, licet ſit perẽptoria, tamen opponi poteſt ẽt poſt ſentẽtiam ad impediendum executionem. l. tamen ſi. ff. ad Mac. Idem d cas de exceptione Velleiani, ut no. glo. in d. l. tamen ſi. & gl. in l. 1. C. de iur. & fact. igno.

Emphiteota alienans irrequiſito dño, licet amittat emphiteoſim, ut l. ſi C. de iure emphi. tamen hoc non habet locum, qñ alienatio eſſet ipſo iure nulla. Ita ſingulariter Bal. in l. 1. poſt princi. C. de epi. aud. aut ſi mulier alienaret ſine mundualdo, qui dẽt interuenire in alienatione mulieris de iure Longobardo ſecũdum Bal. ibidẽ quo iure utimur & nos ĩ caſu iſto. Qđ facit ad id quod dixi contra. in verb. iudex licet alias, & in ver. falſificãs monetãm, & in uer. Notarius falſificans, & vide Iaſ. in l. 1. §. ſi col. pe. ff. qđ quiſque iur.

Expendens falſam monetam, ſiquidẽ ipſe cuderit eam, punitur de falſo. l. lege Cornelia. la. 1. & ibi *Bar.* ff. de falſ. ſi uero ipſe eam non cudit, punitur extraordinariè, l. ſaccularii, & ibi Bar. ff. de extraord. crim. Sed ſi ipſe accepiſſet eam monetam expenſam ab alio, non punitur, ſi eam expendit eo modo quo ipſe accepit. Ita tenet Alex. in d. l. lege Cornelia. in addi. ad

Bar.

Bar. & illa dr̃ falſa moneta, q̃ nõ eſt facta ab eo, qui hẽt authoritatẽ faciẽdi a princi pe, ut per Bar. in l. qui falſum. ff. de fal. Sed ſi quis expendere monetam plumbeam indiſtinctè punitur de falſo, ſecundum Bar. in d. l. lege Cornelia.

Exceptio declinatoria fori, licet ſit dila toria, tamen qñ eſſet talis, quæ redderet proceſſum nullum, poteſt qñcunq; oppo ni, ar. eorum quæ habẽtur in l. licet. C de procur. ut dicimus in excepta ꝙ cauſa eſt uſuraria, quia per eam declinatur forum ſeculare. Ita tenuit ſingulariter Laſ. in cl. diſpendioſum, de iud. in 6. col. & ſic limi ta, quod dixi ſup. in uerſi. exceptio decli natori, &c.

Exceptio peremptoria, quæ impedit li tis ingreſſum, coniuncta cum ea, quę non impedit, facit eam ſimiliter impedire ra tione cõiunctionis. l. creditori. C de pac. ar. l qui patri. ff. de acq. hær.

Ebrius an poſſit contrahere, & an con tractus p eum celebratus poſſit reſcindi, Vide ſup. in uerſic. Cõtractus celebratus per ebrium.

Excadentię dicuntur bona ſolita dari in feudũ per comites, uel barones, & iſta tantum bona poſſunt dari per ipſos aliis in feudum, non aũt noua feuda cõſtitue re poſſunt. Ita declarat And. de Iſer. in c. i. in uer. Regis. de his qui feu. dare poſ. niſi eſſent bona ſterilia; nam tũc poſſunt illa dare in feudum pro certa quantitate fru ctuum annuatim pręſtãdorum. Ita dixit idem And. in c. 1. §. præterea, in 1. col. de Capi. Corr. & in c. 1. §. fi. in fi. An ille qui interſe. fra. do.

Executores ultimarum uoluntatum, ſi plures ſunt, an poſſit unus ſine altero exe qui. Bar. in l. i. §. ſi plures. ff. de exerci. co. & tenet ꝙ ſic, & idem tunc Bar. in conſi. 147. Sed Bal. in l. fi. in prin. 2. col. C. cõ. de leg. tenet contrarium. ſ. ꝙ nõ poſſit unus ſine altero exequi. Sed idem Bar. in l. nul li. co. fi. C. de epi. & cle. uĩ diſtinguere, aut diſtributio erat in certa, & nõ põt unus ſine altero, aut certa, & tunc ſecus; ſed de hoc habemus tex. expreſſum in c. fi. de te ſta. li. 6. ubi ponuntur tres cauſa, in quib. poteſt unus ſine altero exequi. Primus eſt ſi alter eſt mortuus. Secundus ſi eſt longe abſẽs. Tertius ſi eſt patris, & nõ uult exe. qui. ergo aliis caſib. uĩ concedere, ꝙ unus ſine alio non poſſit. ar l. cum pretor. ff. de iud. & l. quos prohibet. ff. de poſtula. & in nuit ibi gl. Quid ãt ſi ſi in plurib. procura toribus. Bar. in l. plurib. ff. de proc. diſtin guit, aut ſunt præpoſiti ad unum uniuer ſale negotiũ, & tunc cuilibet cenſetur eſſe mandatum in ſolitum; unde poteſt unus ſine alio adminiſtrare. Si uero ad plura negotia, & tunc quilibet cenſetur datus pro parte. Quid autẽ in plurib. iudicibus. Dic, aut erant ordinarii, & tunc cuilibet cenſetur permiſſum in ſolidum, unde tũc poteſt unus ſine alio iudicare. l. Impera tor. ff. ad munic. Aut erant delegati, & tũc non poteſt unus ſine alio, niſi alius eſſet pręſens, & non contradiceret. l. duo ex tri bus. ff. de re iud. & no. Barto. in d. §. ſi plu res In diſtinctione. Idẽ dicas in arbitris ꝙ in delegatis. l. ſi in tres ff. de arbi. Quid autem in tutorib. uel curatoribus? Dic, ꝙ quilibet poteſt in ſolidum adminiſtrare, niſi adminiſtratio eſſet diuiſa ab ipſis, uel a teſtatore, uel a iudice leg. ſi plures. la 1. ff. de adm. tut. & no. gl. in d. l. Impera tor. Et ex hoc ſequitur, ꝙ ſolus unus põt ſine alio authoritatem præſtare l. fi. C. de aut. præſta. Quid autem de aliis admini ſtratoribus, puta de exercitoribus, uel in ſtitoribus? Dic, ꝙ cuilibet cẽſetur permiſ ſũ in ſolidũ. Ita dicit Bar. in d. §. ſi plures.

Exguardum quid ſignificat in materia feudali, vide inf. in uer. Laudamentũ &c.

Error iuris in damno uitando nemini nocet. l. error ff. de iur. & fa. ign. Quod li mita, niſi eſſet error ĩ iure naturali, ut ibi no. gl. Item limita non procedere pro ri gore iuris conſeruando, ſecundum Alex. in l. iuſte. colu. pe. ff. de acq. poſ. Vbi ponit exemplum de emphiteota, qui nõ ſoluit canonem per triẽnium errore iuris, vt ca dat nihilominus a iure ſuo.

1 Executio qñ fit alicuius ſententiæ, uel inſtrumẽti, debent ſeruari ſtatuta, & con ſuetudines loci, in quo fit executio, non autem in quo fuit lata ſententia, uel in quo fuit factum inſtrumentum. ita dixit Bald. in leg. 1. quæſt. 4. Co. ne ſi pro pa. fa cit quod dixit ſingulariter Bald. in l. 1. in fi. uerbis. Cod. de confeſ. quem ad hoc re fert & ſequitur Iaſ. in l. cum quædam puel la. in fi. illius prin. ff de iuris. om. iudi. &

Alex.in l.a diuo pio.§.1.colum.pen.ff.de re iudi.

Eximens captum de manibus familiæ pro delicto, ſiquidem erat confeſſus uel condemnatus,tenetur crimine læſę maieſtatis,ut no.Car.in l.cuiuſque.ff.ad l.Iul. maie.Si uero non erat cõdemnatus, nec confeſſus,adhuc punitur ultimo ſupplicio,ut no.Ibidē Bart.& Bal.in l.additos. C.de Epi.audi.ubi ponit etiam, quid de occidente eum, qui ad mortem ducebatur,de quo uide Bar.in l.eiuſdem.§.trans fugas.ff.ad l.Corne.de ſica.de quibus ēt uide per Iaſ.in l. . §.is uidetur.col.penu. & fi ff.ſi q is iuſdi.non ob.

Expenſarum appelatione non ueniūt damna,nec econtra,ita dixit Iaſ.in l.1.§. fi.colu.3.ff.ſi quis ius di.non ob.per alle. per eum,& maxime per tex.no.in cap. in noſtra extra de iniur. ſed contrarium tenuit Ale.in conſi.34.in fi.uol.3.

Expenſæ, uel alia acceſſoria, quando petūtur officio iudicis nobili,poſſunt peti,etiam poſt ſententiā,ac ſi iure actionis deberentur,uide infra,in uerſi.ſihuſfa.licet regulariter,& c.

Error iuris & mala fides non ſemper æquiparantur,nam licet utrunque impediat uſucapionem,l.nunquam.ff.de uſucap.tamen mala fides impedit acquiſitionem fructuum.l.quæſitum.ff. de acquir. re.domi.Sed error iuris non.tex.eſt no.& ibi gloſ.in l.de fructibus.ff.de don.inter ui.& ux & Ale.qui utrūq.dicit in l.Pomponius.§.quæſitum.in fi.& §.ſed & legatario.ff.de acq.poſ.& eſt tex.in l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de pet.hær.& gl.& Alexa.in l.quod uxor.ff.de acq.poſſ.

Excõicatio non infertur ipſo iure per hæc uerba a cõione habeatur alienus,ſed mandatur ferri.Ita dixit Abb.in c.ſi diligenti.in pe.no.de for.compe.

Expenſæ, quando poſſint probari per iuramentum,& qñ non,uide Abb.in c.dilecti.col.pe.de fo.compe. ubi dicit quod tantum expenſæ litis probantur per iuramentum,non autem factæ ante litem.

Excõicatus nõ agit pro iniuria ſibi illata,quia obſtat ſibi exceptio excommunicationis.ita dixit Abb.in ca. ueritatis. col.13.de dolo,& contu.

Exceptio firmat regulam in caſib.non exceptuatis.l.nam,quod liquide.§.fin. ff. de pen.leg.& § ut autem.in authe.de non alie non tamen facit cõprehendi ſub regula, id quod de ſui natura nō ueniebat, ſecundum Bar.in l.generali.§.uxori.ff.de uſufr.leg.& Ale.in conſi.28.pe.col.uo.1.

Expenſæ faciendæ ſunt ſecundū quantitatem facultatum & redditu um,ne longi temporis uictum breuis hora conſumat.gl.in c.conquerente de offic.ord.& tex.& Abb.in c.cum Apoſt.de cenſi.

F.

Feudum ſimpliciter conceſſum alicui pro ſolito ſeruitio,non tamen ſpecificato,ſed ſecundum morem,& naturā feudi,intelligitur conceſſum hoc mō.l.quia feudatarius tenetur præſtare dño unum militem pro ſingulis xx. unciis annuis, quas precipit ex feudo, & hæc eſt natura & mos feudi.Ita dixit And.de Iſe.in c.1. §.fi.circa prin.in quib.cau.feud.amit. & in c.1.de inue.de re alie.fac.& in d. §.fin. col.fi Subdit ſingulariter idē And quod Rex concedens ſimpliciter alicui rem,ut di libere donare,non aūt in feudum cõcedere,niſi expreſſe dicat,concedo in feudū uel niſi utatur uerbis aptis ad conceſſione feudi,puta,inueſtio te de tali caſtro.

Feudum ſimpliciter conceſſum,in dubio,ſi non apparet,præſum.r conceſſum pro ſe,& hæredibus ſuis Ita dixit Iſer. in c.1.§.fi.colu.2.in qui.cau.feu.amit.& in c.1.qui.mo.feu.conſti.poteſt.& ibi Bald.

Feudum quaternatum, dicitur illud, quod præſtatur tantum a Rege alicui baroni,ut Caſtrū,& ideo ſic dr.quia omnia iſta feuda ſunt deſcripta in quaternionibus Regis, & cameræ ſuæ, ſed feudum planum,& de tabula,dicitur illud, quod præſtatur ab aliquo Barone, & hoc feudum poteſt conſiſtere in territorio, non in Caſtro, quia illud ſolus Rex dat, & iſtud feudum planum, & de tabula non poteſt dari, niſi in illis rebus quæ ſolitæ fuerunt alias in feudum concedi,quæ excadentiæ appellantur, ut dixi ſupra, in uerb. excadentiæ.Ita declarat Iſer.in c.1. in uerſi.regis.de his q.feu.da. poſ. & plenius in c.1.§.fin.de contro.feu. apud pares term.

Feudum

Feudum non poteſt obligari in præiudicium domini. Ita Bal. in c. 1. §. fin. colu. pen. de contro. inueſt.

Feudum conceſſum alicui, licet non fuerit dictum pro ſe & filiis ſuis, tamen ſi in illo regno eſt conſuetudo, quod tranſeat ad filios, intelligitur conceſſum ſecũdum cõſuetudinem illius regni, ita not. And. de Iſer. in c. 1. §. huius generis, qui ex cauſa feu. amit. ar l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur. & le. ſeruus plurium §. fi. de leg. 1.

Fideiuſſor, qui fideiuſſit pro eo, qui erat tutus exceptione perſonali, non põt ſe tueri eadem exceptione, ut ſi fideiuſſit pro eo, qui non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, ipſe tenebitur in ſolidum, l. & ſi fideiuſſor, ff. de re iud. & l. uerum, §. 1. ff. pro ſocio. Datur tamẽ optima cautela ipſi fideiuſſori, ut qñ conuenitur, denunciet reo, ut ſuſcipiat in ſe iudicium, & ĩ pponat ſuum intereſſe, nã poſtea teneretur, per obliquum ad id, ad q̃ directo non poterat conueniri, & ſic per hanc cautelam fideiuſſor condemnabitur eatenus, quatenus poterat reus condẽnari, ut uoluit Bart. in d. l. & ſi fideiuſſor, & Ale. in l. quia tale, in fi. ff. ſol. ma. & idem Bar. in d. l. uerum, in prin. per tex. in l. idẽque, §. generaliter, ff. mand. & Are. in Rubr. inſt. de except. col. 9.

Filia renuntians bonis paternis, & maternis, uidetur renuntiare his, quę ſibi ſpe ſaltim debentur, non aũt his, quæ poſſẽt ſibi obuenire ex iuris diſpoſitione. Ita ſingulariter conſuluit Lud. Ponta. in conſi. 21. per ea quæ uoluit multum no. Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, poſt princ. in uerſi. & hæc faciunt ad q. duo fratres. Ex quo dicto inferebat Lud. in præalleg. conſi. quod licet filia renuntiauerit, tamen ſi pater tranſit ad ſecunda uota, & inſtituit poſtea uxorem ſecundam hæredem, filia poteſt non obſtante renunciatione petere dimidiam illorũ bonorũ, in quib. ſua nouerca fuit inſtituta, quia iſta obueniũt ſibi ex diſpõne iuris, ſ. ex le. hac ædictali. C. de ſecund. nup. unde ad ea renuntiatio non extenditur, & ita fuit quãdoque obtentum in ſacro conſi. Neap.

Filius quantũ ad familiã, & dignitatẽ ſequitur patrẽ, & non matrem. le. 1. ff. ad munici. Sed quantũ ad eius ſtatũ libertatis uel ſeruitutis, ſequitur matrem, & nõ patrẽ. l. partũ. C. de rei uend. Et ratio eſt, quia mater põt filio proficere trib. tẽporibus. ſ. tempore conceptionis, & tempore partus, & medio tempore, ſufficit enim, ut uno ſaltim tempore ex iſtis temporibus mater fuerit libera, ad hoc ut liberũ partũ pariat. l. & ſeruorũ. §. igenuum. ff. de ſta. ho. pater uero uno tãtum tempore poſſet ſibi proficere. ſ. cõceptionis, unde hoc eſt inductũ in fauorem filii. Mulier autẽ quo ad dignitatem ſequitur maritũ l. mulierem. C. de dignita. lib. 12. & etiam quo ad forum, ut not. glo. in l. hæres abſens. ff. de iud.

In alternatiuis, cuius ſit electio, diſtingue, aut ſumus in alternatiuis rerum, aut in alternatiuis pœnarum, aut in alternatiuis remediorum. Primo caſu, aut uerba executiua ſunt directa in creditorem, & eius erit electio, aut in debitorem, & eius erit electio ſimiliter, tam in contractibus quam in ultimis uoluntatibus. l. plane, in 1. §. pen. ff. de leg. 1. & ibi not. & l. ſi ita relictum, §. Pegaſus, ff. de lega. 2. & no. gl. & Bar. in l. Lucio, eod. titu. & Aretin. in §. huic autem in pen. colum. inſtitut. de act. Si vero ſumus in dubio, quia ſciri non poteſt, in cuius perſona dicantur directa uerba executiua, & tunc in ultimis uolūtatibus electio, eſt legatari; & ſic creditoris, ut dicit glo. in d. l. Lucio, in contractibus uero electio eſt debitoris, l. plerunq; §. fi. ff. de iure dot. l. eum, qui certarum, §. fin. ff. de uerbo. obliga. Quod tamen ſingulariter limita, non habere locum, quando creditor ſtipulatus eſſet alternatiue propter ſui cautelam, ut ſi dico, promiſiſtis mihi dare decem, vel fideiuſſores, nā non poteſt debitor eligere fideiuſſores, ſed creditor poteſt præciſe facere ipſum condemnari ad decem, quia fideiuſſoris ſtipulatio facta in cautelam, & fauorem creditoris, non debet redundare in eius odium, l. quod fauore, C. de legi. & l. 2. §. ſi ex conuentione, ff. de re iudi. Ita ſingulariter uoluit Bartol. in l. quamuis. de pig. act. uide glo. & Bald. in l. quod ſi minor, in ſecunda lect. ff. de mino. in caſu, in quo is, qui non habet in ære, debet luere in corpus, quis eligit luitionem in corpus, debitor, an creditor. Secundo caſu, quando ſumus in alternatiuis pœnarum, & tunc ſimiliter attendimus uerba executiua, ut ſi diriguntur in perſona iudicis, a l. vel a principe, iudex eliget, l. ſi fugitiui, C. de ſer. fugi. Si uero dirigūtur in perſonam rei, ipſe eliget, l. quicunque, in princi. & ibi not. C. de ſer. fug. & Bald. in dicta l. Lucio, in fin. & Bartol. in l. prima. § 1. ff. de effracto, ſi uero ſumus in dubio, & tunc Bart. in d. §. 1. tenet quod electio ſit rei. ar. l. pen. digeſt. de pœnis. Tertio caſu, ſcilicet alternatiuis remediorum tunc ſemper electio eſt eius, cui competunt, l. quod in hæredem, §. eligere, digeſt. de tribu. & l. 1. C. de fur. & not. Barto. in l. ubi pactum, in 2. colum. C. de tranſact. An autem facta ſemel electione, admittatur variatio. Dic quod in alternatiuis rerum in ultimis uoluntatib. nō admittitur, l. apud Aufidium, digeſt. de op. leg. & rationem ponit Bart. in l. ſi quis ſtipulatus ſi ſtichum, digeſt. de uerb. obl. & gl. in l. huiuſmodi, §. ſtichum, ff. de lega. 1. ſ. quia ultimæ uoluntates non poſſunt eſſe in pendenti, l. ſi. digeſt. com. præd. I. ē facta electione, dominium transfertur ipſo iure in eligentem, d. l. apud Aufidium & l. ſtatu liberum, §. ſtichum, ff. de lega. 2. Si vero ſumus in contractibus, & tunc ſi habet electionē a l. poteſt uariare, ut probatur in dicta l. eum qui certarum, §. fin. quod eſt in debitore, qui habet electionem a lege in dubio, ut d. l. plerumque, §. fina. An autem poſt ſententiam poſſit uariare, & quæ remedia ſunt, qui nō poſſit uariare. uide Bart. in d. l. eum qui certarum, §. fin. Si uero habet ab homine, & tunc, aut habet electionem per futurum indicatiui, & poteſt uariare, aut per futurum ſubiunctiui, & non poteſt, ut dicta l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. Quando uero ſumus in alternatiuis remediorum, & tunc, aut illa remedia ſunt adinuicem

inter ſe contraria origine, & exercitio, vel exercitio tantum, & tunc, ſi competunt ad idem, uno electo, alteri renuntiatur tacite, l. poſt diem, ff. de lege commiſ. & dicta l. prima, C. de fur. ſecus ſi ad diuerſa, ut no. Bar. in d. l. prima, & Bar. in l. 1. §. vnde quæritur, ff. de publica. Aut ſunt diuerſa, ſed non contraria, & tunc, ſi competunt ad idem, non admittitur uariatio, vt d. §. eligere, & l. cum filius, §. variis, ff. de leg. 2. ſi ad diuerſa, admittitur, d. §. eligere, & l. naturaliter, §. nih. l. commune, ff. de acquir. poſ. & l. an eandem, §. fina. ff. de except. rei iudi. ſi uero ſunt compaſſibilia inter ſe, & tunc uno intentato, poteſt alterum etiam intentari l. 1. §. quid ergo. ff. de uen. inſpitien. & not. per Bar. in l. 1. in princ. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. In pœnis putarem indiſtincte uaria poſſe, & ad leuiorem redire. ar. d. l. pen. ff. de pœn. Aduerte tamen, quia vbicunque dixi uariari poſſe, varians tenetur ad expenſas factas ratione primæ viæ intentatæ, l. edita, & ibi no. glo. in fin. C de edend. & Barto. in d. l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum, in fi. Item ubi dixi uariari non poſſe, fallit, niſi talis perſona, quæ in integrum poteſt reſtitui. l. & ſi ſine, in princi. ff. de minor. Item fallit, niſi iuſta ignorantia interuenerit, ut dicit Bart. in d. l. prima. C. de furtis, & prædictis uide Ale. & doc. in l. qui duos, ff. de lega. 1. & glo. in l. hæredes, §. ſi incerto, ff. fa. erciſc.

Interdictio facta in bonis alicuius, intelligitur tantum quo ad alienationem, & ad actus prætendentes in præiudicium interdicti, non autem quo ad acquiſitionem. Ita ſingulariter uoluit Ang. in lege, mutum, ff. de acqui. hære. per l. is cui bonis, ff. de uerb. obl. Adde tamen, quod in caſu, quo eſt interdicta alienatio bonorum, ſi talia bona fuerint de facto alienata bonæ fidei emptori, licet alienatio poſſet reuocari, quia dominium nondum eſſet translatuum, tamen, quia poſſeſſio eſt translata, talis bona fides eſt ſufficiens ad fructus acquirendos, ut eſt text. & ibi glo. in l. 1. C. ſi quis igno. rem mino. ſine decre. compara. & eſt text. in l. de fructibus, ff. de don. int. ui. & uxo. & l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. & gloſ. in l. ubi lex. dig. de uſuca. Nec curatur an emptor fuerit in ignorantia iuris, ita, uel ne, dummodo bonam fidem habuerit, ut eſt tex. & ibi gl. in l. ſed ſi lege, §. ſed fructus, verſ. ſcire, digeſt. de pe. hær. & not. Alex. in d. l. is cui bonis. Item nota in hac materia, quod licet ante interdictionem prodigus poſſit contrahere, ut eſt communis opin. Barto. in d. l. is cui bonis, tamen, ſi reperitur læſus, poteſt petere reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur, vt eſt gloſſ. ſingularis in l. pater pro filio. in princip. digeſt. de mino, quam gl. approbat Aug. in conſi. 310.

Iuramentum ſuppletorium, quando defertur, requiritur citatio partis aduerſæ ita notat, Ang. in l. bonæ fidei, C. de rebus cred. ſuper verbo, cauſa cognita.

Quod ſic probat iuramentum ſuppletorium defertur cauſa cognita, ut d. le. in bonæ fidei. Sed ubicunque aliquid fit cauſa cognita, requiritur citatio partis, l. in cauſæ, §. cauſa cognita, & ibi Bar. dig. de minoribus, ergo, &c.

Iudex poteſt ex officio, etiam plenam probationem per teſtes factam, non admittere, ſi ſibi uidetur ex aliqua iuſta cauſa, ita ſingulariter uoluit Bar. in l. Lutius in fin. digeſt. de is qui not. infa. alias enim ſi admittenda non admittit, uel reiicienda non reicit, poteſt puniri in ſindicatu, ut ibidem dicit, quam doctrinam ſequitur Fran. de Cur. in l. admonendi. in 29. col. digeſt. de iureiur.

Inſtrumentum in quo non apponitur dies, & conſul, licet alias uitietur, ut not. Barto. in l. ſi quis ex argentariis, §. ſi mutuum, digeſt. de eden. & tex. in authen. ut præpo. nom. imp. in prin. tamen hoc non haberet locum, quando dies eſſet appoſitus in prothocollo, quia tunc cenſetur in inſtrumento repetitus, ita ſingulariter uoluit Speculator in titulo de inſtru. edi. §. inſtrumentum, uerſ. quid ergo, quem refert, & ſequitur Fran. de Cur. in Repe. l. admonendi in 44. col. digeſt. de iureiurã. Quam regulam limita non habere locũ in priuata ſcriptura, in qua non requiritur de neceſſitate dies, uel conſul. l. cum tabernam, §. idem quæſiit, digeſt. de pig. & ibi Bar. & idem Franc. de Cur. in d. leg. admonendi, in 36. & 44. colum. quod

not.

not. pro his, quæ habentur infra, in uerſi. ſcriptura priuata, &c.

Inſtrumentum nouiter repertum impedit executionem abſolutoriæ, quomodocunq. latæ, ſaltim per uiam compenſationis, per ea quæ notat gl. in l. Iulia. ff. de condit. inde. ubi uerus debitor abſolutus remanet naturaliter obligatus, unde põt contra eum opponi compenſatio. l. q in diem. §. etiam, ff. de compenſat. & idem ſi fuiſſet quis ex falſis allegationib. cõdemnatus, quia ſi nondum ſoluit repertis nouis inſtrumentis, poteſt excipiendo impedire executionem. Ita ſingulariter uoluit Fran. de Cur. in repe. l. admonendi, in 7. col. in 4. fall.

Inſtrumentum, in quo interuenit aliqua confeſſio, reſpiciens fauorem tertii non contrahentis, non probat plene pro eo, ut ſi in contractu diuiſionis bonorũ inter me, & Titium, dixerit, reſtituo, tibi centum quæ mihi mutuauit Sẽpronius, iſta confeſſio non probat pro Sempronio plene, ſed tantum ſemiplene. Ita uoluit Bar. in l. admonendi, in 4. col. ff. de iureiu. Hoc tamen fallit, quando talis confeſſio reſpiceret fauorem damnatis, ut ſi dico, do tibi centum, quæ dedit mihi uxor mea in dotem, nam talis confeſſio plene probaret pro ea, ut not. Alex. in d. l. admonendi, in 12. col. & Bart. in conſilio 223. incip. factum ſic ſe habet Titius, & Seius, &c.

Iuramentum de calumnia dicitur eſſe ita de ſubſtantia proceſſus, quod non poteſt aliquo modo remitti, etiam a partib. immo proceſſus uiciaretur, l. 2. §. ſed quia ueremur, C. de iura. calum. ſicut dicimus in aliis ſubſtantialibus iudiciorum, quib. partes non poſſunt renuntiare, ut nota Bar. in authen. offeratur, in fin. C. de litis conteſt. & in l. prolatam, C. de ſent. Immo conſuetudo dictans, quod non iuretur de calumnia, eſt nulla, ut no. Ale. in lege, ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cau. & text. in in cap. cæterum, extra, de iura. calum. bene tamen poteſt per reſcriptum remitti a principe, dummodo fiat mentio, non obſtante tali lege, &c. ut no. Abb. in d. ca. cæterum, in fi. col. & Ale. in d. l. ſi quis in iudicio. Prædictis etiam adde, q ſi tale iuramentum defertur actori, & nõ uult iurare, debet amittere cauſam. Ita ſingulariter uoluit Ang. de Are. inſti. de pœn. temere, liti. in prin.

Inſtantia cæpta cũ eo, cuius bona ſunt publicata, an tranſeat in fiſcum, ſic diſtingue, aut ille, cui fiſcus ſucceſſit, erat reus, & tranſit contra fiſcum, ne ex hoc actor damnificetur, aut erat actor, & non tranſit, ita no. Ale. in l. ſi conſtante, §. fi. ff. ſol. ma. Ex hoc ſequitur, quod dixi ſup. in uerſi. fideiuſſor qui interceſſit, &c.

Interpellatio ad, conſtituendum quem in mora, debet fieri de die, non autem de nocte, nam in contractibus tacite uidetur agi, ut ſoluatur de die. Ita no. glo. ſingularis, in le. more Romano, ff. de feriis, unde ſi fieret de nocte interpellatio non conſtitueret quem in mora, quod nota pro limitatione eorum, quæ habentur in l. qui decem, ff. de ſolu.

Inſtrumentum guarentigiatum, licet habeat executionem paratã, tamen hoc debet intelligi, quando eſt liquidũ, nam ſi non eſt liquidum, nunquam executioni mandatur, niſi prius liquidetur. Ita uoluit Bar. in l. 2. C. de ſen. quæ ſi. cer. quan. profe. Ex quo infert ſingulariter Bar. in l. creditores, in 3. q. principali. C. de pigno. ubi dicit, quod licet alias in inſtrumẽto ſit appoſitum præcarium, cum facultate ingrediendi, &c. tamen talis facultas ceſſat in inſtrumento nõ liquido, niſi prius liquidetur. inſtrumentum autẽ nõ liquidum poteſt eſſe non ſolum prout ipſe dicit, ſed etiam qñ aliquis ex contrahentibus eſſet mortuus, quia hæres nunquam põt facere aſſiſtentiã ſiue capturã uigore inſtrumenti, niſi prius probet ſe hæredẽ. Ita ſunt tres ritus magnæ curiæ uicariæ, quorũ vnus eſt ſub rubrica, de præambulis, alius ſub rubrica, ad liquidandum inſtrumentum per hæredem præſentatum &c. alius uero ſub rubrica, ſit interrogatio ſuper tenori inſtrumenti, &c.

Interpellatio ad conſtituẽdum quem in mora, ſufficit, quod fiat extra iudiciũ, vt not. gloſ. in lege, qui Romæ. §. cohæredes, in uerſicu. teſtator. ff. de uerb. obliga. & Barto. in l. ſi ex legati. eod. titu. niſi interpellatio eſſet facienda in his, quæ ueniunt per offficium iudicis, quia tunc dẽt fieri in iudicio, tex. eſt no. in l. cũ po-

ſtulaſſem.ff.de dam.infec.quem Barto.in d.l.ſi ex legati, allegat pro ſingulari, ad hoc.

Interpellatio non eſt neceſſe, quod fiat verbis rigoroſis, ut dicendo, redde pecuniam meam, ſed etiam ſi fuerit dictum,uide amabo, quia indigeo illa pecunia, talis interpellatio eſt ſufficiens ad conſtituendum quem in mora, ut not. Bart.in l.ſi quis mihi bona,§.pater, ff.de acquir.hære.& Bar.in l.etiam hoc modo, ff.de leg.1.

Interpellatio cum requiritur ad conſtituendum quem in mora, non ſufficit datio libelli apud iudicem, vel citatio, vnde nunquam debitor conſtituitur in mora, per prædicta, niſi aduenerit litis conteſtatio, ita ſingulariter uoluit Bart. in l.denuntiaſſe,§.quid ergo.ff.de adulteriis,& no.eſt ſecundum eum,quia ille qui vocat aliquem in ius,non dicitur petere, ſed petere velle, niſi litem conteſtetur, quia tunc bene dicitur petere,l.amplius non peti.ff.rem ra ha. Sed tunc dicitur fieri interpellatio quando petitur, vt ſupra proxime dixi.

Iuramentum appoſitum in contractu, habet uim clauſulæ,rato manente pacto vnde contrauenieus tenetur ad pœnam appoſitam ibi, & ultra hoc tenetur ſeruare contractum.ar.l.qui fidem, ff. de tranſactio.licet regulariter ſit ſecus, quia pœna ſemper ſuccedit loco rei.l. ſi quis a ſocio,ff.pro ſocio.& l.apud Celſum. §. Labeo,ff.de doli excep.ita per Bart. in l.ſi quis maior, C. de tranſact. ubi ſimiliter uoluit, quod iuramentum habet uim illius clauſulę, valeat omnimodo quo valere poteſt,ar.l. cum pater. §. filius matrem,ff.de lega.2. vnde validat tranſactionem inualidam. Item iuramentum appoſitum in teſtamento obtinet uim clauſulæ codicillaris,ut dicunt doct. in d. §. filius matrem, adeo quod facit relicta ab hæredibus ſcriptis præſtari, etiam a venientibus ab inteſtato, licet regulariter ſit ſecus,ut lege, ſi quis teſtamento, ff.de legat.2.

Iudicium factum cum pupillo ſine autoritate tutoris,an ualeat, ſi ſententia ſit lata pro eo,uide infra.in uerſic. pupillus non poteſt eſſe in iudicio, &c.

Iudex,licet parte non petente non teneatur impartire officium ſuum, ut l.4. §.hoc autem iudicium. ff.de dam. infec. tamen hoc non habet locum in cauſa dotis,quia cum ſit cauſa pia,vt l.cum is, §. ſi mulier.ff.de condi. indeb. iudex etiam parte non petente, debet ſuum officium impartire,ut l.ſi cum dotem,§. eo autem tempore,ff.ſol.mat.ibi nec non, &c. Vbi iudex poteſt ex officio repellere patrem agentem,ſi eſt uilis perſona,& dubitatur ne dotem conſumat. Ita etiam probatur ex his,quæ uoluit Ale.in dicto §. hoc autem,& in l.1.ff.de iur.omn.iudi.

Iudicium non debet claudicare ex una parte,ſed illud,quod conceditur actori,debet etiam concedi reo,& econtra, & hoc propter equalitatem ſeruandam in iudiciis,ut l.ſi. & ibi glo. C.de fruc. & lit. expen.& l.ſi de meis,in fi.§.de arb. & l.pēdente,C.de tempo.in int.reſti.

Iudex licet alias quando male iudicat, faciat litem ſuam,vt inſti.de obli.ex qua. delic.in princ.tamen hoc non habet locum,quando eius ſententia eſſet ipſo iure nulla,vt eſt glo.not.in l.ſi.ff.de va.& extraor.cog. Quod facit ad id,quod uoluit. Inno.in cl.gratia. de reſcrip.ubi dixit, quod beneficiatus ducendo uxorem amittit beneficium. Quod non habet locum, ſi matrimonium eſſet nullum. Item facit ad id,quod dixi ſupra in uerſi.emphiteuta alienans,& quod dixi infra in uer.notarius falſificans.& adde.Iaſ. in l.1. §. fin. in 2.col.ff.quod quiſque iur.

Iudicio cæpto cum aliquo, poteſt tertius comparere pro ſuo intereſſe, & impedire proceſſum iudicii,ut l. Titia. ff.ſo. mat.& ibi plene per doct. & l.ſi ſuſpecta. ff.de inoff.teſtam.& C. de litig.aut.nunc ſi hæres. Quod limita procedere, ſi compareat ante lit.conteſtationem ſi poſt,tunc aut ſciuit,& non auditur, aut ignorauit, & tunc auditur,volens impedire iudiciū quia litis conteſtatio facta eo ignorante,non potuit ſibi præiudicare,ita ſingulariter no. Bar.in l.ſi per luſorio,§.1 ff.de appel. Poteſt tamen aſſiſtere liti, quando ſciuit, ne forte fiat colluſio, ſecundum Alexan.in d.l. Titia.circa princ. Quid autem. ſi compareat poſt ſententiam, an poſſit impedire executionem, dic, quod ſi com-

ſi comparet infra terminum appellatorium, ideſt infra decem dies, poteſt appellando impedire executionem, ut notat Bar. in d. l. ſi per luſorio. §. 1. Si uero compareat poſt terminum dic, ut not. Bartol. in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus ff de re iudic. Aduerte tamen, quod ita demum admittitur tertius ad appellandum, ſi prætendat ſuum intereſſe, & illud probauerit ſaltim ſemiplene per vnum teſtem, non autem poteſt probare illud per ſuum iuramentum, ut dicit Barto. in dict. §. ſi ſuper rebus, circa princ. Item non auditur, niſi exprimat in appellatione cauſam, quare appellauerit, ut lege, a ſententia, in princip. & ibi not. Barto. in fine illius princip. ff. de appell. licet ſecus ſit in dicto appellante, quia non tenetur in ſerere cauſam, ut l. 3. & ibi gloſſ in fin. ff. de appellat. & Bart. in dict. l. a ſententia. Quid autem ſi compareat ante ſententiam in caſu, quo ſibi permittitur, ut ſupra dictum eſt; & proponit ſuum intereſſe, ſuper quo eſt prius iudicandum, an ſuper principali, & ſuper ſedendum ſuper hoc incidenti, an uero ſuper incidenti. Dic, quod ſi illud incidens erat talis naturæ, quod impediebat principale, tunc ſuperſedebitur ſuper principali, donec iudex interloquatur ſuper incidenti, ut eſt caſus in d. leg. Titia. non enim poterat ibi agi actione de dote, & ſic principali, niſi prius ſciretur, cuius erat filia illa mulier: ſi uero emergens. Non impedit principale, & tunc utraque cauſa poteſt ſimul diſcuti, ſed prius diffinietur per ſententiam cauſa principalis, ut l. 1. & ibi Barto. Cod. de or. iudi. Quid autem, ſi aliquis tertius vult aſſiſtere liti. & defendere alteram partem pro ſuo intereſſe, an poſſit? Dic, quod ſic. de quo uide pulchre Bar. in dict. leg. ſi per luſorio. §. 1. ubi notabiliter dicit, quod ſi uenit poſt publicatum in cauſa, & ignorabat actitata in iudicio, poteſt nouos teſtes producere, non obſtante publicatione, & uide deciſionem 235.

Iudicio moto alicui ſuper quæſtione ſtatus, poteſt interim ille, cui quæſtio eſt mota, agere contra actorem quacunque actione, & hoc ei permittitur ante lit. conteſt. alias lite conteſtata proceditur in cauſa principali, ut lege, ordinata. ff. de lib. cau. ſecundum quem tex. debet intelligi text. in lege ſi ſtatus. Cod. de ord. cognit.

Iudex, qui propter nimiam ſæuitiam fecerit aliquem mori in tortura, tenetur lege Cornelia de ſicarijs. Ita dixit Bal. in l. prima. Cod de emen. ſeruo. & Bartol. in lege, quæſtionis. ff. de quæſtio. & idem Bald. in lege, milites. Cod. eod. tit. de quæſtio.

Iudex eccleſiaſticus quando poſſit implorare. Vide Lanfrancum in cle. diſpendioſam, in 3. col. de iudiciis.

Iudæi poſſunt prohiberi per iudicem ſæcularem exercere uſuras, & poſſunt compelli ad acceptas reſtituendum, ut eſt text. in cap. poſt miſerabilem, & ibi plene per Abb. extra de uſur. quem tex. declarat Lanfra. in cle. diſpendioſam, in 6. colum. de iudi.

Iudex ordinarius ſi dederit ſententiam nullam, poteſt eandem reuocare, & rurſus de ea cauſa cognoſcere ex eiſdem actis, ut eſt text. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando ind. & in l. ſi accuſatorib. C. de accuſa. & in l. 1. C. de ſenten. ſecus autem in iudice delegato, quia quomodocunque ſemel ſententiauerit, non poterit amplius ſententiare, l. ſi ut proponit. C. quomodo, & quando iudex, ſed ſi ſententia ualet, tunc ſi eſt diffinitiua, uel interlocutoria, habens uim diffinitiuę, reuocari nõ poteſt, ſiue ab ordinario, ſiue a delegato ſit lata. Secus ſi ſit interlocutoria, non habens uim diffinitiuæ, ut no. plene Alex in l. quod iuſſit. ff. de re iud. & ibi ẽt Bart. Infra quantum autem tempus poſſit reuocari, uide ibidem Bar. & Canoniſtas in c. cum ceſſante extra de appel.

Ius accreſcendi habet locum non ſolum in hæreditate, ſed etiam in legatis. le. re coniuncti, cum ſua materia. ff. de leg. 3. uerum in hoc eſt differentia, quia in hæreditate accreſcit inuito, ut l. cum hæreditate. ff. de acq. hære. & l. 1. C. quando non pe. par. Sed in legatis accreſcit uolenti. l. unica. §. ubi autem. Co. de cadu. tol. Intelligas tamen, quando legatum fieret pluribus coniunctim uerbis tantum, ut l. 1. ff. de uſuf. accre. nam ſi re tãtũ, tunc hẽt ius nõ decreſcẽdi, ut d. l. unica. § ſin aũt a deſſiciẽtib. Fallit in legato alimẽtorum, quia

quomodocunque fiat, ſemper ceſſat ius accreſcendi. text. eſt in l. dominus, in fi. ff. de uſufr. quem reputat ſingularem Alex. in l. qui quartam. §. fin. de leg. 1. & idem quod dixi in re tantum, dicas in coniunctis re, & uerbis, ut not. Bar. in d. l. reconiuncti, in 6. col.

Inimicus capitalis quis dicatur, & per conſequens inimicitiæ capitales quæ ſint uide Bar. & ibi Ale. poſt eum in l. 3. §. fin. ff. de adi. lega. & Abb. in cap. cum oporteat, de accu.

Inimicus nouiter reconciliatus poteſt repelli a teſtimonio prætextu inimicitiæ præcedentis. Ita uoluit Abb. in cap. cum oporteat, in 3. col. extra de accu. per tex. in c. 2. 3 q. 5.

Iudex licet ſit incompetens, poteſt tamen condemnare actorem ad expenſas, ut ſi actor traxerit reum coram iudice in competenti, & ratione huius uexationis reus fecit aliquas expenſas, poteſt illas repetere coram eodem iudice. ſi declinat forum. Ita uoluit Abbas in capitulo, quia nonnulli, in 4. column. de reſcrip. & uide infra, in uerſi. iudex incompetens.

Induciæ quomodo debent duplicari, quando petitur debitum ante tempus, iuxta §. ſed hodie. inſti. de excep. Dic, quod non omnes duplicabuntur, ſed tantum illæ, quæ ſupererant a die petitionis, uſque ad finem temporis. Ita uoluit ſingulariter Bar. in leg. aut damnum. §. quiſquis. ff. de pœnis, & Abb. in c. 1. in uen. colu. de plus petitio.

Iudex admittens non admittenda uel reiiciens admittenda facit litem ſuam, adeo quod punitur in ſindicatu. Ita uoluit Bal. in l. ſancimus. C. de iudi. & Bald. in l. mancipia. Cod. de ſeruis fug. & idem Bald. in l. 2. C. ſi contra ius uel uti. pub. & in l. 1. C. ut nemo priuatus & uide ſupra, Iudex poteſt.

Iudex non poteſt præciſe quem compellere ad litem conteſtandum, ſed ſi non uult litem conteſtari, debet mittere aduerſarium in poſſeſſionem ex primo decreto, ita no. glo. & etiam Bar. in auth. qui ſemel. in fi. col. Cod. quomodo, & in iudex. & Abb. in c. p. in fi. extra de dilatationi. contrarium tamen tenet Alexa. in l. ſi finita, §. Iulianus, in 10. column. ff. de dam. infect.

Inſtrumentum ſi reperitur cancellatū, præſumitur debitum eſſe ſolutum penes quemcunque reperiatur, ita notat Alexa. in l. ſi unus, in 2. col. Co. de teſt. ubi dicit, hanc eſſe communem opinionem.

Inſtrumēti appellatione uenit etiam teſtamentum. gl. eſt no. in l. 2. in princ. ff. quemadmo. teſta. ape. & no. Alc. in l. 1. in add. ff. de fide inſtru.

Iudices plures an poſſit unus iudex ſine alio iudicare, uide ſupra in uerſi. exequutores ultimarum, &c.

Inſtrumentum amiſſum, an probetur per ſolum iuramentum, dic, quod ſi erat tenus in eo, quod tenebatur illud exhibere officio iudicis, probat amiſſionem per ſolum iuramentum ita loquitur tex. in l. fin. Cod. de fide inſtru. ſecus ſi iure actionis, ut notanter dixit Bart. in l. ſi quis ex argentariis §. an uero. ff. de eden. de qua materia. ſ. quando ſcriptura amiſſa probetur per ſolum iuramentum, uide doct. in l. teſtium. C. de teſtibus. Bar. & Alc. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de leg. 1. & Oldr. in conſi. 47. & Ale. in conſi. 58. & conſi. 198. 1. uol.

Iudex oppoſita exceptione, ſi procedit ad ulteriora, uidetur exceptionē nolle admittere. c. ex parte. 3. de app. & Bart. in lege, ſi autem. §. final. ff. de nego. geſt. & Iaſ. in lege. 2. penult. column. ff. ſi quis in ius uocat. non ierit. & in fin. column.

Iudex incompetens condemnat in expenſis uocantem in ius coram eo, non ſubditum ſuæ iuriſdictioni, tamquam temere litigantium. Ita not. Bart. in l. eum quem temere, in fi. ff. de iudi.

Iudex appellationis exequitur ſententiam per ſe firmata, & non iudex a quo ita no. Bar. in l. eos, in fi. illius prin. Co. de app. & in l. præcipimus, eo. titu. & Bart. in l. a diuo Pio, in prin. in 3. colum. ff. de re iudi.

Iudex dicitur affici contumelia, quando litigatores ipſum relinquūt, & uadūt ad alium, l. litigatores, in prin. ff. de arbi. & gl. in c. placuit. 11. q. 1.

Iudex ſubſtitutus in locum alterius iudicis abſentis, uel mortui, ad ſciendum q̄

iuriſ

iuriſdictionem habeat, diſtingue, aut eſt inſtitutus a principe vel ab uniuerſitate, quæ habebat ius ſuſtituendi, tunc omnia poteſt facere, quæ poterat ille, in cuius locum eſt ſubſtitutus, ita uoluit Bart. in l. 1. §. hi quibus. ff. de lega. tertio. vnde merum, & mixtum imperium habet, & eandem immunitatem, quam ille habebat, ut dixit Bartol. in l. filius, ff. de lega. tio. Aut ſubſtitutus eſt ab ipſo ordinario abſente vel mortuo, & tunc, aut erat abſens ex cauſa neceſſaria, uel aliter impeditus iuſte, & ſubſtitutus habet merum & mixtum imperium, non ſolum cognitione, ſed etiam diffinitione, vt not. Alexand. in lege prima ſuper gloſſ. in uerbo, poſſit, ff. de offic. eius, ubi reprehendit illam gloſſ. quæ aliter ſentiebat, & cum eo tenent omnes, maxime Speculator, in titu. de iuriſd. omn. iud. verſicu. ad huius, præter duos caſus, ſcilicet quando veniret pœna mortis, uel abſciſſionis membri, quia hoc facere non poteſt, ita loquitur text. qui ſemper allegatur in §. ad hoc prohibemus. In authent. de colla. to. colla. nona, & ibi per Bartol. niſi eſſemus in latione inſigni, ubi periculum eſſet in mora, ut not. ibi Alexand. in dicta l. prima, & fuit dictum Bartol. in d. l. a. ff. de offic. eius, in 3. op. Aut ſubſtituitur qs ab ordinario ſine aliqua iuſta vel neceſſaria cauſa, & tunc non habet, niſi ea, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, & ſic non habet merum, & mixtum Imperium. Ita dixit Barto. in l. ſuggerente, quæ eſt lege ſecunda, C. de offic. eius qui uicem alte. ge. & Bald. in authen ti. ſed nouo iure. in principio, C. de ſerui. fugiti. & Alex. in d. lege prima ſuper dict. glo. in uerbo, poſſit. Et ita limitatur id, quod dixit Bartol. in d. l. prima, in penul. q. & *Bart.* in d. §. hi quibus. Semper tamen iſte ſubſtitutus dicitur ordinarius, ſecundum Alexan. in rubrica de offic. eius, in pen. col. & Bart. in l. ne quicquam, §. ubi decretũ, in pen. colũ. ff. de offic. procon. Ad prædicta facit tex. in c. in archiepiſcopato, & quæ ibi habẽtur, extra de rapto. & hæc addas ad ea, quę dixi ſupra in uerſicu. appellatio quando fit a ſubſtituto, &c.

Iuramentum in litem non defertur, quando imploratur officium iudicis, ita dixit Ia. ſi in l. 1. 6. colum. ff. de iuriſ. om. iudi. per glo. ſing. in l. harum, in fin. ff. ſi ſeruitu. & plures doc. eum ſequuntur. & ibidem per eum.

Iuramentum habet conditionem annexam, ſi ex alia parte fuerit obſeruatũ id, cuius cauſa eſt iuratum, ita not. Abba. in c. ſicut, in 1. q. extra de iureiur.

Iudex deputatus ad ſindicandum officialem per conſilium ciuitatis, dicitur delegatus, non autem ordinarius, ita ſingulariter dixit Bar. in l. 1. in fi. uerbis, Conbi & apud quem, quem ſequitur Iaſ. in l. more, in 10. col. ff. de iur. om. iud.

Iudex non poteſt recuſari ut ſuſpectus in criminalibus, quando crimen eſt notorium, ita not. ante dixit Bar. in l. ſi qu. s. §. ſi quos, ff. de pœnis, & Alb. in l. magiſtratibus, in fi. ff. de iur. om. iud.

Iudex poteſt recuſari ex eo, quod aduocatus partis aduerſæ eſt ſibi familiaris, tex. eſt in c. 1. & ibi per Abb. extra de offi. iudi. per quem ita dixit Iaſ. in l. prætor, ff. de iur. om. iud.

Iudex non poteſt ferre ſententiam per aſſeſſorem, ſed per ſe ipſum debet hoc facere. lege ſecunda, C. de aſſeſſor. & not. Alexand. in rubrica, ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuri, in fin. & Iaſ. in lege prima, in fin. columna, de offic. aſſeſ.

Iudex apponens in præcepto comminationem magnam, & inconſuetam, præſumitur in dolo, vnde non tenetur citatus vigore dicti præcepti coram eo comparere, ita dixit ſingulariter Ange. in lege final. C. de cano. largitio. libro decimo. quem refert, & ſequitur Iaſ. in lege prima, §. primo, in primo not. ff. ſi quis iuſdic. non obtem ubi dicit, quod illud dictum alibi in mundo, non inuenitur, quod facit ad id, quod habetur infra in verbo, notarius apponens. &cæt.

Iuramentum appoſitum in contractu, poteſt per partem aduerſam remitti, & habetur, ac ſi non iuraſſet, ita dixit Bartol. in lege prima, §. & poſt operis, digeſtis de operis nou. nunc. & Alexand. in lege quotiens. Codice, de iudic. & Barto. in lege Labeo, ff. de iureiuran.

Iudex cauſæ præparantis debet eſſe iudex cauſæ præparatæ, ita dixit Bald. per illum tex. in lege, ordinarii, C. de rei vendi. ubi ſingulariter infert, quod ſi coram Epiſcopo ſit facta petitio abſolutionis a iuramento in contractu ſimulato, coram eodem debet agi de ſimulatione contractus quæ alias ſpectaret ad iudicē ſecularem, & illud dictum Bald. ſequitur Alexan. & Iaſ. in l. quotiens, C. de iudi. & Alex. in conſ. 197. 2. uol. & in conſ. 153. 3. uolum.

Inueniens pecuniam tenetur, illam domino reſtituere, & ſi dominum ignoret debet illam tradere epiſcopo, ut ipſam diſtribuat inter pauperes. Ita dixit Alex. in l. rem quæ nobis pen. col. ff. de acquir. poſ. & in l. interdum, §. quod ex naufragio eo. tit. in 1. col.

Iuris appellatione uenit etiam priuilegium alicui competens. glo. eſt no. in c. cumana. in uerſ. de iure. & ibi Abb. extra de elec. & glo. in c. primo. in uerſ. de iure, extra, ut lite pen. quas ſequitur Iaſ. in l. 2. quarta colum. ff. ſi quis in ius vo. non ie. Item uenit etiam conſuetudo appellatione iuris, ſecundum Abb. in rubr. extra de conſuetu.

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito operatur, ut etiam ſi opponatur poſt lit. conte. ſequatur condemnatio, tex. eſt no. in l. ſi rem, §. ſi. ff. de pign. ac. pen. quē ita dixit Ale. in l. exitus. ff. de acq. poſ. ubi plura allegat.

Iudex quando facit aliquid contra ius poteſt ei de facto reſiſti, ita per plura allegata tenuit Alex. in l. ſed eximendi. §. itē ſi quis, ff. ne quis, eum qui, & Alexand. in conſil. 145. incipiente, poſt reditum 2. uolumi. & Abb. in cap. ſi quando, de offic. deleg.

Iudicium factum cum procuratore falſo, ſeu non habente mandatum, licet ſit nullum in præiudicium domini, tamen valet in præiudicium ipſius procuratoris, ut teneatur ad intereſſe, & fiat executio contra eum. Ita dicit Alex. in l. Iulianus, ff. qui ſat. cog. in 2. colum. & idem Alex. in l. quarta, in princ. in ſecundo no. de re iud. per tex. in l. Plautius, & in lege, ſi procurator meus, ff. de procurator.

Iudex poteſt exceptionem repellere, ſi præſumat partem calumnioſe excipere, ita uoluit Abb. in capit. poſt electionem, in fine colum. extra de conceſ. preben. & Alex. in conſil. 65. primo uolu. & conſ. 41. 2. vol.

In promptu dicitur habere quis probationes, quando infra breues dilationes eas producturum ſe offert, non enim requiritur, quod eas ſecum portet, ſecundum Abb. in capit. literas, in 2. colum. de teſti. ſpo.

Iudex quando procedit contra abſentem, poteſt ſupplere in facto, perquirendo probationes in fauorem abſentis ex officio pro veritate, ut no. Bar. in authen. qui ſemel, C. quomo. & quando iudex, & Abb. in c. cauſam, in fin. colum. de dolo, & contu.

Ignorantia ſemper præſumitur, niſi probetur ſcientia, ita dixit Bal. in l. prima in fin. C. de tempo. ap. & Bal. in l. ſi tutor. C. de peri. tuto. & Abb. in c. ſæpe, in 4. colum. de teſti. ſpo. & Bar. in l. ſi cui. §. iiſdē, ff. de accuſa.

Iudex debet laborare ad veritatem indagandam. cap. iudicantem. 30. quæſt. quinta, & lege vbicunque, ff. de inter. actio. & Abb. in capitul. licet 7. nota. de probat.

Iudex non poteſt accipere pecuniam a reo, quem abſoluit, eo quia de eius innocentia conſtitit, ſecundum Ale. in conſi. 11. uerſi. circa ſextum 1. uol.

Iudex, qui tenetur decidere aliquam cauſam, uel committere infra certum tempus, ſemper intelligitur, ſcilicet ſi fuerit a partibus requiſitus, alias partes ſibi præiudicant, ſecundum Alexand. in conſilio 1. ſecunda, & tertia. colum. 1. volum.

Inhibitoria ſuper appellatione friuola non ualet, Spec. in titu. de appellat. §. de officio, uerſi. ſed quæritur. Feli. in cap. dilectus, el ſecundo, colum. penult. de reſcript. ubi dicit, quod iudex ante quam inhibeat, debet adhibere cognitionem cauſæ. An appellatio ſit interpoſita ex legitima, item inhibitio parte non citata, non ualet, Alexand. in conſilio, 91. columna penultima, in ſecundo uolumi. Fran. de Aret. in conſilio 10. colum. pen.

Ale. in l. titia, in fi. ff. ſolut. matrimo. text. & ibi Gemin. In capitulo Romana. §. ſi uero, & §. ſi autem, de appella. libro ſexto.

L

LEgatum libertatis, & ad pias cauſas æquiparantur, ut habetur per Bal. in l. proximo. §. ſi ff. de his quæ in teſta. delen. & ibi uide Ale. in addi.

Legatum mulieri, cum hoc pacto, ut monaſterium ingrediatur, acquirit ipſa mulier, etiam ſi nubat, & conditionem non implet, ut not. Alexan. in auth. cui relictum. in addit. ad Bar. C. de indic. uid. tol. nam conditio quæ impedit matrimonium, habetur pro non ſcripta. l. cum tale. §. Meuius. ff. de condit. & de. Hoc tamen intelligas procedere in uirgine, nam in uidua eſſet ſeruanda talis conditio, quia in ea non habet locum ille titulus, ut eſt tex. in d. authen. cui relictum, adde Bar. in conſi. 184.

Legatum factum hæredi à ſemetipſo ualet, quia non poteſt eſſe idem debitor, & creditor, text. eſt in l. legatum. §. 1. ff. de leg. 1.

Lex licet generaliter loquatur, denegando alicui omne beneficium, tamen intelligitur de ordinario, non autem de extraordinario, unde non comprehendit reſtitutionem in integrum, ut eſt gloſſ. no. in l. poſtquam liti, in uerſi. nulla ratio. C. de pac. de quo uide Franc. de Cur. in Rep. l. admonendi, in 22. column. de iure iuran.

Legatum factum a marito uxori, donec honeſte, & caſte uixerit, ſi uxor tranſit ad ſecunda uota, perdit illud, ita notã. ter dixit Bald. in l. fin. Co. de indic. ui. tol. & Ange. & Alexa. in l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebel. licet Bar. ibi contrarium tenuerit, & male. Et eſt ratio ſecundum Bald. & Ale. in locis præallegatis, quia anima mariti multum contriſtatur de muliere tranſeunte ad ſecunda uota, unde non uidetur de hoc cogitaſſe maritus, & ſic non dicitur caſte uiuere. Idem dicas, ſi legatum fieret mulieri a filio ſub eadẽ conditione, ut dicit Ange. & Ale. in d. §. proponeretur. Et ratio eſt, quia filii primi matrimonii afficiuntur iniuria ꝓpter ſecundum. Secus autem eſt in extraneo, uel in quocunque alio legante mulieri præter maritum, & filios, quia tunc tranſeundo ad ſecũda uota, non amittit legatum, niſi in duobus caſibus, ſcilicet, quando mulier accepiſſet uirum ſibi diſparem, propter quod fecerit iniuriam toti cognationi ſuæ, & ſic per conſequẽs teſtatori, qui ſibi legauit, ut dicit ibidem Alex. referendo Angelum, proprius caſus eſt quando mulier tranſiret ad tertia uota, nam tunc non dicitur caſte uiuere. Ita ſingulariter dixit Angel. in §. hoc de eo. in auth. quo oportet epi.

Legatum factum pro anima dicitur ad pias cauſa, ita not. gl. & Bart. in l. ſi quis Titio. ff. de leg. 1. & Bar. in l. paterfilium. §. Tuſculanus. ff. de leg. 3. & Abb. in ca. relatum, lo primo, & in c. requiſiſti. extra de teſtam. & Specu. in titulo de inſtrum. edi. §. nunc uero, in uerſi. & ſcias quod inter relicta ad pias cãs, & de hoc uide Bar. in l. habeat. Co. de Sacroſan. Eccle. in ult. colum. in fin. Quod tamen intelligas uerum, quando relinqueretur pauperi, uel eccleſiæ, nam ſi diuiti licet fuiſſet dictum pro anima, non tamen eſſet ad pias cauſas, arg. eorum quæ uoluit Ale. in l. diuus, & l. hæreditatum. ff. ad leg. falc. ubi dicit quod licet alias relictũ ꝓ alimentis dicatur ac pias cauſa, ut not. gloſſ. & Bart. in lege, ſi cui annuum. ff. de an. leg. tamen hoc habet locum, quando fit pauperi. Idem quod ſupra dixi, tenet Bartolo. in authent. Sed in ea. C. ad leg. Falc. & Io. An. in addi. Spec. in d. uerſi. in addit. in uerſicul. legatur. Sicut diximus etiam in dote, quæ licet dicatur cauſa pia, ut lege, cum te. §. ſi militem. ff. de conditio. indo. tamen hoc debet intelligi, quando datur mulieri pauperi, ſecus diuiti, ita not. Alexand. in d. §. ſi militer, & Bald. nouellus, in tractatu dotium, in ſexta part. in 40. priuilegio, ubi ita intelligit glo. in lege, talis. ff. de iure dotium, quæ dicit, quod de legato dotis detrahitur falcidia, quod eſt contra legata ad pias cauſas, ut C. ad leg. falcid. authent. ſimiliter, nam illa gloſ. debet intelligi, de dote mulieris diuitis, & de his omnibus, & pluribus uide plene per Ber-

thachinum in repertorio, ſic ad pias cauſas eſt text. in cap. licet, in fin. de ſepul. lib. 6.

Legitima nunquam debetur filio, niſi patre mortuo, præmatura enim dicitur quæſtio de legitima, uiuente eo, de cuius hæreditate tractatur. leg. 11. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono. & lege ſecunda §. interdum. ff. de vulgar. & pupil.

Legatum an compenſetur cum debito, ſic diſtingue, aut ſumus in debito ex neceſſitate legali; aut ex neceſſitate hominis. primo caſu compenſatur cum debito, ut ſi eſt ſtatutum, quod marito prædecedente, uxor lucretur tertiam partem bonorum mariti, nam tunc, ſi maritus aliquid leget uxori, illud legatum compenſatur cum illo debito, ut C. unde uir, & ux. authentic. præterea. Eodem modo dicimus in legitima debita iure naturæ. Quod ſic probatur, legatum compenſatur cum dote, lege huiuſmodi. §. cul pa. et. ff. de legatis primo, quæ eſt debita ex neceſſitate legali, lege qui liberos. ff. de ritu. nupt.

Sed ipſus dos computatur, in legitima, lege quoniam nouella. Co. de inoffic. teſtam. ergo legatum quoque computatur in legitimam, quod probatur expreſſe in lege, quoniam in prioribus. Cod. de inoffic. teſtam. & not. gloſſ. in lege, illud. Co. de collatio. licet hoc hodie ſit correctum per §. illud quoque capitulum, in authent. ut cum de app. cogno. qui uult, quod illud tantum imputatur in legitimam, quod relinquit filio iure inſtitutionis, & ita dicit etiam gloſſ. ibi in uer. præterire, & notat glo. & Barto. in authe. nouiſſima. Cod. de inoffi. teſtam. non autem iure legati ſimplicis. Similiter dicimus in quarta trabellianica, cum qua compenſatur omne, quod peruenit ad hæredem ex aliquo iudicio teſtatoris, ut lege, in quartam. ff. ad leg. Falcid. Secus in quarta debita iure hæreditario, ut in falcidia, quia cum ea compenſatur tantum quod peruenit ad hæredem iure hæreditario, non autem iure legati, ut dicta lege, in quartam, & lege, id autem, & lege, quod autem. ff. ad. leg. falcid. Item fallit, quando debitum debetur ab alio quam ab eo, a quo eſt relictum legatum, licet ab eo cauſam habeat, ut extra de teſtam. capit. officii, ubi ſi legatur aliquid eccleſiæ ex quo epiſcopus debet habere quartam, ex diſpoſitione legali, ſi teſtator legauit tantum epiſcopo, quantum ualebat illa quarta, non uidetur feciſſe animo compenſandi, niſi hoc expreſſerit. Et eſt ratio, quia quartam non debebat epiſcopus conſequi a teſtatore, ſed ab eccleſia.

Secundo caſu principali, ſcilicet quando ſumus in debito ex neceſſitate hominis, & tunc in dubio non compenſatur vt lege, creditorem. ff. de legat. ſecundo, ſiue ſit debitum ex cauſa oneroſa, ſiue ex cauſa lucratiua, licet ſit contra in lege, Mæuius. §. duorum. ff. de legat. ſecundo, ubi duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt cõcurrere.

In eadem perſona, & in eadem re. Sed legatum eſt cauſa lucratiua, ut lege ſi hæreditatem. ff. manda. ergo & cæt. Sed dic, quod regula illius §. habet locum in eadem re. Secus in diuerſis, ut in ſummus, nam quando ex diuerſis ſcripturis duæ ſummæ debentur, in dubio præſumuntur diuerſæ ſummæ, licet ambæ debeantur ex cauſa lucratiua, lege, quinquaginta, digeſtis de probat. & lege plane. §. primo, digeſtis, de lega. primo, & ibi not. licet ſecus eſt in corpore, ut dicto. §. primo, & prob 11 tex. a contrario ſenſu, in §. ſi res aliena. inſtitut. de legat. Fallit etiam illa regula, quando prius legatarius conſequutus eſt æſtimationem, nam tunc poteſt petere rem, ſecus conuerſo, ſi prius rem conſecutus eſt, ut eſt gloſſ. in dicta lege, plane. §. 1.

Item illa regula habet locum directo, ſecus per obliquum, ut ſi rem legatam ſeruus meus conſecutus fuerit, potero petere æſtimationem, & ſic per obliquum conſequor, quod directo conſequi non poſſum. Iſte eſt caſus in leg. ſi ſeruus legatus. §. primo. ff. de leg. primo, & de iis uide Bartol. & Alexand. in lege, ſi cum dotem. §. ſi pater. digeſt. ſoluto matrimonio.

Legatũ ſub conditione, ante cõditionis euentum eſt pleno iure in dñio hæredis.

Lge-

l. generaliter. §. 1. ff. qui & a quibus, & l. 2. §. ſerui. ff. ad Silla. & l. poſt litem. ſecunda. ff. eo. ſecus in legato in diem, quia ſtatim efficitur legatarii, etiam ante diem, ut eſt glo. in l. non quemadmodum ff. de iud. & oritur actio etiam ante diem. leg. cum qui Kalendis. §. fin. ff. de uerbor. obligat. & ibi not. licet non detur executio actionis ante diem, l. cedere diem. ff. de uerb. ſign. quia male agit, qui ante diem agit. l. 1. in fin. ff. quando dies uſusfr. leg. ce.

Lex, ſciendum. ff. de uerb. ob. cum ſua materia, habet locum non ſolum in caſu, in quo de neceſſitate requiritur ſtipulatio, ad hoc, ut fideiuſſio teneat, ſed etiam ſi non requiritur, ut in cauſa dotis; nam fideiuſſio obligatus pro dote, non eſt neceſſe quod obligetur per ſtipulationem. l. ſi. & ibi Bal. C. ad Velle. & no. Alex. in l. 5. §. ſatis acceptio. ff. de uerb. obl. Vnde ſi inuenitur aliquem fideiuſſiſſe in cauſa dotis, intelligitur cū ſtipulatione, licet talis præſumptione nihil uideatur operari; tamen præſumitur, ut actus potentius corroboretur, ita per Ange. in dict. l. ſciendum. in repet. in tertia, col.

Libellus ineptus licèt poſſit repelli, puta propter ineptam actionem, ut not. Bar. & Alex. in l. 1. ff. de offi. aſſe. tamen. ſi refert ſe ad inſtrumētum ualidum per dictionem, prout, non poteſt repelli. ita ſingulariter Raſ. Cuma. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uerborum obligat.

Lex, in omnib. ff. de iud. an habeat locum non ſolum in bonæ fidei iudiciis, ſed etiam in ſtricti iuris, uide ſup. in uer. fideiuſſor an poſſit peti &c.

Legans ſeu promittens aliquid in genere, uidetur promittere neque optimā, neque peſſimam rem, ſed mediocrem. l. legato generaliter. ff. de leg. primo, & l. ſi quis argumentum. §. primo C. de dona. facit leg. qui lancem. ff de au. & ar. leg.

Litis conteſtatio facit actionem annalem perpetuatio. Vnde omnes actiones pœnales, quæ ad hæredem non tranſeunt, ut l. pœnales. ff. ad leg. Falc. & §. pœnales. inſti. de ac. & l. ſi non conuitii. C. de in iur. & l. ſi eum. §. qui in iuriarum. ff. ſi quis cau. ſeu quæ anno terminatur, ut l. primo. § fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & prælleg. ll. facta litis conteſtatione, cum teſtatore, efficiuntur perpetuæ, & ad hæredes tranſeunt, caſus eſt in leg. ordinata. ff. de libe. cau. & in leg. iniuriarum. in princip. ff. de iniuriis.

Libellus, in quo eſt erratum in nomine contractus, de quo ibi facta fuerat mentio, non per hoc uitiatur, ſed ut ſaluetur libellus, uerba improprianturs: unde ſi in contractu mutui concludatur hoc modo, peto mihi rem meam reſtitui, non uitiatur libellus. De quo uide Bar. & plene ibi per Iaſo. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurando, & Barto. in l. prima. §. inſulam. ff. de præ. uer. & Barto. in l. ſi olei. C. loca. & Alexand. in leg. ſecunda, in princip. ff. ſi certum petatur, & Bartol. in l. fin. Cod. de uſufructu, alias de uſu, & habitatione.

Ludens ad par & impar, ſi tenebat quinque aureos in manu, & ille, qui ſecum ludebat, dixit, par, uicit, qui par dixit, ſi in illis quinque aureis erat unus falſus, quia ille falſus aureus habetur pro non aureo, & ſic habetur, ac ſibi eſſent quatuor tantum aurei. Ita uoluit Ioan. And. in addi. Spe. in Rubrica, de falſis, & Alexand. in addi. ad Barto. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. & Alexan. in conſilio 104. primo uolumn. Sed ſi ille, qui tenebat aureos, ſciebat ibi eſſe aureum falſum, ſibi non proderit, ut ibidem dicunt præfati docto.

Limitatio ad l. fina. ff. de condict. ob cau. quod ubicunque tu das mihi ſeruum tuum, & ego dico, do tibi decem nomine pretii, per hæc uerba, nomine pretii, eſſet emptio, non autem contractus innominatus. Ita uoluit Guil de Cun. in leg. ſecunda, in princip. quem refert ibi Alex. in ſecunda column. ff. ſi certum pet.

Libellus, in quo intentatur actio, quæ poteſt ſe referre ad generalem, & ſpecialem, in dubio uidetur continere ſpecialem. ita notat Bartol. in leg. hoc

legatus ff. de leg. 3. ubi ponit exemplum in certi condictione.

Libellus continens actionem ciuilem & criminalem ſimul intentatam, an, & quando procedat. vide ſup. In uer. actio criminalis &c.

Legatum factum ſub modo dicitur, quando fit per hanc dictionem, ut, ut lego tibi fundum, ut facias mihi monumentum, ut l. quibus diebus. §. Termilius ff. de condi. & demonſt. Et hoc legatum differt a conditionali in duobus, quia illud fit per dictionem, ſi, ſecundo, quia legatarius poteſt petere legatum ſub modo præſtita cautione de adimplendo modum. Quod ſecus eſt in legato ſub conditione, ut eſt glo. in d. §. Fermilius. & l. demonſtratio. §. quod autem in fin. & ibi glo. eo. tit.

Legatum ſub cauſa eſt, quando fit per uerbum, quia, & differt a conditionali, uel ſub modo in hoc, quia cauſa apponitur per tempus præſens uel præterium; ſed modus, uel conditio apponitur per futurum, ut, lego tibi fundum, q a negotia mihi curaſti, ut not. Bartol. in d. §. quod autem, & hæc cauſa ſiue uera ſiue falſa ſit, non impedit legatum: immo ſtatim peti poteſt, ut d. l. demonſtratio, & d. § quod autem. Eodem modo dicimus de demonſtratione, ut ſi dico, lego fundum, quem a Sempronio emi, nam ualet legatum, etiam ſi falſa ſit demonſtratio, ut per Barto. in d. l. demonſtratio. An autem falſa cauſa uitiat contractum, uide Bart. in d §. quod autem, & doctor. in l. ſi diuortio. ff. de uerb. ob. & in l damus. ff. de cond. inde. An autem falſa cauſa uitiat ſententiam, uide Barto. in l qui teſtamento, ff. de excuſ. tu. & Bart. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hær. In dubio tamen legatum ſemper præſumitur ſub modo, ut inf. promitto nu.

Legatum in dubio, quando non apparet, an ſit ſub modo, an ſub cauſa, an uero ſub conditione, uel demonſtratione, ſemper præſumitur ſub modo, ut ſi diceremus, lego tibi fundum, & uolo, quod des Sempronio decem. Ita uoluit ſingulariter Bar. in l. cum mora, in princ. C. de tranſac. Ex quo reſultat illa utilitas, de qua dixi ſupra in uerb. legatum ſub modo & c. ſcilicet, quod poteſt peti præſtita cautione de adimplendo quæ cautio ſi poſtea non ſortitur effectum, quia modus non adimpletur, legatum poteſt reuocari, ut uoluit Bart. in l. quibus dieb. §. Termilius. ff. de cond. & demon.

Legatum liberationis factæ debitori, an extendatur ad dolo adminiſtrata: dic, aut teſtator ſimpliciter dixit, lego debitori meo liberationem, & tunc non cenſetur remiſſus dolus. l. Aurelio §. fi. ff. de libe. lega. Aut dixit, damno hæredem meum, quod omnem actionem debitori remittat, & quod nihil poſſit ab eo petere, & tunc, ſi quærimus de dolo præterito, & uidetur remiſſus, ut l. ſi quis rationes. ff. de libe. lega. Aut de futuro, & nullo modo uidetur remiſſus, l. quidam decedens. ff. de admi. tu. in prin. Et ratio eſt, quia pactum, per quod datur materia delinquendi, non ualet. l. ſi unus. §. illud. ff. de pact. & leg. conuenire. ff. de pact. do. ita not plene Barto. in dicta leg. Aurelio. §. fin.

Libellus an poſſit concludere præſumptiue: dic, aut in libello narratur factum alienum, & tunc poteſt, ut l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. ubi ſufficit, quod in libello quis dicat, Titium alienaſſe bona ſua, & licet non dicat in fraudem creditorum, tamen ex illa narratione facti hoc præſumitur. ar. l. ſi ex plagiis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquiliam. Aut in libello narratur factum proprium, & tunc non ſufficit concludere præſumptiue, niſi factum illud probetur. l. e. ſi adulterium cum inceſtu. §. idē Pollioni. ff. de adul. & unde de his Bart. in l. cum quid. circa fin. ff. ſi cer. pet.

Libellus debet edi reo ob eam cauſam, ut reus uiſa actione deliberet, an uelit cedere uel contendere, ut leg. 1. ff de eden. & ad hanc deliberationem ſolet dari reo ſpatium xx dierum. auth. offeratur C. de lit. conte.

Lanio an poſſit expellere aliquem uolentem a ſe carnes emere, uide in uer. obligatus ad rem reſtituendam, &c.

Limitationem pulchram ad l. qui reſtituere. ff. de rei uendi. uide infra, ibidem, ſcilicet in uerb. obligatus ad rerum reſtituendam &c.

Legato

Legato uſufructu a teſtatore Titio, & Sempronio, vt alternis annis fruantur, quis prius debeat incipere ad fruendum in dubio: dic, quod ille qui prius nominatus eſt in teſtamento, ſcilicet Titius, ut eſt text. not. in leg. quotiens, ff. de uſufructu.

Legatum dotis factum a patre filiæ impuberi, differtur in tempus, quo erit nubilis ætatis, & ſic in tempus matrimonii. Vnde ſtatim peti non poteſt. ita not. Bart. in l. Titio centum §. Titio genero. in 2. col. ff. de cond. & demon.

Lacerans inſtrumentum alicuius, an teneatur ſibi ad intereſſe. Vide ſup. in ue. faciens fugere debitorem &c.

Legatarius occupans legatum propria authoritate, & non capiens illud de manu hæredis, amittit legatum, & ſic cadit a iure ſuo. text. eſt in l. non eſt dubiũ. Co. de lega. Quod intelligas procedere, ſi cum uitio occupauerit, ideſt ſi occupauerit poſt aditam hæreditatem, ſecundum Bart. in d. l. non eſt dubium, & in l. prima in princ. ff. quorum lega. ſecus ſi ante aditam hæreditatem, & ſic ſi occupauerit rem uacantem, quia licet teneatur hæredi ad reſtitutionem per interdictum, quorum lega. tamen adhuc habet actionem contra hæredem, ut d. l. 1. in princ. & ibi plene per Bar. & de prædictis uide unũ conſi. Benedicti Capræ in conſi. tertio, in fin. col.

Legatarius moriens ante aditam hęreditatem, transmittit legatum ad hæredẽ. l. ſi Titio. §. 1. ibi eſt optimus tex. ff. quan. di. leg. ce.

Legatum factum eccleſiæ, ſi non apparet, cui eccleſiæ, in dubio intelligitur de eccleſia, in qua teſtator erat parochianus. Ita uoluit Bart. in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condi. & dem. & ibi uide Alexan. referentem Bald. & Imo. in l. ſi domus, in princ. ff. de leg. 1. qui dicunt quod legatum factum monaſterio, non expreſſo, de quo, in dubio intelligitur de monaſterio fœminarum, non uirorum, ita tenet Bald. in l. cum multæ. Cod. de dona. ante nup.

Legato fundo uni, ſi poſtea legetur uſusfructus eiuſdem alteri, uterque legatarius concurrit in uſufructu. text. eſt not. in l. ſi al. i. ff. de uſufr. le.

Legatum factum eccleſiis alicuius ciuitatis, intelligitur de eccleſiis cõſtructis tempore teſtamenti, non ergo extenditur ad eccleſias conſtructas poſt teſtamẽtum factum. ita tenet Alexa. in l. qui filiab. in prin. ff. de leg. 1. ar. tex. in cle. literas. de reſcriptis.

Legato facto de aliquo fundo, ſi teſtator uſus fuerit his uerbis, & ſi fundus ualet minus centum aureis, uolo, quod reliquum ſuppleatur ab hærede legatario, ſi poſtea fundus reperitur ualere plus quam cẽtum aureis, an legatarius debet totum habere. Dic, quod ſic. Ita uoluit Alexa. in l. legata inutiliter. ff. de l. primo. per illum text. ſcilicet, quia inducta ad augmẽtum, non debent operari diminutionem. leg. ſi mancipia. de fun. inſtr.

Legato uſufructu gregis, ſi unum corpus deficiat ex grege, extinguitur uſusfructus. l. ſi. ff. qui. mo. uſufr. amit. ſecus ſi legetur uſusfructus equorum ſiue ouium, quia tunc ſi unum corpus remanet, in eo reſidet uſusfructus. tex. eſt not. in leg. quid tamen. §. ſi. eo. titu. Item ſecus in legato proprietatis gregis, quia ualet legatum, etiam in uno animali. le. ſi grege. ff. de leg. 1.

Legitima ſeu ſupplementum ipſius debetur filio ex propria ſubſtantia patris, adeo quod dicebat ſingulariter Bar. in l. ſuus quoque. in prin. in ſi. illius prin. quod ſi pater inſtituerit filium in certa pecuniæ quantitate pro ſua legitima, quod filius poſt dicere, uolo pecunia, ſed uolo tãtum de rebus patris, per l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoff. teſt.

Legatum ſub falſa demonſtratione licet regulariter non uitietur, ut leg. demõſtratio. & l. cum tale. §. fin. ff de condit. & dem. tamen hoc debet limitari procedere, quando res, ſeu quantitas legata eſt expreſſa, & apparet de qua re teſtator ſenſerit, ut dict. l. demonſtratio. ſecus eſt, quando quantitas non exprimitur, ut ſi lego tibi id, quod Titius mihi debet, nã ſi Titius nihil mihi debet, non ualet legatum, ut leg. ſi ſic. §. 1. ff. de leg. primo, & leg. legani. §. fin. ff. de libe. lega. ſecus ſi lego decem, quæ mihi Titius debet, quia tunc ualet, ut dicto. §. fin. & hæc adde ad

ea,

ea,quæ dixi ſupra in uerſicu.legatum ſub cauſa &c.

Locatio alicuius domus,in dubio præſumitur facta ad eum uſum,quo conductor uerbatur in arte ſua;unde qui locat domum alicui fabro,præſumitur hoc tacite concedere & ad hoc locare.ſ.ut ibi ille faber habeat exercere artem ſuam. ita dicit glo no in cap.1. in uerb. ad fænus. de uſur.lib.6.

Legitima debetur filio, deducto ære alieno.ita no. *Bart.* in l.hæreditarium,ff. de bo.aucto.iud.poſ.& ratio eſt, quia legitima appellatur quarta pars bonorum. l.cum quæritur,C.de inoff.teſta.quæ bona intelliguntur, deducto ære alieno, l. ſubſignatum,§ bona,ff.de uerbo.ſign.& l.mulier bona, ff. de iure dot.& uide ad hoc,quæ dixi ſup.in verb.cautelam,quomodo pater &c.

Legata domo cum omnibus, quæ ibi ſunt,non ueniunt Chirografa, & inſtrumenta,ſeu nomina debitorum. l. uxoré, §.legauerat,ff.de leg.3. Item non ueniũt res ſeu merces uenales,ut eſt not.in l. generali §.vuxori,ff.de vſufru.lega. Eodem modo & iſta non ueniunt in tacita hypotheca,ſicut nec pecunia, quæ ſemper præſumitur uenalis ſeu alienabilis,ut dict.§. uxori.& d.§.legauerat.ita plene not. Iaſ. in §.item ſeruiana.in ſexta colum. inſti. de act.

Legatum fundi ad vſum, an intelligatur factum etiam quo ad proprietatem. Dic,quod ſic.ita dixit Bar. per illum tex. in l.donationes, §. ſpecies. ff.de dona.Et idem ſi dico,dono ad utendum. ita tenet *Bald.*in l.1. poſt princ.C.de fruct.& lit.ex pen. Idem eſt, ſi fuerit factum legatum ſiue donatio ad alimenta, quia cenſetur translatum dominium.ita no.*Bartol.* in l.cum hi,§.ſi uni,& ibi plene per Iaſ.ff.de tranſac.& *Barto.*in l.4. ff. de alimentis,& cib.lega.& tale dominium tranſit etiam ad hæredes,vt eſt communis opi. docto. maxime Iaſ.in dicto §.ſi uni Scias tamẽ, quod ſi teſtator legat vxori uſumfructũ fundi,quod non poſſit fundum alienare, videtur ei legaſſe proprietatem.ita *Bal.*in l proculus,ff.de vſufr.& *Alex.*in l.ſi conſtante,ff.ſol.mat.

Legatum factum,& dandum ad arbitrium tertij per verba denotantia arbitrium boni viri,ſi non eſt dictum,cui detur,debet dari in dubio ad pias cauſas.ſecus ſi eſt poſitum in liberam uoluntatẽ alicuius.ita no. Alexan.in l. captatorias. in 3.colum.C.de teſtam.mili.ubi allegat Bar.in l.1.C.de ſacroſan.eccl. & eſt text. in c.cum tibi.ext.de teſta.

Legatum factum hoc modo,relinquo illud, quod eſt ſcriptum in tali cedula, quam tenet Titius,an ualeat.vide Bar.in l.ſi ita.ff.de cond.& demon.& Bald. in l. captatorias,C.de mili.teſta.

Legatum factum hoc modo,lego Titio id,quod ſibi debeo,de quo uolo ſtare dicto ſuo,an valeat.uide *Bar.*in conſ.168 *Incipiente*, quidam habens bona communia. Vbi tenet quod non,in ſi.ex eo quia legatum eſſet captatorium.per l.captatoriæ,ff.de lega.primo, & l.captatorias,C.de teſta.mili.Fallit in dote, quando dos legatur,ut ipſe dicit.& idem Bart. in l.Theopompus,ff. de dote prælega.de ueritate tamen iſtorum,uide Alex. plene in conſil.47.primo uolum. Quid autem eſſet in contractu,uide Bart.in l.fin. ff.de præto.ſtip. vbi concludit,quod minime contractus huiuſmodi,ſiue promiſſio valet,antequam creditor arbitretur, unde poteſt ante promiſſio reuocari;ſecus autem poſt quam declarauit. An autem in caſu,quo valeret talis actus,ille,qui debet arbitrari,teneatur iurare,vide Bar. in d.l. Theopompus.& de prædictis uide Imo. in c.cum tibi.in 13.colum.ext.de teſta.q tenet opi.Bar.

Litem conteſtari, an poſſit quis compelli,uide *Bartol.* tenentem,quod non,in authen.qui ſemel.circa fin.C.quo.& quando iud. ſed remedium eſt, ut ipſe dicit, quod ſi reus non vult conteſtari litem, mittatur actor in poſſeſſionem ex primo decreto,& idem tenuit Abb.in c. pen.in fi.ext.de iur.calum.contrarium tenet Alex.in l ſi finita,§. Iulianus,in 10.col.ff.de dam.infect.

Liber rationum mercatoris connumeratur inter publicas ſcripturas, adeo quod facit plenam fidem contra eum, ſicut inſtrumentum;nam cenſetur ſemper de uoluntate utriuſque partis factus. Ita uoluit *Bald.* in Rubrica,C.de conſt.

pecu.

pecu. in 3. col. & uide infra, liber ratio. num, &c.

Legatum factum ſub conditione, ſi non ſtat per legatarium, quo minus conditio impleatur: an debetur, diſtingui ex mente *Bar.* & doct. in l. prima. C. de inſt. & ſub. quod. aut eſt conditio cauſalis, uel poteſtatiua, uel mixta: primo caſu, quomodocunque deficiat conditio legatum non debetur. ita uoluit Bart. in d. l. prima. per tex. in § ſin autem ſub conditione. C. de cadu. tol. Secũdo caſu. ſ. quando eſt poteſtatiua, & tunc indiſtinctè, ſi non ſtat per eum, ſemper legatum debetur; puta ſi cauſaliter conditio deficit. l. quæ ſub conditione. §. quotiens. ff. de cõdi. inſti. Sed ſi conditio deficeret per alium: puta quia ſeruus, quem fuit rogatus quis manumittere cauſa conditionis implendę, fuit occiſus a tertio, tũc, ſi iuſte, legatum debetur, l. Titius. ff. de con di. & dem. Si uero iniuſte, tunc, aũt occiſor eſt ſoluendo. & ipſe tenetur ad precium legati. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad le. Aquil. Si uero non eſt ſoluendo, tũc legatum ſibi debetur in ſubſidium. l. fi. ff. de eo, per quem factum erit. Iſtud tamen, quod dixi, fallit, quãdo legatarius fuiſſet in mora: quia tunc, ſi ſeruus moritur, amittit legatum, l. pe. ff. de cond. & dem. & no. glo. in d. l. prima. Tertio caſu, quando conditio eſt mixta, tunc, aut eſt mixta ex parte legatarii, & alterius, aut ex parte legatarii, & fortunæ; primo caſu, ut ſi deberis Sempronio decem, ubi ſi nupſeris Titio, tunc ſi conditio deficit caſualiter, legatum nõ debetur. l. legatum. C. de condi. inſer. & l. in teſtamento in ſecunda. ff. de condi. & demon. Idem ſi deficit facto legatarii, ut dicta l. 1. & l. ſecunda, eod. tit. de inſti. & ſub. Si uero deficit facto eius, in cuius perſona eſt adimplenda, tunc habetur pro impleta. l. in iure ciuili, ff. de cõdition. & demonſtratione. & l. Titio centum. §. fin. eo. titu. & d. l. in teſtamento. & l. tertia. ff. de condi. inſti. Prædicta tamen non habent locum in modo mixto: nam ſi modus deficit caſu, adhuc debetur legatum. l. ſi Titio pecunia ff. de legat. primo. & no. Bar. & glo. in dicta l. 1. Secundo caſu, puta, quia ſi iueris in Alexandriam, non poterit eſſe, quod propter hyemem non poſſis ire, & tunc indiſtincte, ſi deficit, uiciat legatum. ita dicit *Bald.* in dicta l. prima. C. de inſti. & ſub. in ſecunda columna, ubi æquiparat eam caſuali.

Legatum factum in minus ſollemni uoluntate, poteſt retineri per legatariũ, ſi illud poſſidebat, quia ex tali uoluntate oritur obligatio naturalis. ita uoluit *Bar.* in l. nemo poteſt. ff. de leg. primo, quem ibi ſequitur Alex. in ſexta col. per tex. in l. militis codicillis. §. ueteranus. ff. de teſtam. mili. Limitat tamen illud Alexan. ibidem procedere in legato tantum: Secus in hæreditate, facit quod no. gloſſ. & ibi per Alexan. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. primo.

Lex generaliter excludens omne remedium, intelligitur de ordinario, quod competit de iure communi, non autem de extraordinario, ſeu competenti de iure ſpeciali. gloſſ. eſt no. in l. poſtquam lites in gl. fi. C. de pac. & ibi pleno per Iaſ. & no. Fran. de *Cur.* in repe. l. admonẽdi. 22. col. ff. de iureiur.

Legitima an poſſit tolli per ſtatutum, dic, quod non in totum, bene tamen poteſt minui. ita no. *Bald.* in l. maximum uitium in pen. colu. *C.* de libe. præ. & idem Bald. in l. ſancimus. Co. de nup. & examinat plene Alexand. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in ſexta, & ſeptima columna. ff. de libe. & poſt. & not. Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demon.

Laudamentum in materia feudali eſt quædam ſententia, per quam iudicatur, uaſallum feudo priuari debere ob aliquam culpam, quod alio uocabulo appellatur exguardum. ita declarat And. de Iſer. in cap. primo. §. ille tamen. de contr. feu. apud pares. *Et* loquitur tex. in c. ſancimus, quo tempore mil. & iſta ſententia fertur per pares, id eſt per alios confeudatarios habentes feudum ab eodem domino, ut eſt tex. & ibi Bal. in cap. primo, in prin. ſi de inue. inter do. & Val. lis oriatur.

Legatũ factũ uxori, donec honeſte, & in uiduitate vixerit, poſt mortẽ fuit grauata de reſtituẽdo illud Titio, an dẽat, eſt ipſi

ca

ea uiua, ſit tranſit ad ſecunda uota; Dic. quod ſic dictum fuit ſingulare. Ioan. Ang. ia addi. Spe. in Rubrica, de ſecum. nupt. quem ſequitur Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in quarta col. de lib. & poſth.

Legata facta in codicillis petuntur uti li actione ex teſtamento, ut eſt glo. in l. 1. in glo. fin. ff. de teſta. & gloſ. in l. ſecunda, in uer. perſonaler. Co. commu. de lega. & no. Alex. in auth. ex cauſa. in 6. colu. de liber. præte.

Legatum factum uxori per maritum de dote, an debeat probari per uxorem, ſ. dotem fuiſſe marito conſignatam; dic, quod ſi maritus expreſſit quantitatem, puta, quia dixit, lego centum uxori meę, quæ mihi dedit in dotem, & tunc non eſt neceſſe, quod probetur, ſed uxor poteſt petere legatum: text. eſt in l. ſi non deſignata. & l. fin. Cod. de fal. cau. adie. lega. Idem eſſet ſi non expreſſiſſet uoce, ſed per relationem ad aliquam ſcripturam, ut lego dotem quæ continetur in tali inſtrumento, ut d. l. fi. & facit, quod uoluit Bar. in l. ſi ita. ff. de condi. & dem. & not. Ang. de Aretin. §. ſed ſi uxori in ti. de lega. Si uero quantitatem non expreſſit, ſed tantum dixit, lego dotem uxori meæ, tunc legatum non debetur, niſi probetur dotem marito fuiſſe conſignatam, ut d. §. ſed ſi uxori. & d. leg. ſi non deſignata, & d. l. fi. facit text. in l. ſi prior. ff. ſol. matri. Sed ſi maritus legat dotem, quæ uere non fuit ſoluta, ſed tantum promiſſa, tunc tantum liberationem legare uidetur, & nihil plus, etiam ſi quantitatem expreſſit. ita dixit Ang. de Are. in d. §. ſed ſi uxori. in fi. per tex. in l. prima. §. ſed & ſi dotem. ff. de dote præle. Et ad prædicta facit tex. in l. creditori. & in l. ſi ſic. ff. de leg. 1.

Legitima, quæ hodie debet relinqui filio inſtitutionis titulo, ut in §. aliud quoque capitulum, in authent. ut cum de app. cog. non poteſt relinqui titulo fideicommiſſi uniuerſalis. Immo etiam tunc diceretur præteritus filius: ita no. Bart. in §. inordinatum. in authe. de hæred. & fal. & in dicto §. aliud. in fina. uerbis. & Bald. in leg. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffic. teſtam.

Lex generaliter loquens in caſu alias iam conceſſo de iure communi, non recipit reſtrictionem de habilitate. ita dixit Alex. in l. 1. in antepen. colu. ff. de offic. eius. per tex. in leg. 1. §. enunciatio. cum ibi no. ff. de ope. no. nun. in uer. omnibus diebus. & ita ſingulariter limitatur regula, quæ ſe habet, quod lex uel ſtatutum generaliter loquens, reſtringitur de habilitate l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mu. & ho. & l. qui autem. §. fi. iuncta gl. in uerſi. quibuſcunque. ff. de conſt. pecu.

Lex habens plures lecturas non debet allegari, ut ex ea ſumatur fundamentum. ita dixit Alex. in l. diem functo. in tertia col. ff. de off. aſſe. per ea, quæ uoluit Bart. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.

Locatio facta quandiu uult dominus, per mortem reuocatur, quia tunc præſumitur nolle. l. 4. ff. loca. ſecus, ſi quandiu duxerit reuocandam, c. ſi delegatus. de off. del. li. 6. de qua materia uide in l. centeſimis. §. fi. de uerb. ob.

Lex in dubio ſemper cenſetur diſpoſita, ſeu condita pro futuris negotiis, non autem pro præteritis, & idem etiam in ſtatuto. ita dixit Ab. per illum tex. in c. fi. in 3. no. ext. de conſt.

Liber rationum mercatoris, continens plura capitula, probat contra eum, & non pro eo. ita dixit Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in le. nuda ratio. ff. de dona. Ex quo dicebat *Bart.* in l. Aurelius. §. idem quæſiuit. ff. de libe. leg. quem ſequitur Ab. in c. bonæ, el 2. extra de po. ſtu. præla. pe. col. & Abb. in c. 2. 7. colum. extra de fide inſtru. quod aduerſarius poteſt acceptare illud capitulum, quod facit pro ſe, & contra ſcribentem, & repudiare illud, quod facit pro ſcribente, quando capitula eſſent ſeparata, ſecus ſi connexa. Hoc tamen ſingulariter limitabat Bal. in l. 1. in tertia col. C. de confeſ. quem ſequitur Abb. in d. c. bonæ in fi. colu. non procedere in modica quantitate, quia tunc ſtatur libro, etiam pro ſcribente. ſecus in magna. ita debet intelligi l. rationes, & l. exemplo. C. de prob. & l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. & quæ ſit magna, & quæ parua quantitas, relinquit hoc arbitrio iudicis.

Lis habetur pro conteſtata eo ipſo, quod proceſſum eſt ad actum, qui ſolet fieri poſt

poſt litem conteſta. glo. eſt no. in cap. 1. in uer. abſentia. de elect. libro 6. per quam ita dixit Abb. in capit. præterea. in fin. de dilatio.

M.

MVlier ſequitur forum uiri quo ad tria, primo, quod tenetur ſoluere collectas in domicilio uiri, non autem in loco ſuæ originis, l. fi. §. 1. ff. ad muni. niſi pro poſſeſſionibus, quas habet in loco ſuæ originis, ut dicit ibi gloſ. Secundo, quia debet conueniri in foro uiri. l. cum quædam puella, ff. de iur. om. iu. Tertio quo ad exactionem dotis, quam debet exigere in foro uiri, quia hoc eſt ſpeciale in dote, ut ibi uideatur celebratur contractus dotalis, ubi maritus habet domicilium, l. exigere. & ibi per Barto. ff. de iud. & ſic contra regula cõmunem, l. contraxiſſe. ff. de act. & oblig. Fallit tamen ſecũdum Alexa. in d. l. exigere. in add. ad Bar. quando mulier traheret uirum in domicilium ſuum, ut uoluit Bald. in rub. C. de priuil. dot.

2 Mandans ſatisfieri omnibus creditoribus ſuis, intelligitur mandaſſe de debitis efficacibus, non autem de his, pro quibus non competit actio. ita ſingulariter dixit Bar. in l. ſi is cui, §. Flauius. per illũ tex. ff. de ſolu. & Alex. in l. ſi creditori. ff. de leg. 1.

3 Monacus ſi fuerit hæres inſtitutus, & ei fuerit uulgariter ſubſtitutus Titius, an nolente monaco adire hæreditatem; admittatur monaſterium uel ſubſtitutus. Videtur, quod admittatur ſubſtitutus, nam monacus æquiparatur ſeruo potius, quam filio, quod probatur, quia quidquid acquirit, acquirit monaſterio, nec aliquid penes ſe retinere poteſt, ſicut ſeruus, ut no. glo. in l. cum hæredes, § fin. ff. de acq. poſſ. quod ſecus eſt in filio, quia non omne, quod acquirit, acquiritur patri, in l. cũ oportet. per totam l. C. de bo. quæ libe. ergo ſuccedit regula legis cum proponis, C. de hær. inſti. ubi ſeruo nolente adire, admittitur ſubſtitutus, non autem dominus. Preterea, ſi monachus æquiparetur filio, ſequeretur unum abſurdum, quia quemadmodum patre nolente præſtare conſenſum filio, filius poteſt per ſe adire. l. fi. §. ſin autem, C. de bon. quæ libe. ita etiam poſſet monacus, monaſterio non uolente conſentire, quod eſt falſum, & contra glo. in dicto § fina. & authent. ingreſſi, C. de ſacroſan. eccl. In contrarium tamen determinat Bart. quem communiter ſequuntur doct. in l. 1. in quarta colũ. ff. de vulg. & pup. Nec obſtat, quod dicit glo. in d. l. cum hæredes, §. ſi quia ibi non dicitur, quod æquiparetur ſeruo, ſed tantum, quod quicquid acquirit monacus, acquirit monaſterio, immo uidetur probare contrarium, quia dicit, monacum non poſſideri a monaſterio, ſicut dominus poſſidet ſeruum. Præterea patet, quia monacus non poteſt ſicut ſeruus, unde potius in hoc uidetur æquiparari filio. Pro concluſione tamen huius articuli uide Bal. in l. 1. C. qui admit. quem refert Alex. in d. l. 1. in 7. col. ff. de vulg. & pup. qui dicit, quotieſcunque eſt utile monaſterio, monacum æquiparari filio, tunc æquiparabitur filio, ut in hoc caſu. Si uero eſt utile, quod æquiparetur ſeruo, æquiparabitur, ut quando monaſterium nollet adire, quia tunc nec monacus, ſicut ſeruus & ita poteſt reſponderi ad contrarium proximè formatum. Eodem modo dicit do. Socinus in repe. l. primæ. in 17. colũ. ff. de uulg. & pup. quod ſi eſt utile monaſterio, monacum æquiparari infanti, tũc infanti æquiparabitur, quę utilitas poteſt eſſe illa, de qua in l. ſi infanti, C. de iure deli. ut ſi eſt inſtitutus infans, & mortuus fuerit ante aditam hæreditatem, pater poteſt hæreditatẽ adire, perinde, ac ſi fuiſſet uiuus filius eius. Secus autem ſi eſſet maior infante, quia tunc non tranſmitteretur hæreditas patri, quia lex prima, C. his qui ante aper. tab. habet locum tantum in deſcendentibus, non autem in aſcendentibus. & licet gloſ. in dict. l. prima dicat, quod habet locum etiam in aſcendentibus, tamen illud eſt uerum in ſuo hærede, allegat enim text. in l. apud hoſtes, C. de ſuis & legi. per quem declaratur optime iſta materia, ubi loquitur in ſuo, nam ex quo mortuo patre dominiũ hæreditatis ipſo iure continuatur in hæredem ſuum, l. in ſuis, ff. de libe. & poſt. ſi, mortua ibi filia, tranſmittit hæreditatẽ

etiam

etiam non aditam, ad matrem. Ad propoſitum ergo, cum lex, ſi infanti, ſit exorbitans a iure communi, ideo non debet extendi, l. ſi uero, §. de uiro, ff. ſolu. matri. Et propterea monacus æquipararetur infanti. quia alias ſi ei non æquipararetur, non tranſmitteret, ſi moreretur ante aditam hæreditatem.

Mixtum an contineatur ſub ſimplici, dic, aut ſumus in fauorabilibus, aut in odioſis: primo caſum, aut prouiſio eſt facta in utroque ſimplici, & cõtinetur mixtum, l. ſi ita, ff. de lib. & poſt. & l. clemens. ff. de hære. inſti. Aut prouiſio eſt facta in uno tantum ſimplici, & tunc, aut mixtũ adhæret potius illi ſimplici, cui erat facta prouiſio, & continetur mixtum, l. quæritur, ff. de ſta. ho. Aut neutri adhæret, ſed parem cauſam habet cum utroque ſimplici, & non continetur mixtum, l. hoc legatum, ff. de legatis tertio. Aut ſumus in odioſis, & tunc non comprehẽditur mixtum, l. tutorem, ff. de his qui. ut indig. Vnde ſi unum ſtatutum facit mentionem de ciuili iudicio, & aliud de criminali, non comprehenditur ſub eo iudicium mixtum, ut eſt, quando pœna applicatur pro parte fiſco, & pro parte parti. ita not. Alex. in Rub. C. de iudi. & doc. in l. 2. in prin. ff. de uerb. obl. & Iaſ. in §. omnium. inſt. de ac. per tex. in l. uim paſſam, §. præſcriptione. ff. de adul. Aliquando tamen etiam in caſu ſtricto ſub ſimplici continetur mixtum, ratione contrarietatis euitandæ, ut d. §. omnium, & d. l. 2. & ibi per Alex.

Mutus an poſſit donare inter uiuos, dic, aut eſt a natura, & non poteſt, aut per accidens, & poteſt, ut eſt tex. & gl. in l. qui id quod, § mutus, ff. de don.

Mutuo pecunia tradita, ſi eſt conuentum, quod non poſſit agi, niſi ex præcedenti, uel ſubſequenti ſtipulatione, ita demum talis conuentio eſt ſeruanda, ſi ſtipulatio ualeat, alias viciata ſtipulatione uiciabitur etiam illud tacitum, ſcilicet quod non poterat agi ex numeratione, & ſic poterit agi ex numeratione. ar. l. 3. §. fin. ff. de ſerui. ru. prædi. ita tenet Alexand. referendo Fulgo in l. certi condictio. §. quoniam, digeſt. ſi certum petat. imitando gloſſ. ibi per text. ſingularem in l. eum qui, §. te & Titium, ff. de uerbo. oblig.

Mandatum an finiatur morte mandantis, dic regulariter, quod ſic, re integra, lege, inter cauſas, in princip. ff. manda. & le. mandatum, C. eod. tit. & l. ſi quidem, C. de ac. & ob. & inſtitu. de manda. § recte. Fallit in inſtitore, in quo licet ſit mortuus inſtituens, non tamen ex ſola morte præſumitur reuocatum mandatum, lege ſi quis mancipiis, §. ſi impubes, ff. de inſt. ſed requiritur reuocatio expreſſa, uel mutatio ſtatus ipſius inſtitoris una cũ morte inſtituentis, ut not. Bar. in l. eius qui. in prima col. in fi. ff. ſi cert. pet. Fallit etiam, quando mandatum erat neceſſe omnino impleri per mandantem, ſi non fuiſſet mortuus, quia tunc morte non reuocatur l. fundi. §. item ſi amicus, ff. de acq. poſſeſ. & no. gl. in dicta leg. eius qui. in uer. nam & ſi tibi, &c. de pluribus aliis fallentiis, uide Bal. in d. l. mandatum. Quid autem ſi mandatarius non obſtante morte executus eſt mandatum, an ualet, quod actũ eſt? Dic, aut erat mandatum de exigendo, aut de ſoluendo. Primo caſu, aut erat bona fides, ideſt ignorantia mortis ex parte debitoris tantum, aut ex parte mandatarij tantum, primo caſu liberatur ſoluens ope exceptionis, l. cum quis, §. primo, digeſt. de ſolu. Secundo caſu non liberatur aliquo modo, ſcilicet ſi ſciẽdo mortem ſoluit, ut d. l. cum quis, in prin. Si uero bona fides erat ex parte utriuſque, tũc liberatur ipſo iure l. ſi quis ſeruo. digeſt. de ſolu. Secundo caſu principali, ſcilicet quando erat mandatum de ſoluendo, & tunc aut ſolutio erat facienda in ſpecie, aut in quantitate, primo caſu, ſiue ſpecies fuit tradita procuratori mandantis, ſiue procuratori eius, cui erat facienda ſolutio, reuocatur tale mandatum morte, & ſi fuerit data ei, cui ſoluenda erat, dominium non transfertur, ex eo quia dominium non erat tranſlatum in ipſum procuratorem, de hoc eſt text. in l. 2. § ſed ſi quis, ff. de donat. Secundo caſu quando erat in quantitate, & tunc, aut fuit dictũ, quod ſolueretur eadem, quæ fuit data mãdatario, & idem quod dixi in ſpecie, quia dominium non erat tranſlatum, aut nihil fuit dictum, & tunc, aut pecunia fuit

data

data procuratori mandantis,& tunc, ex quo dominium eſt tranſlatum in ipſum procuratorem, qñcunq. ſoluitur, ſemper tranſit dominium in accipientem,l.hoc iure, §.ſi quis dederit,ff de donat. Verum eſt differentia in hoc, quia ſi procurator ſcienter ſoluit,non habet recurſum contra hæredes mandantis, ſi uero ignoranter,habet recurſum,ut d.§.ſi quis dederit. & l.ſi præcedente,ff.manda. Aut pecunia fuit tradita procuratori eius, cui erat facienda ſolutio,&tunc,ex quo dominium non erat in ipſum tranſlatum, mãdatum reuocatur morte, & ex ſolutione facta poſt mortem nõ transfertur dominium. ita no. Alex.in d.l.eius qui,in 6.col. Item in iudiciis morte non reuocatur,l. nulla dubitatio.C.de procuratoribus.

Mutuum reconciliatur conſumptione ita demum,ſi conſumptio eſt minutatim facta,puta expendendo ſigillatim,alias ſi pecuniam, quam mihi mutuaſti,alii mutuo dedi, non dicitur adhuc conſumpta,quandiu eſt penes illum,ut ꝓbat tex.in l.non omnis.§.ſi pupillus,ff.ſi cer. pet.& Bar.in l.2.§.appellata.eod.ti.& ita debent intelligi omnes ll. loquentes, ꝙ mutuum reconciliatur conſumptione.

Mutuãs pecuniã in refectione domus, habet illam domum tacite obligatam,& præfertur ẽt anteriorib.creditorib. l.creditor,ff.ſi cer.pet.& l.1.ff.in qui.cau.pig. uel hypo.ta. contrahi. & leg. ſi uentri,§. diuus,ff.de priui.cre.ita eodem modo ille,qui mutuauit pecuniã pro emenda domo,ita uoluit Pa.de Caſt.in d.l.creditor. non tamen præfertur mulieri anteriori, ut in auth.de æqua.do.§.his conſequens. niſi mulier ſit poſterior.ut eſt gloſſ. & ibi Bar.in d.§.his conſequens.

Mulier ita demum poteſt renunciare Velleiano, ſi de hoc fuerit cerciorata, ut eſt gl.in l.fi.§.pen.ff.ad Velleia.alias non ualet renunciatio,ut no.Alex.poſt Bar.in d.§.pen.niſi renunciaſſet cum iuramẽto, nam tunc etiam ſine certioratione ualet renunciatio.ita tenet Bar.in l.ſciendum, in 3.col.& ibi etiam Alex.ff. de uerb ob. & idem Alex.in Rub.eod.tit.in 2.col. Et hoc dicitur eſſe de conſuetudine potius quam de iure communi,quod mulier certiorata poſſit renunciare,nam de iure nõ ualet talis renunciatio, quia tale beneficium eſt inductum propter fragilitatem ſexus,& lex præſumit,ꝙ eadem facultate qua mulier inducitur ad promittendum, inducatur etiam ad renunciandum.ita tenet Bar.in d.l.fin.§.pe.& Bar.in l.doli.in prin.ff.de noua.ſicut dicimus in minore, qui non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis.quod eſt ſibi conceſſum propter fragilitatem ætatis,& lex præſumit idem quod dixi de muliere,l. ſi iudex,& ibi gl. ff.de minori,& d.l.doli,circa fi. niſi cum iuramento,ut in authen. ſacramenta. C. ſi aduer.uen. Tamen in muliere communis obſeruantia eſt,quod poſſit renunciare modo prędicto,ut not.Alex in d.l.doli,in prin.& Bar.in l.1.circa fi. ff.de fideiuſſ.ſ.cum certioratione,alias ad ignorata non extenderetur renuntiatio.l.mater. ff.de inoff teſt.& Bar.in d.l.ſciendum, in 2 colu.iux.hoc ponit unum ſingulare dictum Alex.in d.§. pen.ſ.quod ſi in inſtrumento reperiatur, quod talis mulier cerciorata renunciauit Velleiano,quod põt fieri interrogatorium notario,q̃d eſt velleianũ, quod ſi neſciat,mulier poteſt opponere Velleianum.per gl. in l.generali. C.de tabula.lib.10.quæ vult,q̃d notarius tenetur ſcire leges,quod an ſit uerum,uide plene Alex.in d.l.ſciendum,in 8.colu. ubi bene diſputat hoc.

Mulier generaliter renuncians omnibus beneficiis ſibi competentib.nõ uidetur renunciare Velleiano, quia ei renunciare non poſſet,niſi certioretur,ita tenet Ale.in l.ſciendum.ff.de uerb ob. ubi allegat. Ang.in l. qui iure militari,ff.de teſt. mil.ubi uoluit,quod licet ſit regula,quod ad hoc,ut quis poſſit in ſpecie renunciare,ſufficit, quod in genere cogitauerit de eo,cui uult renunciare,ut d.l.qui iure militari,tamen hoc fallit in muliere generaliter renunciante omnib.ſuis beneficiis, per rationem prædictam. Ex quo apparet male dixiſſe Bar.in l.ſi quis ſub conditione,in 5.col.ff.de teſt.tute. qui contrarium tenuit. Item licet renunciet Velleiano, habet beneficium nouæ conſtitutionis,per quod ipſo iure ſeruatur illæſa. ſ.p authen.ſi qua mulier.C. ad Velleia.ita dicit gl.& ibi clarius Bald.in l.1. C.ne uxor pro mari.

Mala electio eſt in culpa.l. vtique.§.fi. ff.de rei uendi.& l.fin.§.ſeruorum.ff.nau.cau.ſta. Hoc tamen debet intelligi reſpectu tertij.ut ſi elegi malum medicum,qui interficit ſeruum,quem emeram, ſi poſtea uolo ſeruum redhibere,uenditor poteſt mihi opponere, tu fuſti in culpa in eligendo malum medicum.l. quod ſi nolit.§.culpa ff de ædi.edict.ſecus autem reſpectu ipſius electi,quia bene poſſum agere contra eum, nec poteſt mihi opponere,non debuiſti me eligere, quia quilibet uidetur fateri ſe peritum in arte ſua, ut no. in l.2.ff.quod quiſque iuris, & in §.præterea.inſti.ad leg.Aquil. & l.illicitas.§.ſicuti,ff. de offic præſi.ita notat Alex. in l.cum quid in fina.ff.ſi cert.peta. & de materia prædicta uide Abb.in c.1.ext.de reſt.ſpo.

Mulier,quæ propter reuerentiam mariti ſeu uerecundiam aliquid conſentit, ſeu confitetur in ſui præiudicium, poteſt illud per officium iudicis reſcindere actione,quod metus cauſa,quod intelligas ita demum procedere, ſi præceſſerint minæ mariti,uel uerbera,quia alias ſola reuerẽtia mariti non inducit iuſtum metum, ita no. Barto.in leg.interpoſitas. Cod. de tranſactionibus,& Barto.in lege,ad inuidiam. Cod. quod met. cau. idem uoluit Abb.in cap.cum dilectus.in ſecunda colum.extra,quod met.cau.& Barto.in leg. prima,§. quæ onerandæ.per illum text. ff. quar. ac.non da. Vbi ponit idem eſſe etiam in clerico,timore ſui epiſcopi,Prædicta tamen limita, ut ſingulariter per Alexand.in lege.tranſactionem.C. de tranſact.

Mulier deprehenſa in adulterio ipſo iure eſt infamis, ſecus in maſculo.ita no. Alex.in l.palam. §. quæ in adulterio, per illum tex.in addi ad Bar.ſt. de ri.nupt. & gl.in l. & ſi crimine.C.de adult.

Mulier inhoneſte admittens duos uiros,dicitur meretrix.ita uoluit Abb.in c. inter opera.in fi.extra de ſponſa per tex. in l. palam.ff.de ri.nup. & quomodo probatur meretrix.uide Barb.in add.ad Ab. in c præterea.de teſtibus.

Meretrix, quæ exercet artem publicã meretricij, non poteſt iuuenes expellere volentes rem habere cum ea. Immo ea inuita poſſunt domum eius ingredi cauſa libidinis,ut l.uerũ, ff.de fur. & hoc eſt de iure communi,de iure autem conſtitutionum regni eſt ſecus, nam punitur pœna capitis uiolator meretricis,ſicut & honeſtatis mulierum,ut in conſt. omnes noſtri regiminis &c.

Minor an per uiam reſtitutionis poſſit producere teſtes poſt publicatum in cauſa,dic,quod ſic.ita uoluit Bar.in l.vbi exigitur,ff.de eden. & Bart.in l. minor xxv. an.omiſſam,ff.de mino. & plene Bart.in l.1.§.nunciatio.in pen.col.ff.de ope.non. nunc. Nec obſtat,quod minor non reſtituitur aduerſus dolum præſumptum in futurum,ut l.1.C.ſi aduen.deli,quia quando damnum pateretur de præſenti, tunc bene reſtituitur,ut in hoc caſu,ubi dolus præſumitur in futurum,ſcilicet ſubornatio. Ita ſingulariter dixit Bar.in d.§ nunciatio.in fina.col.

Mulier an per uiam reſtitutionis poſſit producere teſtes poſt publicatum in cã dic,quod non,ita tenuit Barto.in d.l.1.§. nunciatio in fina.col.digeſt. de ope.non. nun.niſi non potuiſſet conſulere petitiores,ſecundum Saly.in l.1.C. de iur.& fac. igno.& uide plene per doc. in l.ubi exigitur,ff.de edendo.

Mulier habens maritum inutilem, dr̃ uidua,ſicut pater habens filium inutilem dr̃ carere filio,ut eſt glo.in l.fi.C. ad leg. Bal.de plag.& dixi infra in uerſic. pœna mutilationis,&c.

Mulier etiã ſi ſequatur maritum ſuum rebellem,cuius bona publicantur,non tñ per hoc dos ſua debebit publicari,ita uoluit An.de Iſer.in conſt.q̃ incipit,plena.

Maritus putatiuus non habet priuilegia maritorũ, nec dr̃ uere maritus, unde ſi fecerit pactum de dote lucranda, tale pactum non ualet, immo ſtatim põt dos repeti per condictionem ob cauſam, ut no.gl.in l.ſi cum dote §.ſi.ff.ſol. mat.nõ .n. repetitur per actionem de dote, cum nulla dos fuerit, unde dotem, non lucratur,ut l.pe.§.fi.ff.quod cum fal.tu.aucto. Nec habet priuilegium,ne conueniatur, niſi inquantum facere poteſt,ut no. Ale in l.maritum,ff.ſol. mat.Quod limita,ni ſi dolo fuiſſet inductus ad contrahẽdum matrimonium,nam tunc,ſi fecit pactum

de

de lucrando dotem, eſt tutus exceptione doli, ut d. l. pe. §. fi. alias omnia priuilegia marito conceſſa, ſunt ei prohibita, unde nec dilationem habet, de qua in §. exact. C. de rei ux. ac. ut nor. Alex. in d. l. ſi cum dotem. § fi. ſecus autem eſt ex parte uxoris, quia omnia priuilegia retinet. l. ſi ſpõſa. ff. de iure dot. & l. 1. §. fi. & ibi gl. ff. de priu. cre. & Alex. in d. §. fi.

Maritus conuentus, conſtante matrimonio, puta, quia uergit ad inopiam, an debeat conueniri in ſolidum, an uero in quantum facere poteſt, & quid ſi res dotales extent, & ſic conuenitur actione reali, uide infra in uer. uxor quę conuenit &c.

Maritus promittens dotem alteri reſtituere in caſu ſoluti matrimonii, de conſenſu mulieris, an teneatur inſolidum, an uero inquantum facere poteſt. Dic, quod ſi dixit, promitto tibi, quæ uxori meæ debeo, non expreſſa quantitate, tenetur in quantum facere poteſt. ſi uero dixit, promitto tibi cẽtum, quæ uxori meæ debeo, tenetur inſolidum, ita eſt gl. & ibi etiam Bar. in l. ſi prior, ff. ſol. ma. per quam gl. inferebat multum ſingulariter Bal. Nouel. in l. quæ dotis, ff. ſo. mat. quòd ſi hæres ante confectionem inuentarii dicat creditori hæreditario, promitto tibi centũ, quæ teſtator meus tibi debebat, licet poſtea conficiat inuentarium non tamen poterit opponere exceptionem inuentarii, ſed inſolidum tenetur, licet hæreditas nõ ſit ſoluendo, ſecus ſi dixiſſet. promitto tibi, quod teſtator tibi debebat.

Mulier, quæ ſe animali bruto ſubiegit, ut habeat rem cum eo, dẽt interfici, & vna cum ea & animal illud interfici dẽt, licet rõne careat, ut in ca. mulier. 15. q. 1. & no. Bal. in l. data opera, in 3. uel 4. col. C. qui ac. nõ poſ. vnde nota caſum ſingularem, in quo punitur animal brutum a lege, & hoc ad perpetuam memoriam.

Mulier ſi ex forma ſtatuti non poteſt teſtari ſine conſenſu mariti, an poſſit maritum inſtituere hæredem cum ſuo cõſenſu, dic, ꝙ non, quia nemo poteſt auctorari in cauſa propria, l. 1. ff. de auct. tu. & ibi hoc tenuit Alex. in add. Bar. in addi. magis a. in fin. ubi ſingulariter dicit, quod ſi mulier non poteſt contrahere ſine cõſenſu duorum propinquorum, ſi cõtraheret cum uno propinquo cum cõſenſu ſuo & alterius propinqui, nõ ualeret contractus de qua q. uide Abb. idem tenẽtem in ca. cum in ueteri, in 3. col. ext. de elect.

Miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto non poſſidet, ſed detinet tantum, & ſic non facit fructus ſuos, ſed tenetur reſtituere, l. prætor, §. his uerbis, ff. de bo. auct. iud. poſſ. ibi. n. dr quod creditor poteſt repetere impenſas factas pro colligẽdis fructib. & tamen ſi feciſſet fructus ſuos, nõ repeteret expenſas. quia compenſarentur cum fructib. l. diuortio. §. impendia. ff. ſolu. mat. & ibi eſt glo. in uer. non repetuntur. Quandoque tamen propter nimiam contumaciam rei poſſeſſor ex primo decreto bene faceret fructus ſuos, l. Fulcin. §. ſi. ff. ex qui cau. in poſ. ea. Miſſus tamẽ ex ſecundo decreto bene facit fructus ſuos, quia ille uere poſſidet, l. ſi finita. §. Iulia. & ibi habetur, ff. de damn. infec.

Mendax non pręſumitur eſſe in dolo, niſi mendaciũ redundet in utilitatẽ ſuã, ita tenet Ale. in l. dolum. C. de dolo. Item mendax æquiparatur furi ſecundũ Bald. in l. ceſſante. C. quo. & quando iudex.

Maritus mittens ſeu tradens aliqua localia uxori, uel ſponſæ, an in dubio uideatur illa donare, adeo ꝙ ſol. matr. non poſſint repeti, uide Bal. in auth. ex teſta. in 4. & 5. col. ubi diſtinguit, ꝙ ſi erant modici ualoris, præſumuntur donata, ſecus ſi magni, quæ præſumuntur reuocata per pignorat. Bal. in l. ſi maritus, la 2. C. de do. inter. uir. & uxor.

Minor, eo ipſo ꝙ accipit pecuniã mutuo, præſumitur læſus, unde poteſt petere in integrum, abſq. eo, ꝙ probet ſe læſum tex. eſt, & ibi glo. in l. 1. C. ſi aduer. cre. & no. Ale. in l. ſingularia in 6. co. ff. ſi cert. pe. licet in aliis caſib. non pręſumatur læſus, niſi probet, unde dixit ſingulariter Bal. in l. ſi. C. de in inte. reſt. min. ꝙ minor qñ petit reſtitutionem, dẽt concludere, quia ſui facilitate eſt læſus, uel dolo aduerſarii, alias non ſufficeret allegare ſe læſum, niſi probaret alterutrũ prędictorũ. Et ibidem ſubdit Bald. quod minor non reſtituitur in actu neceſſario, ut ſi ex forma ſtatuti cauſæ dẽant compromitti, minor non reſtitueretur aduerſus talecompromiſſum. Similiter nec aduerſus conſuetud. nem.

Monacus de ordine minorum,qui nihil proprium poteſt habere,ſi per Pōtificē ſit creatus epiſcopus, an recuperet ius ſuccedēdi in bonis patris. Dic,ꝙ ſi uiuo patre ſit factus epiſcopus,recuperat. Secus ſi mortuo. Ita dixit Bart. in tractatu minoricarū,in ult.co. Ratio eſt,q̄a poſt mortem patris ius reperitur alteri quæſitum,vnde ad illud non reſtituitur.ar.eorum.quæ uoluit Bar. in l.Gallus.§.& q̄d ſi tātum.in pe.col.ff.deli.& poſth.& An. de Iſer.in c.1.de Vaſ.decr.æta.& idē An. in c.1.§.ꝑterea ſi Vaſal. quæ ſit prima cā bene.amitten.in 4.col.vbi dicit notabiliter,ꝙ ſi filius pp delictum amiſit ius primogenituræ,& deinde ſit per principem reſtitutus,recuperat illam, ſi uiuo patre ſit reſtitutus,ſecus ſi mortuo.facit etiam quod uoluit Bal.in ca domino guerram in 4.col. hic finitur lex.

Mulier dr̄ eſſe in capillo, qn̄ nōdū eſt nupta,& ſtat in domo patris. & iſtud dr̄ eſſe uocabulū Longobardū,ex eo, quia mulieres innuptæ ſolent ire Bononiæ capite diſcoperto.ita declarat An.de Iſer.in c.1.§.rurſus,quę ſit pri.cā benef.amit.

Mulier pro cā ciuili non pōt capi nec incarcerari l.1.cū auth.Sed hodie.Co.de offi diuer.iud.& authe.hodie nouo iure. C.de cuſto.reo.ubi idē in criminali non grauiſſ.ma,ſecus ſi ſit grauiſſima,q̄a tūc pōt capi,ſed dēt mitti in monaſteriū,uel in domū honeſtæ mulieris, & ut ibi hēatur,quæ oīa procedunt in muliere honeſta,ſecus in meretrice,ut no.Bar.in §.neceſſarium in auth.ut nulli iud. & Bal.in l.conſentaneū.in fin. col.C.quo.& qn̄ iudex.Quod limitat Io.An.in add.in rub. de iniur.non procedere in meretrice nupta cuius dictū refert, & ſequitur Ale.in l. plerunque.in fin.col.& ibi ēt Iaſ.ff.de in ius uoca.Item prædicta limitātur nō procedere. qn̄ mulier renunciaſſet prædictis ll.uel generaliter omni legum auxilio,& q̄a pōt tūc capi.ita dixit *Bar*.in auth.matri & auiæ.pe.col.C qn̄ mul.tu.off.fung.

Mandatum principis licet alias nō ualeat,niſi mōſtretur in ſcriptis, tū hoc nō hēt locum qn̄ princeps erat in illo loco, in quo eſt factum mandatum. ita dixit Spe.in ti.de proba §.videndum. Verſ.auditorib.quem refert & ſequitur Iaſ.in le. a.prima.colu.ff.ſi quis in ius uo. non it. & ꝙ mandatum debeat mōſtrari in ſcriptis,eſt tex.in l.1. C.de materia.princ.& *Bar*.in l.1.C.de ſuper in dicto,lib.10.

Minima qn̄ ſunt in conſideratione,& qn̄ non,uide oīno Barto.in l.ſi proprietarius.ff.de dam.infec.& *Bart*.in l.Scio.ff. de in inte.reſt.ubi notabiliter diſtinguit aut ſumus in iure cōi, & tūc de minimis curatur.& ita loquitur tex.in d.l.ſi ꝓprietarius.Aut ſumus in iure ſpeciali,& tunc non curatur.ita loquitur tex.in d.l.Scio. multos tamen caſus,in quib. de minimis non curatur,uide per Iaſ.in l.ſciendum, in prin.4.col.ff.qui ſat.cog.

Medicus nouus dr̄ homicida parentū Ideo non eſt confidendum de eo,ſecundū Ang.in l.1.§.pueritiā.ff. de poſtulan.

Mors ciuilis & naturalis quādo equiparantur,uide *Alex*.in conſil.2.in 9.col. 1 uol.

Media uia in tantum eſt eligēda, ꝙ ſi iudex habet aliquem proceſſum ita dubium,ut neſciat,in quā partē incliuet,poteſt unicuique partium per ſuam ſententiam aſſignare dimidiam,& non peccat Immo eſt iuris,ita tenet Pet.de Anch.in conſi.210.incip.inter contraria & uaria & Phil.Dec.in conſ.176.inc.viſo themate.col.5.in fi.& 6.Quod no.pro his, quæ dicit *Bart*.in l.Neſennius.ff.de neg.geſt. ſcilicet,quod ruſtici diuidunt quæſtionē per medium,&c.

N

NVptiæ nefariæ dicuntur, quæ fiunt inter aſcēdentes & deſcendentes inceſtæ uero,quæ fiunt inter collaterales,ita no.gl.in l.inceſtæ. ff.de ritu nup.& gl. in Rub.C.de ince.nup.

Nūcians nouum opus fruſtratorie alicui, tenetur ei actione de dolo vel actione in factum ad intereſſe, ſi ille pp talem nunciationem,deſtitit ab opere ſuo, ita Bar. in l.de pupillo.in prin. ff.de ope.no. nun.motus per l.rem quandā.ff.de dolo.

Notarius ſcribens inſtrumentū,uel teſtamentum ſi non legit illud corā teſtib. dr̄ ipſo iure nullum, adeo ꝙ nec iure codicilli ualebit tale teſtamentum,ut eſt gl. in le. fideicomm.§.1.& ibi Bart.de leg.3. & Bal.in l.ſi.C.fa.er. & idem Bald.in authent.quod ſine,C.de teſtib.licet inter liberos

heres ualeret, ſecundū Bar. in l. ſi is qui, ff. de teſta. & legata ad pias cās deberentur, ut dicit Imo. in d. l. ſi is qui, quem refert Ale. in addi. Bar. in d. §. 1. licet Bal. ibi teneat contrarium, & de prędictis uide Fra. Cur. in Rep. l. admonendi, col. 41. de iureiur. & quod teſtamentum non lectum ualeat ad pias cauſas, tenet Bar. in l. in teſta. ff. de fideic. lib.

Notarius qualiter dēt ſe habere in ſcribendo inſtr̄m mutui, uide Bar. in l. nutus in princ. de leg. 3. & Ang. in l. ex facto, in prin. de vul. & pu. & in l. mutus, in princ. ff. de pe. & Bal. in l. diſcretis C. q. te poſ.

Notarius condemnatus de falſo nō poteſt amplius inſtr̄a conficere, niſi hoc fuerit ſibi reſeruatum in ſententia, ita not. Ale. in l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur in fi. ff. de eden. Item intelligas facta, condemnatione, quia pendente proceſſu pōt inſtr̄a conficere, cum ad huc ſit in poſſeſſione notariatus, ut dicit Ale. in d. § cogētur, & Bar. in l. eadem, ff. ad l. Iul. reper. & idem Bar. in repe. l. barbarius, col 6. ff. de officio præto. ubi etiam ponit ꝙ poteſt publicare inſtr̄a confecta ante condemnationem, ꝙ eſt notandum. prædicta tñ intelligas uera, quando fuit condēnatus ex falſitate alicuius inſtr̄i, ſecus ſi ex alia cauſa, quia tunc inſtrumenta per eum facta tenent, licet efficeretur infamis, ut habetur per Alex. in d. §. cogentur.

Notarius apponens aliquas clauſulas non cōſuetas apponi in inſtr̄o, p̄ſumitur ſuſpectus, & pōt argui de falſo. Ita ſentit Abb. in c. cauſam, col. 1. de teſti. & ibi, per Barb. in add. ad Abb. cui adde Iaſ. in l. 1. §. 1. in 1. not. ff. ſi quis ius di. non obtem. & ſupra in uer. iudex apponens, &c.

Notarius an poſſit denegare alicui artem conficiendi inſtr̄m, & an poſſit cōpelli ſi denegat, uide infra in uerſi. obligatus ad rem reſtituendam, &c.

Notarius falſificans inſtr̄m licet alias puniatur de falſo, tñ hoc non hēt locum, qñ falſificauit inſtrumentum, ꝙ erat ipſo iure nullum ut uoluit Bal. in l. 1. C. de ſepul. uio. & Bar. in l. ſi quis legatum, ff. de falſ. quod facit ad id, ꝙ uoluit Bar. in l. ſi. §. pe. C. cōia, de leg. ubi dixit, ꝙ ſi ſtatutū dicat, ꝙ pro qualibet alienatione ſoluatur certa gabella, alienans per dat rem, ꝙ hoc non habebit locum, quando alienatio eſſet ipſo iure nulla. Item facit ad id quod dixi ſu. in uerſi. falſificans monetā, & ſup. in uer. Emphiteota alienans, & ſupra in uer. iudex licet alias &c.

Nauta qui promiſit uehere res alicuiꝰ in aliq̄ regionem, ſub certa pæna, excuſat a pæna ſi fuit per principē uel per aliū poteſtatem eius nauis impedita. Ita uoluit Ang. in conſi. 112. per tex. in l. ſi uehēda. §. pe. ff. ad le. rho. de iactu. & hoc hēt locū ēt ſi nauta iuraſſet, quia difficultas excuſat eum a mora, & a periurio ut in ca. breui, extra de iureiu. & gl. in c. beatus 22. q. 2. Intelligas tamen, quod quælibet difficultas excuſat a periurio, ut dicit Abb. in d. c. breui, non tamen quælibet excuſat a pęna, & a mora, pro quo uide Bar. in l. qđ te. in pe. col. ff. ſi cer. pet. & Bart. in l. continuus, §. illud ff. de uer. ob.

Nomen periculū nō importat caſum fortuitū, vnde ſi ſiat pactū quod talis res ſit in periculo tuo, non per hoc teneris de caſu fortuito, ut eſt gl. in l. opus qđ aduerſione, ff. loca. & Alex. in l. ſi quis nec cām, ff. ſi cer. pe. & tex. in l 1. §. ſæpe, ff. depo.

Notarius dēt uti ſemper uno ſigillo in inſtr̄is, alias ſi in uno apponeret unum ſigillū, & in alio apponeret aliud ſigillum, puniretur de falſo. Ita tenuit Bal. in pro. he. C. de col. 2. quem refert Barb. in addi. ad Abb. in c. 1. col. 4. de fi. inſtr.

Notarius, qui cancellauit inſtrumētū, deinde ſcripſit in inſtrumento, qualiter illa cancellatio fuit errore facta, & nō data opera, an faciat tale inſtr̄m fidē plenā per illa uerba, dic, ꝙ ſic. Ita uoluit Bar. in l. in fraudē, §. i. ff. de mili. teſt. & Bald. in l. Imperator. ff. de ſta. ho. qđ uerū eſt ſi in corpore ſcripſit, ſecus ſi in margine, quia nō facit fidē, ita no. Ale. ī l. ſi unus. C. de teſt.

Notarius an poſſit in publicam formā redigere inſtr̄m confectū per alium notariū, dic, quod non regulariter, niſi ille notarius eſſet mortuus uel abſens, & partes hērent neceſſe p̄ſentare inſtr̄m, ita dixit Ab. in cū tabellio. col. 2. de fi. inſtr. & Bar. in l. quædā, § nihil intereſt, ff. de ede. & tūc debet ſibi cōmitti per iudicē, alias nullo modo pōt, niſi eſſet hæres, uel legatarius uel donatarius, ut dicit ibidem Abb.

Notarius qui aliquid omittit in inſtr̄o,

præmittitur potius illud erro te omiſiſſe, q̃ doloſe, ita not. Bar. in l. quotiens. §. 1. ff de hæred. inſt. & Ale. in l. iube. col. 2. de teſta. C. fallit tamen hoc in teſtamẽto inſcriptis, ubi dolus præſumitur ſecundum Alex. in d. l. iubemus.

Nuncius publicus nõ poteſt aliquem capere perſonaliter, niſi habeat de hoc ſpeciale mandatum à iud. ce, & conſtet per ſcripturam. ita ſingulariter dixit Bal. in l. conſentaneum col. 1. C. quomodo & quã do iud. quem ſequitur Barb. in add. ad Abb. in c. cum parati. de appel.

Notarius rogatus à partibus ad conficiendum aliquem contractum, cenſetur rogatus etiam, quod in eo apponat omnes clauſulas conſuetas, ita Bald. in l. fin. per illum tex. C. de fideiuſſ. & Alexã. in l. Gallus. § idem credendum. col. pen. ff. de lib. & poſth. & Alex. in conſ. 169. uol. 2. & Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator. in fin. col. ff. ſi quis iuſdi. non ob. ubi refert in ſimili etiam Bal. & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. qui dicunt, quod notarius cẽſetur etiam rogatus ut ponat pœnam in inſtrumento conſuetam apponi. vide omnino Alex. in conſ. 28. col. 2. uol. 2. & conſ. 27. eo. uol.

Notarius poteſt ſtipulari pro abſente, & ſi ille ratificat, acquirit actionem ſine ceſſione. Pau. de Caſt. in conſ. 195. colu. 3. vol. 2.

O

Obligatio, in qua in eſt dies tacita, vel expreſſa, adueniente die conſtituit debitorem in mora, etiam ſine interpellatione. lege. traiectitiæ. § de illo ff. de ac. & ob. & l. magnam. Cod. de contra & comm. ſtip. & l. ſi cum dies. §. ſi. ff. de arbi. & l. 2. C. de iure emph. dies enim interpellat pro homine, ut d. ll. & not. glo. in l. ſi mora. ff. ſolut. matr. Sed ſi debitor vult purgare moram & conſtituere creditorẽ in mora poſt diem, debet realiter offerre pecuniam l. acceptam. & l. ſi parte. Cod. de uſur. Nec ſufficit uerbis offerre. Alexa. in d. leg. ſi mora, tunc enim quando realiter offert, liberat ſe à caſu & leuiſſima culpa, & tenetur tantum de dolo & lata, de leui autem minime tenetur, ut dicta leg. ſi mora. Vnde transfert periculum in creditorem l. ſi qui decem. ff. de ſolu. Adde etiam quod per perceptionem fructuum conſtituitur debitor in mora, & tenetur ad uſuras l. Iulia. §. ex uendito. ff. de ac. emp. & l. curabit. C. eo. tit.

Obligatio, in qua eſt appoſita conditio, per aduentum conditionis non conſtituit debitorem in mora. ita eſt communis op. Bar. & Ale. in l. quotiens in diem. ff de uer. obl. & Bart. in l. ita ſtipulatus. §. 3. quæſ. eo. tit. Et ratio eſt ſecundum eum quia euentus conditionis nõ poteſt duos effectus operari ſcilicet inducere obligationem, & conſtituere in mora. & in hoc differt ab obligatione, in qua eſt dies appoſita.

Obligatio nunquam tollitur per acceptilationem, niſi præcedente Aquiliana ſtipulatione, ut inſti. quib. mod. tol. ob. §. item per acceptilationem. Et ratio eſt, quia acceptilatio eſt actus ciuilis l. actus legitimi. ff. de reg. iur. ſed per actum ciuilem non tollitur naturalis. §. fin. inſtit. de leg. Aqui. tu. & l. has obligationes. ff. de ca pi. di. ut eſt obligatio. lege. ex hoc iure ff. de iuſti. & iur. unde eſt neceſſe, quod prima obligatio transfundatur per nouationem in ſtipulationem aquilianam, & poſtea per acceptilationem tollatur, & ſic vnum ius cum le tollit aliud acceptilatio enim quæ uerbis fit, obligationem uerborum tantum tollere poteſt. Sed circa hoc poſſet dubitari, cum ſtipulatio Aquiliana ſit ciuilis, quomodo poteſt transfundere obligationem in ſe, quæ eſt de iure naturali, ſeu gentiũ? D. c, quod ratio eſt, quia in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus l. in rem §. item quæcunque. ff. de rei uen. unde una obligatio facilius in aliam transfunditur quam in liberationem, cũ ſit diuerſi generis, & ideo requiritur uerborum obligatio, ſcilicet Aquiliana. ita not. Alexan. in l. actione. columna 2. C. de tranſ.

Obligatus ad factum licet non poſſit præciſe compelli ad factum, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. l. 1. ff. de actio. empt. & l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerbor. oblig. tamen quando teſtator grauaſſet hæredem aliquid facere, poſſet hæres præciſe compelli ad factum, ut eſt tex. in l. fideicom. §. fin. ff. de leg. 3. & Ale. in l. ſi ita ſtipulatus eſſe abſte, de uer. ob.

Obli-

Obligatus ad aliquam rem ratione obligationis, quem habet contra aliquem cedendo illam actionem liberatur ab eo a quo poteſt conueniri. tex. eſt & ibi not. in l. etiam. §. fin. ff. ſol. matrim. & l. quod debetur. ff de pecu. Et ratio eſt, quia dubius eſt litis euentus, ut d. le. quod debetur. & ibi not.

Obligatus ad aliquam rem, an illa re perempta liberetur, diſtingue, aut ſumus in debitore generis, aut quantitatis, aut ſpeciei, primo caſu, aut erat debitor generis generaliſſimi, ut hominis in genere, & tunc indiſtincte ſemper tenetur, quia genus nunquam perit. l. incendium. C. ſi cer. pet. Aut generis ſubalterni, ut in debitore in certi ex certis, & tunc, aut ex illo genere ſunt perempta aliqua corpora, & aliqua non, & adhuc tenetur. leg. in ratione. §. incertę ff. ad le. Falc. Aut totum illud genus ſub alternum, & liberatur, ut d. §. in certæ, niſi fuiſset peremptum poſt moram ar. l. ſi ex legati. ff. de uerbo. obligat. Secundo caſu, quando ſumus in debitore quantitatis, dic, aut eſt debitor quãtitatis ratione certæ ſpeciei, & perempta ſpecie liberatur a quantitate. l. quidã. §. ſi tibi. de leg. 1. & l. Titiæ, ut textores. §. ſi eo. tit. & l. is qui de actio. & ob. & l. ſi filiusfam. §. fin. de leg. 1. & l. quæſitum. in prin. ff. de pecu. & hoc ſi res fuerit perempta ante moram, nam ſecus ſi poſt moram, ut probant prædicta intra a contrario ſenſu, uel ſi culpa debitoris interceſſit, etiam ante moram, l. ſi ſeruũ. in prin. & le. cum filiusfam. & d. le. ſi ex legati. de uer. obl. & l. quod te, & ibi per Barto. ff. ſi cer. per. Item prædicta intelligas procedere, quando ſumus in tali ſpecie, quam debitor ſoluendo poſſet liberari a quantitate, ut l. miles. § 1. ff. de re iudi. & leg. ſi fundum per fideicom de leg. 1. & l. ſi uero §. fin. ff. ſolut. matrim. alias ſecus, ſicut dicimus in emptore qui tenetur ad pretium ratione illius ſpeciei emptæ, qua perempta ad huc tenetur ad pretium poſt traditionem. l. id quod. et l. neceſsario. in prin. ff. de peri. & co. rei uen. quia dando illam ſpeciem non poterat liberari inuito uenditore, ſicut in caſibus & iuribus prææallegatis. Ita dicit *Bald.* in d. l. quod te. & ibi etiam Alexan. in 2. colum. allegant, l. hominem, ff. mand. Aut erat debitor, quantitatis ſeu certe monetę, tũc ſi illa moneta eſt perempta quoad formam, quia nõ expenditur amplius. dic, qđ debitor non liberatur, niſi dederit æſtimationẽ ꝓſtiue monetæ in aliam formam, ut extra. de cenſi. c. cum canonicis, et ibi not. uel niſi ſoluerit illam monetã reprobatã ſaltim in materia, quia materia attrahit ad ſe formam, qñ ſumus in his quę pñt reduci ad priſtinam materiam, ſecus ſi non poſſunt reduci, l. quæſitum, §. illud fortaſſe. ff. de leg. 3. de qua materia, uideas ꝑ Bar. in le. Paulus. ff. de ſolut. Aut erat debitor quantitatis in genere, & tunc ſemper tenetur per d. l. incẽdium, niſi obtulerit pecuniam creditori, & ipſe voluerit accipere, quia tunc perempta pecunia caſu liberatur debitor ope. excep. l. qui decem, in prin. ff. de ſolu. Tertio caſu principalis, aut ſpecies eſt perempta ante moram, & tunc, aut facto debitoris & iuſto, & liberatur, l. qui ſeruum de uerb. obl. & l. quid ergo, § ſi hæres hominem, de leg. 1. aut iniuſto, & tenetur, ut d. l. ſi ſeruum in prin. & d. l. ſi ex legati, aut facto creditoris, & liberatur debitor. ut l. arbitrio, §. fin. ff. de dolo, aut facto tertii, & tunc, aut in odiũ debitoris, & tenetur, aut in odium creditoris. & liberatur. quia dãnum. cenſetur factum ab eo, cuius contemplatione dicitur eſſe patratum. l. ſi merces. § culpæ. ff. loca. & l. pe. ff. ſol. mat. Aut caſu fortuito, & liberatur, ut d. leg. quod te, & leg. quæ fortuitis C. de pig. act. & uide plene Bar. in l. ſi ſtichus certo ff. de uerbo. oblig. Si uera eſt peremptam poſt moram, & tunc aut ſumus in conuento actione reali, & tunc, ſemper fuit in bona fide uel iuſtam cauſam habuit litigandi, liberatur. Si uero fuit in bona fide, & poſtea ſuperuenit mala, tunc debet fieri diſtinctio, an res eſſet eodem modo peritura penes actorem, uel non l. item ſi uerberatum, §. fin. & ibi eſt glo. ff. de rei uend. Si uero ſumus in conuento actione perſonali, & tunc indiſtincte non liberatur, le. merito ff. de vi & vi ar. & d. l. ſi ſeruum, §. fin. Fallit in caſu l. ſi cum exceptione § quod ſi homo ff. quod met. cauſa, & uide *Bar.* in d. le quod te. Quid aut ſi res pereat infra tempus purgationis morę. Videtur,

quod debitor ſit liberatus, quia paria uidentur iſta tempora, ſcilicet ante moram, & infra tempus purgationis, cum utroque caſu ſoluendo debitor liberetur neq; ad aliquod intereſſe tenetur. l. ſi ſeruum. § ſequitur. & l. ſi inſulam, de uerb. obl. In contrarium eſt ueritas, per tex. in l. ſancimus. § fin. C. de fideiuſſo. ubi fideiuſſori de iudicio ſibi datur ſemeſtre tẽpus ad præſentandum reum, poſt quod tempus datur ſibi aliud ſemeſtre ad moram purgandum, infra quod ultimum ſemeſtre, ſi reus moriatur, non liberatur fideiuſſor, ſecus ſi infra primum ſemeſtre: infra quantum autem tempus mora purgatur, uide plene *Bar.* in d. l. ſi inſulam. adde, Alex. in d. l. ſi ex legatis.

Obligatus naturaliter tantum, ſoluẽdo non habet repetitionem. l. Iulianus. & l. interdum. & l. ſi non ſortem. § libertus. ff. de condic. inde. & l. fideiuſſor. § fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. & l. ſi eius. in prin. ff. ad Treb. & l. quod in diem. § etiam. ff. de compenſa.

Obligatus ad rem reſtituendam, ſi non uult reſtituere, iuratur contra eum in litem iuramento affectionis l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. Quod tamen limita non procedere, ubicunque dominus illius rei haberet illam rem uenalem, quia tunc non permittitur ei iurare in litem, ſed poſſeſſor debet condemnari ad iuſtum & uerum pretium. glo. eſt ſingularis, in l. non enim. ff. rerum. amo. Ex quo infert ad id, quod voluit glo. & Bar. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. vrb. ſcilicet, quod quilibet poteſt accedere ad lanionem, & emere carnes, etiã eo inuito, quia cum habeat illas uenales, non poteſt quem prohibere iuſto pretio emere uolentem. Secundo infertur ad id, quod uoluit Barto. in l. 1. §. 1. ff fur. aduer. nauf. cau. ſta. quod notarius, qui incepit exercere publice officium notariatus, non poteſt alicui denegare confectionem inſtrumenti, immo poteſt compelli præſtito ſalario, ut l. placuit. C. de col. fund. patrimo. in fi. Immo plus dicit Alex. in d. §. 1. quod ſi notarius denegat artem conficiendi inſtrumentum alicui, poteſt priuari officio notariatus. allegat Bald. in leg. prouidendum. C. de poſtu. Quod limita, niſi eſſet impeditus propter maximam copiam petentium ab eo confectionem inſtrumentorum. quia tunc poteſt denegare, ut dicit Bar. in d. §. Item limita, ſi ille, qui petiit inſtrumentum, eſſet inimicus notarii, ut no. *And.* de Iſer. in conſtit. quæ incipit, omnes noſtri regiminis. Et prædicta faciunt ad ea, quæ dixi ſupra in verſic. hoſpes qui in capit. & ſupra in ver. meretrix quæ exercet, & ad prædicta uide Afflict. in tracta. de iure prothomis col. 2.

Officialis licet de iure non poſſit conueniri regulariter de exceſſibus cõmiſſis in officio, niſi in tempore ſindicatus, in patria tamen ſua poterit quandocunque etiam perpetuo conueniri. Ita tenet *Bar.* in l. 1. in fi. ff. ad leg. Iul. repe. & Ab. in cap. aduerſus. colu. 3. de immu. ecc. & ibi uide per Barba. in addit. multas fallen. in quibus officialis poteſt conueniri durante officio.

Occidens eum, qui ad mortem damnatus erat, licet uideatur excuſari poſſe, quia ille erat cito moriturus, tamen punitur de homicidio, & ſic pæna capitis. Ita not. *Bald.* in l. addictos. C. de epiſc. aud.

Obligati plures ex delicto non dicuntur duo, plures ue rei, immo ſolutione unius, alii non liberantur. l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad leg. Aquil. Ex quaſi vero delicto non dicuntur duo rei, ſed quaſi duo rei, cum teneantur ex quadam neceſſitate legali ita dicit Bart. in l. ſi. ff. de duo. reis. Solutione tamen unius alii liberantur. l. 1. § ſi. cum ll. ſeq. ff de his qui de. uel eff. An autem conuentio ſeu pactum unius ex delinquentib. liberet alios, vide *Bar.* in l. ſemper. § ſi in ſepulcro. ff. quod ui aut clam & ad materiam uide *Iaſ.* in §. pænales. col. 3. & 4. inſti. de act. & Bart. in auth. hoc ita. in 14. q. 1. partis. Cod. de duo. reis. & in 15. q. & gl. in l. pe. §. ſi. ff. nẽ quis eum qui in ius uo.

Opponens exceptionem ſolutionis, non per hoc uidetur fateri debitum, ita *Bar.* in l. Iulianus. col. 4. ff. de condi. inde. & Ale. in l. non utique. ff. de excep.

Opinio communis eſt ſeruanda, nec ab ea recedendum propter aliquam ſingularem fantaſiam. Ita dixit Bal. in l. ſi. col.

col. 1. C. de inſti. & ſub. & ibi etiam Pau. de Caſt. & Alex. in conſi. 95. uolu. 2. quos refert & ſequitur Iaſ. in l. ſciendum, §. fi. col. pen. ff. qui ſatis. cog. in tantum, quod dicebat Alex. in præallegato conſi. quod iudex facit litem ſuam, qui relicta communi opi. adhæret opi. ſingularis docto. Dicebat tamen Abb. in c. tua nos, col. fi. de uſur. & in c. prudentiam, de offi deleg. & idem Abb. in c. cum ſint, colu. 1. de deci. & in c. nouimus, primo no. de uerbo. ſig. quod quando opin. communis nullo iure probatur, licitam eſt eam relinquere, & in contrarium iudicare, de quo uide etiam plene per Alex in l. cum proratis, col. fi. ff. de re iud. & in conſi. 7. uolu. 4. & in conſi. 51. & conſi. 147. uol. 5. & Abb. in cap. ex literis. el primo, de ſponſa. & quod communis opin. in iudicando ſit ſequenda, tenet Alex. in conſi. 27. col. 2. uer. pro hoc, uol. 1.

Opinio communis eſt, quæ pluriū authoritate fulcitur, l. 1. uerſic. & ſane crebrior. & ibi Bal. ff. de offi. quæſto. & Alex. in conſi. 7. uol. 4.

P

PRæſcribens, ſeu poſſidens ſine titulo licet præſumatur in mala fide, ut l. fin. C. unde ui, & ſic nullo tempore præſcribit de iure canonico, ut c. fin. extra de præſcrip. tamen ſi poſſedit rem per xxx. ann. præſumitur in bona fide, & præſcribit, etiam de iure canonico, quia retro a tempore, quo clam incepit poſſidere, præſumitur fuiſſe in bona fide. ita ſingulariter uoluit Bart. in d. l. fi. C. unde ui. in fin. uerbis.

Procurator ad iudicia debet eſſe maior xxv. ann. alias repelli poteſt, ad negotia autem ſufficit, quod ſit maior xviii. ann. ut not. Bar. & Alex. in l. exigendi. C. de procu. & eſt text. in ca. qui generaliter. de procur. libro ſexto. Fallit tamen in filiofam. minore, qui poteſt procurare pro patre, etiam ad iudicia, ut d. l. exigendi, & ibi uide multas alias fallentias, inter quas ponit, etiam quando minor iuraſſet non petere reſtitutionem aduerſus iudicium per authentica ſacramenta. Co. ſi aduerſus uen.

Procurator ad iudicia non poteſt ſubſtituere alium procuratorem, niſi lite cōteſt. l. quod quis, & ibi glo. & l. neque tutores, in fi. C. de procu. ſed procurator ante litem conte. poteſt ſubſtitui a procuratore ad negocia. l. ſi procuratorem, § 1. ff. manda. adde in hac materia, quod ſeruus etiam poſt eſſe procurator ad negocia. l. ſeruum quoque. ff. de procur.

Priuilegium alicui conceſſum, intelligitur, & limitatur ſecundum præfationes ipſius, ita ſingulariter conſuluit Alex. in conſi. 123. uolum. 5. per l. ſingularem a Barto. reputatam in l. fin. ff. de hæredit. inſtit. Et hoc eſt menti tenendum, quia quotidie illud conſil. allegatur in practica, & uide gloſſ. in cap. aligant. 23. quæſtio. 7.

Poſſeſſor conuentus rei uendit. ſi negat ſe poſſidere, & poſtea conuincitur de mendatio, priuatur ſua poſſeſſione, & applicatur actori, etiam ſi non probauerit de dominio, tex. eſt not. in l. fina. ff. de rei. uend. & eſt optima limitatio ad l. fin. C. eod. tit. quæ dicit, quod poſſeſſio nunquam reſtituitur, niſi actore probante de dominio. Idem dicas, ſi poſſeſſor dixit ſe poſſidere nomine alterius, & poſtea repertus eſt poſſidere nomine ſuo, ut tenuit Iaſon in §. omnium, col. 14. inſt. de actio. & hoc habet locum, etiam ſi poſſeſſor offerat ſe probaturum de dominio, nam non auditur propter ſuum mendaciū, ut not. Bar. in d. l. fi. in fin. q. Intelligas tamen, ſi reus negauit ſe poſſidere, ſecus aūt ſi negaſſet narrata prout narrantur, quia tunc non uidetur negare ſe poſſidere, ſed tantum ſubſtantialia libelli, unde non priuatur poſſeſſione, ita ſingulariter voluit Barto. in l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſ. quem refert & ſequitur Iaſ. in d. §. omnium. col. 15.

Pater conſentiendo filio in aliquo actu, an obligetur pro eo: Dic, aut ſumus in caſu, quo pater cogitur filio conſentire, & tunc, aut cogitur conſentire propter legitimationem perſonæ, ut in iudicio, & tunc non obligatur conſentiendo. l. final. §. neceſſitate. C. de bono. quæ lib. & not. Bart. in l. ſi cum dotem §. transgrediamur, ff. ſolu. matrim. Aut cogitur conſentire propter, dotis ſecuritatem, & tunc

con-

conſentiendo obligatur, ut qũ filius duxit uxorem ſibi condignam, l. qui liberos ff. de ritu nup. & Bar. in d §. transgrediamur, ſi uero duxiſſet uxorem ſibi indignam, tunc pater non cogitur conſentire, nec conſentiendo ſe obligat, quæ autẽ dicatur uxor indigna, habes gloſſ. & clarius Barto. in l. 3. C. de nup. ubi dicit, ſi filius duxiſſet famulam uel filiam famuli patris ſui. Aut ſumus in caſu, quo pater non cogitur conſentire filio. & tunc, aut eſt actus publicus principaliter authoritate, & utilitate, & pater conſentiendo ſe obligat in ſolidum, ut eſt quando filius creatur decurio, uel magiſtratus, l. 2. ff. ad muni. & l. honores, §. fina. ff. de decu. Aut eſt actus principaliter priuatus utilitate, ſed publica ſecundario, & ſic authoritate ut tutela, ut inſt. de exc. tut. in princ. & ff. de excu. tuto. l. athletæ, §. 1. & ibi gloſſ. & tunc in teſtamentario tutore conſentiendo, non ſe obligat, niſi de peculio, le. Lutius Gayum, ff. de admi. tut. in datiuo uero obligatur inſolidum, l. ſi filiusfam. ff. de tute. & eſt glo. inſti. de qui teſtamento tut. in princ. ſed in conſideratione eſt habenda ratio iuxta tex. in l. in condemnatione. ff. de reg. iur.

Promitto tibi quicquid uolueris, an uicar obligatus; Dic, quod ſi hoc dico animo deliberato, & animo donandi, ſum obligatus, ut extra de homi. cap. cum iuramento niſi a me peteres aliquod illicitum, ut ibi dicitur, ſi uero hoc dico non animo deliberato, ſed adulatorie, non teneor, ut puta, hæc res, & omnia quæ habeo, ſeu quæ uolueris ſunt ad tui libitum vt extra de inſti. cap. cum uen. ſſent, & uide Alex. in l. ita ſtipulatus, colum. 1. ff. de uerb. obli. Sed ſi dico, quicquid uoluere, tunc in diſtincte non ualet promiſſio, quia dando muſcam liberaretur, ut not. gl. in l. legata generaliter, de le. 1. faciunt quæ no. Bar. in l. centeſimis, §. fi. de uerb. oblig.

Prouiſio hominis an. & quando tollat prouiſionem legis, ſic diſtingue, aut lex inducit aliquod beneficium ſpeciale, uel generale, & extraordinarium, & tunc prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, l. maritus, C. de procur. & l. fin. C. de pact. conu. Aut lex inducit aliquid de iure communi, & ex prouiſione generalis, & ordinaria, & tunc prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis, l. creditor, ff. ſi cert. pet. ubi creditor accipit minorẽ ſummam debito, uel pignus, quod non aſcendit ad ſummam debiti, non uidetur renuntiaſſe alteri parti, quin poſſit reliquum petere, ita per Alexan. in l. ſi cum dotem, in prin. col. 1. ff. ſolut. mat. & not. glo. in l. 2. C. de iure emph. & not. Bart. in leg. 4. §. ſi ex conuentione, ff. de re iudic. Adde etiam quod prouiſio hominis in utilis non excludit prouiſionem competentem de iure communi, ita Abbas in capitu. examinata, columna penultima, de iud.

Promittens factum alienum, licet nõ obligetur, ut l. ſtipulatio iſta, in princip. de uerbo. oblig. tamen hoc non habet locum in prætoriis ſtipulationibus, quia in his quis uidetur promittere factum proprium, ſ. ſecuraturus & facturum. le. quotiens quis, eod. tit. Item non habet locum quando interueniſſent iuramentũ, capit. ex literis, el 2. cum ibi not. extra de ſponſa. Item non habet locum, quando quis promitteret factum alienum ad conſeruationem eius, ad quod ipſe eſt obligatus, ut ſi promitto Titium pro me fideiuſſurum, nam ſum obligatus, l. qui autẽ §. 1. & ibi Bar. dicit illum tex. menti tenẽdum, ff. de conſti. decu. de his, & pluribus aliis fallentiis uide Alexã. in d. lege Stipulatio iſta.

Procurator an acquirat ſtipulationem domino, ſic diſtingue. aut procurator ſtipulatur rem domini reſtitui ipſi domino & tunc quomodocunque concipiat uerba ſtipulationis, acquiritur domino. l. penult. C. ad exhib. & Bart. in l. certi conditio. §. ſi nummos, in prima opp. ff. ſi cert. pet. Aut ſtipulatus aliquid quod eſt ex re domini, ut fructus, & tunc idem, lege, quod procurator ex re. ff. de procur. idem dicas in pretio, quod uenit propter rem domini, ut ſi procurator uendit rem domini, & ſtipulatur pretium dari domino, l. Iulianus, §. ſi procurator, ff. de ac. ex empt. & Bar. in l. ſtipulatio iſta, §. ſtipuler. in uerba fallen. de uerborum obligat. licet Alex. uoluerit ibi tenere contrarium, nã pretium non uenit ex re, ſed propter rem

ut

uel l. uenditor ex hæreditate. ff. de hæred. uel ac. uen. Sed ea quæ ſunt propter rem, non acquiritur per procuratorem, ut infra dicam, ergo &c. Tamen contra hanc opin. Alexã. multum obſtat tex. in d. §. ſi procurator, per quem additur utrior opi. Bar. & ad motiuum Ale. dic, ut per Barto. in l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pigno. ac. & Bart. in d. l. quod procurator ex re, qui dicit, quod licet pretium non dicatur ex re, tamen ſuccedit loco rei. l. ſi rem & pretium. ff. de peti. hære. & Barto. in lege, qui a debitore. ff. quæ in fra. cre. unde, quod cauetur in re propria domini, idem ſtatui debet in pretio. Aut ſtipulatur propter rem domini, ut uſuram, & euictionem & tunc domino nõ acquirit actio, niſi cedatur ſibi a procuratore, ut d. §. per liberam & l. poſſeſſio. §. ſi. ff. de acq. poſ. Aut ſtipulatur ſuper re penitus excepta domini poteſtate, & tunc, aut concipit uerba executiua, & promiſſiua, in perſona ſua, & ualet ſtipulatio, & ipſi procuratori acquiritur actio, quam tenetur domino cedere. lege, eum qui, §. Iulianus, ff. de conſtitut. pen. Aut concipit uerba promiſſiua in perſona ſua, & executiua in perſona domini, ut promiſi mihi quod dabis domino decem, & tunc non ualet ſtipulatio, niſi ſua interſit, ut eſt gloſſ. in dicto §. ſi ſtipuler, quæ communiter approbatur, reprobata opin. Barto. & Alex. in dicto §. ſi ſtipuler, qui tenebant acquiri actionem domino ex tali ſtipulatione, per d. l. pe. C. ad exhi. Aut concipit uerba executiua & promiſſa in perſona domini, & tunc indiſtincte non ualet ſtipulatio, per gloſ. in dicto §. ſi ſtipuler. Si tamen procurator, uel quilibet alius ſtipulatur hoc modo, promittit dare mihi nomine domini, ualet indiſtincte ſtipulatio, per tex. & ibi glo. in le. huiuſmodi, in princip. ff. de leg. primo, & Bar. in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri, in prin. Sed ſi procuratur, vel alius ſtipuletur mihi ſuper re ſua, dic, aut illa res durat ſua, & acquiritur mihi ſtipulatio. lege. Publia. in princ. ff. depo. & Bart. in dicto §. ſi ſtipuler. circa fi. Aut ſuper re, quæ non eſt ſua, ſed de proximo efficietur ſua, & idem, ut ſi ſtipulor emphiteoſim pro me & filio meo et in uno pato, ut no. Bar. in l. quod dicitur in fin. de verb. obli. & Alex. in dicto §. ſi ſtipuler. colum. pen. Aut ſuper re, quę non durat ſua, & tunc non acquiritur mihi, ut l. pactum. C. de pact. conuen. Fallit in donatione, lege quotiens, C. de donat. quæ ſub modo. Item fallit in caſu, lege ſi eam uenderet. ff. de pignor. actio. ubi eſt ſpecialis ea ratione, quia debitor grauatur in uno, quia res ſua uenditur a creditore eo inuito, ideo reuelatur in alio, ut pactum creditoris ſibi acquiratur, ar. le. cũ qui. ff. de iureiur. Ita ad illam lege, reſpõdet Alex. in dicto §. ſi ſtipuler. col. 3. in fi. Et prædicta procedunt, in his, quæ ciuiliter nobis acquiritur, quæ non poſſunt acquiri per procuratorem, niſi ut dictũ eſt, lege, ea quæ ciuiliter, ff. de acqui. re. dom. ſecus in his quæ naturaliter acquiruntur, ut poſſeſſio quæ acquiritur per procuratorem, ut d. l. ea quæ ciuiliter, & dicta leg. poſſeſſio. §. fin. Et hæc procedunt in procuratorem, ut d. l. ea quæ ciuiliter, & d. l. poſſeſſio. §. fi. Et hæc procedunt in procuratore, & in quolibet extraneo, tutor tamen, & curator, & actor ciuitatis, ſiue ſindicus poſſunt quomodocunque uerba ſtipulationis, concipere, & ſemper acquiritur utilis actio pupillo adulto, uel ciuitatis, ut dicta l. eum qui, § ſi actori. ff. de cõſti. pe. & glo. in dicto §. ſtipuler. Sed notarius poteſt cuilibet ſtipulari, dummodo tanquam perſona publica ſtipuletur, puta q̃ rogatus, alias non ualet ſtipulatio per eũ facta, ut no. Bal. in l. prima, Cod. per quas perſo. & Ang. in conſ. 74. Debet tamẽ notarius uerba promiſſiua in ſua perſona concipere, ad hoc ut ualeat ſtipulatio, ut no. Bal. in dicta leg. prima. Et ita debent intelligi omnia iura dicentia, quod per notarium acquiritur cuicunque ſtipulatio. Et quod dixi de tutore, curatore actore, & ſindico, dic, quod ita demum ualet ſtipulatio, quando uerba promiſſiua, & executiua ſunt prolata in pupillum, adultum, uel ciuitatem, ſi eorum intereſt, ut no. Bart. in d. §. ſi ſtipuler. Circa prædicta tamen aduerte, quia tex. in l. Iulia. §. ſi procurator. ff. de actio. emp. uidetur eſſe contrarius tex. in l. prima, C. per quas perſonam in d. l. 1. pactum factum a procuratore non acquiritur domino, & uidetur eſſe idem caſus. Sed dic, quod in d. leg. prima, erat pactum l. commiſſoriæ, per quod ha

betur

betur fides de pretio, & ſic ſtatim dominium transfertur, unde ſumus in re, quæ non durat mea, in alio §. ſecus.

Prorogatio proprie tunc dicitur fieri, quando ante finitam primam dilationē petitur noua dilatio. l. Sed ſi manente. ff. de præ. Tamen aliquando impropriatur, ex quo poteſt ſaluari dictum alicuius notarij ignorantis, qui ſcriberet in actis, qualiter fuit prorogatus terminus, & tamen ſecunda dilatio fuit data, finita prima, unde licet uideretur dicendum huiuſmodi non ualere, tamen hoc dictum impropriatur, & exponitur progatus. i. de nouo conſtitutus. Ita uoluit Bald. in l. 1. C. temp. app. & Alex. in l. 4. in princ. ff. de dam. infec. & Imo. & Bald. in l. Titio centum. de leg. 2.

Promiſſio turpis, an pariat actionem, & an impediat ſoluti repetitionem? diſtingue, aut eſt turpis cauſa ex parte eius cui promittitur, & tunc, aut cauſa eſt expreſſa in ſtipulatione, & eſt nulla ipſo iure, unde actio non datur, l. iuriſgentium §. ſi ob maleficium. ff. de pac. & ſolutum repeti poteſt, nam repetitio tunc impeditur, quando competebat actio exceptione eliſa, ut l fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſor. & lege eius, in princip. ff. ad Trebel. & leg. ſi non ſortem. §. libertus, & l. Iulianus, ff. de condi. inde. Sed hic nulla actio competebat, ergo &c. Aut non eſt cauſa expreſſa, & datur actio, ſed obſtat exceptio, ut l. ſi ob turpem. ff. de condit. ob tur. cauſam. Secundum quod illum tex. intelligit Lud. Rom. & Barto. in l. generaliter. ff. de uerb. oblig. unde ſolutum repeti non poteſt, ut dicta l. ſi ob turpem cauſam. Aut eſt turpis cauſa ex parte promittentis tātum, & tunc talis promiſſio ualet, & datur actio, nulla exceptione obſtante ut ſi ſcholaris promittit aliquid meretrici, nā licet meretrix turpiter faciat officium ſuum, non tamen turpiter accipit, unde ex parte ſcholaris tantum promittentis conſiſtit turpitudo, ut not. Bart. in l. affectionis. ff. de dona. Ale. in d. l. generaliter, & glo. in dicto cap. qui uenatoribus. 86. diſtin. reprobata glo. in l. ea quæ. C. de dona. ante nup. quæ contrarium tenebat. Hoc tamen limitatur, niſi eſſet miles uel clericus, uel minor qui promitteret meretrici, quia tunc non datur actio meretrici ut not. glo. & Bar. in dicta l. affectionis, ſecus autem eſſet, ſi meretrix promitteret aliquid ſcholari, ut haberet rem cum ea, quia tunc non datur actio ſcholari, quia ipſe turpiter peteret, unde ſuccederet regula dictæ leg. ſi ob turpem. Ita eſt tex. in l. §. fi. ff. de actio. & obli. Et quod meretrix turpiter non accipiat, eſt tex. in l. quarta, §. ſed quod meretrici. ff. de conditio. ob tur. ca. Aut eſt turpis cauſa ex parte utriuſque ſcilicet dantis, & accipientis, ut ſi promitto tibi decem, ut hominem occidas, & tunc non ualet ipſo iure, & nulla actio datur. leg. ſi plagij, & l. ueluti, de uerb. ob. Sed quia turpis cauſa eſt ex parte utriuſque, ideo ſolutum repeti non poteſt, quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidētis. l. ſecunda. Cod. de condi. ob turp. cauſam, & dicta l. ſi ob turpem. & l. in pari. ff. de reg. iur. Si tamen ille, qui accepit, accipiendo committeret aliquod delictum, per quod ueniebat applicanda pœna fiſco, priuatur eo, quod accepit, & fiſco applicatur, unde non reuertitur ad dantem, ut no. gl. in l. prima, Cod. ad l. Iul. repe. Et pro iſtis talibus delictis, ſeu turpibus cauſis fideiuſſor accipi non poteſt, & ſi fuerit acceptus, talis obligatio eſt nulla ipſo iure. l. ſi a reo. §. fin. ff. de fideiuſſ. Ex quo §. infert ibi ſingulariter Bar. quod ſi dixero tibi, facias tale delictum, & noli curare de pœna, quia ego ero tibi obligatus, talis obligatio non tenet, & ego non potero conueniri. Quod eſt ualde no. quia quotidie accidit. Prædictis tamen adde, quod ſi quis daret aliquid alicui mulieri non meretrici, ut haberet rem cum ea, & illa nollet poſtea conſentire, non habet repetitionem, tanquam cauſa non ſecuta, ut eſt tex. in d. l. 2. C. de condi. ob tur. cau. ſecus ſi erat meretrix, ut innuit glo. in d l. 2. in gl. 1. licet contra illam gl. uideatur tex. in d. §. ſed quod meretrici, ubi indiſtincte dicitur, quod datum meretrici non repetitur, vnde cogita, an illa gloſſ. poſſet ſaluari. Ex prædictis, inferri poteſt ad quemlibet accipientem, ut delictum committat, quia licet delictum non faciat, nihilominus ceſſat repetitio.

Promittens non petere ſub certa pœna, ſi poſtea contrauenit, poteſt pars aduerſa,

uerſa, uel pœnam petere, & tunc debet pati ſe conueniri, uel exceptionem opponere, & pœnam non petere, utrumque autem habere non poteſt. lege, apud Cælſum. §. labeo, el primo. ff. de doli except. Et idem dicas in hæredibus promiſſoris contrauenientibus, ut nota. Alexandr. in lege quarta. §. Caro. columna prima, in fin. de uerbo. oblig. facit lex, cum proponas, la prima. Cod. de tranſact. niſi fuerit appoſita clauſula. rato manente pacto. ut lege, qui fidem, digeſtis, de tranſactio. uel iuramentum ut lege, ſi quis maior. C. eod. titu.

Publicatione facta in cauſa, non eſt licitum amplius teſtes producere, ſiue examinare, timore ſubornationis, authen. at qui ſemel. Cod. de probatio. & capitu. fraternitatis, extra de teſti. Quod limita non habere locum, quando quis producit aliquam ſcripturam, & ad aſsertionẽ eius producit teſtes, quia poteſt hoc facere etiam poſt publicationem, ita no. Ale. in lege, certi condictio, §. quoniam. ff. ſi cert. pet. per tex. in c. ſeries, & ibi per Ant. de But extra de teſti. & Bald. in l. ampliorem. C. de app.

Secundo limita non habere locum, quando teſtes producerentur ad corroborationem aliorum teſtium publicatorum, iſtud eſt ſingulare dictum Inn. in c. cum clamor, de teſti. cuius meminit Ab. in c. ex tenore. in fi. eo. tit.

Tertio limita nõ habere locum in iudice uolente ex officio examinare poſt publicationem, quia in iudice ceſsat timor ſubornationis, vt d. ca. cum clamor. & not. Barto. in le. 2. §. ſi publico. ff. de adult.

Quarto limita multum ſingulariter non habere locum, ſi pars uolens teſtes producere, non didicit teſtificata, licet fuerit facta publicatio, nam tunc ceſsat timor ſubornationis. Ita tenet glo. in ca. conſtitutus, extra de teſti. & Ale. in conſ. 84. in 4. uol. licet Abb. in d. c. cõſtitutus. & in d. c. fraternitatis, tenuerit contrariũ Tamẽ opi. glo. & Ale. eſt æquior, & communior.

Quinto limita non habere locum in inſtrumentis. uel ſcripturis, quæ poſſunt produci poſt publicationem, quia in his non cadit timor ſubornationis, ca. cum dilectus, de fide inſtr.

Sexto limita non habere locũ in cauſis criminalibus, in quibus non ſolum poſt publicationem, ſed etiam poſt concluſionem poſſunt teſtes, & inſtrumenta produci. Ita uoluit Barto. in lege, diui fratres. ff. de pœnis. et Bart. in l. 1. §. fin. ff. de quæſt. Plura autem de cõcluſione in cauſa uide ſup. in uerſi. concluſione in cauſa facta, &c.

Præſumptio, quædam dicitur eſſe iuris, & quędam iuris, & de iure præſumptio iuris dicitur, quando ius. Præſumit aliquid ſuper eo, quod erat dubium; ut not. glo. in l. uni. §. accedit. C. de rei uxo. act. & contra hanc præſumptionem admittitur quælibet probatio in contrariũ ut eſt text. et ibi glo. in lege, non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſa. Præſumptio iuris & de iure eſt, quando ius præſumit .i. fingit contra ueritatem, & uult ita eſſe etiam ſi contrarium probetur, ut d. l. uni in princ. unde contra talem præſumptionem nõ admittitur probatio in cõtrariũ ut no. gl. in d. l. non eſt ueriſimile. niſi per confeſſionem, ut no. Barto. in l. ſiue poſſidetis. C. de prob. et Ale. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. & gl. in l. in contractibus, in uer. nullo modo. C. de non nu. pe. & Bal. in le. quicunque, in fi. C de apo. pub. li. 10. & doc. in auth. ſed iam neceſſe C. de dona. ante nup. & plene per Abb. in ca. is qui. de ſponſa. & uide unam optimã apoſtillam Franc. de Cur. in add. ad Ale. in l. cum te. C. de tranſ. et Bar. in l. Iul. colu. 1. ff. de condit. inde. & Alex. in l. a diuo pio, §. ſi pignora, col 1. ff. de re iud.

Procurator ante litem conteſtatam poteſt mutari, le. ante litem. ff. de procur. poteſt uero litem conteſta. ex quo eſt effectus dominus litis, reuocari non põt niſi iuſta cã interueniente, in tantum, ꝙ etiã morte domini non reuocatur mandatũ ut eſt text. in lege, nulla, & ibi Barto. Bal. & communiter doct. Cod. de procurato. Sunt autem multæ cauſæ, de quibus in l. poſt litem, cum ll. ſeq. ff. de procura. Nec requiritur libellus in tali reuocatione, ut l. in cauſæ. §. 1. & ibi glo. in uerſic. prætoris. ff. de procurato. Sed quid ſi aliquis reuocauerit poſt litem, nulla cã apparente,

ſed

ſed tantum, quia procurator conſentit tali reuocationi, an ualeat talis reuocatio. Bar. in l. 1. colum. fin. C. de ſatiſda. ui detur uelle, quod ſic, ubi dicit, quod ſatis iuſta cauſa eſt, ſi reuocatus fuit eo conſentiente. Tamen illam doct. Bar. limita procedere ita demum, ſi aduerſarius conſenſerit tali reuocationi, alias non ualet, vt not. Abb. in capi. auditis, de procur. & Pet. de Ancha. in cap. fin. de procur. libr. 6. & Felin. in capitu. ex parte, de reſcriptis.

Pactum ad hoc ut ueſtiatur cohærentia contractus, eſt neceſſe, quod ſtatim apponatur iuxta contractum in ingreſſu uel egreſſu ipſius. l. in bonæ fi. & ibi gloſ. C. de pact. & le. ſi apud. C. de ædili. actio. Item debet eſſe de appenditiis contractus, ſcilicet quia debet ineſſe contractui, id eſt rei deductæ in contractum, vt vendo tibi librum, & in venditione promitto tibi ipſum mineare, vel ligare, vt probatur in leg. iuriſgentium. §. quinimmo. ff. de pact. ibi, ea enim pacta inſunt, quæ legem contractui dant, ſi tamen dicerem, vendo tibi librum, & promitto ire pro te Romam, tale pactum nõ veſtietur cohærentia contractus, quia nihil habet commune cum contractu, ſed quando ueſtitur cohærentia contractus tunc ueterem actionem informat, & nouam paris ſcilicet actionem præſcripti, uerbis, ut d. §. quinimmo, & probatur in l. 2. C. de pact. inter empt. & uend & iſta actio oritur ex ipſo pacto, non autem ex contractu innominato, qui reſultat habita relatione pacti ad contractum, ut quidam dicunt, ita probatur in d. §. quinimmo ibi, ne ex pacto actio oriatur. Nam dictio ex, denotat cauſam proximam, & immediatam, ut not. Barto. in le. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. nauf. & dixi, ſupra, in verſ. dictio, ex. Item ad hoc, ut ueſtiatur cohærentia contractus, eſt neceſſe, q̃ ſit contra tradentem. Ita voluit Bar. in le. petens, declarando primam quæſt. glo. C. de pact. Item eſt neceſſe, quod pactum contineat quid diuerſum a contractu, alias ſi idem contineat, non veſtitur, nec agitur præſcript. uerbis. d. l. petens, ſecundum primam lect. & ibi Alexan. colu. 2.

Pactum veſtitum cohærentia contractus, non ſemper dicitur informare veterem actionem, nam quando actio uetus continet certum, & pactum continet incertum, puta factum, tunc non informatur uetus actio, ſed bene informatur contractus, quia ex eo prius oriebatur una actio, & modo oriuntur duæ, unde ſi vendo tibi librum, cum pacto de mineando tunc informatur vetus actio, quia vtrumque eſt factum, & ſic incertum, ſed ſi promitto tibi ſtipulanti librum cum pacto ſimiliter demineando, tunc non informatur actio, ſed contractus, nam dare librum continet certum, & oritur certi condictio, ſed mineare continet incertum, & oritur actio ex ſtipulatio leg. vbi autem non apparet. §. qui id quod, de verbor. obligat. unde non poteſt vetus actio informari, quia certi condictio daretur ad certum, & incertum, quod eſt contra legem, certi condictio. ff. ſi cert. peta. Ita ſingulariter uoluit Bartol. in lege, lecta, iuxta finem. ff. ſi cert. petat. & Alexan. in lege, in bonæ fid. colum. 2. Co. de pacti.

Pactum ad hoc ut veſtiatur rei interuentu, debet eſſe in fauorem tradentis & non contra eum, alias non veſtitur, vt le. ſi tibi. C. locat. & le. ſi certis annis, Co. de pact. Et illud proprie dicitur ueſtiri rei interuentu, quando habita relatione pacti ad contractum, reſultat contractus innominatus uel quando ſumus in ipſis cõtractibus innominatis, ut not. Bart. in le. in traditionibus ff. de pact. Et actio præſcrip. verbis quæ oritur ex tali pacto oritur ex contractu innominato, qui reſultat, non autem ex pacto. Ita voluit Alex. in d. l. in bonæ fi. C. de pact. Tamen quandoque iſtud pactum, ex quo reſultat contractus innominatus, ueſtitur cohærentia contractus, vt eſt quando eſſet pars prætii, quia tunc, ineſſet ipſi contractui, vt ſi vendo tibi librum pro decem, vt vadas pro me Romam, nam ſi ideo minoris prætii liber uendatur, quia uit ire pro me Romam, tale pactum eſt de ſubſtantia contractus, ſcilicet quia eſt pars prætii, ut le. fundi partem. ff. de contrahend. emptio, ita uoluit Ale. in d. le. in bonæ fi. C. de pac. colum. 2. Quandoque veſtitur

pactum

pactum cohærentia traditionis,ut quando iuxta traditionem ponitur aliquodpactum in fauorem tradentis, ut d.l.in traditionibus,& l. rebus, C. de re permu.& l.1.§.ſi conueniatur.ff.depo.quod quomodo procedat,uide gl.in dicta leg.in traditionibus, & iſtud pactum etiam largo modo dicitur veſtitum rei interuentu,ut tenet Alex.in l.legem.C.de pact.& gloſſ. & *Bart* in d.l.in traditionibus.ex eo quia habita relatione pacti ad contractum.nõ reſultat contractus innominatus,& actio oriens ex eo,eſt præſcrip.verbis, ut d.l.rebus.

Permutatio differt a contractu innominato,do ut des,in hoc, quia tunc dicitur permutatio, quando permutatur ſpecies cum ſpecie, & nemo tenetur dominium transferre.l.prima.ff.de re. permut. Sed contractus innominatus eſt,quando permutatur genus cum genere, uel ſpecies cum genere,uel genus cum quantitate,uel ſpecies cum quanitate, dum modo quando permutatur ſpecies cum quantitate,ex utraque parte ueniat dare,alias eſſet contractus emptionis.leg.ſi.ff.de con.dat.ob cauſam. Reſultat tamen magna utilitas ex hac differentia,quia actio præſcrip.verbis, quæ datur ex permutatione, eſt bonæfid.ut inſtitu.de action. §. actionum, ſed illa quæ oritur ex, do ut des, eſt ſtricti iuris,quia ibi non numeratur,& uide de his Barto. in l.ſecunda,in princ. ff. ſi cert.per.

Publicatione facta poſſunt interrogatoria produci. Ita uoluit Spe. in tit de teſte.§.nunc de interrogationis.&c.

Procurator, qui pro alio defendit ſiue agit,debet ipſe in ſententia.condemnari, uel abſolui, non autem dominus, alias ſententia eſt ipſo iure nulla, ut le. prima, C de ſent. Licet uerba executoria debent proferri in perſonam domini, ut uoluit Barto.in d.l.1. & gloſ in l.liberto.§.fin.ff. de neg.geſt. Sed condemnatoria tantum in perſonam procuratoris. Hoc tamen limita procedere in cauſis, in quibus uenit irroganda pœna pecnniaria ,ſecus ubi ueniret irroganda pœna corporalis, quia tunc dominus damnatur, non procurator.l.ſi C.de iniur.& not. in l.nihil.C.de procu.& Bart. in l.pen §.ad crimen.colu 1.ff.de pub.iudi. Et hoc procedit in caſibus,in quibus admitti poteſt procurator in criminalibus,ut quando eſt irroganda pœna a relegatione infra ut eſt cõmunis opi. Bar.in d.§.ad crimen,& tex.& glo.in l.prima,ff. an per ali.ca.app. Item poteſt procedere in perſona illuſtri, quæ in cauſa iniuriarum poteſt comparere per procuratorem,& eſt ſpeciale in ea.ut d.l. fin. C.de iniur.

Princeps quando concedit moratoriã alicui,tenetur ille,cui eſt conceſſa,ſatiſdare de ſoluendo,adueniente tempore,ut le. uniuerſa Cod.de preci.im.off. Quod limita multum ſingulariter non procedere, quando concederet cauſa paupertatis, vnde conſilium datur impetranti, ut ſemper faciat imponi in reſcripto clauſulam paupertatis cauſa,quia per talia uerba nõ tenetur præſtare fideiuſſorem,ita ſingulariter uoluit *Bald*.nouel.in tracta.dotium, in 8.parte,in 12. priuilegio, ar. eorum, quæ uoluit glo.in l.prima,§.cum autem, in uerſicu,cautione.Codic.de rei vx.acti. quod etiam uoluit *Bald*.in l.diuortio.§. interdum.ff.ſolu.matrim & hoc infertur ex his quę dixi ſupra,in uerbo cautio differt,&c in ſi.

Princeps concedens alicui priuilegiũ pro ſe, & hærede ſuo in ſingulari numero,uidetur concedere tantum primo hæredi.non autem hæredi hæredis. Ita tenet Bar.in l.prima.ff.de conſti. princ.& uide unam addi.*Barb*.ad Abb.incip.not. bonam in capit.in præſentia.columna 8. de proba.

Procurator quando admittatur in cauſa criminali, uide ſupra in uerſiculo, procurator qui pro alio defendit, &cæt.

Probatio ſemper incumbit ei, qui dicit.l. ſecunda,ff.de probat. & inſtit de lega.§ quod autem,nõ autem ei qui negat, lege actor.C.de probat.Fallit tamen prima regula,quando ille,qui dicit,haberet præſumptionem pro ſe,quia non tenetur probare,ut eſt in uxore,quæ præſumitur acquirere de bonis mariti,ut leg.quintus ff.de dona.inter ui.& uxor.& l.etiam C. eodem titul. Fallit regula in negante iur, quia probare debet, nam habet tunc præſumptionem contra ſe, quia in iure

omnia

omnia præſumuntur permiſſa, niſi reperiantur prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. ma. unde illa regula d. l. actor, habet locum in negante factum, ut dicit ibi glo. & plenius Bald. & glo. in d. le. 1.

Particeps criminis an admittatur ad accuſandum, uel ad teſtificandum contra alium participem, uide infra in uerſi. Teſtis particeps. &c.

Procurator producens inſtrumentum an uideatur probaſſe de mandato? dic, aut producit ſcripturam, in qua apparet de mandato, & ſic portat mandatum in ſcriptis, & tūc creditur ei, & plene probat de mandato, nec poteſt aduerſarius dicere, tu non es illa perſona, de qua fit mentio in hac ſcriptura. Ita uoluit Bald. in le. i qua per calumniam, in fin. verbis. C. de epiſ. & cler. Aut producit inſtrumentum cauſæ, & tunc ſemiplene probat de mandato, quia poſſet eſſe penes eum depoſitū ita not. Bar. in l. prima, Cod. de procur. & ſic per conſequens res efficitur dubia, unde exigitur cautio de rato. ut dicta leg. prima. Idem ſcilicet quod non admittatur ſine cautione de rato, tenuit Barto. in l. vulgo. in fin. ff. de admi. tuto. & Barto. in l. 3. §. cauſæ. ff. ad carbo. & Bald. in d. l. prima, colum. fi. C. de proco. & glo. in c. coram. de off. de leg. in glo. prima, & in c. primo, de procurato. Quod ſingulariter, limitat Imo. in d. cap. coram, ubi eſſet talis perſona, quæ erat ſolita exercere officium procuratorium, alias non admitteretur etiā cum cautione de rato. Idem uoluit Alex. in dicta le. vulgo & Alex. in d. l. prima, colum. 2. ar. text. in l. plenum. §. equitij. de uſu, & ha. niſi conſtaret traditionem eſſe factam a domino illius inſtrumenti, quia tunc non requireretur cautio de rato, ut Ale. in locis prææalle. Fallit tamen hoc in marito, qui poſſeſſionem inſtrumēti præſumitur habere mandatum in rebus paraphernalibus nec tenetur cauere de rato. ut l. fi. & ibi Bal. C. de pac. conu. & uide Bal. & Pau. de Caſtr. in l. Mæuia. ſolut. matrimonio.

Procurator habens mandatum de emendo nomine domini, ſi emerit nomine proprio, acquirit ſimiliter domino perinde, ac ſi eius nomine contraxiſſet, & hoc propter potentiam mandati. l. pignori. §. fi. ff. de uſuca.

Procurator actoris ſi conſtat de mandato licet non teneatur ſatiſdare de rato, tamen tenetur ſatiſdare de defendendo ſcilicet in caſu, quo fuerit reconuentus, ut l. prima, in fin. iuncta gl. C de ſatiſdat. & no. glo. in cap. primo, de procu. in gl. 1. in fin. Item procurator rei tenetur ſatiſdare de iudicato ſoluendo, etiā ſi habeat mandatum, ut d. l. 1. in fi. & l. 2. & ibi glo. C. de procu.

Procurator, qui non ſatiſdedit in cauſa principalipali, an poſſit compelli ad ſatiſdandum in cauſa appellationis? dic, quod non, nam ſatiſdatio debet peti ante litem conteſt. ut l. Ita demum. Cod. de procu. uel incontinenti poſt. ar. l. quotiens. ff. ſolut. mat. ex interuallo autē poſt peti non poteſt, cum procurator ſit effectus dominus litis, l. poſt litem. ff. de procura. Cum ergo non fuerit petita ante litem conteſt. in cauſa principali, ſequitur, quod minime poteſt peti in cauſa appellationis. ratio eſt, quia appellatio reſcindit iudicatum, & ponit cauſam in eo termino, qui erat poſt litem conteſt. unde omnia quæ fieri poterant poſt lit. conteſt. in cauſa principali, poſſunt fieri in cauſa appellationis, ut uoluit Barto. in dicta l. ita demum. Et hoc limita procedere, quando non eſt petita in cauſa principali, ſi autem eſt petita, & præſtita in cauſa principali, poteſt peti etiam in cauſa appellationis, quia lata ſententia in principali, eſt finita, unde rurſus peti debet. Ita uoluit Barto. in l. ſecunda, in fi. C de procur. per tex. in l. cum apud Sempronium. ff. iudi. ſol.

Pupillus non poteſt eſſe in iudicio ſine tutoris authoritate, adeo quod ſi comparcat ſine auth tutoris, ſententia lata in tali iudicio, & omnia acta redduntur ipſo iure nulla l. clarum. C. de auth præſt. & l. prima, C. qui legi. perſo. ha. ſta. in iudic. Quod multum ſingulariter limita procedere, quando ſententia eſſet lata contra pupillum, ſecus autho. ſi pro eo, quia tūc ualet etiam ſine tutore, ut eſt tex. in l. non ideo minus. C. de procur. & not. glo. in dicta l. 1.

Pupillus non poteſt confiteri nec negare

gare aliquid in iudicio ſine tutoris authoritate, l. clarum, C. de aut. præſta. etiã in cauſa criminali, ut l. certum, §. penul. ff. de confeſſ. uel ſa lum ſine curatore ad litem, ut not. Bald. in l. 1 C. ſi aduer. deli. alias autem talis confeſſ. eſſet ipſo iure nulla, ut not. Bal. in l. vni. colum. 12. C. de confeſſ. & Bald. in d. leg. clarum. vnde apparet quod non poteſt eſſe contumax, quia etiam ſi compareret ſine tutore, nihil operaretur talis comparitio, ut no. gl. in l. minor etiam. ff. de mino. Et prædicta procedunt, etiam ſi pupillus haberet patrem, ut no. Bar. in l. ſi infanti, col. 2. C. de iure delib.

Publicatio bonorum quando ſit ipſo iure, an requiratur ſententia declaratoria vide ſup. in ver Dictio mox. in fi.

Patris ſeu portionis appellatione in dubio intelligitur de dimidia, ſi non fuerit adiecta quota l. nomen filiarum, §. portionis, ff. de verbor. ſignifi. & no. gl in l. 3. §. ſiquis ita ſtipulatur, ff. de eo quod cer. lo. & Matthe. in deciſio. 44. conſil. Neapo. colum. fin. Quod limita non procedere, quando hoc nomen proferretur, per numerum pluralem cum adiectiuo numerali, ut duas partes, quia in dubio intelligitur duas partes de duodecim. Ita uoluit Bart. in l. interdum, ff. de hæred. inſtit. ex quo dat ibi conſilium uolenti petere duas partes de tribus, ut exprimat hoc in libello, quia alias intelligeretur de duodecim. Item limita, quãdo diceretur aliqua pars, ut not. Alex. in auth. ex cauſa, col. 10. C. de lib. præte.

Præſumitur quilibet ſcire id, quod eſt ſibi denuntiatum in domo. Ita voluit Baſ. in §. ſed iſte. colum. 18. inſtit. de actio. per glo. ſing. in l. ſi tutor. C. de priui. tut. in uer. oſtendens.

Procurator ſimpliciter datur, intelligitur datus ad agendum, & conueniendum. Ita voluit *Bar.* in l. quod dicitur, in fi. ff. de tute.

Procurator poteſt repetere a domino quicquid licite impendit in bonis eius, vnde poteſt repetere etiam illud, quod ſol uit pro conducendo equo, ut iret ad poſſeſſiones ipſius domini, l. Idemque §. idem labeo, ff. mandati. Quod limita, niſi procurator eſſet perſona ruſtica, quæ nunquam conſueuerat ire equeſter; nam tunc non uidetur licite impendiſſe, unde non repetit, cum ſua conſuet. ſit attendenda, vt eſt gloſſ. in dicto §. Idem labeo.

Pœna mutilationis alicuius membri, a lege, vel ſtatuto inducta pro aliquo crimine, debet verificari in membro utiliori. Ita uoluit Andr. de Iſer. in conſtit. quæ incipit, ſiquis cum armis. vbi dicebat, quod ſi pro uulnere illato debeat imputari manus, in dubio intelligitur de dextera, & ſi ille erant mancinus, debet ſibi amputari ſiniſtra, quia cum illa cenſetur vulnus feciſſe. Idem uoluit Bald. in l. conuenticulam C. de epiſ. & cle. vbi dicebat, quod ſi pro aliquo crimine debeat erui oculus, & reus illius criminis habeat vnum oculum, debet ſibi euelli ille oculus bonus. Idem dicebat Bald. in authen. ſed nouo iure, C. de ſer. fug. de eo qui habet vnam manum claudam, quia debet ſibi amputari manus bona. Ille enim qui habet oculum uel manum inutilem, non dicitur oculum uel manũ habere arg. eorum quæ uoluit glo. in l. fi. C. ad leg. Flau. de plag. quæ dicebat, quod pater habens filium inutilem, dicitur carere filio, & uxor habens maritum inutilem, dicitur uidua.

Pactum, ꝙ quis teneatur de periculo, an includat, ꝙ teneatur de caſu fortuito, vide ſup. in uer. nomen periculum.

Pater & filius ſi ambo in inſtrumento dotali fuerint confeſſi dotem accepiſſe, quilibet tenetur pro dimidia. Ita uoluit Alexã in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur, col. 2. ff. ſol. ma. per l. reos, §. cum in tabulis. de duo. reis.

Pater, & filius ſi ſimul mortui repe riantur, ſiue morte naturali, ſiue uiolenta, pręſumitur prius mortuus pater, & deinde filius, & hoc eſt uerum, ſi filius erat pubes, ut l. qui duos §. cum in bello, ff. de rebus dub. Idem etiam præſumitur de matre, ut l. cum pubere. eo. titu. Si autem filius erat impubes, præſumitur prius mortuus filius ratione debilioris ætatis, ſiue ſimus in patre. ſiue in matre, ut l inter ſocerum, in prin. & ibi eſt glo. ord. digeſt. de pact. dota. & dicta l. qui duos, §. fina. & l. ſi mulier, ff.

cod. ti. de reb. dub. Et hoc quando ſumus in dubio, nam ſi contrarium probetur, ſtamus certo. ar. l. continuus, §. cum ita. de ver. obl.

Procuratorem an teneatur mittere ægrotus, uide Bart. in l. ſi quis inſtituatur, §. fi. ff. de hæred. inſti. Et quando quis teneatur mittere procuratorem, uide plene Bart. in l. 1. ff. de diuer. & temp. præſcr. & Barto. in l. fi. ff. de in integr. reſtitut. & doct. in c. quærelam. de procur. maxime per Abb. ibi.

Periurus infamis eſt, ut 6. q. 1. ea. infames, nec poteſt admitti amplius in teſtimonium, ut in c. paruuli. 22. q. 5. & c. quicunque, 6. quæſt. 1. etiam ſi fecerit pœnitentiam, ut cap. teſtimonium, & ibi gloſ. in uerſi. periuri, de teſti. Et ratio eſt, quia ſemel periurus, ſemper præſumitur periurus in futurum, c. ſemel malus, de reg. iu. libro 6. & l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re mili. & not. glo. in d. cap. paruulus. Nec obſtat, quod dicitur in l. 2. C. de rebus cre. quod periurus ſolum Deum habet ultorem, quia illud poſſet procedere, quando iuramentum non eſſet in præiudicium alicuius tertii, vel dic aliter, ut dicit glo. in d. cap. quicunque, & uide gl. in cap. quærelam, in uerſi. periurii, extra de iureiur. Item peiurus perdit probationē per iuramentum, de quo uide Iaſ. in l. 1. pen. col. ff. qui ſatiſ. cog.

Poſſeſſio operatur hunc optimum effectum, quia ubicunque aliquis teneretur aliquid probare, releuatur ab onere probandi, & transfundit illud in aduerſariū, ſi eſt in poſſeſſione. ita not. uoluit Bar. in l. 1. §. non autem, ff. de bo. poſ. ſecundum tab. & Bar. in l. is poteſt, col. 4. ff. de acq. hær. & eſt tex. in c. ſi a ſe. de præb. lib. 6. & uide quæ dixi ſupra in verſi. tempus quando eſt fundamentum, &c.

Pauper uidua, & cæteræ miſerabiles perſonæ, poſſunt trahere laicum coram iudice eccleſiaſtico. ita voluit Abb. in cap. licet, ex ſuſcepto, colum. 2. de fo. compe. Quod limita, quando uidua eſſet diues, & ſimiliter pupillus, quia tunc non dicuntur perſonæ miſerabiles, ſecundum Abb. & ibi per Barbat. in cap. ſignificantibus de offic. deleg. Sicut dicimus etiam in dote, quę non eſt cauſa pia, quando datur mulieri diuiti, ut dixi ſupra in uerſicu. legatum factum pro anima, & hæc not. pro limitatione eorum, quæ uoluit Alexan. in l. 4. §. hoc autem iudicium, colū. 1. ff. de dam. infec.

Producens inſtrumentum, uel aliquā ſcripturam, uidetur approbare omnia in inſtrumento contenta, ſeu in illa ſcriptura. ita uoluit Abb. in c. cum ſuper, de offi. dele. ubi refert Innoc. in ca. cum olim. de conſi. & in cap. cum uenerabilis. de except. & hoc facit ad id, quod dixi infra, in uer. ſcriptura reperta.

Pactum, quod quis poſſit ubicunque conueniri, non ualet, unde admittitur poſtea pœnitentia, l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iud. ex quo dat cautelam Bart. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. quod ad ualidandum tale pactum, debet quis dicere, quod pecunia poſſit ubique ſolui, nam tunc ratione deſtinatæ ſolutionis quis ſortitur forum ubique, nam ubique videtur contraxiſſe, l. contraxiſſe, ff. de act. & obli. unde ratione contractus ubique poteſt conueniri, l. 3. ff. de bon. aut. iu. poſ.

Percutiens aliquem dormiendo, an puniatur, vide Bar. in l. pen. ff. ad l. pomp. de pari. ubi diſtinguit, aut ille erat ſolitus pati hæc in ſomnis, & eſt in culpa, ſi non præuidit aut non erat ſolitus pati, & tunc ſecus.

Percutiens Titium credens ſe percutere Sempronium, an teneatur, uide Bar. tenentem, quod ſic, in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, in fin. uerbis. Et ratio poteſt eſſe ſecundum eum, quia dabat operam illicitæ rei, ſecus eſſet ſi licitæ, unde infert ipſe per illum text. quod ſi uolui percutere feram, & percuſſi hominem, non teneor. Ex quo ſequitur unum no. dictum, quod ſi voluiſſem percutere hominem in caſu licito, puta bannitum, uel hoſtem, & percuſſi alium, quod non teneor, quia dabam operam rei licitę, & de delicto caſu commiſſo, uide Bald. in lege, data opera, colum. 4. C. qui ac. cuſ. non poſſ. & Iaſ. in lege 3. §. quod prętor, digeſtis, ne quis eum qui in ius voca.

Promittens aliquid dare in tribus vicibus ſeu in tribus terminis, ſi aliud nō apparet

paret, in dubio intelligitur de tribus annis, ita ſingulariter uoluit *Bar.* in le. 3. ff. de ann. leg.

Pactum nudum appoſitum in inſtrumento guarentigiato, producit actionem efficacem, & habet executionem paratã. ita uoluit *Bal.* in l. 2. in fi. C. de execu. rei iud. & idem *Bal.* in l. ex placito. in fin. C. de re. permu. quem refert Alexa. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. colum. 8. de uer bo. obl.

Propinquus an dicatur uir uxori, & e contra? dic, quod non, nec etiam affines ex utroque latere dicuntur propinqui. ita no. Bar. & Alexa. & communiter doct. in l. 1. Co. unde uir. & ux. & Bart. in l. fi. per illum tex. C. de uerbo. ſign. quod eſt no. pro ſtatutis requirentibus conſenſum propinquiorum. An autem appellatione coniunctorum ueniat uir & uxor, uide ibidem Ale. tenentem quod ſic, ſed non appellatione proximorum, per l. cũ alienam. C. de lega.

Pauper qui ſine ſui dedecore exire non poteſt, habetur pro carcerato, & habet iuſtam cauſam petendi reſtitutionem in integrum, puta quia erat nudus. glo. eſt iuncto tex. in l. in eadem cauſa. in fi. ff. ex quib. cau. ma. & gl. no. in c. ſi quis teſtiũ, de teſtib.

Probatio in dubio quando lex de ea facit mentionem, præſumitur de uera. ſ. per inſtrumentum uel per teſtes, non autem de ficta. tex. t. eſt no. in l. Lucius. ff. de cond. & demon. & per iuramentum, & uide plene de hoc per Fel. in rubr. extra de proba. & per Ale. & Iaſ. in leg. 1. C. de teſt. milita.

Pater ſimpliciter tradẽs rem filio ſuo, in dubio uidetur ei concedere in peculium, non autem donare le. ſi donatione. C. de colla. & ibi per doct & no. Bald. in auth. ex teſtamento. col. 3. C. eo. tit.

Pauper non tenetur ſoluere collectas reales, ſecundum Bal. in auth. defuncto. circa fin. C. ad Tertu. & in l. etiam. Co. de execu. rei iudi. Immo plus dixit ſingulariter Abb. in c. peruenit. col. pe. extra de immu. ecc. quod officialis deputatus ad exigendum collectas, poteſt illas remittere ratione paupertatis in præiudicium principis per gloſſ. ſingularem, in le. omnes, C. de anno. & tribut lib. 10.

Pater an poſſit grauare filiam in dotẽ per fideicommiſſum, dic, quod non, niſi tantum ſibi legauerit, quod aſcendat ad ſummam legitimæ. ita intelligitur tex. in l. fi. §. filiæ alias incipit, fidei. ff. de leg. 2. ſecundum Bar. ubi ita etiam intelligit illum tex. Alexan. in l. a filia, ubi eſt tex. de hoc. ff. ad Tre. & Pau. de Ca. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Tre. ubi dicit hanc eſſe communem opi. & ibi Bart. ſimiliter expreſſe hoc firmat. Idem etiam uoluit Bald. in l. quoniam nouella. col. fin. C. de inoff. teſt. & *Bal.* in auth. res quæ. colu. 2. C. com. de leg. Fortificatur hoc ratione, nam cum dos ſuccedat in locum legitimæ, ut d. leg. quoniam nouella, ideo ſicut legitima debet haberi ſine aliquo grauamine, l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſta. & no. Abb in c. Rainaldus, in 1 no. de teſta. & Bald. in l. ex tribus, C de inoff. teſta. ita etiam & dos. Dicit tamen *Bart.* in l. Lucius §. maritus, & in d. §. filiæ. qđ in eo, quod excedit legitimam, poteſt filia grauari in dotem. Quod limitat multum ſingulariter Bar. in d. l. quoniam nouella, quem ſequitur Pau. de Caſt. in d. § maritus, non procedere, ubicunque filia ex forma ſtatuti dotata non ſuccederet, quia tunc nec in eo, quod excedit legitimam, poteſt grauari in dotem. Scias etiã, quod ubi uiget tale ſtatutum, dos ſuccedit in locum legitimæ, ita no. Bal. in l. ſãcimus. Cod. de nupt. ſed quod tunc poſſit grauari, tenuit Pau. de Caſt. in conſi. 197. & conſi. 218. & 221.

Peculium ſi de nouo augeatur, poſtquam eſt ſemel actum, ſi non eſt inſolidum ſatis factum, creditori, poterit creditor de nouo agere actione priſtina cum adiectione de peculio pro reſiduo. tex. eſt in l. quæſitum. §. is qui ſemel, & in le quotiens § ſi ſimel, & ibi gl. ff. de pecu.

Præſens quis dicatur, & quis abſens, uide tex. in l. fi. C. de præſcrip long. temp. & Abb. in c. 1. col. 3. extra de fideiuſ.

Patris appellatione uenit etiam auus, tex. eſt in l. iuſta interpretatione, ff. de uer. ſig. & no. gl. in l. appellatione parẽtis eo. ti. Quod intelligas procedere in fauorabilib. ſecus in odioſis, ita no. Bart. in l. patris. ff. de adult. Idem dicas & appella-

tione parentis. l. ſi infanti. in prin. C. de iure delib. uide tamen omnino Bar. in l. liberorum, in fin. uerbis. ff. de uerborum ſignifi.

Pater poteſt reuocare conſenſum datum. filio ad donationem cauſa mortis uiuo filio, ita no. Bal. in l. ſenium. C. qui teſta. fa. poſ.

Procuratores ſi ſunt plures, an poſſit unus ſine altero adminiſtrare, uide ſup. in uerſ executores, &c.

Pater inſtituens filiam in eo quod de iure ſibi contingit, an uideatur ſe referre ad ius commune, an uiro ad ius ſtatuti, ubi eſſet ſtatutum, quod filia dotata extãtibus maſculis non ſuccedat. Bal. in l. qui cunque. col. 3. tenet, quod intelligitur inſtituta ſecundum ius cõe. ſ. ut habeat uirilem, tamen communis opi. eſt in contrarium, & contrarium tenuit ipſe *Bald.* in l. maximum uitium. col. pe. C. de lib. præt. & Ale. in l. Gallus. §. quidam recte, in fi. uerbis. ff. de lib & poſth. ubi dicit, quod tale ſtatutum dicitur ius commune illius municipii, in quo uiget, & idem Ale. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 4. & 5. ff. ad Treb. & *Bal.* in l. conſtitutionis, in fi. C. de bo. quæ lib.

Princeps, qui tẽpore guerræ conceſſit alicui bona rebellium, tenetur facta pace reſtituere omnia ex primis dominis, adeo quod talis conceſſio in totum annullatur, tex. eſt not. & ibi Bal. in c. 1. in uer. Priuilegia, de paci conſtantiæ. & ibi eſt caſus ſpecialis, per quem in reſtitutione ueniunt bona in alium alienata, licet regulariter contra, nam quam uis hoc uerbum, reſtituere, habeat amplum ſignificatum, lege, prima, C. de ſen. paſ. tamen non facit uenire bona alteri cõceſſa, ſeu alienata, ut dicit Ale. in d. lege, prima, & plene And. de Iſer. in c. 1. colum. pen. de uaſ. de cre. æta, ubi etiam ponit de uerbo, reddere, adeo quod, etiam ſi bona illa alienata reuertantur ad fiſcum poſt reſtitutionem, non tamen reſtitui debent, ut ibidem dicit And. in fin. uerbis, & de hoc uerbo, reſtituo, uide gloſſ. in §. cum autem inſtit. quibus mo. us pa. po. ſol. in uer. ſtatum, & text. in l. uideamus. §. in fauiana. ff. de uſur. & de prædictis uide Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, & ibi Ale. in antepe. colu. ff. de lib. & poſth. ubi uide per Ale. aliquas pulcras limita. ad prædicta.

Præſumitur in regno Siciliæ quęlibet ciuitas uiuere iure longobardo, niſi probetur, quod uiuat iure Romano. *Ita tenet* And. de Iſern. in prologo feudorum, in uer 3. quæritur, & idem And. in cap. 1. §. ſed quia uidimus, de his qui feud. da. poſſ & in cap. 1. In uerſi. bona uacantia, quæ ſint rega. per conſti. puritatem, contrarium tenet *Bal.* in auth. dos data. C. de dona. ante nup.

Princeps reſtituens primogenitũ, qui propter delictum amiſerat ius primogenituræ, an faciat illam recuperare, uide ſupra in uerſi. *Monacus, &c.*

Princeps quando utitur clauſula, non obſtante, uidetur uti plenitudine ſuæ poteſtatis, ita not. Ale in l. ex facto, colu. 5. ff. de uul & pup. & And. de Iſer. in cap. naturales, ſi de feu. fue. contro.

Pecunia in dubio præſumitur eſſe ſoluentis. ita uoluit Bal in l. 2. C. pro ſocio.

Poſſeſſio aliquando ponitur pro ipſo fundo, ut ſi dico, lego tibi poſſeſſionẽ meam, intelligitur de fundo meo. tex. eſt in l. interdum. ff. de uer. ſig. & in l. 2. C. de proba. & in l locorum, & ibi no. Co. de oi ag. deſe. li. 11. & *Ale.* in l. 1. in prin. colu. 4. ff. de acq. poſ. Et ex hoc infert Barto. in le. uxorem. §. legauerat. ff de leg. 3. quem ſequitur Iaſ. in d. l. 1. in prin. colu. 9. quod ſi lego tibi omnes poſſeſſiones meas, intelligitur tantum de immobilibus, unde mobilia non ueniunt, quia ex communi uſu loquendi ita hoc nomẽ intelligitur. ar. l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg 3. & leg. labeo. ff. de ſup. leg. quamuis referant ultramontanos determinaſſe in contrarium, & male, ut dicit etiam Ale. in d. l. 1. col. 7. ff. de acq. poſſ.

Pater relinquens filium ſub poteſtate matris, uidetur facere matrem tutricem. tex. eſt in cap. ex parte M, & ibi Bal. in fin. de app. per quem ita dixit Iaſ. in l. 1. col. 4. ff. de iur. om. iu.

Poſſeſſio quamuis dici ſoleat, ꝙ mente amittitur, ut l ſed ſi nolit, & l. ſi id quod §. fin. ff. de acq. poſ. tamen illud debet intelligi, quando quis timet accedere ad poſſeſſionem, ne inde deiiciatur, ſecus ſi ti-

& timet propter ſuam perſonam dominum ſuum ęgrodi, quia nõ per hoc amittit poſ eſſionem aliorum fundorum, leg. licet, Cod. de acquirend. poſſ. & not. Alexand. in lege tertia, § in amittenda, ff. eodem titulo.

Potentius eſt ius, quod quis habet iure proprio, quã iure alieno, l. ſi filius, §. erit, & ibi glo. ff. de fidei comm. lib. & le. quod princ. pi. cum l. ſeq ff. de lege. ſecundo, & ex hoc dicit not. glo. in l. ſi quid in bello. ff. de capti. quod vnuſquiſque debet gloriari de eo, quod quiſque acquiſiuit, non aũt de ſucceſſione antiquorum ſuorum. Idem dixit Ang. in l. ubi quidem, §. ſi a. ff. quod met. cauſa, quod plus diligimus illud, quod proprio ſudore acquirimus, quam alieno. idem etiam dixit *Iaſ.* in leg. more maiorum, col. 3. ff. de iuris, om. iu. & Bald. in lege, nemini, Cod. de aduo. di. iudic.

Pretium in dubio, quando fit de comentio, intelligitur de contractu emptionis & uenditionis, ita demum, ſi pretium ſi æqualens rei. Ita dixit *Bal.* in l. ex conuentione, C. de pact. & l. ex conuentione, C. de pact. conuen.

Prorogatio iuriſdictionis iudicis incõpetentis, debet fieri de tali cauſa, de qua poterat ille iudex iudicare inter ſuos ſubditos, alias non ualet, ita no. Ias. per plura allegata. in l. ſi per errorem. in prin. ff. de iur. om. iud.

Priuilegium in dubio cenſetur conceſſum ad partis poſtulationem, non autem motu proprio. ita not. Ale. in l. 3. in prin. ff. quod quiſquis iur. niſi in priuilegio reperiatur clauſula, motu proprio, quę alias probari non poteſt, niſi ibi reperiatur ſcripta, ut eſt tex. in cap. ſi motu proprio, in fin. de præbend. libro ſexto, primum tamen dictum limita, ut per Alexand. in dicta l. 3.

Princeps confirmans priuilegia alicuius ciuitatis, non uidetur confirmare ea, quæ ſunt contrarius, niſi expræſſe de hoc fecerit mentionem, ita ſentit Bald. in c. 1. colu. 2. per quos fiat inueſt. & expræſſius *Iaſ* in l. fi. ff. quod quiſque iur.

Procurator non tenetur appellare a ſententia contra ſe lata, niſi contineat euidentem iniuſtitiam, & in dubio ſi non appellat, pręſumitur hoc feciſſe, quia ſententia erat iuſta, ita *B.* l. in l. inuitus, col. 2. C. de proc. quem ſequitur Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator. col. 6. ſi quis iuſ. di. non ob.

Promiſſio facta in iudicio habet executionem paratam, ita not. Ale. in l. eum pro quo. ff. de in ius uoc.

Promittens ſoluere non liberatur dando fideiuſſores: ita eſt tex. in l. promiſſor. § ſi ff. de conſt. pecu. & l. item liberatur, §. 1 ff. quibus mo. pig. uel hip. ſolu. Quid autem in promittente ſatisfacere, vide Alex. & Bar. in l. 1. & ibi plene *Iaſ.* ff. qui ſatiſ. cog.

Poſſeſſio an & quando per traditionẽ, vel per expulſionem ſeu per ingreſſionẽ alterius perdatur, Ad hoc ſciendum, facias hanc concluſionem ſeu diſtinctionẽ. Aut quis poſſidet per ſe, aut per alium, puta per ſeruum, filium, uel colonũ. Primo caſu, ſi tradit rem ſimpliciter, & tunc ſi animo transferendi dominium, puta ſi præceſſit titulus habilis, & tunc transfertur dominium & poſſeſſio. §. per traditionem, inſti. de rerum diui. & l. traditionib. C. de pact. Si uero tradit poſſeſſionem, tũc utramque perdit, & in alium transfert. ſ. ciuilem & naturalem, l. 1. §. per procuratorem, & §. iuſſerim, ff. de acq poſſ. niſi appareret ex animo ſuo, quod uoluerit tantum naturalem transferre, ut quando pręcedit contractus, de cuius natura hoc uenit, ſicut dicimus in præcario, l. & habet, § eum qui. ff. de præca. uel ſolam detentationem, ut ſi locat, l. ſi quis ante, ff de acq. poſſ. & l. officium, ff. de rei uend. uel ſi cõmodat uel deponit, ut d. dicta le. officium. Transfert etiam naturalem tantũ, ſi concedit rem in uſumfructum, l naturaliter, ff de acq. poſ. uel ſi concedit in emphiteoſim, ut no. gl. in l. 3. §. ex contrario ff. eo. tit. uel ſi locat ad longum tempus, ut no. gl in dicta le. ſi quis ante, & ibi Ale. col. 4. & no. glo in l ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum, ff. commo. Si uero expellitur, tunc indiſtincte utramque perdit. probatur in l. 1. §. non alij autem. ff de ui, & ui ar. & in l. 1. §. & conſequenter. ff. uti poſſ. Quod intelligas procedere, ſi nõ hẽt animũ recuperandi incontinenti, alias ſecus, q a ſolã naturalẽ perderet, gl. eſt ſingularis in l. 3. § cũ igitur, ff. de ui & ui ar. q a aius per-

perpenditur, ſi facit præparamenta, ut in d. gloſſ. habetur, & hoc de re immobili. Rei autem immobilis indiſtincte amittitur poſſeſſio, quando alicui eſt ſubtracta, vel per uim ablata l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ. Idem ſi eius reſtitutio eſt denegata per commodatarium forte, uel depoſitarium, ut eſt cõis opi. Ale. in l. 3. §. ſi rem, & in l. ſi quis rem. ff. de acq. poſſ. & probatur in l. ſi rem mobilem, eod. ti. Idem eſt, quando poſſeſſor timet ſe poſſe repelli ab aliquo, quia tunc etiam ciuilem perdit l. ſed ſi nolit. ff. de acq. poſſ. Quod intelligas ſane procedere, quando quis timet ſuper re, ſecus ſi timet de ſua perſona, ne offendatur, quia tunc non perdit ciuilem, et ſi ad poſſeſſionem non accedat, ita dixit Ale. in l. 3. §. in amittenda. ff. eod. titu. per tex. in l. licet. C. de acq. poſſ. Si uero alius eſt ingreſſus & tunc, ſi inuenit naturalẽ uacantem, acquirit naturalem, & dominus non perdit ciuilem l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. ff. eod. ti. niſi timeat ſe poſſe repelli, ut dicta l. ſed ſi nolit. Si uero naturalis non erat uacans, tunc ingrediẽs nullam acquirit, & poſſeſſor nullam perdit, caſus eſt in l. quod meo. §. fin. ff. de acqui. poſſeſſ. & ibi per Alexand. niſi ſuſpicatur ſe poſſe repelli, ut ibi no. glo. & tex. in lege, ſi id quod. §. fin. eod. titul. Et hæc eſt optima limitatio ad d. §. qui ad nundinas, quem ita limitauit Alexan. in lege, ſi colonus. in fi. ff. eodem titulo. Et quod ſupra dixi de traditione, dicas hoc procedere, ſiue ſit uera, ſiue ficta, ut per aſpectum ſi ficta dici poteſt, ut dicto §. ſi iuſſerim, & dicta l. quod meo. §. ſi uenditorem, uel per conſtitutum, ut dicta l. quod meo. in princ. & l. interdum, in princ. & §. fi. eo. titulo, uel per conductionem, ut leg. qui bona fide, & l. ſi aliquam. ff. eodem ti. Amittitur etiam poſſeſſio per ſolum animum nolendi poſſidere, quando quis per ſe poſſidet, & tunc utraque poſſeſſio perditur dicta l. tertia, §. in amittenda, & ibi Bar. & expreſſus Alexa. in 2. no. & l. ſi quis ui. §. differentia. eo. ti. Amittitur etiam poſſeſſio per obliuionem, quæ præſumitur ex curſu decennij, ſi aliquis per tantum tempus non accedit ad poſſeſſionem ſuam. l. fauius. §. fundi. de uſucap. & not. Alexan. in l. 1. in princ. in fin. uerbis, & in l. 3. §. ex contractio. colu. 3. & Bar. in l. ſi de eo. §. ſi forte. & ibi plenius Ale. ff. de acq. poſſeſſ. Secundo caſu principali. ſ. quando quis poſſidet per alium, & tunc, quia per ſe retinet ciuilem, & per alium naturalem, puta per colonum, ſi ipſe dñs tradit uoluntarie, perdit poſſeſſionem. Idem ſi ſolo animo non uult poſſidere, quia perdit eam etiam ſtante colono in fundo, ita dixit Ale. in l. 3. §. in amittenda. ff. de acq. poſſ. & Bar. in l. quod meo. in princ. & ibi etiã Ale. col. 5. ubi ita intelligunt gl. in l. peregre. §. quibus, eod. tit. quæ uolebat, ꝙ ſolo animo domini tunc non perditur poſſeſſio, quia illud procedit in uoluntate coacta & neceſſaria, ſed nõ ſpõtanea. Et hoc procedat etiam in ficta traditione, ut per Bar. in d. l. quod meo. & ad prædicta allegant glo. ſing. in l. 1. §. non alij autem, in uerſi. retineo. ff. de ui, & ui ar. Si autẽ dominus ſit expulſus manẽte colono, & tũc poſſeſſionẽ non perdit caſus eſt in l. 1. §. ſi quis me ui. ff. de ui, & ui ar. & iſtud reaſſumpſit no. Bal. in l. fi. in fi. uerbis. C. de acq. poſ. Si autẽ ipſe colonus uult priuare dominũ poſ. & tunc, aut ipſe egrediatur aio deſerendi poſſeſſionem, & dominus perdit naturalem, non aũt ciuilem, caſus eſt a contrario ſenſu, in l. ſi colonus, ubi gl. & Bar. ff. de acquiren. poſſ. & hoc de iure. ff. ſed de iure. C. nullam perdit, per l. fi. C. eo. tit. ut uoluit Ale. in d. l. ſi colonus in prin. & in fi. ſecus eſſet, ſi egrederetur non aio deſerendi, quia tunc etiam de iure. ff. dominus nullam perdit, ut d. l. ſi colonus, & ibi gl. & no. Bar. & Ale. in d. l. ſi de eo. §. ſi forte, eo. ti. Aut ipſe colonus perdit poſſeſſionem, i. quia egreditur hoc animo, ut alius ingrediatur, & tunc minime dominus perdit poſſ. ut eſt glo. in d. l. fin. & ibi hoc declarat Bal. Aut ipſe colonus deijcitur, & tunc dominus perdit omnem poſſeſſionem tex. eſt in dicta l. peregre, §. quibus, & ibi Alex. in 1. not. & hoc procedit, qñ ciuilis cohæret naturali, quæ per aliũ retinetur, ut diximus in colono, quia in hoc non corrigit illa lex fin. ut expreſſe dicit Ale. in d. §. quib. in 1. no. ſecus ſi ciuilis non cohæret naturali, ut in ea quã habet uſufructuarius, quia ſi uſufructuarius deijciatur, dominus non perdit ſuam ciuilem, ita dixit Ale. in d. §. quib. in 10. caſu.

Aut

Aut colonus moritur, & tunc dominus ſtatum amittit naturalem. Ciuilẽ autem non perdit, niſi fuerit negligens in recuperando naturalem, tex. eſt in d. l. ſi de eo. §. ſi forte. ubi per omnes doct. Aut colonus tradit poſſ. aleri & tunc, aut uere tradit, & priuat dominum utraque poſ. tex. eſt in l. 3. §. quod ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. & gl. in d. l. fin. C. eo. ti. quæ in hoc minime corrigit, quod intelligas uerum, ſi alienando tradit, puta ex tit. ex quo dominium transferri ſolet, ut eſt text. in l. non ſolum, §. pignori, ff. de uſuca. ſecus ſi non alienando, ut eſt glo. not. & ibi Alex. in l. qui uniuerſas. §. fi. ff. de acq. poſ. & prædicta procedunt etiam in colono populi tradente, ita nodixit Alex. in l. poſſeſſione, circa fi. ff. eo. tit. Aut colonus tradit ficte, puta per conſtitutum, uel per conductionem, & tunc dominum poſſeſſ. non priuat. tex. eſt in l. quamuis, § 1. ff. eodem ti. Quod ſingulariter limita procedere in tradente ficte, qui nullam poſſeſſionẽ habebat, ſecus ſi habebat naturalem, ſuper qua requieſcebat ciuilis, ut in poſſidente præcario, quia per fictam traditionẽ non ſolum ipſe perdit naturalem, ſed etiã priuat dominum ciuili, ſicut quando ipſe dominus tradit, iux. l. quædam mulier. ff. de rei uen. Ita dixit gl. ſingularis, quã plene ibi ſequitur Ale. in l. interdum, § fi. ff. de acq. poſ. ubi Ale. hoc limitat non procedere, quando ciuilis non requieſcit ſuper naturali, ut in ea, quam habet ppriętarius reſpectu uſufructuarii, ut ſup. fuit dictum, allegando Alex. in d. §. quib. Aut conductor vult tradere poſſ. per aſpectũ & priuat domini poſſeſſ. Ita dixit Ang. in l. quarundam, ff. de acq. poſſ. quem ſequitur Ale. in l. quamuis, § ſi conductor, eo. titu. Aut colonus non tradit alteri, poſſ. ſed denegat ſoluere penſionem domino & tunc priuat eum poſſeſ. Ita dixit Alex. in d. § ſi conductor. & idem Ale. in l. 3. §. ſi rem eo, tit. Aut colonus perdit poſſeſſ. auctoritate iudicis, puta quia conuentus ab aliquo nõ nominauit dominum in iudicio, iuxta formam l. 2. C. ubi in rem actio, & tunc dominus non perdit poſſ. ſecundum magis communem opin. Bar in d. l. 1. & Bar. in l. officio. ff. de rei uendi. & Ale. in d. §. quib. unum tamẽ ſcias in hac materia, & adde ad ea, quæ dixi ſup. in 1. membro principali, quod inter rem mobilem, & immobilem. eſt hæc differẽtia, quia ciuilem poſſeſ. rei mobilis perdo ẽt ignoranter ſtatim, quod meã cuſtodiam euaſit taliter, quod facta diligenti inquiſitione non poſſet inueniri. l. 3. §. Neruą filius, & l. ſi rem mobilem & ibi no. ff de acq. poſ. Sed rei immobilis, quam per me ſimiliter poſſideo, nunquam perdo ciuilẽ ignoranter, etiam ſi alius eam occupauerit, niſi ſciã & ſuſpicer me repelli. l quamuis, la 2. ff. eo. ti.

Præſumitur in dubio creditor approbaſſe fideiuſſorem tanquam idoneum, niſi contrarium probet. ita Ale. in l. ſi ab arbitrio. ff qui ſat. cog. per text. in l. 3. ff. de fideiuſ. licet hoc ſub dubio ponat per l. ſi. §. ius hoc. C. de ſponſa.

Papa non poteſt ſine cauſa dare poteſtatẽ principi ſeculari, ut poſſit iudicare inter clericos, ita dixit Abb. in ca. propoſuit. in 3. col. in fi. de conceſſ. præb.

Pœna priuationis iuris nunquam irrogatur, niſi in iure hoc reperiatur expreſſum, §. cũ igitur, in authẽ. de non elig. ſe. nub. & Ale. in l. etiam §. 1. ff. ſolu. mat. & Iaſ. plene in l. diuortio. §. ſi fundum, eo. titu. Abb. in c. ſi. de iure pat.

Proteſtatio non requirit de neceſſitate ſcripturam, niſi in caſibus in iure expreſſis, ita dixit Bald. in auth. præsbite. C. de epi. & cler.

Paraſceue dicitur dies ueneris ſancti, & dicitur ab apparatu eſcarum, quia iudæi in illa die ſolent parare eſcas, ſeu cibos pro die ſabati. Ita dixit Abb. in c. quia ſuper, de iudæis.

Priuilegium generaliter ſublatum a ſtatuto non intelligitur de clauſo in corpore iuris. ſed de ſpeciali, uide inf. in uer. ſtatutum. uer. 72.

Poſſeſſionis cõmodum magnum eſt, quia dat facultatem poſſidenti reſiſtendi de facto, & ſuper hoc poteſt implorare officium iudicis, ut eum defendat. Flor. in l. quemadmodum. § ſi protectum, ff. ad l. Aquil. in. pro hoc eſt tex. ſingularis. & ibi Bal. in l. ſi ſeruus. C. quod cum eo.

Pauper, qui non poteſt domum ſuam reficere propter impotentiam, poteſt permittere illam ruere, nec poteſt com-

pelli ad reficiendum ſecundum Pau. de Caſt. per illum text. in l. ſed an ultro, §. 1. in fi. ff. de neg. geſt.

Q

QVando in lege reperitur ratio ſcripta, etiam ſi ſit correctoria, extenditur de caſu ad caſum ex identitate rōnis, ut eſt gl. no. in cle. 1, in uer. eligantur, de elec. quam ad hoc allegat Alex. in l. ſtipulatio hoc modo, col. 3. de uerb. obl. Et hoc habet locum in caſu fauorabili: nam ſecus eſſet in odioſis, ut no. Ale. in l. properandum, in prin. C. de iud. faciunt quæ no. *Bar.* in l. Marcellus, in fi. illius prin. ff. ad Treb & idem *Bar.* in l. Gallus, §. & qd ſi tantum, ff. de li & poſth & docto. in l. ſi vero, §. de uiro, ff. ſol. mat. & Iaſ. in §. omnium, col. 7. inſt. de act.

Qui habet plura remedia, ſiquidē ſunt ad inuicem contraria, uno intentato, videtur alteri renuntiare, l. 1. C. de fur. & l. poſt diem, ff. de leg. commiſ. & l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribu. Si uero ſunt ad inuicem compaſſibilia, & tūc vno intentato alteri non renuntiatur, l. propter litem, §. 1. ff. de excu. tut. & l. nemo, ff. de exce. & l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſ.

Qui eximit marmora uel columnas a domo ſua cauſa uendendi ſeu negotiādi, punitur in hoc, quia talis contractus uenditionis eſt irritus, & uenditor amittit ꝑtium, & emptor tenetur ad duplum, quæ pena fiſco applicatur, l. ſenatus, ff. de contra. emp. & ſi talia ſint legata, illud legatum redditur ipſo iure nullum, l. cætera, in prin. & §. 1. ff. de leg. 1. & ratio poteſt eſſe, quam ponit iuriſconſul. in l. 2. § ſi quis nemine, ff. ne quid in lo. pub. ſ. ne ciuitas ędibus deformetur.

Qñ electa eſt induſtria perſonæ, non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum, l. nemo eſt qui neſciat, ff. de duo. re. & l. inter artifices ff de ſol. Ex quo datur limitatio ad l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulam, ff. de uer. ob. ubi dicitur, quod ſi locaui tibi opus faciendum, tu potes alii locare, ut nō procedat, quando eſſet electa induſtria perſonæ, per prædicta.

Qui tractat de damno uitādo, ſemper præfertur tractanti de lucro captando, ita no. Bar. in l. maritum, ff. ſol. mat. & docto. in l. cum mulier, eo. tit. quod ſingulariter limita, niſi ille, qui tractat de dāno, incidiſſet in illud damnum culpa ſui, uel ſuo facto, quia tunc non præfertur, ita ſingulariter uoluit Bal. per illum tex. in l. 2. C. de cond ob tur. cauſam.

Qui literas, quas portabat alii deferendas, aperuit, & alteri oſtendit, punitur pena falſi, idem eſt, ſi illas literas aliquo modo deleuerit, uel non reſtituit ei, cui dare rogatus erat. *Bar* in l. Titio, in 1. q. ff. ad munici. per tex. in l. 1. §. is qui depoſita, ff. de falſ. & l. ſi quis aliquid, §. inſtrum. ff. de pæn. Sed ſi ipſe ſolus legit, nec alii oſtendit, punitur crimine ſtellionatus, ſecundum Bar in l. 2. ff de falſ.

Quilibet præſumitur uiuere per centū annos, niſi cōtrarium probetur, l. fi. C. de ſacr. eccl. & no. Ab. in c. in præſentia, extra de ſpōſ. ubi ponit materiam auth. hodie, C. de repu. ſ. ꝙ mulier nunquā pōt ſecundo nubere, niſi habeat certū nuntium de marito, qualiter eſt mortuus, ex quo ſemper præſumitur uiuere per d. l. fi. ſecus autem in ſponſalib. de uerbo de futuro, ſi nō ſit ſecuta copula carnalis, ut ibidem per Ab. & habetur in c. de illi, ext. eo. ti. Adde tamen, quod iſta præſumptio tollitur per vnum teſtem deponentem de morte, gl. eſt ſing. quam ibi ſequitur Bar. in l. 2. § ſi dubitetur, ff. quemad. teſt. ape.

Qui facit actum a lege prohibitū, ſemper præſumitur in mala fide, ita eſt no. doctr. Bar. in l. quemad. C. de agri. & cēſ. li. 11. & Abb. in c. in præſentia, in fi. extra de ſponſa. & idem Ab. in ca. conſultationib. ext de iure pat.

Qui negat id, quod eſt cauſa ſui beneficii amittit illud beneficium, tex. eſt & ibi Bar. in l. ſi dubitetur, §. ita demum, ff. de fideiuſſ. & l. ſi unus, §. ñ ff. pro ſocio. & l. ſed hoc im, in fi. ff. de re iud. & *Bar.* in l. etiam, § licet, ff. ſol. mat. ꝙ intelligas, qñ conuincitur de mendatio. Limita tamen hoc, niſi eum pæniteret ante litem conte. quia tunc recuperat illud beneficium, ita per Ang. & Alex. in d. §. ita demum, & plene per Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, 15. col. in fin. inſt. de act. & uide plura per Iaſ. in l. fi. col. 1. C. de fideic.

Qui

Qui allegat aliquem uſū ſpālem, ſeu fallentiam a regula iuris communis, debet illam probare. c. ad decimas. de reſti. ſpol. lib. 6. de quo uide plene Iaſ. in l. 2. colu. 7. ff. ſiquis in ius uo. non ierit.

Qui dicit ſe eſſe talem, debet probare ſe talem eſſe. l. non ignorat. C. qui accu. non poſſ. quod ſane intelligas, ſecūdum Bal. ibi, ſi opponatur uel negetur ſe eſſe talem.

Qui facit actum a iure prohibitum, præſumitur calūniari. ita dixit Bald. quē ſequitur ibi Alexa. in l. ſi idem §. quod ſi inmutq. ff. de iur. om. iu. ſicut etiam accuſans criminaliter ſi non probat præſumitur calumniator, ita dixit Bal. in l. criminis. C. qui accu. non poſſ.

R

Res aliena licet uendi poſſit, l. rē alienam. ff. de contra. empt. & ē legari, l. Gaius. ff. de pig. act. & hoc teſtatore ſciēte, alias legatum non detur. l. ſi res obligata. ff. de le. 1. & inſt. de leg. §. non ſolū. tamen non pōt pignorari, inuito uel inſcio dño. l. aliena res. ff. de pign. act. & l. ꝗ prædium. C. ſi res alie. pig. da. ſit. Et ratio eſt, quia debitor pignorando eſt neceſſe, quod transferat ius in re, quod nō poteſt facere in re aliena, cum ipſe non habeat, ut no. glo. in l. rem alienam, & glo. in l. ſi deiuſſor. §. pater. ff. de pig.

Relicta ab inſtituto cenſentur relicta & a ſubſtituto. l. licet, de leg. 1. Fallit, qñ teſtator legaſſet ab inſtituto expreſſo ꝓprio nomine, quia tale legatum non cenſetur repetitum a ſubſtituto, ut not. Bat. in d. l. licet, per l. ſi plures. de leg. 3. Intelligas tamen prædicta de ſubſtituto uulgariter, nam ſi pupillariter, non cenſentur ab eo repetita. Verum tenetur præſtare ea, tanquam hæres impuberis, & ſic tanquam æs alienum. leg. in ratione. §. quod uulgo. ff. ad l. Fal. & Bart. in d. l. licet.

Regula, ubi cæptum fuit iudiciū, ibi debet terminari, limitatur, niſi eſſet præiudicium alterius iuriſdictionis. ita not. Bald. in c. Imperialem. §. præterea. col. 3. de prohi. feu. alie. per Frede. & Imo. in l. ubi cæptum. de iud. Item limitā ut per Bart. in l. quamuis. de damn. inf.

Redibitoria actio eſt duplex, quædam durat per ſex menſes, & de iſta loquitur tex. in l. ſciendum. § fi. & l. ſi tamen. ff. de ædil. edic. quæ competit, quando animal uenditum, eſt repertum morboſum, quædam uero datur inf. duos menſes, & iſta datur, quando uenditor nō uult præſtare cautionem emptori de uitiis rei uenditę, nam tunc emptor poteſt redhibere rem inf. duos menſes, etiam ſi non ſit morboſa. de qua loquitur tex. in l. ſi uenditor, & ibi glo. ff. de ædi. edict. Elapſis autem ſex menſib. in prima actione datur actio quāti minoris, quæ durat per alios ſex mēſes, ut d. l. ſciendum. §. fi. & iſta quanti minoris, eſt duplex, prętoria, & ciuilis, prętoria datur tantum pro rebus a prætore inductis. ſ. pro ſeruis, ut l. 1. in prin. ff. de ędi. edicto, & pro reb. prætioſis uenditis, ut l. emptori. ff. de euic. Item durat per annū tantum, ſicut aliæ actiones prætorię, ut inſt. de perpe. & tempo. actio. §. 1. item datur quanti minoris eſſet de iure communi, ſeu de communi æſtimatione. Ciuilis uero datur perpetuo, & pro omnibus aliis rebus præter ſeruum, et rem prætioſam, & datur quanti minoris empturus eſſem, & ſic reſpicit affectionem, ut not. glo. & plenius Bar. in l. Iulian in prin. ff. de actio. emp. Ex quibus reſultat alia differentia, quod ſtipulatio duplæ, quæ interponitur pro euictione rerum a prætore inductarum, eſt prætoria. & datur de neceſſitate, immo etiam ſi nō fuerit præſtita, eſt præſumptio & iuris & de iure ꝙ ſit præſtita. l. quod ſi nolit. §. q. aſſidua. ff. de ædil. edict. ſtipulatio uero, quæ datur pro euictione aliarum rerum, eſt ciuilis, et uolūtarie promittitur de dupla, nā niſi dupla apponatur, uenit tantum ſimplū, l. pe. C. de euic. et d. l. emptori. & no. Bar. in l. 4. §. Cato; col. . de uer. ob.

Reſtitutio in integrū hodie datur inf. quadriennium continuum. l. fi. C. de tēp. in integ. reſ. licet olim dabatur inf. annū utilē, ut ibi dr̃, & hoc habet locum tā in minorib. quam in maiorib. Intellige tñ ꝙ inf. iſtud quadrienniū dēt non ſolum reſtitutio peti, ſed & cauſa finiri, ut d. l. fi. i uer. finiendā litem, &c. & ibi no. Bar.

Reſtitutio in integrum cōpetens minori, ſeu mulieri, trāſit ad hæredes l. non

ſolum.& ibi gl.& Bar.ff.de in integ.reſt. & l. Pantonius in prin.ff.de acq hær. Quod limita procedere, ſi talis reſtitutio incepit competere minori, vel mulieri ante mortem ſuam,nam tunc tranſit ad hæredem,etiam maiorem,ſeu talem, qui non poterat in integrum reſtitui,ſecus ſi non incepit in perſona defuncti,ut no. Bar.in l.quia tale,ff.ſol.mat.& Dyn.in c.priuilegium,de reg.iur.lib.6. Fallit tamen in caſu dictæ. Pantonius. vbi de æquitate datur reſtitutio hæredi, quæ nondum inceperat in perſona defuncti, de quo uide Bar.in d.l.non ſolum. Hæc tamen regula fallit in caſu ſingulari, quem ponunt gl. & Bart.in l.paterfam.ff.de petit.hæredi. vbi ſubſtitutus ſuccedens pupillo,nõ poteſt per beneficium in integ. reſti.ſe abſtinere ab hæreditate, licet pupillus potuiſſet,& ratio eſt, quia adeundo uidetur approbaſſe uoluntatem defuncti. l.patris pupilli,ut ibi dicitur.

Res exiſtens in aliqua ciuitate,licet ex vigore alicuius ſtatuti non poſſit alienari in forenſem, tamen ſi teſtator grauat hæredem ſuum,quod vendat fundũ ſuũ forenſi,valebit venditio, nec talis caſus mixtus comprehendetur ſub ſimplici, cũ ſimus in odioſis.l.uim paſſam. §.præſcriptione.ff.de adul. & dixi ſup.in uerſi. mixtum.ita uoluit Alex.in l.ſi ubi. ff.ſi cer pet. Ex quo infertur,quod res minoris,licet alias non poſſit alienari ſine decreto l.lex quæ tutores.C.de adminiſt.tut.& l.magis puto.ff.de re.eo.& to.o.tit. C.de prædi.min. tamen hoc non habet locum quando teſtator grauaſſet hæredem ſuũ minorem uendere,quia tunc ualet uenditio,etiam ſine decreto,l.prima,& l.penu. C. quando decre. opus non eſt. & de eo quod dixi in præcedenti no.uide Alexan. in l.ſenatus,ff.de le. 1.qui melius & plene loquitur.

Res empta ex pecunia aliena non poteſt a domino pecuniæ vendicari tanquã ſua.l.ſi ex ea pecunia. C.de rei uend.quia fieret compenſatio de quantitate ad ſpeciem,quod non eſt permiſſum in iure.l.ſi conuenerit l.2.ff.de pign.actio. Fallit tamen in milite qui poteſt rem emptam ex ſua pecunia uendicare, l. ſi ut proponis. C.de rei uend. Fallit ſecundo in eccleſia, ut no. Bar.in d.l.ſi ut proponit. Fallit tertio,in minore,& hoc,quãdo res eſſet empta a tutore uel curatore de pecunia minoris,l.2.ff.quando ex fact.tu.alias ſecus ſi ab alio,ut per Bart.in d.l. ſicut proponis. Fallit quarto in clerico, ut per Abb. in conſi.94.uol.2.colu.2. & probatur ex his quæ no.gl.in l.miles,in princ.ff.de re iudic.ubi equiparat militem clerico,quia quemadmodum miles non poteſt conueniri,niſi in quantum facere poteſt, ita & clericus, qui eſt miles cæleſtis militiæ. Idem probat glo.in l.ſtipendia.C de exe. rei iud.quæ dicit,quod ſicut in ſtipendiis militum non poteſt fieri executio, quando ſunt condemnati, ita etiam in præbendis clericorum, niſi in ſubſidium in vtroque caſu. Idem probat Bart.in l.affectionis.ff.de dona.ubi dicit, quod ſicut donatio facta meretrici a milite non ualet,ita etiam illa quæ fit a clerico. An autem res empta ex pecunia dotali efficiatur dotalis,& ſic poſſit a muliere uendicari glo.in l.ex pecunia. C.de iure do. tenet quod non, niſi in ſubſidium. Tu autem uideas plene Alexã. in l.ſi cum dotem.§.ſi. ff.ſol.mat.

Res,quæ prohibetur alienari, prohibetur etiam obligari, ſeu dari in emphiteoſim.caſus eſt no.in l.fin. C.de reb.alie. Ex quo infertur,quod tutor, qui prohibetur alienare rem pupilli ſine decreto.prohibetur etiam dare in emphiteoſim. Secundo infertur adid,quod uoluit Alex. in l.ſi ſi ſolutam.§.ſi uir in quinquennium.ff.ſol. mat.quod maritus,qui non poteſt alienare rem dotalem, minime poterit eam in emphiteoſim dare ſeu locare per decem annos,quia talis locatio habet uim alienationis,ut ipſe dicit, cum per eam transferatur dominium utile.l.1.§.qui in perpetuum,ff.ſi ag.vect.vide Bar.in l.in quorum.ff.de pign.

Res minoris licet vendi non poſſit, tamen ſi fuerit de facto uendita. & minor factus maior talem alienationem ratam habuerit confirmatur alienatio,niſi eſſet deceptus ultra dimidiam iuſti pretii l.1. C.ſi ma.fac.alie.ra. ha. Item limita, niſi minor ſteterit per quinquennium in maiori ętate, & non reprobauit alienationem, quia tacite uidetur alienationem

ratam

rationem habere, ita eſt text. quem reputat ibi ſingularem Bar. in d. ſ. Cato ait.

Regula, aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, ut l. 2. §. 1. ff. ſi certum pet. Fallit in caſu ſingulari d. l. §. penu. ff. de relig. ubi ille, qui debebat ſeruitutem per unum locum poteſt inuito creditori dare per alium locum, ſi ille locus uolebat fieri religioſus.

Res debita ſi pereat poſt moram, infra tamen tempus purgationis moræ, an pereat periculo debitoris. uide ſup. in uerſic. obligatus ad aliquã rem &c. iux. fin.

Rei appellatione an ueniat ſpes. Dic, quod ſic, per tex. in l. nomina. ff. de hære. det. act. ven. voluit Fran. de Cur. in addit. ad Ale. in l. 1. col. 3. ff. ſi cer. pet. unde qui vendit omnes res ſuas, uidetur uendere etiam & ſpem. An autem appellatione rei veniant ſerui, & nomina debitorum, vide Ang. tenentem quod ſic. in l. 1. ff. de ſta. hom. & ita per Arch. in c. auro. 40. diſt. & an ſit differentia inter res & bona. vide gl. & Bar. in l. ſi de vſufr. l. & in l. ſi cõſtante, col. 1. ſol. mat.

Rei vendicatio datur contra poſſidẽtem. l. 1. C. de alie. iu. mu. ca. fact. l. in rem. ff. de rei ven. Item contra dolo deſinentẽ poſſidere. l. partem, & l. qui dolo. ff. de regul. iur. & l. ſin autem. §. ſed & is. ff. de rei uen. ita demum ſi poſſeſſor deſiit poſſidere poſt lit. conteſt. ſecus ſi ante, quia tunc competit actio in factum ex titulo, de alie. iu. mu. ca. fa. ita no. Abb. in c. 1. in fin. extr. de alie. iu. mu. ca. fa. quem refert Iaſ. in §. omnium. col. 13. inſtit. de actio. Datur etiam rei vendicatio contra deſinentem poſſidere lata culpa, uel etiam leui, poſt lit. conteſt. ita Bal. in d. l. 1. colu. fin. C. de alie. iu. mu. ca. fa. Datur etiam contra naturaliter tantum poſſidentẽ. l. officium. ff. de rei ven. & etiam contra ciuiliter tantum, ut l. cuiuſcunque. §. ſi fundus ff. de vſufr. & contra quemlibet detentatorem, & habentem facultatem reſtituendi, ut dicta leg. officium. in fi. Requiritur tamen in rei uendicatione, quod poſſeſſor ſaltim tẽpore rei iudicatæ, poſſideat, licet tempore lit. conteſt. non poſſederit, ut d. l. ſin autem. §. poſſidere, nam ſi tempore lit. conteſt. poſſidebat, tempore uero rei iudicatæ deſiit poſſedere, non dolo vel culpa, non poteſt condemnari rei vẽdicatione, ut d. §. poſſidere. Quid autem ſi reus conuentus dicat ſe poſſidere, cum non poſſideat, dic, aut actor ignorat, quia putat eum poſſidere, & tunc ſi reus durauit in eadem voluntate poſt lit. conteſt. non poteſt amplius eum pænitere, ſed cõdemnatur. Si uero ante litem conteſt. diſceſſit a lite non condemnatur leg. is qui ſe obtulit. & ibi glo. ff. de rei uendic. Aut actor ſcit eũ non poſſidere, & tunc quandocunque poteſt reum pœnitere, & ſibi imputet actor, qui a ſe ipſo decipitur. le. qui ſe liti. ff. de pe. hære. & l. nam & ſi. ff. de rei ven. An autem ſi lata ſit ſententia contra dolo deſinentem poſſidere, poſſit contra eundem fieri executio, dic, quod ſic ut no. Bar. in l. 1. §. neceſſario. in fi. ff. ſi uen. tris no. mul. &c. & Bald. in d. l. 1. C. de alie. iu. mu. ca. fa. & Bartol. in l. ſi quis miſſum. §. iudex. ff. de dam. infect. & licet non habeat quid reſtituat, tamẽ cõdemnabitur ad intereſſe, ut eſt text. in dic. §. iudex. Executio autẽ contra eum, in quẽ alienatio facta eſt, non poteſt fieri ex eadem inſtantia, ſed ex alia ſic, ut d. §. neceſſario. Quid autem, ſi actor tempore lit. conteſt. non erat dominus, ſed tempore rei iud. ſuperuenit ſibi dominiũ, an poſſit fieri executio ex eadem inſtantia, dic aut actor intentauit rei uendicationem generaliter, nõ expreſſa cauſa puta, quia dixit, dico talem rem ad me ſpectare iure dominii, & tunc quandocunque ſuperueniat dominium poteſt fieri condemnatio ex eadem inſtantia. Aut intentauit ſpecialiter, & expreſſa cauſa ut quia dixit, talem rem ad me ſpectare ex cauſa emptionis, & tunc, aut dominium ſuperuenit ex cauſa de præterito, & ſequitur condemnatio ex eadem inſtantia, aut ex cauſa de præſenti, & tunc ſecus, quia requiritur alia inſtantia & in hoc differt actor a reo, quia ſufficit reum poſſidere tempore rei iudicatæ, non autem ſufficit actorem eſſe dominum tempore rei iudicatæ ita ſingulariter voluit Barto. in l. de am. eadem. §. actiones. in fin. ff. de except. rei iud. & Ang. de Are. in §. omnium. in 10. & 11. colu. inſtit. de actio. & ibi plura,

vide

vide etiam per Iaſo.in 13. colu.qui pulcra dicit.

Reſcriptum principis,quod in totum abſorbet ius alienum,non ualet tãquam contra legem.l.quoriens.C.de preci.*Impe*.offi.& l.Cauſas.Co.de tranſ niſi in eo ſit apposita clauſula,tali lege non obſtante &c.ut le. ſi quis in princip.teſtamenti. de leg.3.vel etiam in genere ſcilicet non obſtante quacunque lege in contrariũ diſponentes. Secus ſi diceret, non obſtante tranſactione, quia nihil operatur, nec per hoc derogatur legi, debet enim facere mentionem de lege diſponẽte, non autem de tranſactione. *Ita* voluit Pau.de Caſt.in d.leg.cauſas, & ui de Barto.in l.fin.C.ſi contra ius vel vti. publ.

Regula,ſemel malus, &cæt.limitatur multum ſingulariter non procedere,vbi quis per tres annos retro fuiſſet continuo bonus,quia tunc ceſſat præſumptio quod malus reputetur in eodem genere mali. Ita ſingulariter uoluit Ang.in auth.de monachis.§.1.col.1. & Iaſ.in l ſi fideiuſſor.§ fi. col.pen. ff.qui ſatiſ.cog.& ibi etiam *A*le.

Ratihabitio retrotrahitur ad tempus geſti negotii.l.fin.C.ad Macedo.& capi. cum quis,de ſen.excom.lib.6.Quod ſingulariter limita non habere locum,quãdo actus ratificatur ab eo,cuius nomine geſtus non eſt,quia tunc non retrotrahitur,vt voluit Bar.in l.ſi uxor.§.ſiquis vxorem, per illum text.ff.de adult.& Alexan.in leg.cum fundus.§.ſeruum tuum colum.5.ff.ſi cert. pet.Item limita, niſi interueniat actus impertinens in medio ſecundum Bart.in l.ſi in debitum.§.fi.ff. rem rat.ha.& Iaſo. in leg.Pomponius.§. quæſitum.ff.de acquirenda poſſ.& Bal.in d.l.fi.

Regula,dolo facis petere quod reſtituturus es,ad ſciendum,quando habeat locum diſtingue ſic de mente Barto.in leg. ſi ſocer.§.Lutius.ff.ſolut.matri.Aut quis petit ab eo,cui eſt reſtiturus, aut petit ab vno,& alii eſt reſtiturus, Primo caſu,aut debitum non eſt liquidum,& non obſtat illa regula, leg.1.§.rediguntur.ff. quorum lega.*A*ut debitum eſt liquidum & tunc,aut reſtitutio debet fieri in continenti,& obſtat.in l.in dolo.ff.de doli ex cep.& c.dolo de reg.iur.lib.6.& l.in condemnatione.§ fi.ff.de reg.iur. *A*ut ex interuallo,& tunc,aut erat dilatio, quæ reſpiciebat ipſam obligationem, & non obſtat,ut l fi.§.1.ff.ut leg.nom.cauea.aut erat dilatio præſtita miſerationis cauſa, de qua in l.ſi cum militi.§. 1.ff.de compenſa.& tunc,aut ſumus in petente, puta in eo,qui petit id,quod nunquam dedit, & obſtat,ut d.§.Lutius. in fi.*A*ut ſumus in repetente,& tunc non obſtat,vt leg.1. Codic.ſi dos conſta.matri.Secundo caſu principali.ſ.quando reſtitutio erat faciẽda alteri, dic, aut ille, qui petit debet reſtituere tertio, qui tertius tenetur reſtituere idem ei,a quo petitur,& obſtat, vt leg.ſi donaturus, in fin.ff. de condit. ob cauſam. Aut tertius non tenetur reſtituere ei, a quo petitur, & tunc ceſſat prædicta regula. Ita eſt caſus in d.§. Lucius.

Regula,dolo facis &cæ. an habeat locum in poſſeſſorio, diſtingue de mente Dini in cap. dolo de reg.iur.lib.6.quod. Aut ſumus in poſſeſſorio adipiſcendæ vel retinendæ,& habet locum,ut leg.fin. ibi,ſin autem &cæt.C.de edicto di.Adri. tol.ubi ſi quis petit ſe hæredem, & alius ſimiliter petit ſe hæredem inſolidum, qui primo petebat, poteſt repelli, quia dolo facit,petere id, quod eſt reſtiturus in caſu ſuccumbentiæ.*A*ut in poſſeſſorio recuperandæ, & non habet locum, vt l.ſi quis ad ſe fundum.Cod ad l.Iul.de vi.& l.ſi quis conductionis.C.loca quia ante omnia ſpoliatus debet reſtitui nulla obſtante excep.cap.1.extra de reſtitu. ſpo.& le ſi coloni.Cod.de agric.& cenſi. Quod limita, quando opponens ſtatim vellet docere de iure ſuo. ſecundum Bar. in l.1.§.quorum lega. ſed in poſſeſſorio recuperandæ indiſtincte non procederet ſecundum Bald.in d.le. ſiquis conductionis,& Dyn.in d c.dolo,& c.qui ad agendum.

Reus alicuius criminis, ſi accepit corpus Chriſti in vna die, non poteſt ea die ad mortem damnari, immo debet expectari per tres die poſt. Ita tenuit

Hoſtie.

Hoſtie. in ſumma de immu. eccl. §. in quantum. quem ſequitur Barba. in addi. ad Abb. in c. ſane. extra de cele. miſſ.

Regula Cathoniana habet locum tantum in legatis puris, quæ cedunt à morte teſtatoris, ſecus in his, quæ cedunt ab adita hæreditate, ut in legato uſufructus l. Cathoniana. ff. de reg. catho. & no. glo. in l. quod in rerum. §. 1. de leg. 1. Idem eſt in legato facto ſeruo manumiſſo, uel legato, ut leg. hæredis §. fin. & leg. cum legato. ff. quando dict. leg. ce. Ex quo ſequitur, quod minime habet locum in legatis ſub conditione, ut leg. cætera. §. 1. de leg. 1.

Repulſa teſtium, quæ non fuit oppoſita in cauſa principali, an poſſit opponi in cauſa appellationis; dic, quod ſic, dum modo opponens non faciat animo calumniãdi, ita tenent communiter doct. in c. præſentium, de teſti. & Aret. in c. ex parte. eo. tit. & tenet expreſſe gloſ. & Abb. in c. 1. de excep. vbi Abb. allegat rationem, nam appellatio reſcindit ſententiam, & ducit cauſam in eo ſtatu, in quo erat tempore litis conteſt. in cauſa principali, ſecundum doct. in leg. ita demum. C. de procur. vnde cum iſta repulſa poterat tunc opponi, non mirum, ſi nunc opponi poteſt, ut ibi per eum. uide tamen *Iſer.* in conſtit. iuriſperitorum, ubi limitat illud procedere in repulſa falſi tantum.

Rex quilibet dicitur habere fiſcum. Ita Iſer. in c. 1. §. ſimiliter, circa prin de Capi. Corradi.

Releuium eſt certa pecuniæ quantitas, quæ præſtatur in materia feudali ab hærede feudatarii domino, pro noua inueſtitura, & iſta quantitas debet aſcendere ad medietatem ualoris fructuum, & tale releuium ſolum præſtatur ab hærede, non autem ab emptore, uel donatario, hæc omnia declarat Iſer. in ca. 1. §. ſed ſi plures per quos fiat inueſtitura, & in capit. 1. §. ſimiliter, de Capi. Corradi. Sed in emphiteota eſt quinquageſima fructuum, ut l. fin. C de iure emphi. quæ præſtetur ab eo, qui emit à primo emphiteota de conſenſu domini, & præſtatur ipſi domino, ut eſt gl. in d. l. fi. in verſicul. accipere, & in hoc differt a feudatario, quia ſecundus emphiteota, dato quod ſit emptor, præſtat tamen releuium, ut dicit etiam Iſern. in d. §. ſimiliter, ubi ſimiliter dicit in 2. colum. quod releuium debet præſtari, quando hæres iurat fidelitatem domino: & propterea dicit ipſe multum ſingulariter, quod minor non tenetur ſoluere releuium, quia non iurat, niſi quando eſt effectus maior, dato quod ſit hæres, ut dixit idem Iſern. in ca. 1. §. ſi minori, ſi de feu. fue contro. unde tunc ſoluet releuium. Scias tñ, quod iſta noua inueſtitura debet tunc peti infra unum annum, & vnum diem, vt declarat Iſern. in dict. §. ſi minori, & in capit. ſancimus, quod tempore miles, & plenius in capit. 1. in princip. de Capi. Corradi.

Regula reperitur quandoque, quæ nullam patitur exceptionem, ita not. Abb. in cap. licet. 7. not. de regulari. quamuis gloſſ. in cap. 1. de reg. iur. in 6. dicat nullam eſſe regulam, quæ non patiatur exceptionem.

Res prohibita alienari poteſt in dotem dari, ita tenet Bart. in l. filiusfa. §. diui. column. 3. de leg. 1. Quod limitat ibi Alexand. column. 3. procedere, quando prohibitio eſt facta in teſtamento, & deſcendentibus, ſecus ſi in contractu uel extraneis.

Repræſaliæ poſſunt concedi non ſolum ob iuſtitiam denegatam, ſed etiam, quando iudex eſt in mora exequendi iuſtitiam, ſeu princeps, uel dominus, ita Bald. in c. 1. colum. 1 de mili uaſ. qui contu. eſt.

Regula, qui prior in tempore, potior eſt in iure, de qua in l. ſi fundum. Co. qui po. in pi ha. & in leg. 2. eo. tit. & in leg. potior. & l. qui balneum, ff. eod. titu. habet locum in creditoribus agentibus actione reali tantum, puta hypothecaria, non autem in perſonali: nam in perſonali creditores concurrunt abſque prærogatiua temporis. gloſſ. eſt not. in leg. fin. §. in computatione, in uerſic. ſeruanda. C. de iure deli. & gloſſ. in leg. 1. Cod. de priui. dotis. & gloſſ. & Bartol. in leg. priuilegia. ff. de priui. credi. & Bald. in Margarita ſua in uerſicul. regula, qui prior & L y. in regula, qui prior. de reg. iur.

iur.l.b.6.& Alexa.in l.ſunt qui.colu.2.ff. de re iud.

Regula, quæ ſe habet,quod facilius datur retentio,quam actio.leg.iuriſgentium.§.igitur.ff.de pact.& leg.1.§.ſi autem.ff.de ſuperfi. limitatur,ut procedat, quando id,de cuius retentione tractatur, erat aliquo iure debitum, ſaltim naturaliter,ſecus ſi nullo iure, quia tunc a pari procedunt,& ualet tunc arg.cui non cõpetit actio, minime exceptio, & econtra cui competit exceptio,competit & actio ut eſt tex.iuncta glo.in l.legatus,la 2. §. 1.ff de leg.& l.1.§.diuus & ibi gl.& Bart. ff de ua.& extraor.cogn.Hanc limit.tradit ſingulariter Ale.in l.diem functo.col. 4.ff.de offi.aſſ.

Renuncians generaliter omni remedio ſibi competenti ſeu exceptioni, non uidetur renunciare remedio extraordinario,ſed tantum ordinario,& competenti de iure communi,unde nunquam intelligitur renunciatum officio iudicis competenti de iure ſpeciali.gloſſ.eſt not.in l. poſtquam liti.in gloſſ.fin.C.de pact.per quam ita ſingulariter dixit ibi Iaſ.ubi inducit illam gl.ad quinque & ibi omnino uide per eum,Idem etiam dixit Iaſ.in l.1. col.8.ff.de iur.om.iud.ubi plura dicta allegat,in quibus competit officium iudicis,quamuis non competat exceptio.

Regula,quæ ſe habet, quod ſemel dominus, non poteſt amplius effici dominus,de qua in l.ſequitur.§.lana.ff.de uſucap.& in l.proprias.C.de lega.& in leg.& an eandem.§.actiones.ff.de except.rei iudi.& in §.ſic itaque,inſtit. de action.& §. ſed ſi rem, inſtit de leg.limitatur,ut non procedat, quando quis uellet deſinere eſſe dominus ex prima cauſa,quia tunc poteſt ex noua cauſa effici dominus, ita dixit Alex.in l.3.§.ex contrario.colu.2. ff. de acq poſſ.Item limitatur,ut non procedat, quando quis eſſet dominus de iure ſpeciali,& reuocabiliter,quia tunc poteſt effici dominus de iure communi, & irreuocabiliter.le.in bello.§. ſi quis ſeruum. ff.de capti.& l.ex ſextante. §. Latinus. ff. de ex.re.

Reſcriptum ſeu moratoria uel ſaluus conductus conceſſus alicui debitori non extenditur ad debitum iuratum, niſi de iuramento ſit facta mentio.ita plene Alexan.in conſi.18.col.4.uolum.2.quem ſequitur Iaſ.in l.quotiens.C. de præci.impe.offen.Sed quando fit mentio de iuramento,tunc reſcriptum deberet concedi a Papa,qui poteſt iuramentum remittere.ut no.Abb.in c.conſtitutus.colu.2 de reſcrip.ubi dicit.quod nunquam Papa intelligitur remittere iuramentum, niſi de eo faciat mentionem in reſcripto.Immo plus dixit Alexand.in conſil.38. prædicato. quod tunc reſcriptum præſumitur ſubreptitium,quando in eo non fit mentio de iuramento.Item ſcias etiam,quod quamuis princeps utatur clauſula, non obſtante, ſeu qualibet alia derogatoria, tamen nunquam cenſetur tollere actum iuratum, niſi ſit reſcriptum Papæ,& faciat mentionem de iuramento. ita dixit Abb.in cap.1.in 8.no.de his quæ fiunt a ma.par.cap.per glo.ſing.in cap.cum non deceat.in glo.fi.de elect.lib.6.& Alexa.in conſi.27.in fi.col.uol.1.& conſi.125.uolu.1.& conſi.102.col.2.uol.4.& Roma. conſi.435.& Iaſ.in d.l.quotiens.quæ perpetuo notanda ſunt. Et quod actus iuratus non poſſit tolli per principem ſecularem, uide unam optimam additionem Franc.Cur.ad Alex.in l.cum hæredes.in prin.ff.de acqu.poſſ. & de prædictis uide etiam Ant.Corſe.in Rub.de iure i.in 22. priuilegio.& Iaſ.in l.fin.ff.qui ſatiſ.cog. ubi plene examinat.

Reconuentio,quæ ſtatim liquidari nõ poteſt,non admittitur contra debitum liquidum.ita dixit Bal.in l.neque, Cod.de compenſa Item in cauſa ſummaria,quæ celeriter uel executiue expediri debet, non admittitur reconuentio de alia cauſa,quæ maiores dilationes requirit. cap. cum dilectus de ord.cog.& ibi per Ioan. And.& Spe.in ti.de reconuen.§. nunc dicamus uerſi.ſed nec habet locum.& gloſ. & ibi Card.in cle.ſæpe §.non ſic tamen. de uerb.ſign. Et ratio utriuſque dicti eſt, quia cauſa reconuentionis debet una & eadem ſententia terminari cum conuentione.ut no.Bar.in auth.& conſequenter. Co.de ſent.& Abb.in cap.1. de mut.pet. quod tunc fieri non poſſet. Et ex hoc infertur,quod cũ cauſa depoſiti habeat executionem paratam,& ſit ſummaria.l.pe. & ibi

& ibi Barto. C. depo. & Alex. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. contra eam nõ admittitur reconuẽtio. & hoc in propriis terminis uoluit Bar. in d. authent. & conſequenter. in uerſic. quæro vtrum liceat actori. &c.

S.

SVbſtitutione pupillari facta pluribus filiis, ſi unus moriatur, non admittitur ſubſtitutus, ſed alii ſuccedunt ex præſumpta mente teſtatoris. Vnde niſi ultimus moriatur in pupillari ætate, ceſſat ſubſtitutio, ut eſt gl. in l. ſi pater impuberes, ff. de uulg. & pup. per tex. in l. pe. C. de impu. & uide plene de hoc articulo Alexand. in l. hæredes mei, §. cum ita in 8. & 15. col. ff. ad Treb. ſecus eſſet ſi ſubſtitutio eſſet facta extraneis, quia uno moriente admittitur ſubſtitutus, ut habetur per Alex. in d. l. ſi pater & in d. l. pen. per tex. in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Treb.

Sententia dicitur habere præſumptionem pro ſe, ut ſemper præſumatur uere, & iuſte lata, ut l. res iudicata. ff. de reg. iur. & in c. in præſentia. ext. de renun. & not. gloſſ. in l. non uidetur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. Hoc tamen intelligas uerum, niſi fuerit ab ea appellatum, quia tunc non præſumitur pro ea, ut in §. illud quoque. in auth. de his qui ingre. ad ap. & no. Ab. in d. c. in præſentia, in 3. col. & Alexã. in l. qui Romæ, §. duo fratres. col. 7. de uerbo. ob. & idem Abb. plene in c. quoniã contra. col. 10. ſuper glo. fi. de probat. & idem dicas in laudo, a quo reclamatur ad arbitrium boni viri, ut non præſumatur pro eo, ut dixit Alex. ibidẽ in d. §. duo fratres. col. 7. & pro præſumptione ſententiæ uide tex. in l. Herennius. § Gaia. ff. de euict. & c. cum inter. de re iud.

Subſtitutio pupillaris facit ſubſtitutũ ſuccedere principaliter ipſi pupillo, adeo quod ueniunt in tali ſubſtitutione non ſolum bona teſtatoris, ſed etiam bona pupilli aliunde quæſita. l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos. ff. de uulg. & pupil. quia dicitur eſſe teſtamentum pupilli. l. ſecunda, in prin. eod. tit. Sed per ſubſtitutionem fideicomm. ſuccedit ur tantum teſtatori & non ueniunt bona inſtituti. l. cohæredi. §. cum filiæ in fi. eod. ti. & not. Alexan. in d. §. ad ſubſtitutos. Idem dicas ſemper, quando aliqua ſubſtitutio compendioſa valeret, ſiue iure directo, ſiue per fideicõ. ultra pubertatem, quia ſucceditur teſtatori, & ueniunt tantum eius bona, non autem inſtituti. l. centurio. in fi. eod. titu.

Sententia lata ex conſilio doctoris, ſeu periti in arte, nunquam tranſit in rem iudicatam. Idem ſi lata eſſet ex præſumptione iuris ut eſt tex. no. in l. ſi qui adulteri. C. de adul. Idem in ſententia lata ex falſis atteſtationibus, ut l. diuus. ff. de re iud. & uide Alex. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſo. ma. Et licet Abb. tenuerit contrarium, in c. propoſuiſti. de proba. tamen reprehenditur per Alex. in præalle. l. & per doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. & facit totus titulus. ff. ſi ex falſ. inſtr. Idem dicas de ſẽtentia lata ex teſtibus deponentibus de credulitate, quia nunquam tranſit in rem iudi. ita dixit Barba. in ca. quotiens. in addi. ad Abb. de teſti. ubi allegat Anton. de But. qui hoc dicit in d. cap. propoſuiſti.

Socius, etiam in caſu, quo eſſet conuentum, quod non poſſit a ſocietate diſcedere, poteſt diſcedere, ſi alter ſocius eſt ſibi ita iniurioſus, quod nullo modo poſſit eum pati, nec tenebitur pro ſocio in tali caſu. l. ſi conuenerit. §. 1. ff. pro ſocio.

Statutum prohibens mulierem contrahere ſine cõſenſu duorum propinquorum, videtur prohibere etiam quaſi contrahere, & ſic per conſequens adire hæreditatem, iuxta tex. in l. 3. §. fi. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. ita tenet Bart. in l. mutum, §. 1. ff. de acquir. hæred. quem ſequitur plenius Iaſ. in § omnium. col. 7. inſt. de act. & hoc propterea, quia quando una ratio tantum eſt in ſtatuto, extenditur ad caſum improprium ex identitate rationis, ut eſt glo in clem. 1. in uerſ. eleganter. de elect. & uide Abb. in capit. qua fronte. de appel. Tamen communis opin. eſt in contrarium, ut tenet Alex. in d. l. mutum. §. 1. & ibi etiam Fran. de Are. qui reſpondet ad contraria.

Senatuſconſultum Macedo. ita demũ habet locum, ſi id, quod filiuſfam. accepit mutuo, non erat de ſuo expenſurus. alias diceretur factus locupletior; ſufficit enim.

enim quod ex pecunia non ſit effectus pauperior, ut teneatur, l. in pupillo, ff. de ſol. ſicut etiam dicimus in filiofam. accipiente pecuniam mutuo cauſa ſtudii, l. Macedoniani, C. ad Maced.

Statutum faciens mentionem de hærede, an extendatur bonorum poſſeſſorem, uidetur, quod non, nam ſtatutum debet intelligi ſtricte in proprio ſignificatu, non autem in fiſco, l. tertia. §. hæc verba, ff. de nego. geſt. Sed certum eſt, quod bonorum poſſeſſor non eſt proprie hæres. inſti. de bonor. poſſ. §. quos autem. vbi dicitur, quod eſt loco hæredis, & hæc dictio, loco, denotat im proprietatem. Et eſt glo. in l. mercis appellatione, ff. de ver bo. ſign. & l. hæreditatis. & l. hæredis. eo. tit. & l. ſeruos. §. eum qui. de leg 3. Tamẽ in contrarium eſt communis opin. ut refert Barto. in l. 1. §. bonorum, ff. ad Treb. Et rõ eſt, quam ponit ibi Alex. nam ſtatutum loquens in uno caſu, extenditur etiam ad alium caſum, qui ſub lata ſignificatione vocabuli largo modo comprehenderetur in caſu expreſſo. tex. eſt in l. ſi filium habeo, ff. ad Macedon. ſed ſublato hoc nomine hæredis remanet bonorum poſſ. ergo &c. Idem etiam tenent Bald. & Alex. in l. 1. C. unde lib. & doct. communiter in l. in conditionibus primum locũ §. ſi Patronus, ff. de cond. & dem.

Subſtitutio pupillaris ſi fuerit facta ꝑ hæc uerba, ſi hæres erit, & in pupillare ætate deceſſerit, talis mihi hæres eſto, nõ uitiatur, ut eſt glo. & ibi etiam per doct. in l. 1. in prin. ff. de vulg. & pupil. Et ratio dubitandi erta, ex quo enim per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo, & non teſtatori, teſtator ponendo illam dictionem, mihi, videtur uoluiſſe alterare naturam ſubſtitutionis pupillaris. Tamẽ reſpondetur duabus rationibus, quia licet ſubſtitutus ſit hæres pupillo, hoc tamen eſt immediate, ſed mediate teſtatoris, quia hęres hęredis, &c. l. fin. C. de hær. inſt. Secunda ratio eſt, quia illa dictio, mihi, remouetur de medio, & habetur, ac ſi non fuiſſet appoſita, l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. Ex quo infertur, idem eſſe in uulgari ſubſtitutione, ſi teſtator dixerit, ſi hęres non erit, talis ſibi hæres eſto, quia per vulgarem ſucceditur teſtatori, unde dictio illa, ſibi, remouetur de medio. Sed cum hodie ſoleant notarij conficere teſtamenta in tertia perſona, ut Titius fecit teſtamentum, & ſibi inſtituit talem, & ſi hæres nõ erit, talis ſibi eſto hęres, ſemper illa dictio ſibi intelligitur, ſcilicet teſtatori in dubio. ita ſingulariter decidit Bartol. in l. cum in teſtamento, ff. de auro, & argento lega. ubi plures notabiles quæſtiones ponit.

Subſtitutio pupillaris facta in dimidiam uel in partem bonorum, non dato alio cohærede ſubſtituto, extenditur ad totam hæreditatẽ, l. cohęredi, §. fin. ff. de vulga. & pupilla. Et ratio eſt, ne pupillus decedat pro parte teſtatus, & pro parte non, quod ius non patitur in pagano l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. ſecus autem, ſi teſtator dixit, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, Gaius hæres eſto in dimidiam, & nolo quod plus petere poſſit, quia tunc ſubſtitutio uitiabitur, nam teſtator uidetur uelle fieri contra d. l. ius noſtrum, quod ſibi non permittitur, nemo poteſt. de lega. 1. ita uoluit Barto. in l. quotiens, §. ſi duo, ff. de hæred. inſtit. ſimiliter dicimus in inſtitutione, ut ſi teſtator inſtituit Titium in fundo tantum nullo dato cohærede, quia hęres efficitur in totam hęreditatem, ratione prædicta, l. prima, § ſi ex fundo, ff. de hæred. inſti. Niſi teſtator prohibuiſſet, eum plus petere, quia tunc inſtitutio uitiatur, ut uoluit Barto. in dicto §. ſi duo, & in ſuo conſilio 177. incipien. Mattheolo Gratio li. Si vero eſſet datus cohęres, ualeret inſtitutio in illa parte tantum l. quotiens, C. de hęr. inſt.

Subſtitutio pupillaris facta per hæc verba, ſi hęres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, bona mea perueniant ad Titium, an habeat locum tantum in bonis teſtatoris, an etiam in bonis pupilli aliunde quęſitis. Et circa hoc Barto. in l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio, ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. indiſtincte uult, quod illa verba, bona mea &c. habeantur, ſi non fuiſſent adiecta, & ſubſtitutus admittitur etiam ad bona pupilli tamen Bar. reprobatur, ut tenet Ale. in l. 1. col. 1. ff. de uul. & pup. & uera opi. eſt ſcd̃m eum, ut di-

diſtinguamus, aut teſtator uſus eſt uerbis directis, ut ſi filius impubes mortuus fuerit, Titius hæres eſto in bonis meis, uel bona mea capiat, & tunc habet locum, quod dicit Bartol. in dicto §. qui filio. Aut uſus eſt uerbis obliquis, ut Titio bona mea reſtituantur, & tunc ſubſtitutus admittetur tantum ad bona teſtatoris. Et ratio eſt, quia hæc ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria, per quam non ſuccedit in bonis pupilli, l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulgar. & pupillare vnde videtur rogatus ueniens ab inteſtato, ut reſtituat detracta Trebellianica. Aut uſus eſt uerbis communibus, ut bona mea perueniant ad Titium uel Titium in bonis meis ſubſtituo, quæ uerba poſſunt trahi ad directam & fideicom. & tunc trahuntur ad eam partē in quam ſonant uerba teſtatoris. ar. capit. ſi pater. de teſta. libro ſexto. Cum ergo iſta uerba poſſunt trahi potius ad fideicommiſ. quam ad directam, patet, quia teſtator dicendo, bona mea. uidetur uoluiſſe ſubſtitutum admitti ad bona ſua tantum, ſicut fit per fideicommiſſariā, ut ſupra dixi, ideo ſuccedet ſubſtitutus tantum ad bona teſtatoris. ita dicit ibi *Alexa.* & uide aliqua per Bal in l. præcibus. col. 8. C. de impub.

Subſtitutio pupillaris ſi fiat per hæc uerba, ſi filius meus in pupillari ætate moriatur, uolo, quod omnia bona mea Titio reſtituantur, nam, ex quo uidentur rogati uenientes ab inteſtato de reſtituendo, leg. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de uulgar. & pupillar. & dixi ſupr. proximo nota. an debeant, ſeu poſſunt detrahere Trebellia. dic, quod non, nam qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. de legat. tertio. Vnde cum teſtator uoluerit omnia bona ſua reſtitui, uidetur prohibuiſſe Trebellianicā detrahi, quia ſi detraheretur, non omnia reſtituerentur, quam Trebellianicā poteſt teſtator prohibere, ut no. *Bartol.* in l. Marcellus. ff. ad Trebellian. & Abb. in cap. Rainaldus. de teſta. ad exemplum falcidiæ, ut Co. ad l. Falcid. authen. ſed cum teſtator ualidum enim eſt arg. de Falcidia. ad Trebellian. l. pater filiam. et le. Titia. in fin. ff. ad leg. Falcid. & de prædictis uide Bartol. in le. centurio, column. ſeptima. ff. de vulgar. & pupill.

Subſtitutio pupillaris cōtinet in ſe tacitam uulgarem. & econtra. le. nā hoc iure. ff. de uul. & pup. Quod tn̄ limita non habere locum, quando teſtator utramque expreſſit, ut ſi dixit, inſtituo filium meum hæredem, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Gaium, & ſi hæres non erit, ſubſtituo ſibi Mæuium, nam tunc exiſtente uulgari, admittitur tantum uulgaris ſubſtitutus, exiſtente uero pupillari, admittitur tātum pupillariter ſubſtitutus, ut eſt tex. ſing. in l. cum ex filio. §. filio, de uulg. & pupill. & eſt ratio, quia expreſſa prouiſio hominis tollit tacitam prouiſionem legis, leg. ex facto §. Item quæro. ff. eod. titulo. Ex uno inferebat *Bar.* in l. prima. in prin. in fin. uerbis, & in l. ſecunda. in 2. col. eod. tit. quod teſtator ſi facit ſubſtitutionem pupillarē ei, cui fieri non poterat, puta maiori 14. annis, uel extraneo, quod talis ſubſtitutio ualebit in uim uulgaris. Quod tamē limitat ibi *Alex.* & in l. uerbis. eo. titulo procedere, ſi teſtator non fecit mentionem de pupillari ætate, puta, quia dixit, Sempronii Plocii hæres eſto, ut l. fin. Co. de hæred. inſtit. ſecus ſi dixiſſet, ſi in pupillari ætate deceſſerit. quia tūc uitiatur ſubſtitutio.

Subſtitutio pupillaris eſt talis naturæ, quod per eam ſuccedit pupillo. leg. Papinianus §. ſed nec impuberis. ff. de in offic. teſtamen. & tam bona pupilli aliunde quæſita, quam bona teſtatoris ſpectat ad ſubſtitutum. leg. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uulgar. & pupillar. Quod limita non procedere in milite. qui poteſt facere, quod ad ſubſtitutum pertineat, tantum bona a ſe profecta. Et ratio eſt, quia quemadmodum ipſe poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte non. leg. ſi miles unum ex fundo. ff. de milit. teſtamen. & nota. in leg. ius noſtrum. ff. de regul. iur. ita etiam poteſt facere, quod filius eius decedat pro parte teſtatus, & pro parte non, ut notat gloſſa in dicto §. ad ſubſtitutos.

Subſtitutio fideicommiſſaria, eſt talis naturæ, quod in ea tantum bona teſtatoris ueniunt. l. cohæredi. §. cum filiæ. in fin. ff. de vulg. & pupil. Ex quo ſequitur not. illatio, quod quando paganus facit ſubſtitutionem compendioſam per uerbum ſubſtituo, alicui pupillo, ex quo infra pupillarem ætatem ualet iure directo, poſt uero trahitur ad fideicommiſſam, ut no. glo. in l. centurio. de vulg. & pupill. infra pupillarem ueniunt omnia bona tam pupilli quam teſtatoris. Vltra uero tantum bona teſtatoris, detracta Trebellianica, ut d. §. cum filiæ.

Subſtitutio fideicommiſſaria non continet ſub ſe tacitam uulgarem regulariter, ut ſi inſtitutus fuerit rogatus reſtituere hæreditatem, & moritur antequam adeat, non admittitur ſubſtitutus ex tacita uulgari directa, ſed applicatur uenientib. ab inteſtato. l. eam quam. Codic. de fideicommiſſ. & ibi eſt glo. fin. & tex. in l. ille a quo. §. primo, in fi. ff. ad Treb. & l. ſi eius. §. ſi quis rogatus. eod. tit. Fallit tamē hæc regula, ſi inſtitutus fuerit mortuus poſt aditam hæreditatem antequam reſtitueret, quia tunc non applicatur uenientib. ab inteſtato, ſed hæres eius cogitur adire, & reſtituere Si uero nullus ſit hæres, tunc fideicommiſſarius poteſt per ſe adire, & ita loquitur tex. in l. penul. §. cum autem. C. ad Trebel. & l. non iuſtam. eod. titulo, ſecundum quod intelligit gloſſ. in dicta. l. ille a quo. § primo, quæ dicit etiam, quod ſi inſtitutus fuit coactus adire, & ipſe fraude diſtulit adire, & ante mortuus eſt, quod hæres cogitur adire, & reſtituere, uel ſi nullus eſt hæres, ipſe fideicommiſſarius poteſt per ſe adire, per dictam legem, non iuſtam. ſed quando inſtitutus non vult adire, tunc non eſt locus ſubſtitutioni directæ uulgari tacitæ, ſed hæres compellitur adire, nec detrahit Trebellianicam. l. quia poterat. ff. ad Trebellian. & leg. nam quod. §. qui compulſus eodem titulo. Fallit etiam prædicta regula in milite, cuius ſubſtitutio fideicommiſſaria trahitur ad directam uulgarem. l. neque enim. §. final. ff. de mili. teſta. Fallit etiam fauore libertatis, ut ſi quis rogauerit reſtituere hæreditatem ſeruo cum libertate, & mortuus eſt ante aditam hæreditatem, quia tunc diſtinguitur, aut teſtator ſtatim deceſſit poſt mortem inſtituti, & tunc admittitur ſeruus, quia ex quo teſtator poterat ſibi prouidere de hærede, & non prouidit, uidetur mutaſſe uoluntatem. Caſus eſt in lege. tractabatur. ff. de mili. teſtament. & hanc diſtinct. ponit Barto in l. prima, columna ſexta. ff. de vulgar. & pupillar. Tamen communiter reprobatur, & uerius ſecundum omnes, ut diſtinguatur totum econtra, quia quando teſtator potuit prouidere & nō prouidit de hærede, uidetur voluiſſe illum remanere hæredem, quem primo inſtituerat.

Subſtitutione vulgari facta filio impuberi, ſi primo repudiat hæreditatem, quo caſu ſuccedit ſubſtitutus in bonis teſtatoris, an ſi poſtea moriatur in pupillari ætate, ſubſtitutus ſimiliter admittatur ad bona pupilli ex tacita pupillari: Dic, quod ſic, ut uoluit Bart. in l. prima, in 6. colum. in fin. ff. de vulgar. & pupillar. niſi mater pupilli eſſet in medio, quia tunc non admittitur ex tacita pupillari. l. precibus. Cod. de impu. & al. ſub. Si autem teſtator faceret pupillarem expreſſam, & pupillus repudiat, tunc ſubſtitutus admittitur ex tacita vulgari. lege. nam hoc iure. de uulgar. & pupilla. & ſuccedit teſtatori etiam ſi mater ſit in medio, quia cum per uulgarem ſuccedatur teſtatori, mater ſemper excluditur, ſecus ſi mater teſtatoris eſſet in medio, quia quemadmodum per pupillarem tacitam mater pupilli non excluditur, quia per eam ſucceditur pupillo, ita per uulgarem tacitam non excluditur mater teſtatoris, cū per eam ſuccedatur teſtatori: moriente uero filio in pupillari ætate, admittitur ſubſtitutus ad bona pupilli ex expreſſa pupillari, unde cum ſit expreſſa, mater excluditur. Hæc omnia uoluit Barto. in dicta leg. prima, colum. ſeptima. ff. de vulg. & pupil.

Sed contra prædicta facit, quod habetur in l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. ubi donec eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento, ceſſat ab inteſtato: ſed in caſu prædicto mater teſtatoris ſuccedit ab inteſtato

to, & nihilominus excludit ſubſtitutum uenientem ex tacita pupillari, & ſic ex teſtamento, ergo &cæ. Reſpondeo, quod ſubſtitutus ſuccedens ex tacita pupillari non uenit ex expreſſa uoluntate teſtatoris, ſed ex coniecturata, & præſumpta, quia ius præſumit teſtatorem uoluiſſe admitti ex tacita eum, quem ex expreſſa ſubſtituit. Eodem modo & ius præſumit teſtatorem potius uoluiſſe matrem admitti ad luctuoſam hæreditatem filii, quam ſubſtitutum ex tacita pupillari. l. fi. C. de inſti. & ſub. & dicta l. præcibus. ſed vna præſumptio tollit aliam, l. ſi qui adulterii. Codic. de adul. vnde in hoc caſu una præſumptio tolletur per aliam & fortiorem.

Subſtitutione pupillari facta ſi pupillus repudiat, quo caſu eſt locus tacitæ vulgari, an per eam ſuccedatur pupillo. Videtur, quod ſic, nam idem iuris eſt de contento, quod eſt de continente. le. prima. §. illud. ff. de ni & ui ar. ubi licet illud interdictum non detur pro rebus mobilibus, tamen ſi aliquis fuit deiectus de poſſeſſione, in qua erant res mobiles, habebit interdictum tam pro poſſeſſione recuperanda, quam pro rebus mobilibus, & ſic tam pro continente, quam pro contento, unde cum ſubſtitutio pupillaris contineat tacitam vulgarem, leg. nam hoc iure. ff. de vulgar. & pupilla. & per pupillarem ſuccedatur pupillo, ergo etiam per tacitam vulgarem. in contrarium eſt veritas, vt voluit Bartolo in dicta leg. prima. columna ſexta de vulgar. & pupilla. Nec obſtat dictus §. illud, quia illud eſt ratio, ne iudicium diuidatur. & ſic eſſet contra le. nulli. C. de iudi. & Barto. in l. quidam. ff. ſi certum pet. unde cum ibi ſit diuerſa ratio, ergo diuerſum ius. ar. l. adigere §. quamuis. ff. de iure pat.

Subſtitutio uulgaris facta filio tollit ſuitatem. leg. ſi filius hæres. de lib. & poſt. Hoc tamen eſt verum, quando eſt facta in caſu uoluntatis, nam in caſu impotentiæ tunc ſecus, licet etiam tunc tacite intelligatur caſus uoluntatis, ut dicit Barto. in le. prima. colum. ſecunda, de vulga. & pupillar. Hoc eſt, quod uoluit Bartol. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſt. & Bald. in l. cum proponas. Cod. de hæred. inſti. & Bald. in le. apud hoſtes. Cod. de ſuis & leg. Eodem modo per dationem cohæredis extranei tollitur ſuitas. le. apud Iulianum. §. idem Iulia. ff. ad Trebellian. & Bart. in dicta l. prima. col. ſeptima non tamen in totum tollitur effectus ſuitatis, quia quo ad tranſmiſſionem hæreditatis etiam non aditæ ad hæredes non tollitur ſuitas. ut nota. in l. ſi fratris. C. de iure delibe. & uoluit Bartol. in lege. ſi filius qui patri. de uulgar. & pupil.

Stipulatio ſeu legatum incertũ licet alias non ualeat. ut l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. & ibi glo. tamen fallit, primo in cauſa pia, nam relictum ad pias cauſas ualet etiam incertũ, & æſtimabitur arbitrio boni uiri. ut no. glo. in cap. nos quidem. ext. de teſta. Fallit ſecundo in cauſa alimentorum, quæ æſtimabuntur ſecundum qualitatem perſonæ, & facultates promittẽtis l. ſi cui manuum. ff. de annu. leg. & ibi gl. Fallit tertio in cauſa dotis, ut dic. §. gener. nam cum dos ſit cauſa pia, leg. cum his. §. ſi mulier. ff. de condi. inde. idem iudicatur de ea, quod de aliis cauſis piis. Fallit quarto in promiſſione ad refectionem viæ. ut l. quidã. ff. de leg. ſecundo. Fallit quinto in legato cauſa ſtudiorum. l. Sticcus. ff. de le. 3. & no. Alex. in addi. ad Bart. in l. cum qui. ff de an. lega. & Bal. in l. prima. in fin. ff. ſolut. matrim. & uide Bar. in l. ita ſtipulatus. colu. ſecunda, & ibi plenius per Alexan col 6. ff. de verbo. obl. Fallit ultimo de iure canonico, de quo iure ualet quælibet promiſſio incerta, ut no. Abb. in c. 1. ex. de dec. & Fel. in c. cum iuramento, extra de homi & in cap. 1. colum. tertia, de pactis.

Soluens pecuniam cito perdituro, an liberetur, uel obliget alium ſibi credendo. Dic, quod ſi mutuo pecuniam perdituro incertum malum, & determinatum vſum. & hoc ſcio, puta daturo ſcorto, & tunc nõ repeto. l. ſi quis cum ſciret. & ibi per Bartol. ff. pro empto. ſi uero ignoro

determinatum uſum, tunc obligatur accipiens, ut ibi habetur. Sed ſi ſoluo debitum cito perdituro, tunc indiſtincte liberor, & ratio eſt, quia primus actus eſt uoluntarius, ſecundus vero neceſſarius, ita not. Alexan. in l. ſi cum dotem. §. primo, ff. ſolu. matrim. Sed ſi mutuo pecuniam in ludo, ex quo incertum eſt an uincatur, an vero amittatur, non dicor mutuaſſe cito perdituro unde ſi debitor vincit repetam, ſi uero amittit, non repetam ita dixit Alexand. in dicto §. primo, quibus adde, quod etiam ſi res uendita in ludo, fuerit euicta, non tenetur venditor de euictione. le. fin. §. 1. ff. qua. re. ac. non da.

Sequeſtratio regulariter eſt prohibita de iure, debet enim reus condemnari, nõ autem bona eius ſequeſtrari, l. unica, C. de prohi. ſeq. pecu. Fallit tamen in caſibus, de quibus per gloſſ. in dicta le. unica. ſcilicet ſi eſſemus in re mobili, & reus eſſet ſuſpectus, ne fugiat cum illa re, ut l. ſi fideiuſſor. §. ſi. ff qui ſatiſ. cogan. Fit etiam ſequeſtratio, quando eſſemus in re mobili uel immobili, & debitor eſſet ſuſpectus de diſſipando rem uel fructus. le. ſi cum dotem. §. fin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio & l. Imperatores. ff. de appella. Item in iſtis caſibus eſt neceſſe, quod præcedat cauſę cognitio de tali ſuſpicione. Item requiritur, quod conſtet de debito ſaltem per ſemiplenã informationem, ſeu probationem, ut dicunt Alexand. & Iaſ. in d. §. fin colum. 5. alias ſequeſtratio non tenet, licet Bart. in l. litibus. C. de agri. & cenſ. lib. 11. tenuerit, quod debitum probari debeat per inſtrumentum. qui communiter reprobatur per præfatos doct. & per Abb. in cap. 2. in fi. ext. de ſeque. poſſ. & fruct. An autem in tali ſequeſtratione requiratur partis, citatio, dic, aut periculum eſt in mora, & non requiritur. ita uoluit Bal. in d. l. unica. Aut periculum non eſt in mora, & tunc requiritur. arg. l. de unoquoque. ff. de re iudi. ita loquitur Car. in clemen. prima. in 22. & 25. quæſt. de ſeq. poſſe. & fruct. ita concordat Alexand. in dicto §. fin. Ad primum dictum facit, quia, quando periculum eſt in mora, multa conceduntur contra ius commune, leg. ait prætor. §. ſi debitorem. & ibi Bartol. ff. quæ infra. cre. nam tunc procedi poteſt etiam die feriata ad honorem dei in tali ſequeſtratione. ut not. Iaſ. in §. primo. inſti. de ac. ſuper gl. in uerbo, in iudicio. & in dicto §. fin. Adde alium caſum, in quo admittitur ſequeſtratio, quem ponit Spec. in titulo de ſeq. poſſ. in fin. ſcilicet quando ſumus in uenditore nolente tradere, niſi prius dato ſibi pretio, & emptor nollet pretium dare, niſi prius re ſibi tradita, nam res debet ſequeſtrari. Aduerte, tamen quod per ſatiſdationem idoneam impeditur ſequeſtratio etiam in caſu præmiſſo, ut dicto §. fin. & gloſſ. & Barto. in dicta leg. litibus. Immo etiam per dationem fideiuſſoris reuocatur ſequeſtrum, ut dicit Alexandr. in dicto §. fin. qui fideiuſſor debet præſtari de iudicio ſiſti, et de re non barractanda, ut dicit gloſſ. in dicto §. fin. Et hoc uerum, quando ſequeſtrum ſi eſſet factum pro lite agitanda, ſecus ſi eſſet factum pro debito ſoluendo, quia datio fideiuſſoris tunc non reuocat ſequeſtrum. l. ſi pecuniæ §. fin. ut in poſſeſſ. lega. Item non reuocatur ſequeſtrum per ſatiſdationem, quando eſſemus inter perſonas, in quibus non cadit ſatiſdatio, ut inter patrem & filium. leg. Imperator. ff. ad Trebellian. ita dicit Bald. in dicta leg. uni capit. item non reuocatur ſequeſtrum per ſatiſdationem, quando fuiſſet factum propter ſcandalum, puta, quia partes deueniebant ad arma, & rixas, vt not. Alb. in dicto capitulo ſecundo, in fin. An autem iudex poſſit quem cogere, ut accipiat ſequeſtrum.

Dic, quod non, ut nota. Bartol. in dicta le. litibus. & Alexandr. & Iaſ. in dicto §. fin. Conclude ergo, quod talis ſatiſdatio, per quam euitatur ſequeſtrum, ſeu reuocatur, debeat eſſe de re reſtituenda in caſu uictoriæ ſine ulla procraſtinatione. Item de iudicio ſiſti & de re non diſſipanda, alias talis ſatiſdatio, quæ iſta non contineret, non impediret ſequeſtrum. ita dicit Alexandr. in d. §.

d. §. fina. & ibi uide plene de hac materia. vide etiam Io And. in regula, locupletari. de regul. iur. in ſexto, in mercuria. & Abb. in d. ca. 2. & adde, quod contra contumacem poteſt fieri ſequeſtrum de re petita. vt no. Abb. in c. ex literis. colum. pe. de dol. & contu.

Scriptura reperta in libro mercatoris præſumitur ſcripta de uoluntate eius, niſi ipſe probet contrarium. ita uoluit Ale. in l. nuda ratio in fi. poſt Bar. ff. de dona. Ad quod facit, quod in ſimili uoluit Bartol. in l. cum tabernam, §. 1. ff de pignor. ubi dicit, quod ex eo, quod quis retinet apud ſe aliquam ſcripturam, præſumitur illam acceptaſſe, & probat plene contra ipſum. idem uoluit Abb. in ca. 2. colum. 6. ext. de fide inſtrum. & uide unam optimam apoſtillam poſt eum, quæ eſt Barba. idem uoluit Bald. in Rub. C. de fid. inſtru. & plene per Bar. & Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. Ex quibus poſſet reſultare magna utilitas, quod ſi forte aliquis mercator neſciret ſcribere, & retineret librum ſuarum rationum ſigillatim ſcriptum manu alterius, quod non poterit poſtea dicere, ego neſciebam, quæ erāt ſcripta in libro, quia ex eo quod retinet illum, præſumitur approbaſſe omne, quod in eo continetur, quia præſumitur etiam approbaſſe perſonam ſcribentis, ar. eorum quæ uoluit gloſſ. quam reputat ibi ſingu. Alexand. in l. inuiti. ff. de teſti. quæ dicebat, quod licet alias infantes & inhabiles poſſunt reprobari a teſtimonio tamen hoc non haberet locum, quando tales teſtes eſſent adhibiti in aliquo inſtrumento de conſenſu partium, quia tunc faciunt plenam fidem, nec poſſunt reprobari, quia præſumuntur a partibus approbati, quod eſt notandum. & uide omnino Iaſ. in §. ſi minus. colum. 2. inſtit. de actio.

Succumbens in cauſa principali & cōdemnatus ad expenſas, an ſi poſtea obtineat in cauſa appellationis, teneatur ad expenſas, in quibus fuit condemnatus in cauſa principali. Dic, aut ſententia in cā appellationis eſt lata ex eiſdem actis, & tunc recuperat etiam expenſas, in quibus fuit condemnatus in cauſa appellationis. ita loquitur gl. in l. fi. ff. de re iud. quie[illegible] dixerit Inn. in c ſæpe. ext. de reſt. ſpo. Aut fuit lata ex diuerſis actis, & tenetur ad illas expenſas. ita uoluit Angel. de Aret. in §. hæc autem. colum. 4. inſti. de pe. te. liti. Quis autem iudex condemnat ad expenſas, v. de Abb. in capit. reprehenſibilis. de appel.

Sententia lata, præſumitur in dubio lata, ſeruata iuris ſolemnitate ſeu ordine, ut litis conteſtationem præceſſiſſe, & alia, de quibus per Bar. in l. prolatam, C. de ſenten. quod uerum, niſi ab ea fuerit appellatum, quia tunc non præſumitur pro ſententia, pendente appellatione, ut voluit Alexan. in l. ſciendum. in quinta col. de uerb. obl. licet alias pro ſententia præſumatur. c. in præſentia. ext. de renunc. & uide de hoc quod dixi plene ſupra, in uer. ſententia dicitur.

Solemnitas extrinſeca, quæ nunquam in actu præſumitur, l. quæcunque. §. fi. ff. de publica. & nota. Bar. in l. ſciendum, ff. de uerb oblig. præſumitur per diuturnitem temporis, id eſt per decem annos. ita uoluit Alexan. in dicta l. ſciendum, col. 4. per glo. not. in l. ſi filiusfam. C. de peti. hære. Ex qua glo. habes perpetuo notare, quod ubicunque in aliquo actu requiritur conſenſus alicuius, licet non appareat de conſenſu, tamen ſi fuerit lapſum tempus decem ann. ille conſenſus præſumitur, niſi tractaremus de præiudicio tertii, quia tunc 30. anni requiruntur. vt dicit Alexand. in d. l. ſciendum, colum quarta. per text. in capit. peruenit. de emptio. & vendi.

Stipulatio facta ſub conditione, adiuncto die, an ceſſante conditione, & remanente die, pariat actionem cum effectu ante diem; Diſtingue, aut ſtipulatio incipit a præcedente conditione, aut a præcedente conuentione. primo caſu, ut ſi dixero, ſi intra Kalendas martii non dederis mihi Sticcum, promittis mihi dare decem, ſubdiſtingue, aut conditio eſt implenda ex facto ipſius promittentis, vt in caſu propoſito, & tunc ſi Sticcus mortuus eſt ante Kalendas, & ſic, conditio defecerit ante diem, illa decem non poſſunt peti ante diem. cum effectu, quia obſtat exceptio. Et eſt ratio, quia ex quo illa pœna

promiſſi ſuccedit in locum ipſius conditionis, idem debet iudicari de pena, quod de ipſa conditione. ar. l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cau. quæ conditio non erat neceſſe impleri, niſi uſque ad diem, ergo eodem modo & pœna non poteſt peti, niſi adueniente die. & ita loquitur tex. in l. in illa. primo Reſp. de uerb. ob. ſecundum quod dicunt ibi doct. & glo. in l. hoc iure. eo. ti. At ſi conditio erat implenda ex facto tertii uel ex caſu fortuito, ut ſi Titius in f. menſem conſul factus non fuerit, dabis decem, & tunc. Si conditio ante menſem defecerit, puta per mortem Titii. dic, quod ſtatim poteſt agi ante diem, etiam cum effectu. ita loquitur tex. in d. l. hoc iure. ſecundum ueram intelligentiam. Et ratio diuerſitatis eſt, quia in caſu præcedenti vtrumque, tam conditio, quam pœna, erat implendam per factum eiuſdem: & ideo transfunditur pœna in locum conditionis, vt dixi, quia in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus. l. in rem, §. Item quæcunque. ff. de re. vend. In ſecundo caſu eſt ſecus, cum ſit diuerſa conditio a pœna, quia erat implenda ex facto tertii, propterea pœna nunquam funditur in conditione, & ideo ſtatim peti poteſt. Secundo caſu principali, ſcilicet, quando ſtipulatio incepit a præcedenti conuentione, vt promittis mihi Stichum, & ſi eum non dederis infra menſem, dabis decem, tunc ſi Sticus moritur ante diem, vel ſi tempore ſtipulationis erat mortuus, in totum perimitur, ſtipulatio pœnalis, nec poſt, nec ante diem agi poterit, l. ſi homo mortuus. ff. de verb. ob. & Bar. in d. l. in illa eſt autem ratio diuerſitatis, quia quando incipit a conditione, illud quod eſt in conditione, non eſt obligatione. l. ita ſtipulatus & l. in executione, §. pen. de uerb. oblig. & l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. & l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falc. Vnde deficiente conditione, in cuius defecta committenda erat penalis ſtipulatio committitur pœna, ſecus quando ſtipulatio incipit a conuentione, quia vtrumque eſt in obligatione, & vnum ſuccedit loco alterius, ut dixi, & probatur in l. ſi quis a ſocio, ff. pro ſocio. & l. ... ff. de actio. emptio. Et illam regulam quæ ponitur in d. l. in illa. in princ. limita non procedere, quando tempore ſtipulationis conditio erat purificata, quia Sticus erat mortuus, quia tunc ſtatim poteſt peti pœna, ut no. glo. fin. in dicta l. hoc iure. uel ſi conditio fuerat concepta impoſſibilis, ut ſi cœlum digito non tetigeris infra menſem, dabis decem, quia ex quo ab initio talis conditio eſt purificata, non expectatur dies, ut d. l. in illa in fin. Item omnia, quæ ibi dicuntur, limita non habere locum in pœna legali, nam ſiue ſtipulatio incipiat a conditione, ſiue a conuentione, nunquam agitur, niſi adueniente die. cap. licet canon. & c. commiſſa, de electio. libro 6. Item limita non procedere, quando nulla pœna eſſet appoſita, ut ſi ſtipulatus fueris inſulam mihi fieri infra menſem, quia tunc venit intereſſe, quod non poteſt peti, niſi finito menſe, l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. de verbor. oblig. & hoc ipſo intepeti non poteſt, ſed quando eſt pœna appoſita, poteſt peti, tamen obſtat exceptio, ut nos. Alexand. in d. l. illa. Quod eſt valde ſcire nam quando competit exceptio, ſi fuiſſet actum, & non fuiſſet oppoſita, iudicium procederet. ut dixi ſupra in ver. debitor in diem. ſecus quando non competeret actio, quia ſi tunc iudex uellet opponere, iudicium non procederet, ut eſt glo. & ibi Doctor. in l. ubi pactum, C. de tranſ. probatur d. inſulam infra biennium. de uerbo. oblig. & habetur. in l. cum pater. ff. fam. erciſ. Item regulam d. l. hoc iure limita non habere locum, quando in ſtipulatione fuiſſet appoſita hæc dictio, tunc, ut ſi dico, ſi Titius conſul infra menſem factus non fuerit, tunc dabis decem, quia pœna non poteſt peti niſi adueniente die, & ratio eſt, quia dictio, tunc, denotat extremitatem temporis, l. quarta, §. fin. ff. de condit. & demon. & l. uxori uſusfructus villæ, ff. de uſufru. lega. & uide quæ dixi ſupra in uerſic. dicto tunc &c. ita dicit Bart. in d. l. in illa. Secundo limita d. l. hoc iure, non procedere, quando dies apponeretur diſpoſitioni, & non conditioni, quia tunc expectatur dies, ut promittis mihi decem Kal. dis Martij, ſi cœlum digito non tetigeris, ut l. cum tale. §. Mæuiæ. & ibi Bartol.

1ok.ff. de condit. & demonſt. & Alex. in d.l. in illa. & hæc no. prouidentia d. &ta l. in illa.

Stibulatio ſeruitutis quædam fit per uerbum, ut promittis mihi ire agere, quædam per nomen, ut promittis mihi iter & actum, & iſtæ ſtipulationes ita differunt, quia prima cõtinet merum factum, ut inſtit. de ſtipul. ſeru. §. ſed cum factum. Secunda uero continet ius, ut l. ſtipulato iſta. §. hic qui. ff. de uerb. oblig. & l. prima. ff. de ſerui. ru. prædi. Ex quo reſulta, quod ſtipulatio facta per uerbũ non tranſit ad hæredes, nec ad ſingularẽ ſucceſſorem, ut no. Bar. in d. le. ſtipulatio iſta. §. ſiquis ita. & in l. ueteris. C. de con tra. & commit. ſtip. nam cohæret tãtum perſonæ ſtipulatoris, niſi in ſtipulatione fiat mentio de hærede. ut d. §. ſiquis ita. Sed quando fit per nomen, tunc, ex quo continet ius, tranſit ad quemcunque. l. cum hæredes. ff. de aequi. poſſ. & l. 2. §. 1. & ſecundo. ff. de uerb. oblig. Prædicta tamen ſingulariter limita non habere locum, quando ſeruitus conſtitueretur ratione affectionis, quia licet per nomen conſtituatur, non tamen tranſit ad hæredem. Iſte eſt caſus no. in l. pater filiæ. in fina. ff. de ſer. lega. vbi ſi pater legat filiæ ſuæ ius eundi, non tranſit ad hæredem.

Stipulatio alternatiua ſummarũ ſi in ea fuerit reſponſum in minori quantitatæ non uitiatur, ſed ualet in illa minori. l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. ff. de uerb. ob. quod tamen non habet locum, quando ſtipulator reſeruaret ſibi electionem, ut ſi diceret, promittis mihi dare x. aut xx. ad mei electionem, & promiſſor dicat, promitto tibi decem. nam tunc non ualet ſtipulatio, quemadmodum in alternatiuis ſpecierum, ut d. §. ſi ſtipulante. Iſtud fuit ſingulare dictum Bart. in l. ſi duo rei. ff. de ue. rob. cuius facit mentionem Alex. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. in fi. uerbis. eo. tit.

Stipulatio facta a partibus animo ſtipulandi, ſi non ualet ut ſtipulatio, puta, quia deficit in forma, minime ualet, ut pactum nudum. ita loquitur text. in le. prima. §. ſiquis ita. ff. de uerbor. oblig. & glo. in l. iuriſgentium. §. igitur. ff. de pac. & Bald. in ſuo tractat. de conſtituto, in uerſic. ſequitur de forma & cæt. ubi dicit. quod ſi promitto tibi 10. per ſtipulationem, talis promiſſio non ualebit iure ſtipulationis nec pacti, ſecus ſi non fuiſſet dictum per ſtipulationem, quia ualeret ut pactum nudum. facit le. an inutilis. ff. de acceptila.

Stipulatio an poſſit confici per ſcripturam, ut ſi ſcribo promittis mihi da re decem, & tu reſcribis, promitto, dic, quod non per l. 1. in princ. ff. de uerb. obl. ubi requiritur utrumque loqui debere. Præterea ſi hoc eſſet, ſequeretur, quod mutus per accidens poſſet ſtipulari, ſi ſciret ſcribere, ſicut poteſt teſtari, ut l. diſcretis. Co. qui teſta. fam. poſſ. quod tamen expreſſe negatur in dicta leg. prima, Nec ob. text. in l. non figura. ff. de actio. & obl. ubi dicitur, quia tantum operatur ſcriptura, quãtum uerba, ideo ſcripturis obligamur, id eſt non caracteribus illis, ſed uerbis, quæ ſcripturæ ſonant, nam illa lex habet locum in caſibus, in quibus pro ſubſtantia non requiruntur uerba, ut dicitur in ſtipulatione. Sed quid ſi in ſcriptura erant ſcripta decem, & ego dixi, promittis mihi quod continetur in hac ſcriptura, an ualeat talis ſtipulatio; dic, quod nõ, quia non ſolum uerba requiruntur, ſed etiam debet ex primi res, quæ promittitur le. §. §. ſtipulatio. de ue rb. obl. ubi dicitur, quod eſt neceſſe exprimi, quod quis eſt facturus uel daturus.

Stipulatio facta ſine cauſa an ualeat? dic. quod ſic, ſi cauſa probari poteſt, alias reus abſoluitur, ut eſt gloſſ. in l. generaliter. C. de non nu. pec. Si tamen eſt facta a ſciente, ualet, etiam ſine probatione cauſæ, in uim donationis. le. Campanus. ff. de ope. lib. & Barto. in le. nuda ratio. ff. de dona. Quod autem in donatione, dic, quod non ualet ſine cauſa, ut dicta le. nuda. Quid in confeſſione? Dic, quod extra iudicium non ualet ſine cauſa, & hoc quo ad plenam probationem, inducit tamen ſemiplenam, ut not. gloſſ. in l. tertia. §. eiuſdem. in uerſic. ſpeciem. ff. de teſti. & Alexan. in dicta l. nuda ratio. Niſi fuerit geminata confeſſio, quia tunc ua-

let etiam ſine cauſa, ut no. Bar. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. libro decimo, & Alexan. in d. l. nuda ratio. facit l. Baliſta. ff. ad Trebell. Si uero eſt facta cum cauſa, inducit condemnationem. cap. ex parte. extra. de confeſſ. Quid autem de cautione. Dic idem, quod nõ ualet ſine cauſa, ut eſt gloſſ. in dicta l. generaliter. Omnia autem prædicta facta in iudicio etiam ſine cauſa, ueſtiuntur calore iudicii. Ad quod ſciendum, uide Alexand. in Rubrica, de uerb. obli. & do ct. in d. l. nuda. & Alexan. in l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſſ. tut. & Bal. in repe. l. tale pactum. §. qui pronocauit. ff. de pac. & Alexan. in conſi. 4. primo uol.

Statutum puniens loquentem cum bannito, an extẽdatur ad mittentem epiſtolam, uel nuncium, uidetur, quod non: nam ſtatutum debet ſtricte intelligi l. tertia. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. & l. fi. C. de his qui ue. æta. impetra. Sed aliud eſt loqui, & aliud mittere epiſtolam. Præterea in pœnalibus non fit extenſio. l. interperatione. ff. de pœnis. Hanc q. mouet Alexan. in l. prima, in princip. ff. de uerborum obligation. Tenet tamen contrarium referendo Ludo. Roma. ibi ſcilicet, quod mittens epiſtolam comprehendatur in ſtatuto. Nec obſtant prædicta, quia uerum eſt, quod non fit extenſio in ſtatuto ſine in pœnalibus, niſi non faciendo extenſionem, de facili poſſet eludi diſpoſitio pœnalis, nam ſtatutum ideo uetat loqui cum bannito, ut euitentur fortaſſe ſeditiones, & crimina læſæ maieſtatis, quæ ita poſſunt euenire per locutionem, ſicut per epiſtolam, & nuncium. ita eſt gloſſ. not in capit. quamquam. de uſur. libro ſexto, ad prædicta facit tex. in cap. clerici. 81. diſtinct. vbi ſtatutum puniens clericum loquentem cum monialibus, punit etiam ipſum mittentem epiſtolam. facit etiam text. & ibi glo. in cap. conſtitutionem. de ſent. excom. in 6. ubi ſtatutum puniens loquentem cum excommunicato, punit etiam mittentem epiſtolam.

Scriptura priuata ſi eſt conuentum; qđ faciat fidem, an habeat uim publici inſtrumenti; Dic, quod ſi eſt dictum, quod fidem faciat, & ei plene ſtetur; & tunc ualet, ut priuata ſcriptura, & plene probat, non autem ut publicum inſtrumentum.

Si autem eſt dictũ, quod habeat uim publici inſtrumenti, tunc non erit inſtrumentum, quia alias partes poſſent creare Tabelliones, quod non permittitur, niſi principi, ut no. Barto. in l nec ei. §. eorum. ff. de adop. ſed bene habebit uim & fidem inſtrumenti, ut not. Innocen. in capite. cum P. Tabellio. extra. de fide inſtrumen. & omnes clauſulæ conſuetæ apponi in inſtrumento, cenſentur appoſitæ in tali ſcriptura, per illa uerba. Vnde etiam & hypotheca cenſetur appoſita. ita fuit determinatum in Sacro Cõſilio Neapolitano per ea, quæ uoluit Bald. in l. prima columna ſeptima, ff. ſoluto matrimonio, qui dicebat, quod in omni inſtrumento, cenſentur appoſitæ omnes clauſulæ requiſitæ. Vnde etiam & hypotheca. Sed partes uoluerunt illam ſcripturam habere uim publici inſtrumenti; ergo cenſentur uoluiſſe, quod cenſeantur appoſitæ omnes clauſulæ, apponi in quolibet inſtumento conſuetæ, ſicut partes poſſunt ſimiliter facere, quod dicto unius teſtis ſtetur, ut not. Alexand. in l. prima. §. fin. ff. de uerborum obligationibus, qui teſtis facit fidem etiam ſine iuramento, cum ſit a partibus approbatus. ita ſingulariter uoluit Bartol. in le. Lucius, digeſtis de fideiuſſ.

Statutum imponens pœnam referendo ſe ad aliud ſtatutum, facit fidem, & etiam ſi aliud ſtatutum non appareat, dummodo in hoc ſtatuto fuerit pœna expreſſa, & ratio eſt, quia ille, qui fecit ſtatutum, eo tempore quo fecit ſecundum, poterat illud facere ex ſua poteſtate, & etiam illud de quo fecit mentionem, unde licet primum non inueniatur, ſtatur ſecundo. Eodem modo dicimus in qualibet alia diſpoſitione principis, referente ſe ad aliam. ita uoluit Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. ſuper glo. in uerſic. conſtitutionibus. per illam gloſſ. & hæc no. pro limitatione authen. ſi quis in ali quo. C. de eden. ad quod facit

nit lex, eum qui, §. Iulianus. el primo. ff. de conſt. pe.

Statutum faciens mentionem de alienatione, non comprehendit contractum emphiteoticum.

Nec obſt. lex, finalis. Codice de rebus aliena. non alien. quia largo modo appellatione alienationis uenit emphiteoſis, ſed ſtatutum debet intelligi ſtricte, lege, tertia. §. hæc uerba. digeſtis, de negot. geſt. Ita not. gloſſa in lege, prima, Codic. de iure emphite. in uerſic. alienationis.

Statutum faciens mentionem de creditore, an habeat locum in creditore ex delicto, uide ſupra in uerſi. creditor proprie dicitur, &c.

Subrogatum an ſapiat naturam ſui ſubrogati; dic, aut ſummus in his, quæ principaliter ſunt de natura actionis priſtinæ, & ſubrogata actio ſapit tunc naturam eius, lege ſi eum, §. qui iniuriarum, digeſtis ſi quis cautio. & lege, prima §. ſi quis ſub conditione, digeſtis ut leg. nom. cau. & lege, ſi ſerui legati nomine digeſtis, de leg. primo. Aut in his, quæ ex poſt facto eueniunt, ut uſuræ, quæ ueniunt ex tempore moræ, & non ſapit naturam actionis priſtinæ. lege, nouatione, & ibi gloſſa digeſtis, de nouatio. & not. gloſ. & Bartol. in lege, certi condictio, in princi. in uerſiculo, ex omni cauſa digeſtis, ſi certum pet. & plene Bald. in dict. §. qui iniuriarum. Fallit, quando acceſſorie una actio cumulatur alteri, quia tunc quo ad omnia tam principaliter, quam ex poſt facto emergentia, ſapit naturam principalis actionis. lege, prima §. belliſſime digeſtis, ut lega. no. cau. & not. Alexand. in dicta lege, certi condictio. columm. 3. Et plene Bart. in lege, prima. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe ius. fue. Hæc autem, quæ dixi, debent intelligi, quando principaliter una actio ſubrogatur alteri &c.

Stipulatio facta per creditorem a debitore conſtituto in mora, facit debitorem purgare moram, uide ſupra in uerſi. debitor conſtitutus, &c.

Satiſdatio, & cautio quomodo differant, uide ſupra in uerſiculo cautio differt, &cæt.

Stipulatio ſimpliciter facta ſiue impersonaliter, in dubio acquiritur ſtipulanti, lege, ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uerb. obl.

Quod limita, niſi præceſſiſſet contractus, de cuius natura eſt, quod ſibi, & alteri acquiratur, quia tunc ſtipulatio regulatur ſecundum naturam præcedentis contractus, ut ſi pater ſtipulatus eſt ſimpliciter dotem reddi ſol. mat. talis ſtipulatio acquiritur ſibi, & filiæ, ita uoluit Barto. in l. poſt dotem, in 3. lectu. ff. ſolut. matrimo. quia de natura talis contractus eſt, quod ſibi, & filiæ quæratur actio de dote, ut leg. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſolut. matrimo. & quod ſtipulatio intelligatur ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum naturam præcedentis contractus, probat text. in leg. ſi ſtipulatus. ff. de uſu, & leg. inter ſtipulantem, in prin. de uerb. obl. & l. damni infecti quidam. ff. de dam. infect. & lege, ſi legati ſerui. de legat. 1. & lege, 1. §. ſi quis ſub conditione. digeſtis, ut le. no. cau. & l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque, ff. de uer. ob. & l. ſi uno, in princ. ff. locati.

Subſtantialia iudicii non poſſunt per partes remitti ſiue renuntiari. Bartol. in authent. offeratur, in penult. quæſt. Cod. de lit. conteſtat. ſunt autem ſubſtantialia, de quibus loquitur tex. in l. prolatam. C. de ſent.

Spurius quomodo poſſit hæres inſtitui, & hæc cautela datur ad ualidandum talem hæredis inſtitutionem, uide Barto. in le. ſi is qui duos, in fin. ff. de lib. leg. & Bartol. in lege, fin. digeſtis de his qui, ut indign.

Statutum recipit extenſionem, ubi eſt identitas rationis, ut not. gloſſ. in lege, ſi conſtante, in princi. in uerſi. mariti. ff ſolut. matrimon. etiam in odioſis, ut lege, ſecunda §. exercitum, & ibi gloſſ. ff. de in fam. & uide Alex. in le. properandum, in prin. C. de iudi.

Sententia tam in criminalibus, quam in ciuilibus, poteſt & ſufficit, quod feratur ſup facto, de criminalib. pbat tex. in l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. ubi iudex concludens in ſententia al. quem calumniatum eſſe, uide-

uidetur ipſum de calumnia condemnaſſe. De ciuilibus autem ex crimine deſcendentibus probat tex. & ibi Bar. in le. uiro atque uxore. ff ſol. mat. de ciuilibus mereno. Alex. in d. l. uiro. per tex. in leg. ex diuerſo. §. 1. ff de rei uen. ubi iudex declarãdo fundum petitum eſſe meum, uidetur poſſeſſorem mihi condemnaſſe cum fructibus ad reſtitutionem. Ex quo inferebat Lud. Ro in d. l. uiro, idem eſſe in libello, per l. ut fundus. ff. communi diui. & l. ſi prætor, in prin. ff. de iud. de qua materia uide quæ dixi ſupra in uer. libellus an poſſit concludere, &c.

Scholaris an dicatur habere domiciliũ in loco ſtudii? dic, quod ſi apparet, eum non habere animũ reuertendi amplius inde, ſtatim ibi contrahit domicilium, ſi uero apparet eum habere animum reuertendi, ad domum ſuam, & tunc etiam ſi per mille annos ibi moraretur, nunquam diceretur ibi habere domicilium, ſi uero ſumus in dubio, & tunc ſi ſtat in loco ſtudii per decimo annos dicitur ibi contraxiſſe domicilium, ita uoluit *Bartol.* in lege lex Cornelia. §. ſi tamen. ff. de iniuriis.

Sententia, quæ abſoluit reum ab obſeruatione iudicii. eſt interlocutoria, ita dicit gl. in l. & harum. ff. ſi ſer. uen. & Bar. in l. Titia. ff. de accu.

Statutum dictas, quod pro contractu emptionis & uenditionis ſoluatur certa gabella, intelligitur in dubio uelle emptorẽ teneri ad ſoluendum gabellam, ut probatur in l. debet. in fin. ff de ædi edic. per quem text. ita dixit *Bal.* in rub. Co. de reb. cre. & in l. ſi prædium, C. de ædi. acti. ſecus autem eſſet, ſi ſtatutum diceret, quod pro pretio rei uenditæ ſoluatur gabella, quia tunc uenditor tenetur, ſecundum Bart. in leg. ſed ſi hoc. § cuidam, de cond. & de.

Sententia continens plura capitula, facit, quod quot ſunt capitula, tot dicantur eſſe ſententiæ, ita eſt glo. in le. etiam. §. 1. ff. de mino. Ex quo ſequitur intellectus ad leg. in hoc iudicio ff fam. erci. ut dicit ibi gloſſ. nam licet ibi dicatur, quod ſententia non poteſt ualere pro parte, hoc debet intelligi, quando unicum capitulum continet, ſecus ſi plura ita dicit Bar. in l. Carmelia. & ibi glo. ff. de iure pat. & glo. & Abb. in cap. placet, de conuer. coniug. & Bar. in l. 5. § fin de uer. ob. Ex quo ſequitur vnum ſingulare dictum, quod dicebat Alexan in l. qui Romæ. § duo fratres. column. 8. de verb obl. qui ſtatuere poteſt ab uno capitulo ſententiæ appellari & ab alio non, & ita dicit ipſe, quod faciunt periti aduocati, quia ſi appellaretur a tota ſententia, poſſet iudex ad quem, confirmare ſententiam pro parte, & pro alia parte reus teneretur ad expenſas, & uide de prædictis aliqua per Bar & Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi. ff. ſolu. matr. & hæc ſunt utilia, pro his quæ dicam inſra proximo no. in ſi.

Sententia licet regulariter non ualeat pro parte, ut l. in hoc iudicio. ff. fa. erci. quod intellige, ut dixi ſupra in proximo no. tamen reſtringitur ad petita, ſi fuerit in plus lata quam erat petitum, ut ſi petii decem, & iudex condemnauit ad 20. reſtringitur ſententia ad decem, quia in maiori ſumma minor ineſt. *Ita dicit* Alexa. in l. Paulus. la 2. ff. de re iud. Ex quo habens limitationem ad regulam, quæ ſi habet, quod ſententia debet ſequi formam libelli, ut le. ut fundus. ff. communi diui. & l. fin. C. de fideicomm. libr. licet contra Alex. uideatur facere text. in l. fin. ff. de iuriſ. om. iud. tamen potes ibi reſpondere, quia iudex ibi non habebat facultatem iudicandi ultra certum ſummam, unde ſi iudicauit, ſententia eſt nulle, nec utile per inutile uitiabitur, cum ſimus in inſeparabilibus, ut dict. leg. in hoc iudicio. arg. le. Pedibus, & quæ ibi not. ff de arbit. Ex eo tamen, quod dixi ſupra proximo not. ſequitur unum valde ſingulare, quod poſuit Abb. in c. 1. column. 3. extra de ſent. & re iudi. quod licet ſententia continens expreſſum iuris errorem, ſit ipſo iure nulla, ut l. 2. Cod. quando prouo. non eſt ne. tamen quando continet plura capitula, & error reſpicit vnum tantum, uitiabitur quo ad illud tantum, non quo ad alia, quod eſt not.

Subſcribens ſe in aliqua ſcriptura, tanquam principalis, approbando eam uidetur totam ſcripturam propria manu

ſcri-

ſcripſiſſe, unde ex illa ſcriptura poteſt conueniri tanquam ex ſcripta manu propria ita tenet Angel. in l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus, quem ſequitur ibi Alexã. column. 2. ff. de uerbor. obl. quod tamen eſt uerum ſi ſciuerit tenorem ſcripturæ, alias non cenſetur eam approbare, præſumitur tamen ſcire, niſi contrarium probet, ut dicit Alex. in d. §. Griſogonus, in 3. colum. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. quemadm. teſt. ape.

Statutum loquens, quod de ciuitate non extrahatur frumentum ſub certa pœna, non extenditur ad eum, qui extrahit pro ſuo uſu, ita tenet Alex. in l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. primo, ubi ſimiliter tenet, quod ad ſciendum, an quis portet pro ſuo uſu, ſtatur iuramento extrahentis, per glo. in clem. prima in uerſic. negotiandi, de cenſi. Adde tamen in hac materia, quod pœna ſtatuti non ligat iuſte ignorantes, ita no. Bar. in l. fin. ff. de decre. ab. or. fa. & And. de Iſern in tub. quæ ſint reg. in fi. colum. & de prædictis uide Bal. in lege cum proponas. colum. final. C. de naut. fœn.

Statutum, quod inter affines cauſæ cõpromittantur, an habebit locum inter uirum, & uxorem, uide Bald. tenentes, quod ſic, in le. affinitatis C. con. de ſucc. ubi uult etiam quod ſoluta affinitate per diſſolutionem matrimonii ceſſat tale ſtatutum, per gloſſ. in lege, ſed hoc ita, de re iud. ff.

Sententia interlocutoria quando non affert graue præiudicium parti abſenti, poteſt ferri, parte non citata, alias ſecus, ita no. Bar. in l. nequicquam. §. ubi decretum. ff. de off. procon. & Abb. in ca. auditis, col. 2. de procu.

Sententia non eſt neceſſe, quod pro ſui ualiditate contineat cauſam in ſe expreſſam, ita no. Abb. in c. ſicut colum. 2. de ſent. & re iud. & Bart. in l. quod ait. §. ignominiæ. & in leg. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his qui no. infa. Fallit tamẽ in caſibus tactis per Abb. in d. cap. ſicut. Sed quantum ad grauamen partis diſtinguitur, aut cauſa apparebat ex actis, & non eſt neceſſe, aut non apparebat, & tenetur in ſindicatu, ſi non appoſuit iudex. Ita dicit Barto. in dic. §. ignominiæ, & in dict. §. pœna grauior.

Subſtitutus datus alicui, qui eſt cohæres eiuſdem, ita demũ admittitur ad ſubſtitutionem, ſi partem ſuam hæreditatis acceptet, alias ſecus, text. eſt in l. qui plures, la 1. ff. de uulg. & pup. & not. Ale. in l. 1. C. de impub. facit le. quidam cu logio. C. de iure delib.

Subſtitutio facta per hæc verba, Titium inſtituo, & Seium ſibi ſubſtituo, cõtinet tantum uulgarem, non autem fideicomm. ſed ſi eſt talis perſona, in qua poteſt cedere pupillaris. continet etiam pupillarem. Ita no. dixit Ale. in leg. Gallus. §. quidam recte. colum. 2. de libr. & poſt. per tex. in l. nam hoc iure poſt princi. ibi in uulgare tãtum modo caſum. de vul. & pup. & ponit Barto. in d. § quidam recte circa finem.

Scholaris, qui funerauit alium ſcholarem ſocium ſuum, uel fecit ſibi expenſas in infirmitate, an poſſit retinere libros, donec ſibi ſatisfiat, uide ſup. in uerſic. hoſpes qui funerauit &c.

Statutum puniens producentem, falſos teſtes, uendicat ſibi locum etiam in producente unum falſum teeſtm. Ita uoluit Bartol. in lege 3. §. negotia, per illum text. ff. de negot. geſt. et Alex. in l. Gallus. §. quod ſi is.

Subſtitutio facta duobus in ſimul inſtitutis, ſi deceſſerint. uel ſi hæredes non erunt, an uno moriẽte, faciat admitti ſubſtitutum, an uero cohærede. dic, quod regulariter ſubſtitutus admittitur, text. eſt in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad treb. et in le. fin. § filium, de leg. 2. & notat Alex. in l Gallus § etiam ſi parentem in fi. col de libr. & poſth. niſi cohæres eſſet perſona quæ uerſimiliter ex tacita uoluntate defuncti eſſet præferenda ſubſtituto, ut l. pen. C. de impu. et alii ſub. et le. heredes mei, § cum ita, & ibi per Alexand. ff. ad Trebell.

Subſtitutio breuiloqua non continet ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ita dixit Bartol. in l. 2. C. de impub. et ibi etiam Alexand. per text. in l. nam hoc iure. §. i. in uerſic. tantummodo. ff. de uulg. & pupil. unde ſi eſt facta perſonis imparibus continet tantum uulgarem, licet fideicom. potuiſſet equaliter fieri omnib. ita.

uidetur ipſum de calumnia condemnaſſe. De ciuilibus autem ex crimine deſcendentibus probat tex. & ibi Bar. in le. uiro atque uxore. ff ſol. mat. de ciuilibus mereno. Alex. in d. l. uiro. per tex. in leg. ex diuerſo. §. 1. ff de rei uen. ubi iudex declarãdo fundum petitum eſſe meum, uidetur poſſeſſorem mihi condemnaſſe cum fructibus ad reſtitutionem. Ex quo inferebat Lud. Ro in d. l. uiro, idem eſſe in libello, per l. ut fundus ff. communi diui. & l. ſi prætor, in prin. ff. de iud. de qua materia uide quæ dixi ſupra in uer. libellus an poſſit concludere, &c.

Scholaris an dicatur habere domiciliũ in loco ſtudii? dic, quod ſi apparet, eum non habere animũ reuertendi amplius, inde, ſtatim ibi contrahit domicilium, ſi uero apparet eum habere animum reuertendi, ad domum ſuam, & tunc etiam ſi per mille annos ibi moraretur, nunquam diceretur ibi habere domicilium, ſi uero ſumus in dubio, & tunc ſi ſtat in loco ſtudii per decimo annos dicitur ibi contraxiſſe domicilium, ita uoluit Bartol. in lege lex Cornelia. §. ſi tamen. ff. de iniuriis.

Sententia, quæ abſoluit reum ab obſeruatione iudicii, eſt interlocutoria, ita dixit gl in l & harum. ff. ſi ſer. uen. & Bar. in l. Titia. ff. de accu.

Statutum dictas, quod pro contractu emptionis & uenditionis ſoluatur certa gabella, intelligitur in dubio uelle emptoré teneri ad ſoluendum gabellam, ut probatur in l. debet. in fin. ff de ædi edic. per quem text. ita dixit Bal. in rub. Co de reb cre. & in l. ſi prædium, C. de ædi. acti. ſecus autem eſſet, ſi ſtatutum diceret, quod pro pretio rei uenditæ ſoluatur gabella, quia tunc uenditor tenetur, ſecundum Bart. in leg. ſed ſi hoc. § cuidam, de cond. & de.

Sententia continens plura capitula, facit, quod quot ſunt capitula, tot dicantur eſſe ſententiæ, ita eſt glo. in le. etiam. §. 1. ff. de mino. Ex quo ſequitur intellectus ad leg. in hoc iudicio ff fam. erci. ut dicit ibi gloſſ. nam licet ibi dicatur, quod ſententia non poteſt ualere pro parte, hoc debet intelligi, quando unicum capitulum continet, ſecus ſi plura ita dicit Bar. in l. Carmelia. & ibi glo. ff. de iure pat. & glo. & Abb. in cap. placet, de conuer. coniug. & Bar. in l. 5. § fin de uer. ob. Ex quo ſequitur vnum ſingulare dictum, quod dicebat Alexan in l. qui Romæ. § duo fratres. column. 8. de verb obl quod tunc poteſt ab uno capitulo ſententiæ appellari. & ab alio non, & ita dicit ipſe, quod faciunt periti aduocati quia ſi appellaretur a tota ſententia. poſſet iudex ad quem, confirmare ſententiam pro parte, & pro alia parte reus teneretur ad expenſas, & uide de prædictis aliqua per Bar & Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi. ff. ſolu. matr. & hæc ſunt utilia, pro his quæ dicam inf. in proximo no in ſi.

Sententia licet regulariter non ualeat pro parte, ut l. in hoc iudicio. ff. fa. erciſ. quod intellige. ut dixi ſupra in proximo no. tamen reſtringitur ad petita, ſi fuerit in plus lata quam erat petitum, ut ſi petii decem. & iudex condemnauit ad 20. reſtringitur ſententia ad decem, quia in maiori ſumma minor ineſt. Ita dixit Alexa. in l. Paulus. la 2. ff. de re iud Ex quo habens limitationem ad regulam, quæ ſe habet, quod ſententia debet ſequi forma libelli, ut le. ut fundus. ff. communi diui. & l. fin. C. de fideicomm. libr. licet contra Alex. uidetur facere text. in l. fin. ff. de iuriſ. om. iud. tamen potes ibi reſpondere, quia iudex ibi non habebat facultatem iudicandi ultra certum ſummam, unde ſi iudicauit, ſententia eſt nulla, nec utile per inutile uitiabitur, cum ſimus in inſeparabilibus, ut dict. leg. in hoc iudicio. arg. le. Pedibus, & quæ ibi not. ff de arbit. Ex eo tamen, quod dixi ſupra proximo nor. ſequitur unum ualde ſingulare, quod poſuit Abb. in c. 1. column. 3. extra de ſent. & re iudi. quod licet ſententia continens expreſſum iuris errorem, ſit ipſo iure nulla, ut l. 2. Cod. quando prouo. non eſt ne, tamen quando continet plura capitula, & error reſpicit vnum tantum, uitiabitur quo ad illud tantum, non quo ad alia, qđ eſt not.

Subſcribens ſe in aliqua ſcriptura, tanquam principalis, approbando eam uidetur totam ſcripturam propria manu

ſcri-

ſcripſiſſe, unde ex illa ſcriptura poteſt conueniri tanquam ex ſcripta manu propria ita tenet Angel. in l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus, quem ſequitur ibi Alexã. columu. 2. ff. de uerbor. obl. quod tamen eſt uerum ſi ſciuerit tenorem ſcripturæ, alias non cenſetur eam approbare, præſumitur tamen ſcire, niſi contrarium probet, ut dicit Alex. in d. §. Griſogonus, in 3. colum. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. quemadm. teſt. ape.

Statutum loquens, quod de ciuitate non extrahatur frumentum ſub certa pœna, non extenditur ad eum, qui extrahit pro ſuo uſu, ita tenet Alex. in l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. primo, ubi ſimiliter tenet, quod ad ſciendum, an quis portet pro ſuo uſu, ſtatur iuramento extrahentis, per glo. in clem. prima in uerſic. negotiandi, de cenſi. Adde tamen in hac materia, quod pœna ſtatuti non ligat iuſte ignorantes, ita no. Bar. in l. fin. ff. de decre. ab or. fa. & And. de Iſern in tub. quæ ſint reg. in fi. colum. & de prædictis uide Bal. in lege cum proponas. colum. final. C. de naut. fœn.

Statutum, quod inter affines cauſæ cõpromittantur, an habebit locum inter uirum, & uxorem, uide Bald. tenentes, quod ſic, in le. affinitatis C. con. de ſucc. ubi uult etiam quod ſoluta affinitate per diſſolutionem matrimonii ceſſat tale ſtatutum, per gloſſ. in lege, ſed hoc ita, de re iud. ff.

Sententia interlocutoria quando non affert graue præiudicium parti abſenti, poteſt ferri, parte non citata, alias ſecus, ita no. Bar. in l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. proconſ. & Abb. in ca. auditis, col. 2. de procu.

Sententia non eſt neceſſe, quod pro ſui ualiditate contineat cauſam in ſe expreſſam, ita no. Abb. in c. ſicut colum. 2. de ſent. & re iud. & Bart. in l. quod ait. §. ignominiæ. & in leg. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his qui no. infa. Fallit tamẽ in caſibus tactis per Abb. in d. cap. ſicut. Sed quantum ad grauamen partis diſtinguitur, aut cauſa apparebat ex actis, & non eſt neceſſe, aut non apparebat, & tenetur in ſindicatu, ſi non appoſuit iudex. Ita dicit Barto. in dic. §. ignominiæ, & in d. §. pœna grauior.

Subſtitutus datus alicui, qui eſt cohæres eiuſdem, ita demũ admittitur ad ſubſtitutionem, ſi partem ſuam hæreditatis acceptet, alias ſecus, text. eſt in l. qui plures, la 1. ff. de uulg. & pup. & not. Ale. in l. 1. C. de impub. facit le. quidam cu logio. C. de iure delib.

Subſtitutio facta per hæc verba, Titium inſtituo, & ſeium ſibi ſubſtituo, cõtinet tantum vulgarem, non autem fidei comm. ſed ſi eſt talis perſona, in qua poteſt cedere pupillaris. continet etiam pupillarem. Ita no. dixit Ale. in leg. Gallus. §. quidam recte. colum. 2. de libr. & poſt. per tex. in l. nam hoc iure poſt princi. ibi in uulgare tãtum modo caſum. de vul. & pup. & ponit Barto. in d. § quidam recte circa finem.

Scholaris, qui funerauit alium ſcholarem ſocium ſuum, uel fecit ſibi expenſas in infirmitate, an poſſit retinere libros, donec ſibi ſatisfiat, uide ſup. in uerſic. hoſpes qui funerauit &c.

Statutum puniens producentem, falſos teſtes, uendicat ſibi locum etiam in producente unum falſum teeſtm. Ita uoluit Bartol. in lege 3. §. negotia, per illum text. ff. de negot. geſt. et Alex. in l. Gallus. §. quod ſi is.

Subſtitutio facta duobus in ſimul inſtitutis, ſi deceſſerint. uel ſi hæredes non erunt, an uno moriẽte, faciat admitti ſubſtitutum, an uero cohærede. dic, quod regulariter ſubſtitutus admittitur, text. eſt in l. Lutius. §. Gaio. ff. ad treb. et in le. fin. §. filium. de leg. 2. & notat Alex. in l. Gallus § etiam ſi parentem in fi. col. de libr. & poſth. niſi cohæres eſſẽt perſona quæ ueriſimiliter ex tacita uoluntate defuncti eſſet præferenda ſubſtituto, ut l. pen. C. de impu. et alii ſub. et le. hęredes mei, § cum ita, & ibi per Alexand. ff. ad Trebell.

Subſtitutio breuiloqua non continet ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ita dixit Bartol. in l. 2. C. de impub. et ibi etiam Alexand. per text. in l. nam hoc iure. §. i. in uerſic. tantummodo. ff. de uulg. & pupil. unde ſi eſt facta perſonis imparibus continet tantum uulgarem, licet fideicom potuiſſet equaliter fieri omnibus

ita.

ita etiam Alex. in l. præcibus colum. 1. C. de impub.

Subſtitutio pupillaris facta perſonæ, cui fieri non poteſt, reſoluitur in vulgarē tantum, ita not. dixi *Bar.* in l. ſi. per illum tex. C. hær. inſti.

Statutum, quod filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, videtur uelle dotem compenſari cū legitima, & non excludere filiam a legitima, ut not. Bald. in l. ſancimus, C. de nup. Vnde quamuis filia ſit infans, tamen poteſt petere dotem, ut legitimam, ante nubilem ætatem, & moriens transmittit illam ad hæredes ſuos. ita dixit Alex. in c. conſi. 55. colum. fin. vol. 2. licet Bart. videatur ſentire contrarium in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & dem. unde etiam tunc pater non poteſt filiam grauare in dotem ut ibi dicit Alex. & hæc adde his quæ dixi ſup. in uer. pater an poſſit grauare.

Sententia lata non expectata relatione nuntij, qui partem citauit ad ſententiam audiendam, eſt nulla, ſecundum *Bartol.* in l. hæc autem, §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſ. ea. quē refert & ſequitur Iaſ. in l. ne quicquam, §. ubi decretum. col. 5. ff. de offic. procon.

Statutum ſemper debet intelligi, ut aliquid addat iuri communi, ita not. Barto. in l. 4. § prætor ait. colum. 2. ff. de damn. infect. & *Bart.* in lege 2. ff. de vſucap.

Sententia lata parte non citata, non valet, non ſolum lata contra abſentem, ſed etiam pro abſente, ut no. *Bartol.* in l. ea quæ. C. quomodo, & quando iudi. ꝙ limita non procedere in interlocutoria, quæ ſemper ualet, quando fertur pro abſente non citato, ſecundum Aug. in l. 1. C. qui non ob. lon. tem. præſcr. quem ſequitur. Iaſ. in l. nequicquam §. ubi decretum. columna 11. in 19. fallent. ff. de off. procon.

Sententia, quæ continet errorem, qui apparet ex actis, eſt ipſo iure nulla. ita *Bartol.* in l. 1. ff. quæ ſen. ſi. app. reſci.

Statutum factum a duce, comite, uel barone, uel epiſcopo, uel magiſtratu, dicitur ius prætorium, ita no *Bart.* in l. 5. in prin. ff. de ver. ob. & ibi Ale. idem Bar. in l. ſi. ff. de pœnis. & Alex. in l. more. col. 3. ff. de iuriſ. iuriſ. omn. iud. & Rom. in conſil. 36. & hoc poteſt eſſe utile ad id, quod not. Alex. in l. ſi quis id quod. colum. fin. vbi refert, quod quando pœna debetur ex edicto pretoris, in dubio debet applicari parti.

Statutum faciens mentionem de damno dato, puta, quod ſtetur iuramento dānum paſſi, non extenditur ad furtum, de quo uide ſupra in verſiculo, furtum non uenit.

Sententia producit actionem in factū. l. actori, C. de reb cred. & l. miles, §. fin. & ibi glo. ff. de re iudi. & uide gloſ. in clem. ſin. in glo. 1. de appe. quæ etiam ſentit, quod ex interlocutoria non oritur actio in factum, ſed tantum exceptio, quod qualiter procedat, uide Ale in l. 1. §. ſi. ff. ſi quis ius di. non ob. colum. 1. & gloſ. in l. nam & poſtea, §. fina. ff. de iureiura. ſed quando iudicatur ſuper reali, competit etiam actio in rem utilis ex ſententia, ita tenuit *Ale.* in l. 1. colum. ſi. C. de iudi. per tex. in l. ne in arbitris. uerſ. & in his omnibus, C. de arbi. & in l. ſi duo. §. Iulianus, ff. de iureiur. & uide Bar. in l. miles, §. fin. & ibi Alex. ff. de re iud.

Scholaris tenetur defendere opi. magiſtri ſui, ita dixit Bar. in l. dicere, ff. de arb. & Abb. in c. 1. colum 6. de poſtulat. præla. vbi plus dicit, quod ſcolaris, qui ſequitur opin. magiſtri ſui, non incidit in aliquam pœnam, nec tenetur ad aliquas expenſas, quamuis erronea eſſet op n. Ita etiam dicit Iaſ. in l. generaliter. in fin. ff. de in ius uoc.

Statutum tollens omne priuilegium, non intelligitur de clauſo in corpore iuris, ſed de priuilegio ſpeciali, quod in iure non reperitur. *Ita* dixit Ale. in l. miles, in fi. in prin. ff. de re iudic. & Bar. in l. hæres. abſens, in prin. ff. de iudi.

Sententia arbitri, quæ eſt expreſſe contra leges vel ſacras conſtitutiones, eſt ipſo iure nulla, ſicut ſententia iudicis. gloſ. eſt not. in l. diem proferre. § ſtari, quam ibi ſequitur Ble. ff. de arbi.

Stilus curiæ facit ius, & poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, ubi non reperitur ius commune in contrarium. Ita dixit Abb. in cap. ex litteris, in 3. col. de conſtit.

Sta-

Statutum, quando uenit expreſſe ad derogationem iuris communis, non interpretatur ſecundum ius commune, ſecundum *Alexan*.in conſi.20.colum. fin. uolum.1.

Statutum ſeu lex ciuilis diſponens ſuper prohibitione alicuius actus, nũquam uidetur diſponere ſuper actu iurato, ſecũdum Alex.not.in conſi.27.column.pen. & fi.uolum.1.& uide ſupra, in uerſic.reſcriptum.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, inducit notorium, ſecundum Alex. conſi.33.in fi.uol.2.

Statutum debet intelligi ut lædat ius commune minus quam poteſt. l.2. C.de noxa.& Ale.in conſi.40.col.fi. uer.& hoc uolum.1.& conſi. 50.colum.pen.uerſi.2. uol. 1.

Subſtitutus pupillaris ſi moritur non adita hæreditate pupilli, ſuccedit mater pupilli. Corn.in conſi.28.uol.4.

T

TVtor datus in teſtamento filiis, intelligitur datus etiam poſthumis.l. ſi quis filiabus.ff.de teſta.tu. ſecus autem in legato, ut l.qui quartam, §.fin. & l qui filiabus, iuncta glo ff.de leg.primo Et ratio diuerſitatis eſt, quia legata fiunt propter affectionem, quam teſtator non ita potuit habere in naſcituris, ſicut in iam natis. ſed tutor datur ratione filiationis, ſed ita eſt filius poſthumus, ſicut natus, ergo intelligitur etiam de poſthumo, & hanc rationem diuerſitatis ponit glo. in d.l.qui filiabus.

Teſtis, qui non fuerunt producti in cauſa principali, an poſſint produci in cã appellationis ſuper eiuſdem capitalis. Bar.in l per hanc circa fin. C.de temp.appel. tenet, quod non, ſed ſuper diuerſis ſic. Idem tenet Abb.in c.fraternitatis extra de teſti.quia ſubeſt timor ſubornationis.iuxta auth.at qui ſemel. C.de probat. Tamen in contrarium tenuit Bald.in l. eos §.ſi quid autem. C.de appel. & in d l. per hanc & ibi etiam *Ange*. Idem etiam tenet Angel.in conſi.153. Et hæc eſt cõis opi.contra Bart. quam ẽt tenet Franc.de Cur.in repe.l.admonendi, ff de iureiu.in 12.col.ubi dicit hanc communiter obſeruari in practica, & qui neſcire, deluderet iur.Nec ob.quod dicit Abb.in d c.fraternitatis, quia illa opi.uendicat ſibi locum in foro canonico, ſecus autem in foro ciuili.Ad rationem de timore ſubornationis. uide Bal.in d.§. ſiquid autem, ubi reſpondet, quod no. quia eſt multum quotidiana, & quilibet ſolet errare, & opini. Bart.ſeruatur, in practica, & eſt communis opi.contra Bal.

Teſtes an poſſint produci poſt publicationem, ſi pars non didicerit teſtificata, gl.in c. conſtitutus, extra de teſti.tenet ꝙ ſic. Tamen Abba. ibi eam reprehendit, & tenet contrarium, & in c.fraternitatis.eo. tit.ubi plene examinat hunc articulum, & finaliter concludit, ꝙ non poſſunt produci. Et rõ eſt, quia pars uꝛ tacite renuntiaſſe productioni, conſentiendo publicationi, & quia ius præſumit ipſam didiciſſe ſtatim, quod facta eſt publicatio, niſi publicatio fuiſſet nulla, puta facta parte inuita, uel non citata, uel die feriata, quia tunc habetur ac ſi non fuiſſet facta, niſi pars didicerit teſtificata, quia tunc non poſſet teſtes producere, ẽt ſi publicatio fuiſſet nulla, ita tenet Bart.in auth.at qui ſemel. C.de proba col.3. uide tamen multas limita, quando teſtes poſt publicationem poſſunt produci, per And.ſicu. in d. cap.fraternitatis, in add.ad Abb.adde ad prædicta *Anch*. conſi.123.

Teſtator ſi dicat legatario, eſto cõtentus tali fundo, an fundus uideatur ſibi legatus, & an alia legata uideantur ſibi adẽpta per hæc uerba. Dic, ꝙ fundus eſt legatus, ſed per hæc uerba, alia legata non uidentur ſibi adempta, niſi dixerit, ꝙ plus petere non poſſit uel appoſuerit dictionem, tantũ, uel duntaxat. ita ſingulariter dixit Bar.in l.fideic.§.ſi quis ita, ff.de le.3.uel niſi dixiſſet, pro omnib.rebus, quæ tibi legaui, ſis cõtentus tali fundo.l.Paulo Calimacco, §.1.de leg.3.

Teſtes in caſu, in quo non tenẽtur reddere cãm dicti ſui, ſine ĩterrogatione, iuxta ea q̃ no.in l ſolã.C.de teſt.& in c.cum cãm, & ibi per Abb.ex t.de proba.ſi ſpõte reddiderunt cãm, faciunt maiorẽ fidẽ, ꝙ illi, qui deponunt ſine cã, ẽt ſine interrogat ita ſingulariter tenet *Bal*. in l. presb.

C.de

C.de epi.& ele.col.fi. ubi dicit, quod ſi vnus haberet duos teſtes, qui reddiderunt cauſam,& aduerſarius alios duos, qui nõ reddiderunt cauſam, præferuntur illi, qui reddiderunt cauſam, etiam ſponte, quod dictum eſt multũ ſingulare, quod refert & ſequitur Barb.in d. ca. cum cauſam,in add.ad Abb.col.4. & ibi uide pulcram addi.in hac materia.

Teſtis deponens ſuper adulterio, non probat, niſi reddat cauſam dicti ſui, etiã non interrogatus,& eſt ratio, quia talis probatio conſiſtit in intellectu, quo caſu ſi teſtis non reddit cauſam non probat. Ita no.Bal. in l.ſolam.C.de teſt. & And. Barba in c.cum cauſam,in addi.ad Abb. extra de teſti. & in cap.præterea.in addit. eod.tit.

Teſtator faciens inſtitutionem uidetur magis diligere inſtitutum primo gradu quam ſubſtitutum,& magis ſubſtitutum in ſecundo gradu, quam in tertio.l. publius.§.fin.ff.de condit.& demonſt.& magis uidetur diligere filium natum quam naſciturum.glo.eſt in l.qui filiab. ff.de leg.1.adde Ale.in conſi.1.colum.6. volum.1.

Teſtes ſeniores licet dicantur magis idonei, quam iuuenes, ut no.glo. & Bart. in l.cum quid,ff.ſi cer.pet.facit l.fin ff.de fi. inſtrum. tamen ſi probatum fuerit, ꝙ iuuenes ſint perſpicatiores, maior fides adhibetur iuuenibus, & facilius admittẽtur ad dignitates, ut authen. de mona.§. fin. Iſta tamen excellentia debet probari ſaltem per xv.teſtes. ita uoluit Roma in l.ſi uero,§.de uiro. in ſenta fallen. ff. ſol. ma.per tex.in l.unicuique & ibi glo.C.de prox.ſac.ſcrin.licet alias glo.in l.Gallus, in prin.in uer.ſi filius.de li. & poſt.dicat, quod quanto iuniores, tanto perſpicatiores.

Teſtis unus quandoq. facit maiorem probationem, quam plures, ut ſi aliquis habet unum teſtem ſingularem, poteſt petere ſibi deferri iuramentum ſuppletorium, & ſic habebit plenam probationẽ. iux.l.admonendi,ff.de iureiur. Sed ſi haberet plures teſtes ſingulares, etiam ſi mille eſſent, tunc ex quo dictum unius diminuit dictum alterius, non poteſt dari iuramentum ſuppletorium, ita ſingulariter voluit Bald.in l.de quibus, colum.1 & ff. de legi. Quod limita procedere ita demũ ſi erat ſingularitas talis, per quam dictũ vnius infringebat dictum alterius, ut ſi vnus teſtis dicat, mutuum fuiſſe factum in uno loco,& alius in alio loco, ſecus ſi eſſet ſingularitas adminiculatiuæ, ut ſi vnus dicat, uidi mutuum fuiſſe factum, & alius uidi confeſſionem de mutuo, nã tunc poſſet deferri iuramentum ſuppletorium. Ita not. Alex.in conſilio 21. volum. 5. quod eſt not. & de hac ſingularitate adminiculatiua loquitur Bal. in l.1. colum.4.in fin.C.de teſta. & idem Bald. in l.pecuniæ. C. de ſolut. & de prædictis omnibus uide plene per Lanfran. in repe.l.admonendi, colum. 5. ff. de iureiur. & per eundem Lanfr. in clem.diſpendioſam,colum.3.de iudi.& Ale.in conſi.11. uol.4.

Teſtis deponens Titium cultiuaſſe, & minaſſe, & penſiones exegiſſe, uidetur probaſſe de dominio ita no.Bart.in l.Titia.per illum text. ff. de ſolu. Quomodo autem probetur poſſeſſio, uide Barto. in l ſtipulatio iſta §.hæc quo,de uerb. obligat.& ibi per Alex. & uide omnino Lanfran.in repeti.le.admonendi, colum.15. ff.de iureiuran.& Bart.in l.celſus.ff.de vſuca.

Teſtis interrogatus, quia erat præſens in tali loco, ſi prius dicat, Titius & Sempronius, deinde rurſus interrogatus dicat, nullus, non dicitur uarius, nec poteſt puniri de falſo, quia ſecunda reſponſio debet intelligi ſecundum primam, ſcilicet nullus præter illos duos. Ita nota eo uoluit Albe.de Roſa.in le.non erit,§ dato. ff.de iureiu.& Alex.in l. ſtipulatio iſta.§. hæc quoque de verb. obl. licet in contrarium faciat, quod quando teſtis diuerſa dicit, in dubio accipitur pro uero illud quod facit contra ipſum, ut no. Bart.in l. eos, ff. de falſ. ergo potius debet attendi ſecunda reſponſio, quod non obſtat, quia teſtis poſtquam ſemel eſt interrogatus, non debet iterum interrogari, ut uoluit Bar. in l.1.colum.2.ff.ſi cert.per. Cum ergo non tenebatur reſpondere, ideo ſecunda reſponſio ſibi non præiudicat. l.ornamentorum.ff.de aur.& arg.leg. quod facit ad illud quod habetur, in §. ſerui uerbo,

bo, iuncta glo. inſti. de liberti. ubi proba- tur, quod ubicunque aliquis actus poteſt fieri ſine interuentu alicuius perſonæ, licet poſtea interueniat, non uitiat, facit quod no. Ale. in l. unum. in fi. ſi cert. pet. uide ad primum dictum Bald. in l. data opera. colum. 11. uer. ſed hic quæro. C. qui accuſ. non poſſ. & Alex. conſi. 180. in fin. uolum. 5.

Teſtis debet deponere per alterum ex quinque ſenſibus corporis. Ita no. Bar in l. 1. col. 1. ff. ſi cer. pe. Ale. in conſ. 132. colum. pen. vol. 5. uere, vel præſumptiue, ut ſi interrogetur, quomodo ſciat Titium eſſe diuitem, ſcio, quia ſum uicinus, non per hoc ius præſumitur ipſum ſcire ſuas diuitias, ac etiam eas uidiſſe, quia præſumitur ſcire facta uicini. l. ſi ita. §. fi. & ibi Bar. ff. de fundo. inſtr. & l. ſi uicinus. C. de nup. & l. filium. ff. de his qui ſunt ſui alien. iur. & ſic præſumptiue deponit de ſenſu corporeo. Sic etiam dicimus in conſanguineo. qui præſumitur ſcire facta conſanguinei, ut l. octaui. ff. unde cog. & l. de tutela. C. de in integ. reſti. mi. Et hanc regulam, quod uicinus præſumatur ſcire facta uicini, limita procedere in actis ſucceſſiuis, nam ſecus in momentaneis, quia nõ præſumitur ſcire, unde ſi dicat teſtis, ſcio Titium contraxiſſe, quia ſum uicinus, nõ probat. quia contractus unico momento fieri poteſt. Ita no. Ale. in d. l. 1. col. 4. & 5. ff. ſi cer. pet. idem uoluit multum no. Bal. in l. 1. in fi. C. de collu. dete. ubi dicit, quod ſi teſtis dicat, ſcio Titium commiſiſſe ſtuprum, quia ſum uicinus, non probat. & Alex. conſ. 71. col. 3. uol. 1. & conſ. 50. circa fi. col. uol. 5.

Teſtis deponens de auditu auditus, nõ probat, ut ſi dicat, ſcio, quia audiui dictũ a Sempronio, quia dẽt deponere de auditu proprio. Fallit tamen in leg. ſi arbiter. ff. de proba. ubi ad probandum tempus, cuius memoria non exiſtit, ſuffic t probare per auditum alienum, idem probatur in l. ſecundi, §. idem Labeo. el 2. ff. de aqua plu. ar. & ibi eſt gloſſ. Alias autem deponens de auditu alieno nullam fidem facit, ut eſt glo. in l. teſtium. in uerſ. præſto. C. de teſti. Et ex hac l. ſi arbiter, habes, quomodo articulandum ſit ad probandã memoriam, uel non memoriam, quia debes articulare, quod communiter hominum memoria in contrarium, non reperitur, ſicut etiam in probando ualorem alicuius rei, debes articulare, quod ex communi hominum æſtimatione res tanti ſolet æſtimari, ut habetur in l. pretia rerum. ff. ad l. fal. & ibi per doct. Limita tamen multum ſingulariter hanc materiam, quod licet teſtis deponens de auditu alieno non probet, tamen facit aliqualem præſumptionem, per quam transfertur onus probandi in aduerſarium. dictum fuit ſingulare Archid. in c. non uſ. 2. q. 5. cuius meminit Rom. in ſingulari. incip. teſtimonium de auditu, &c. & Fran. de Cur. in repe. l. admonendi, colu. 4. ff. de iureiur. & Fel. in cap. tam literis. col. pen. in fi. de teſti.

Teſtis deponens extra articulum, non probat. capit. de teſtibus extra de teſti. & ibi not. & Bar. in l. ſi duo patroni. §. idem Iul. ff. de iureiur. & tunc dicitur deponere extra articulum, quando id, quod dicit, nihil facit ad articulum: alias ſi attingit aliquantulum articulum, bene probat. Ita ſingulariter uoluit Ang. in l. iam dubitari, ſuper glo. in uer. non ab re. ff. de he. inſti. quem refert Ale. in l. 1. col. 3. ff. ſi cer. per.

Teſtis deponens per uiſum illud, quod debebat deponere per auditum, an probet, uidetur, quod non. per l. 1. poſt prin. ff. de his quæ in teſt. dele. ubi non ſufficit percipere ſenſu illud, ad quod viſus requirebatur & ita tenet Pau. de Caſt. in l. 1. ff. de uerb. obl. adde Bal. in l. ſolam, in 7. q. & in l. teſtium, in 2. q. C. de teſt. tamen in cõtrarium uoluit Bar. in l. fi. C. de peri. nominatorum. li. undecimo. ubi dicit, quod teſtis deponens per tactum illud, quod debebat deponere per uiſum, bene probat, & idem ſequitur Bald. in l. non omnium. ff. de leg. quem refert Ale. in d. l. 1. in prin. in fi. uerbis. ff. de uerb. obl. & uide Alex. in leg. quod meo. §. ſi uenditorem. ff. de acq. poſſeſ. & Abb. in cap. cum cauſam. col. 6. de teſti.

Tranſactio facta per pupillum cum eo tutore, qui debebat prius conueniri ratione ordinis, de quo in l. 1. §. nunc tra-

ctemus.

C. de epi. & cle. col. ſi. ubi dicit, quod ſi vnus haberet duos teſtes, qui reddiderunt cauſam, & aduerſarius alios duos, qui nõ reddiderunt cauſam, præferuntur illi, qui reddiderunt cauſam, etiam ſponte, quod dictum eſt multũ ſingulare, quod refert & ſequitur Barb. in d. ca. cum cauſam, in add. ad Abb. col. 4. & ibi uide pulcram addi. in hac materia.

Teſtis deponens ſuper adulterio, non probat, niſi reddat cauſam dicti ſui, etiã non interrogatus, & eſt ratio, quia talis probatio conſiſtit in intellectu, quo caſu ſi teſtis non reddit cauſam non probat. Ita no. *Bal.* in l. ſolam. C. de teſt. & And. Barba in c. cum cauſam, in addi. ad Abb. extra de teſti. & in cap. præterea. in addit. eod. tit.

Teſtator faciens inſtitutionem uidetur magis diligere inſtitutum primo gradu quam ſubſtitutum, & magis ſubſtitutum in ſecundo gradu, quam in tertio. l. publius. §. fin. ff. de condit. & demonſt. & magis uidetur diligere filium natum quam naſciturum. glo. eſt in l. qui filiab. ff. de leg. 1. adde Ale. in conſi. 1. colum. 6. volum. 1.

Teſtes ſeniores licet dicantur magis idonei, quam iuuenes, ut no. glo. & Bart. in l. cum quid, ff. ſi cer. pet. facit l. fin ff. de ſi. inſtrum. tamen ſi probatum fuerit, ꝙ iuuenes ſint perſpicatiores, maior fides adhibetur iuuenibus, & facilius admittẽtur ad dignitates, ut authen. de mona. §. fin. *Iſta* tamen excellentia debet probari ſaltem per xv. teſtes. ita uoluit Roma in l. ſi uero, §. de uiro. in ſenta fallen. ff. ſol. ma. per tex. in l. unicuique & ibi glo. C. de prox. ſac. ſcrin. licet alias glo. in l. Gallus, in prin. in uer. ſi filius. de li. & poſt. dicat, quod quanto iuniores, tanto perſpicatiores.

Teſtis unus quandoq. facit maiorem probationem, quam plures, ut ſi aliquis habet unum teſtem ſingularem, poteſt petere ſibi deferri iuramentum ſuppletorium, & ſic habebit plenam probationẽ. iux. l. admonendi, ff. de iureiur. Sed ſi haberet plures teſtes ſingulares, etiam ſi mille eſſent, tunc ex quo dictum unius diminuit dictum alterius, non poteſt dari iuramentum ſuppletorium, ita ſingulariter voluit Bald. in l. de quibus, colum. 18. ff. de legi. Quod limita procedere ita demũ ſi erat ſingularitas talis, per quam dictũ vnius infringebat dictum alterius, ut ſi vnus teſtis dicat, mutuum fuiſſe factum in uno loco, & alius in alio loco, ſecus ſi eſſet ſingularitas adminiculatiuæ, ut ſi vnus dicat, uidi mutuum fuiſſe factum, & alius uidi confeſſionem de mutuo, nã tunc poſſet deferri iuramentum ſuppletorium. Ita not. Alex. in conſilio 21. volum. 3. quod eſt not. & de hac ſingularitate adminiculatiua loquitur *Bal.* in l. 1. colum. 4. in fin. C. de teſta. & idem Bald. in l. pecuniæ. C. de ſolut. & de prædictis omnibus uide plene per Lanfran. in repe. l. admonendi, colum. 5. ff. de iureiur. & per eundem Lanfr. in clem. diſpendioſam, colum. 3. de iudi. & Ale. in conſi. 11. uol. 4.

Teſtis deponens Titium cultiuaſſe, ſeminaſſe, & penſiones exegiſſe, uidetur probaſſe de dominio ita no. Bart. in l. Titia. per illum text. ff. de ſolu. Quomodo autem probetur poſſeſſio, uide *Barto.* in l ſtipulatio iſta §. hæc quo, de uerb. obligat. & ibi per *Alex.* & uide omnino Lanfran. in repeti. le. admonendi, colum. 15. ff. de iureiuran. & Bart. in l. celſus. ff. de uſuca.

Teſtis interrogatus, quia erat præſens in tali loco, ſi prius dicat, Titius & Sempronius, deinde rurſus interrogatus dicat, nullus, non dicitur uarius, nec poteſt puniri de falſo, quia ſecunda reſponſio debet intelligi ſecundum primam, ſcilicet nullus præter illos duos. Ita nota uoluit Albe. de Roſa. in le. non erit, § dato. ff. de iureiu. & Alex. in l. ſtipulatio iſta §. hæc quoque de verb. obl. licet in contrarium faciat, quod quando teſtis diuerſa dicit, in dubio accipitur pro uero illud quod facit contra ipſum, ut no. Bart. in l. eos, ff. de falſ. ergo potius debet attendi ſecunda reſponſio, quod non obſtat, quia teſtis poſtquam ſemel eſt interrogatus, non debet iterum interrogari, ut uoluit *Bar.* in l. 1. colum. 2. ff. ſi cert. per. Cum ergo non tenebatur reſpondere, ideo ſecunda reſponſio ſibi non præiudicat. l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. quod facit ad illud quod habetur, in § ſerui uerbo,

bo, iuncta glo. inſti. de liberti. ubi probatur, quod ubicunque aliquis actus poteſt fieri ſine interuentu alicuius perſonæ, licet poſtea interueniat, non uitiat, facit quod no. Ale. in l. unum, in fi. ſi cert. pet. uide ad primum dictum Bald. in l. data opera. colum. 11. uer. ſed hic quæro. C. qui accuſ. non poſſ. & Alex. conſi. 180. in fin. uolum. 5.

Teſtis debet deponere per alterum ex quinque ſenſibus corporis. Ita no. Bar in l. 1. col. 1. ff. ſi cer. pe. Ale. in conſ. 132. colum. pen. vol. 5. uere, vel præſumptiue, ut ſi interrogetur, quomodo ſciat Titium eſſe diuitem, ſcio, quia ſum uicinus, non per hoc ius præſumitur ipſum ſcire ſuas diuitias, ac etiam eas uidiſſe, quia præſumitur ſcire facta uicini. l. ſi ita. ſ. fi. & ibi Bar. ff. de fundo. inſtr. & l. ſi uicinis. C. de nup. & l. filium. ff. de his qui ſunt ſui alien. iur. & ſic præſumptiue deponit de ſenſu corporeo. Sic etiam dicimus in conſanguineo. qui præſumitur ſcire facta conſanguinei, ut l. octaui. ff. unde cog. & l. de tutela. C. de in integ. reſti. mi. Et hanc regulam, quod uicinus præſumatur ſcire facta uicini, limita procedere in actis ſucceſſiuis, nam ſecus in momentaneis, quia nõ præſumitur ſcire, unde ſi dicat teſtis, ſcio Titium contraxiſſe, quia ſum uicinus, nõ probat, quia contractus unico momento fieri poteſt. Ita no. Ale. in d. l. 1. col. 4. & 5. ff. ſi cer. pet. idem uoluit multum no. Bal. in l. 1. in fi. C. de collu. dete. ubi dicit, quod ſi teſtis dicat, ſcio Titium commiſiſſe ſtuprum, quia ſum uicinus, non probat. & Alex. conſ. 71. col. 3. uol. 1. & conſ. 50. circa fi. col. uol. 5.

Teſtis deponens de auditu auditus, nõ probat, ut ſi dicat, ſcio, quia audiui dictũ a Sempronio, quia dẽt deponere de auditu proprio. Fallit tamen in leg. ſi arbiter. ff. de proba. ubi ad probandum tempus, cuius memoria non exiſtit, ſufficit probare per auditum alienum, idem probatur in l. ſecundi, ſ. idem Labeo. el 1. ff. de aqua plu. ar & ibi eſt gloſſ. Alias autem deponens de auditu alieno nullam fidem facit, ut eſt glo. in l. teſtium. in uerſ. præſto. C. de teſti. Et ex hac l. ſi arbiter, habes, quomodo articulandum ſit ad probandũ memoriam, uel non memoriam, quia debes articulare, quod communiter hominum memoria in contrarium, non reperitur, ſicut etiam in probando ualorem alicuius rei, debes articulare, quod ex communi hominum æſtimatione res tanti ſolet æſtimari, ut habetur in l. pretia rerum. ff ad l. fal. & ibi per doct. Limita tamen multum ſingulariter hanc materiam, quod licet teſtis deponens de auditu alieno non probet, tamen facit aliqualem præſumptionem, per quam transfertur onus probandi in aduerſarium. dictum fuit ſingulare Archid. in c. non uſ. 22. q. 5. cuius meminit Rom. in ſingulari. incip. teſtimonium de auditu, &c. & Fran. de Cur. in repe. l. admonendi, colu. 40. ff de iureiur. & Fel. in cap. tam literis. col. pen. in fi. de teſti.

Teſtis deponens extra articulum, non probat. capit. de teſtibus extra de teſti. & ibi not. & Bar. in l. ſi duo patroni. ſ. idem Iul. ff de iureiur. & tunc dicitur deponere extra articulum, quando id, quod dicit, nihil facit ad articulum: alias ſi attingit aliquantulum articulum, bene probat. Ita ſingulariter uoluit Ang. in l. iam dubitari, ſuper glo. in uer. non ab re. ff. de he. inſti. quem refert Ale. in l. 1. col. 3. ff. ſi cer. pet.

Teſtis deponens per uiſum illud, quod debebat deponere per auditum, an probet, uidetur, quod non. per l. 1. poſt prin. ff. de his quæ in teſt. dele. ubi non ſufficit percipere ſenſu illud, ad quod viſus requirebatur & ita tenet Pau. de Caſt. in l. 1. ff. de uerb. obl. adde Bal. in l. ſolam, in 7. q. & in l. teſtium, in 2. q. C. de teſt. tamen in cõtrarium uoluit Bar. in l. fi. C. de peri. nominatorum. li. undecimo. ubi dicit, quod teſtis deponens per tactum illud, quod debebat deponere per uiſum, bene probat, & idem ſequitur Bald. in l. non omnium. ff. de leg. quem refert Ale. in d. l. 1. in prin. in fi. uerbis. ff de uerb. obl. & uide Alex. in leg. quod meo. ſ. ſi uenditorem. ff. de acq. poſſeſ. & Abb. in cap. cum cauſam. col. 6. de teſti.

Tranſactio facta per pupillum cum eo tutore, qui debebat prius conueniri ratione ordinis, de quo in l. 1. ſ. nunc tra-

ctenus.

ctemus.ff.de tut.& ra. diſtr. prodeſt alijs contutoribus,ut not.gl.in l.1.C. de tranſact.nam agenti pupillo contra alios, obſtabit exceptio,non autem exceptio tranſactionis, ſed exceptio cedendarum,quia poſſunt dicere, cedas nobis actiones, quas habes contra illum, quã cedere non poteſt,cum nullam habet,quia trãſactio ne eſt ſublata, unde per indirectum illa tranſactio proderit aliis, quia nunquam ſoluere tenetur,niſi prius actione ſibi ceſſa. Ex quo reſultat utilitas,quia cum hæc exceptio cedendarum ſit dilatoria, non poteſt opponi poſt lit. conteſt. ut l. exceptionem. C. de proba.ſecus eſſet in exceptione tranſactionis, quæ eſt peremptoria.l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de condi. inde.vnde poſſet opponi uſque ad ſententiam.l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.non poſ.ita uoluit Anto.de Ale.in d.l.1.C.de tranſact.

Teſtis particeps delicti non admittitur ad teſtificandum contra participem eiuſdem delicti.l.quoniam,& ibi per Docto.C de teſti.& Bar.in l.1.§. ſi ſeruus. ff. de quęſtio.Similiter nec unus ad accuſandum alium admittitur le.ſi filium. C.de lib.cauſa quod limita,ut ſingulariter habetur per Abb.in c.ſi.in 2.no.ext.de teſt. cog.

Tranſactio generalis facta ſuper petitione ſpeciali non extenditur ultra rem petitam.l.ſi decerta.C. de tranſact.ſi uero fuerit petitio generalis,& tranſactio ſpecialis,ſimiliter non præiudicat,niſi ſuper quo tranſactum eſt,l.age cum.C.eo.tit ſi vero fuerit tranſactio generalis,& petitio generalis,& proſecutio tantum ſpecialis, tunc ſimiliter non præiudicat,niſi quatenus eſt facta proſecutio.leg.licet,quæ eſt lex ſecundo.C.de iudi.Sed ſi tam petitio, quam tranſactio,quam etiam proſecutio fuit generalis, tunc præiudicat in omni eo,quod poterat in illa generalitate includi,ſiue fuerit de eo cogitatum,ſiue non.l. ſub prætextu ſpecierum. C.de tranſactio. Quod limita non habere locum,quando aliquid fuiſſet dolo occultatum,per partem, quia in generali tranſactione illud non continetur.l.tres fratres. ff. de pact. & l.ſi quis rationes,& leg.non ſolum.§.ſi hæres,& l. Aurelio.§. Gaius.ff.de lib.leg. Item non continentur ea, quæ poterant per tranſigentem uendicari.l.fin.§. Titia. ff.de lib.leg.

Terminus datus alicui ad agendum, uel ad defendendum operatur,quod ſi infra illud tempus pars ipſa nõ compareat, uidetur liti renuntiaſſe, & non auditus amplius.l.ſi ea.C.qui accu.non poſſ.& l. Titia.ff.de accuſ.& gl.& Bar.in l.poſtquã liti C.de pactis.& l.diffamari. C.de inge. & ma.

Tranſactio an poſſit fieri ſuper alimẽtis uide ſupra in uerbo, alimenta quædã debentur,&c.

Teſtator relinquẽs uxorem ſuam maſſariam,uſufructuariam,& patronam,cũ pacto, quod non poſſit alienare aliquid, per hæc uerba uidetur ſibi reliquiſſe non ſolum uſumfructum,ſed etiam proprietatem, ad hoc ut uerba teſtatoris aliquid operentur. Iuxta l.ſi quando.de lega.1. ita no.Ale.in l.ſi conſtante,in prin. ſolu. ma.& Bald.in l.proculus.ff.de uſufru.per illum text. ubi grauamen iniunctum uſufructuario, quod altius ædes tollere non poſſit,operatur, ut ſibi uideatur data proprietas, nam clarum erat quod etiam ſine illis uerbis non poterat altius tollere, ſicut etiam ſine illa prohibitione alienationis uxor non poterat alienare.

Teſtator ubicunque in teſtamẽto ſuo exprimit uerba uulgaria,ut notarius ſcribens teſtamentum redigit illa in latinũ, talia uerba debent accipi ſecundum iura. Ita ſingulariter uoluit Bar.in l. ſi quis filiabus ff. de teſta. tu. ubi dat cautelam, quando aliquis deponit ut teſtis, faciat iudex uerba illius ſcribi uulgaria, prout emanat ex ore ipſius,& non faciat redigi ea in latinum,& hæc not.pro teſtamentis ruſticorum, quæ melius eſſet,ſi vulgaria ſcriberentur,quia plerumque imperiti notarii ſolent redigendo ea in latinum apponere aliqua uerba,quæ poſſent eſſe cõtra uoluntatem teſtatoris, & nihilominus ſtatur ſemper verbis teſtamenti, & uide Abb.in cap. ex litteris.de ſponſa.& Alexand. in conſ. ſecundo,colomna 10. volum.1.

Tertius comparens pro ſuo intereſſe

in

in iudicio, an impediat proceſſum iudicij, & an impediat executionem ſententiæ, & an poſſit producere nouos teſtes, etiam poſt publicationem, uide ſupra, in uerſ. iudicio ex pro cum aliquo, &c.

Tempus qñ eſt fundamentum intẽtionis alicuius, debet oĩno ab eo probari, alias ſuccumbit. gl. in l. eum actum. in fin. quam ibi multum laudat Bar. ff. de neg. geſt. & Bar. in l. non ſolũ. §. ſed ut probari ff. de ope. no. nun. Bal. in l. ſi nõ ſinguli, in fin. C. ſi plures una ſent. & l. matrem. C. de proba. ut ſi teſtator facit duo teſtã, in quorum uno inſtituit Titium; in alio uero Sempronium, ſi Titius dicit poſterius eſſe teſtamentum, in quo ipſe fuit inſtitutus, cum non appareret, quod eſſet prius, nec quod poſterius, ipſe debet hoc probare, ſecundum Bar. in l. 1. §. non autem. ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. Fallit tñ, qñ ille, qui dicit teſtamentum eſſe poſterius, eſſet in poſſeſſione bonorum; quia præſumitur pro eo, & contrarium tenetur probare aduerſarius; ita ſingulariter dixit Bar. in d. §. non aũt, quem ſequitur Iaſ. in rub. C. qui admitti. col. 3. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi ſtatutũ dicat, ꝙ infra menſem liceat hæredi adire hæreditatem, & non ultra, ſi reperitur hæres in poſſeſ. & ultra menſem eſt præſcriptio pro eo, & contrarium debet probare aduerſarius. Fallit ẽt, quãdo non pręſumendo pro eo induceretur delictum, quia adhoc ut euitetur ſuſpicio delicti, pro eo præſumitur, ita dicit Bart. in d. §. ſed ut probari, & plene Abb. in ca. in præſentia. col. 3. ext. de proba. ut ſi ſtatutum dicat, ꝙ a medietate menſis Maij liceat ire ad paſculandum, alias contrafaciens puniatur in centum, ſi modo accuſatur Titius, ꝙ iuit ad paſculandum, ipſe opponendo dicit, qualiter acceſſit de mẽſe Maii, non tamen a medietate inſ. præſumitur pro eo, ut delictum euitetur, & iſta eſt optima limitatio ad regulam, quę ſe hẽt, ꝙ dubia probatio non releuat probantem, quæ eſt in le. neque natales C. de proba. & in l. non hoc. C. unde cogna. ſecundum Abb. in d. c. in præſentia. col. 3.

Teſtes ſingulares plene probant in cã uſurarũ, ita ſingulariter uoluit Bal. in l. 1. col. 4. C. de teſt. & Lanfr. in cle. diſpendioſam. col. antep. de iud. & eſt optima limitatio ad regulas iuris cõis. itẽ teſtes ſingulares plene probãt de hæretica prauitate. ſecundum Bald. in l. 1. C. qui num. tute. & And. Sicul. in add. ad Abb. in cap. licet ex quadam, de teſti. & Bald. in l. actor. C. de proba. Item teſtes ſinguiares admittũtur, ubi cunque hẽat probare unum totum, nam licet dicant diuerſa, tñ ſi dicta eorũ tendunt ad illud totum, plene probãt. Ita tenet Ab. in d. c. licet ex quadam, & Lãfr. in d. cle. diſpendioſam, ubi exemplificat de probanda poſſeſ. ſi unus teſtis dicat, uidi eum arare & ſeminare, alius dicat, uidi colligere fructus plene probant, ſecundum quod dicit Bartol. in l. Titia. ff. de ſolu. & idẽ Bar. in l. Cælſus. ff. de uſucap. & hæc etiam rõ militat in uſuris, ſecundum Lanfr. in d. cle. & plura de ſingularitate teſtium, uide Bal. in l. teſtium. C. de teſti. & Andr. ſicu. in loco præallegato, contra tñ prædicta uide omnino Ale. in conſil. 177. quod incipit, inſpecto col. 3. uol. 2.

Teſtator in teſtõ faciens mentionẽ, de hęrede in dubio intelligitur de eo, qui eſt hæres ex teſtamento, non aũt ab inteſtato. l. ſi in teſtõ, & ibi eſt optima gloſſ. ff. ſi quis omiſ. cã teſt. & no. Ale. in l. 3. de le. 1. Teſtator legãs fundũ plurib. & prohibẽs quemlibet partẽ ſuam alienare, intelligitur prohibere alienationes in extraneos, & ita uerificatur illa dictio, aliis, unde poteſt quilibet partem ſuam in collegatarios alienare, tex. eſt optimus, & ibi Bar. in l. pater filium. § quindecim. de leg. 3.

Teſtator legãs & prohibens alienare, vt ſupra dictũ eſt proxime, ſ. partẽ ſuã vr prohibere alienare ẽt eam, quæ obuenit alicui ex legatarijs per ius accreſcendi. ita ſingulariter uoluit Ale. in l. ſi mihi & tibi in princ. de leg. 1. ſecus ſi iure emptionis obuenit, ut d. § quindecim.

Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & de eodem actu deponere. ita uoluit Bal. in l. de quib. antepen. colu. ff. de legi. quem ſequitur Ale. in l. 2. in fi. uerbis C. de bo. poſ. ſecundum tab. quod no. quia ex hoc habens, ꝙ teſtis in dubio non pſumitur ſingularis adde Soc. conſ. 171. col. 3 & Ale. conſ. 156. col. 4. in fi. uol. 5. Teſtis depenens de auditu uerborum facit plenam fidem, ẽt ſi paries uel cortina erat in medio & ẽt ſi nõ uiderit loquẽtes, dũmõ

habuerit notam uocem loquentis ita uoluit Abb in c. ex litteris. col. 1. de conſuet. quod intellige in oib. caſib. pterquam in teſtō, & ita uerificatur gl. in l. 2. §. item Labeo, ſecundum Bar. ibi. ff. de aqua plur ar. Sed in teſtamento oportet, quod teſtes uideam teſtatorem, quia propter infirmitatem ſolet uariari uox. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. licet ſecus ſit in codicillis, & donatione cauſa mortis, ſecundum Mattheſi. in no. ſuis 121. quem ſequitur Ale. in d. l. ſi non ſpeciali. Ex quo infert ibi Iaſ. ſingulariter quod ex quo hodie communiter in teſtamento apponitur clauſula codicillaris, quod teſtamentum poſſet ſeruari, etiam ſi teſtes non uidiſſent teſtatorem ſaltem iure codicillorum, quod facit ad id, quod uoluit Abb. in c. præterea, de teſti. ubi plene tradit regulam, quo modo probatur adulterium, & dicit quod ſimiliter teſtes probant plene, etiam ſi paries erat in medio, & ipſi unus poſt alium per rimulam uiderunt ſolum cū ſola, &c.

Teſtis deponens de uno uidetur probare de reliquo, quod frequentius ſolebat eſſe connexum cum illo, de quo depoſuit licet raro fuerit ſine eo. Ita dicit glo. in l. neque natales. C. de probat. quam reputat ad hoc ſingularem Alex. in l. non hoc C. unde cog. & in l. 1. col. 5. ff. ſi cer. pet.

Teſtis deponens de negatiu, quam nō coarctat loco, & tempore, & redditur ſuſpectus de falſo. Ita uoluit Inn. in ca. cum eccleſia, circa medium, de cauſa poſ. & ꝓprie. quem ſequitur Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. § Griſogonus. col. 11. de verb. obl. Ale. in l. 2. ff. quod quiſque iur. & in l. 1. in prin. ff. ſi us. di. non ob. adde Alexand. in conſ. 105. in fi. uol. 5.

Teſtamentum eorum, qui dabant, ſeu uendunt res ad credentiam, ut carius uendant, & ſic ante tempus uendunt, non ualet ipſo iure. Ita ſingulariter uoluit Abb. in c. ad noſtram, de empti. & uendit. quia tales cenſentur uſurarij. c. nauiganti. ext. de uſur. & c. quamquam, de uſur. lib. 6.

Teſtis deponens unum cum iuramento, ſi poſtea in articulo mortis deponit cōtrarium, & dicit ſe falſum dixiſſe, non ꝓiudicat primæ depoſitioni, unde ſtatur primo dicto. Ita uoluit Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. & Bar. in l. ſi quis in grauiſ. §. 1. ff. ad Silla. & Bald. in l. generaliter, in ult. no. C. de non nu. pe.

Teſtis quando repulſatur ut criminoſus, debet examinari, & ſpecificari crimē per repulſantem, alias repulſa non procedit, ita uoluit Bar. in l. 1. in fi. C. de teſt. & Bal. in auth. ſi dicatur. in fi. C. de teſtit. & Bar. in l. teſtiū. §. l. Iulia. ff. de teſti. & text. in c præſentium. §. teſtes, de teſti. in 6.

Teſtes poſſunt examinari etiam die feriato ad honorem Dei gl. eſt no. in cl. 1. de offi. del. in gl. 1. & Spe. in tit. de ferijs. §. 2. uer. quid ſi tunc teſtis, &c. & eſt ritus q̃ incipit, Item quid ſi detur terminus, &c.

Tranſmiſſio hæreditatis, quæ fit ex potentia ſuitatis, hēt locum nō ſolum, qū filius ſuccedit patri, iuxta text. in l. apud hoſtes, C. de ſu. & legi. & l. ſi fratris. C. de iure deli. ſed etiam quando frater eſt pupillariter ſubſtitutus fratri ſuo impuberi, quia mortuo pupillo ſi moritur frater ante aditā hæreditatē, ex ſubſtitutione trāſmittit ad quemcunque hæredem ſuū illā ſucceſſionē fratris ſui. Ita ſingulariter dixit Ale. in d. l. ſi fratris, & l. qm ſororē. C. de iure deli. per l. qui duos. ff. de re dubit. Scias tamen, ꝙ emancipatus etiam hodie non tranſmittit ex potentia ſuitatis. ita Bal. in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legi. & Ale. in l. ſi emancipati. C. de coll. & idem Ale. in d l. ſi fratris, & Iaſ. in l. emancipatā. col. 2. C qui admitt. quamuis Bar. uoluerit decidere, in l. ucutre. col. pe. ff de acq hær. item licet datio cohæredis extranei tollat effectum ſuitatis, le. ſi filius qui patri, de vul. & pup. & l. apud Iul. §. idem Iul. ff. ad treb. tamen hoc non habet locū quantum ad tranſmiſſionem, ita no. Bar. & Ale. in d. l. ſi fratris. & Alex. in l ſi. C. de inſt. & ſub. item datio ſubſtituti vulgaris tollit effectum ſuitatis, etiam quantum ad tranſmiſſionem. l. ſi filius hæres, & ibi per doct. ff de lib. & poſth. Quod limitat ſingulariter Bal. in l. cum proponas. col. 2. C. de hær. inſt quem ſequitur Ale. in d. l. ſi procedere, quando ſubſtitutio fuit facta per uerba, ſi hæres non erit, ſecus ſi ꝑ uerba, ſi hæres eſſe non poterit. An aūt datio ſubſtitutio uulgaris impediat alias tranſmiſſiones, ſcilicet illam per quam tranſmittitur ius deliberandi per le. cum antiquioribus. C. de iure deli. & illam, de qua

qua loquitur titulus, de his qui ante a peti. tab. d. c, quod non, ſecundum Bald. in d. leg. cum proponas, ubi dicit idem eſſe iure accreſcendi, ſcilicet quia non impedit transmiſſionem, & hoc procedit fortiſſima ratione, nam ſubſtitutus non excludit transmiſſionem, & tamē excludit ius accreſcendi. le. 2. §. ſi duo. ff. de bono. poſ. ſecundum tab. & l. pe. ff. de iniu. rup. ergo militat regula, ſi uinco uincentem te, &c. Eſt & alia transmiſſio quæ fit per reſtitutionem in integrum ratione minoris ætatis, uel ex clauſula generali, de qua loquitur Bar. in l. ſi infanti. in fin. Codic. de iure deli. & in le. qui duos. Adde quod ex potentia ſuitatis transmittitur etiam portio obueniens filio iure ſtatuti excludentis filias a ſucceſſione ſecundum Ale. plene in conſi. 20. uol. 1.

Tutores ſi ſunt plures an poſſit unus ſine alio adminiſtrare, & quid in curatoribus, uide ſupra in uerſiculo executores, &c.

Teſtator legans pecuniam eccleſię, ut ex ea emat ſibi fundum, uidetur tacite prohibere alienationem illius fundi, unde eccleſia nullo modo poterit fundum illum alienare, ita no. dixit Bal. in l. ſi. C. de pac. int. emp. & uen. quem ſequitur Ale. in l. filiusfa. § diui, col. 2. de lega. 1. per tex. in l. Titio centum, in princ. ff. de cōdit. & demonſt. Nec obſtat quod dato, quod teſtator uideatur prohibuiſſe, remanet tamen nudum præceptum, quod non impedit alienationem, ut d. § diui, quia quando res eſt prohibita alienari, de iure communi, niſi in caſibus ſpecialibus, teſtator poteſt apponere nudum præceptum, quod operabitur prohibitionē in illis caſibus ſpecialibus. ita dixit Ale. in d. §. diui. colum. 1. per tex. in §. ſanctiſſimas, in authentic. de alien. & emphi. Ad prædicta dicit no. Franc. de Are. in conſ. 32. quē refert, & ſequitur Fran. de Curt. in addi ad Alexand. in d. §. diui. columu. 2. quod teſtator delinquens pecuniam in patrimonio ſuo, & mandans, quod de ea ematur fundus, uidetur prohibuiſſe alienationem illius fundi. Illud autem, quod dixi allegando §. ſanctiſſimas, uidetur eſſe de mente Bartol. in d. §. diui. in tertia oppoſi. quam facit de lege 2. Co de uſuc. pro emp.

Teſtamentum inter liberos ſemper cēſetur habere clauſulam codicillarem, etiam ſi non reperiatur in eo ſcripta. Ita uoluit Alexan. in lege, hac conſultiſſima §. ex imperfecto, in fin. C. de teſta. Idem etiam in teſtamento ad pias cauſas, ſecūdum Bald. in l. ſi iure Co. de teſta. manu. quem ſequitur Iaſ. in l. non dubium. Co. de teſta. ubi ita ampliat l. in teſtamento. ff. de fideic. lib.

Teſtis familiaris & domeſticus admittitur ad probandum ea, quæ domi in ſecreto uel in naui aguntur. le. conſenſu §. ſuper plagiis. C. de repu. per quem tex. ita dixit Barto in lege, quotiens Co. de naufrag. libro 11. & habetur in capit. 1. de teſti. & in quibus caſibus admittatur, uide plene Iaſ. in lege, ſed ſi quis in princ. ff. ſi quis caut. Limita tamen hoc procedere, quando deponit de actu, qui ueriſimiliter ſolet fieri in domo, alia ſecus, quia non probat, etiam ſi in domo fiat, ita nota. uoluit Alex. in conſil. 151. columna. 1. volum. 5. & uide plene per Socci. in conſ. 17. uol. 1. & Alex. in conſi. 64. uer. reſtat. vol. 1.

Teſtis de auditu facit fidem ad probādum conſanguinitatem. glo. eſt in ca. de parentela, 35. quæſt. 6. & plene Alexan. in conſil. 82. volum. 1. Item ad probandum conſanguinitatem ſufficit, quod quis fuerit habitatus, & reputatus communiter ut conſanguineus, ita Bart. in le. non nudis. C. de prob.

Teſtes, quorum unus deponit de uiſu uel numeratione, & alius de confeſſione, non iunguntur, unde non faciunt plenam probationem. ita not. Abb. in capi. cum cauſam, de probat. & Alexandr. in conſi. 13. volum. 1. colum. fin. Eſt ergo neceſſe, quod duo teſtes probent confeſſionem, ad hoc ut iungantur, ut nota. plene Abb. in d. capitu. ſi. ext de ſuc. ab inteſ. & Bart. in l. admonendi, circa pen. col. ff. de iureiur. ubi dicunt de confeſſione facta parte abſente, ex iudicium, quæ probata per duos teſtes facit ſemiplenā probationem, ut no. Bal. in l. eum falſa. C. de iuris & fa. igno. in criminalib. autem cōfeſſio extra iudicium probata per duos teſtes facit indiciū ad torturam, ut no. gl. in le

capite quinto,& ibi Bar.ff. de adult. vide omnino Ale.conſi.36.uol.6. ubi ſi unus teſtis deponit de vna confeſſione,& alius de alia,non iunguntur,& Alex.in conſil. 21.vol.4.& Iaſ.in repe.l. admonendi,colum.114.

Taxatio expenſarum poteſt fieri parte non citata.ita per Bar.in l terminato. C.de fruct.& lit.expe.& Iaſ.in l.ne quicquam.§.ubi decretum.col.10.in 16. fall. ff.de offi.proconſu.

Tutor conſtituens actorem cum conſenſu pupilli, ſeu procuratorem,an ſolus ſine pupillo poſſit ipſum reuocare, dic, quod ſic,ex quo poterat ipſum conſtituere,etiam ſine pupillo,ita dixit Bart. in l. neque tutores,circa fi.C.de procur.& hic fallit regula,contrariorum eadem eſt diſciplina,&c.

Tutor,procurator, & curator generalis non poſſunt transferre poſſeſſionē rei per conſtitutum tutorio nomine, vel procuratorio,ita tenuit Ale. in l.1.in pri. in fi.col.& ibi expreſſius Iaſ.col.fin.ff.de acq.poſ.& eſt optima limitatio ad l.quod meo,& l interdum,eo.tit.

Teſtis non iuratus quamuis falſum dicat,non tamen punitur de falſo, ita uoluit Bal.in l.iuriſiur.in fi.C.de teſt.& Bal. in ca.1.col.2.ſi de inueſt. inter do.& uaſ. lis oriatur.

Teſtis ſuſpectus cēſetur etiam amicus inimici mei,ita dixit Bar. in l.ſciendum, ff.de legatio.quem ſequitur Alexand. in l.qui iuriſdictionis.in fi.ff.de iuris. om. iudic.

Teſtis cōſanguineus admittitur,quando litigantes ſunt in pari gradu conſanguinitatis,puta, ſi duo fratres litigant, nam tunc propter æqualitatē affectionis, ceſſat ſuſpicio,ita dixit Bar.in l qui teſtamento.§.quacunque.in fi.ff.de teſtam.& Bar.in l.qui iuriſdictioni.in prin. ff.de iuris.om.iud.per tex no. in l.non ſolum §. 3.ff.de rit.nup.adde Alex.in conſil. 156. col.1.uol.5.

Teſtis citatus ſi non vult comparere, iudex poteſt ſibi apponere comminationem, ut compareat ſub pœna confiſcationis bonorum,ita dixit Bald.in c.1.de teſti.cog.quem refert & ſequitur Iaſ.in l. 2.in princ.col.penult.ff.ſi qui iuſdi.non obtem.& in §.is uidetur, col.pen.eă l.

Teſtes, quorum vnus deponit de uno actu facto uno tempore, & alius de alio ſimili,facto tamen diuerſo tempore,ſunt ſingulares,& non coniunguntur, ut ſi unus dicit,quod uidit Titium commiſiſſe adulterium tali die, & alius uidit alio die, nam ſimul & eodem tempore debēt eſſe præſentes.tex.eſt & ibi glo.in c. nihilominus.3.q.9.ubi glo.limitat, niſi eſſemus in actu ſucceſſiuo,& vnus vidit vno tempore,alius alio,quia tunc coniunguntur,ut ſi viderit adulterium per foramen uel rimam , & de prædictis uide pulchre per Alexan.in conſilio 36.colum.2.uolum.5.vbi idem dicit in confeſſione probanda.

Tutor non pōt adminiſtrare,niſi prius faciat illa ſolemnia, quæ enumerat Bart. in l.legitimos ff.de legi.tut. ſi tamen aliquis actus eſt factus in utilitatem pupilli,ualet,etiam ſine ſolemnibus.ita no dixit *Bart.*in d.l.legitimos.in fin.uerbis,ꝙ facit ad id,quod habetur, in l.non eo minus,C.de procu.

Teſtis productus, qui alias fuit domeſticus,ſed fuit expulſus de domo, ad hoc ut produci poſſit,nō probat, ex quo fuit ad hoc procuratus , & talis cautela nihil prodeſt,vt voluit *Bart.*in l.3.§. ſi ſeruus. in 2. ff. de quæſt.vbi ponit generalem,& not.regulam,quod ubicunque quis facit mutare conditionem teſti ut dicatur idoneus,nihil agit.idem etiam dixit Iaſ.in l. ſi vero,in prin.col.6.ff.qui ſatis.cog. ubi plura ſimilia inducit,ex quibus apparet non eſſe veram cautelam, quam ponit Bal.in l diſtantib.C.de teſta.qui dicebat, quod quando quis vult producere procuratorem in teſtem , reuocet mandatum, & valebit eius depoſitio.

Teſtis domeſticus , & alias ſuſpectus admittitur in criminalibus ad probandum innocentiam, & defenſionem rei. ita per plura tenet Iaſ.in l non ſolum, §. ſciendum.ff.de ope.no.nun.& Ale.conſi. 5.col.3.vol.1.

Tempus ad appellandum.ſ. dierum x. habet hoc priuilegium , ut idem iudicetur de eo,ꝙ de tempore pendentis appel. ut nil poſſit in utroq.tpe innouari,& omne attentatum interim reuocatur,& ap-

pen-

pendente, caſus eſt in cap. non ſolum, de app. lib. 6. & not. Alex. in l. tertia, §. ſi ſeruus. colum. penult. ff. de acquiren. poſſeſ. quod procedit in cauſa appellationis, ſecus in attentato pendente cauſa nullitatis, quia non reuocatur, niſi cauſa cognita, & finita, ita dixit Alexan. in l. 4. §. condemnatum. columna quarta, ff. de re iudicata.

Teſtis, qui non uult teſtificari, tenetur parti ad intereſſe. Ita dixit Specu. in titu. de teſte. §. ſequitur, in fin. quem ſequitur Barba. in add. ad Abb. in cap. dilectorum ext. de teſti. cog.

Terminus aſſignatus alicui ad comparendum, non currit, niſi a die ſcientiæ, ita dixit Alex. per plura, in l. 1. colum. 1. ff. ſi quis cauſ.

Teſtibus duobus deponentibus de metu plus creditur, quam mille deponentibus de ſpontanea uoluntate, ita dixit Iaſ. in lege, ſed ſi quis. §. quæſitum, columna 3. ff. ſi quis cau. ubi plures allegat maxime inno. in cap. ſuper hoc, de renun. ad. de Alexand. in conſil. 156. colum. 1. volum 5.

Teſtis accipiens pecuniam, ut teſtificetur, committit falſum, etiam ſi uerum dicat gloſſ. eſt in lege. i. in princi. in uerſi. Item qui aduocationem. ff. de falſ. quam ſequitur Barto. in l. diuus. ff. de re iudica.

Tutor ſine pupillo non poteſt credere actionem, niſi pupillus ſit abſens, vel ſuri non poſſit. Ita Specu. in titulo de procurato. §. ſequitur, verſiculo. Item tutor.

Teſtis, vt inimicus, repellitur non ſolum, quando conſtat de inimicitia, ſed etiam ubi eſt ſuſpicio de odio, & hoc in criminalibus, ita dixit Ale. in conſil. 99. uol. 1. allegans Inno. ita tenere, in c. cum Pe. de accu.

Teſtis ſi dicit, ego non dixi, ut ſcripſit notarius, cui credatur, uide *Alexand.* in conſilio 70 & 74. colum. penult. volum. primo. & Abb. in cap. cum cauſam, in ſi. de teſti. & Abb. in cap. ad audientiam. colum. 2. de præſcrip. & Alexand. conſil. 65. col. ſi. uol. 2.

Teſtis, qui non fuit interrogatus ſuper interrogatoriis partis aduerſæ facto iudicis, poteſt peti, ut repetatur, etiam poſt publicationem, ita Alexan. in conſi. 41. colum. ſi. vol. 4. & conſil. 174. colum. pen. uol. 1.

Teſtes vltro, & ſponte ſe offerentes ad teſtimonium, præſumuntur ſuſpecti. Ale. in conſil. 68. col. 2. & 6. uol. 2. & Bart. in l. poſt legatum, §. his uero, ff. de his q. vt indi.

Teſtis omni exceptione maior dicitur is, contra quem nulla poteſt opponi exceptio, & idem dicitur idoneus. Alex. in conſil. 70. col. 4. in ſi. & ſeq. uol. 1. & in conſi. 18. col. 3. uol. 1. & Abb. in ca. at ſi clerici, col. 12. de iud.

Teſtis, qui nimis animoſe venit ad deponendum, præſumitur ſuſpectus. Alex. in conſ. 154. col. ſi. vol. 5. & qui ſe ingerit, l. uxori. §. 1. de fal. ſi. & Alexã. in conſ. 14. uol. 3.

Teſtes, quorum unus deponit de tempore, alius dicit non recordari, ſunt conteſtes, quando tempus non eſt de ſubſtantia Alex. in conſ. 156. col. 4. uol. 5. & Ab. in c. cum omnes. col. 9. de ſi inſt.

Teſtis deponens non veriſimile eſt ſuſpectus de falſo. Alexan. in conſi. 153. colum. 4. uolumine 5. & conſil. 120. colum. 3. eo. vol.

Teſtis quando deponit, attenditur eius ratio, non autem dictum, unde quãdo ratio non eſt ſufficiens, infringitur dictũ teſtis. Ale. in conſ. 120. col. 3. uol. 5.

Teſtis, qui iurauit dicere ueritatem ſuper omnib. ſi falſum dixit in vno articulo, non creditur ſibi etiam in aliis. ita *Bal.* in rubric. de contro. inueſt. colum. 2. & in l. ſi. 4. opo. C. de edi. di. adi. tol. & *Alex.* conſil. 44. col. 3. in ſi. uolum. 2. & in conſ. 93. colum. pen. uolum 5. ubi ſimpliciter dicit, quod teſti. periuro. in vno non creditur in aliis. vide Ale. conſ. 88. colum. 4. in ſin. uol. 5. & conſi. 27. uolum. 2. col. ſin. & in conſil. 99. col. 6. uerſic. & ſic uidetur volu. 5.

Teſtis falſus, qui deponit de homicidio contra innocentem, punitur ut homicida. Ita *Bal.* in c. 1. § iniuria, in ſi. verb. 3. de pa. tur. fir.

Teſtes an poſſint recipi ſine publicatione ſui nominis, vide *Abb.* tenentẽ regulariter, quod non, in c. preterea, de ſpõſa.

Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur quam mille negantibus, niſi cohortarent negatiuam, ut per Abb. in c. in noſtra, in fin. de teſta. & Bal. in l. data opera columna 12. C qui accuſ. non poſ. & Abb. in c. cum in tua, in tertio not. de teſtib.

Teſtis vnus facit plenam probationem in cauſis breuioribus, & in iudiciis poſſeſſoriis. Idem in fama, ſecundum mattes, in 2. not. quem ſequitur Iaſ. in l. 1. pe l. admonendi. colum. 96. ff. de iureiur.

Teſtis deponens ita eſſe iudicio ſuo, non probat, ſecundum Alex. in conſ. 74. col. 3. in prin. vol. 1. & habetur in deciſio. 381. conſi. Neap. in 2. dubio, uide Iaſ. in Rub. ff. de iureiur. col. 2. & Alc. in conſil. 10. col. fi. uol. 2.

Teſtibus deponentibus in ſpecie magis creditur quam deponentibus in genere, ſecũdum Alc. in cõſi. 88. col. 2 & conſ. 150. col. 6. uol. 5.

Teſtes licet alias probent, etiam ſi nõ recordentur de tempore, tamen quando in vna cauſa eſſent examinati plures teſtes, & omnes unanimiter dicerent, non recordari de tempore, non probent. Ita no. dicit Alexã. in l. 2 §. idem labeo. ff. de aqua plu. ar.

Teſti deponenti de tempore dubitatiue magis creditur, quam ſi certitudinarie deponat propter uetiſimilitudinem obliuionis temporis. Ita Alc. in conſ. 65. colũ. pen. in prin. 2. uol.

Tranſmiſſio non fit de hæreditate patris per filium habentem auum paternũ, ex potentia ſuitatis ad matrem. Paul. de Ca. in conſ. 498. vol. 1.

Tranſmiſſio hæreditatis filii non aditæ non fit per patrem ad hæredes ipſius patris, Pau. de Caſt. in conſi. 359. col. fin. vol. 1.

Tranſmiſſio ex potentia ſuitatis, quæ fit per filium ad filiam ſuam, non operatur, ut illa filia excludat amitam a ſucceſſiõe patris, ſtante ſtatuto, quod ſoror excludatur a ſucceſſione patris propter maſculos, & licet frater adiens potuiſſet excludere, non tamen eius filias excludit. Ita pulchre tenet Soci. in conſil. 116. col. 7. in fin. uer. Tertio vel 1. & Ia. de Are. & Salic. in l. 1. C. de adult.

Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis creditur Fel. in cap. in noſtra. col. 2. de teſtib. & l. ob carmen. §. fin. & l. 3. §. item diuus. ff. de teſti. cap. in noſtra. cum ibi no. eod. tit. & Alex. in conſil. 65. colũ. 3. uol. 2.

V.

Venditio facienda a creditoribus in bonis debitoris, debet tali ordine fieri, quia primo venduntur mobilia, & ſe mouentia, ſecundo immobilia, tertio nomina debitorum, l. a diuo pio. §. in uẽditione. ff. de re iudi. Sed an ipſi creditores debent eligere meliora; dic, aut uolũt vendere ipſa bona, ſeu ponere ea ſub haſta, & tunc debet incipere a minus damnoſis. non enim eſt æquum, ut pro modico debito uendantur bona meliora, & magni pretii, ut tenent Bar. in d. §. in venditione. Aut accipiunt ea inſolutum, puta, quia debitor non eſt ſoluendo, & non reperitur emptor, & tunc in rebus priuati poſſũt eligere meliores, ut in authen. de fideiuſ. §. quod autem. & C. de ſolut. auth. hoc niſi. Et rõ eſt, quia grauantur in uno, quia accipiunt inuiti aliud pro alio, contra l. 2. §. mutui, ff. ſi cer. pet. ergo debent releuari in alio, vt meliores eligãt. l. cum qui. ff. de iureiur. Hoc tamen non habet locum in minimo debito, ut dicit Bal. in aut hoc niſi. In rebus uero eccleſię debent non meliores, ſed mediocres eligere. ut C. de ſacroſ. ne Ecc. authen. hoc ius porrectũ m. faciunt ad prædicta quæ no. Bar. in d. §. mutui, & in d. §. quod autem.

Vulnerans prius, ſi poſtea alius occiderit, an teneatur de vulnerato, uel de occiſo; dic. aut certum erat, uulneratum ex illo uulnere moriturum, aut dubium; ſi erat certum, tenetur uterque de occiſo. l. ita uulneratus, ff. ad l. aquil. ſi vero erat dubium, primus de vulnerato tenetur, & ſic relegatur l. lege §. 1. ff. de ſica. niſi fecerit animo occidendi, quia tunc tenetur de occiſo. l. 1. §. 1. de ſica. Secundus uero vulnerans & occidens tenetur de occiſo. l. item Mala §. Celſus. ff. ad leg. aqui. & l. huic ſcripturæ. § 1. eo. tit. Si tamen aliquis non mortaliter uulnerauerit,

rit, ſed eius negligentia in adhibendo medicum, vulneratus eſt mortuus, non tenetur de occiſo. l. qui occiderit. § ſi. ff. ad le. aqui. An autem letaliter vulnerans poſſit condemnari ante mortem vulnerati, quã certum eſſet eum ex vulnere moriturum dic, quod ſic, ſi fecerit animo occidendi, & hoc ſecundum ius commune, lege, is qui cum telo, Co. de ſica. ſecus autem de iure ſtatuti dicentis, quod occidens puniatur, quia tunc debet ſubſequi mors. Ita uoluit Bartol. in lege damni. §. ſabini. ff. de damn. infect. Quomodo autem cognoſcetur, an ſit vulnus mortale, dic, quod iudex ſtabit peritis in arte, ſcilicet medicis, ut dixit Bartol. in lege, fina. in fin. ff. de ſica. per textus in lege, ſemel. Cod. de re milit. libr. 12. & uide Abb. in ca. propoſuiſti, & ibi per Canon. extra de proba.

Vſusfructus, quem quis habet in ſeruo, prodeſt ad hoc ſcilicet, quod quicquid acquirit ſeruus ex re uſufructuarii, uel ex operibus ſuis, acquirit uſufructuario; reliquum uero proprietario acquiritur, lege ſi ſerui digeſtis. de vſufruct. Sed in uſurario ſecus, nam quicquid acquirit ex re uſurarii, tantum acquiritur uſurario, lege per ſeruum. ff. de uſu, & ha. uel etiam ex operis ſerui adhibitis in re uſurarii tantum, non autem in re aliena. text. eſt not. in l. plenum §. fi. ff. de uſu, & habit.

Idem dicas in operis ſerui legatis, quia non differunt ab uſu. lege, penult. ff. de oper. ſeru. licet uideatur contra text. in lege, prima §. ſed operis, ff. ad legem Falcid. Tamen dic, ut ibi habetur, & dictum eſt in uſufructuario. idem dicas in bonæ fid. poſſeſſore. lege, qui ſcit, §. fi. digeſtis, de vſur. & lege, 2. Cod. de rei uend.

Vſucapio cœpta per defunctum poteſt per hæreditatem iacentem compleri. lege, cœptam, digeſtis de vſucap. ſecus autem ſi non erat cœpta. leg. fina. § fin. cod. titul. de vſuc. & not. gloſſ. in dict. lege, cœptam.

Vxor quicquid acquirit conſtante matrimonio, in dubio præſumitur acquirere de bonis mariti, & hoc ratione euitandæ ſuſpicionis turpis quæſtus, lege, etiam, Cod. de donatio. intui. & ux. & lege, quintus digeſtis eod. titul. ſecus autem eſt in tutore, quia non præſumitur acquirere de bonis pupilli leg. ſi defunctus. Cod. arbitr. tut. nam in eo non cadit ſuſpicio turpis quæſtus, in filiofamil. uero diſtinguitur, ut not. gloſſ. in lege, cum oportet, circa princ. p. in uerſicu. ex eius, Codic. de bonis, quæ lib. & gloſſa in § primo inſtit. per quas perſo. no. acquir. In omnibus autem iſtis caſibus potes ita diſtinguere, aut præſumendo, quod illud, de quo quærimus, eſſet acquiſitum de bonis proprius, non euitatur cõiectura delicti, & tunc non præſumitur acquiſitum de bonis propriis, aut euitatur coniectura delicti, & præſumitur acquiſitum de bonis proprijs. ita diſtinxit Chriſtopho. inſtit. per quas perſo. no. ius acqui. in addi. quæ incipit, an ſit dare caſum &c.

Venditor non poteſt eſſe teſtis pro emptore, quando de euictione ageretur, quia teſtificaretur in cauſa propria. lege, prima §. in propria digeſtis, quando app. ſit, & ſic contra legem, omnibus. Cod. de teſtim. & legem, nullus ff. eodem titulo. Sed quando non tractaretur de euictione, bene poſſet eſſe teſtis, lege, eos, & ibi gloſſ. ff. fin. regun. & gloſſ. in dict. lege, nullus.

Verbum, inſtituo, dicitur eſſe directum, pertinens tantum ad inſtitutos in primo gradu, non autem extenditur ad ſubſtitutos, niſi expreſſe appareat de uoluntate teſtatoris. l. 1. in princ. & ibi doct. digeſtis, de vul. & pu. Sed contra hoc uidetur, quod ex propria ſignificatione uocabuli ſubſtitutio dicatur inſtitutio. per text. in leg. mulier. §. fin. ff. de condi. inſti. vbi ſi ego inſtituo te hæredem ſub conditione, ſi me hæredem inſtituiſſes, & tu non in primo gradu, ſed in ſecundo me ſubſtituiſti, erit adimpleta conditio, ſed conditio debet impleri in forma ſpecifica. leg. qui hæred. & leg. Mæuius, ff. de condit. & de ergo ſubſtituendo me habetur ac ſi uerè me inſtituiſſet. Præterea inſtitutio eſt genus ad ſubſtitutionem, patet, quia ponitur in diffinitione tanquam

Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur quam mille negantibus, niſi cohortarent negatiuam, ut per Abb. in c. in noſtra, in fin. de teſta. & Bal. in l. data opera columna 12. C qui accuſ. non poſ. & Abb. in c. cum in tua, in tertio not. de teſtib.

Teſtis vnus facit plenam probationem in cauſis breuioribus, & in iudiciis poſſeſſoriis. Idem in fama, ſecundum matres, in 2. not. quem ſequitur Iaſ. in l. r pe l. admonendi. colum. 96. ff. de iureiur.

Teſtis deponens ita eſſe iudicio ſuo, non probat, ſecundum Alex. in conſ. 74. col. 3. in prin. vol. 1. & habetur in deciſio. 38. conſi. Neap. in 2. dubio, uide Iaſ. in Rub. ff. de iureiur. col. 2. & Ale. in conſil. 10. col. fi. uol. 2.

Teſtibus deponentibus in ſpecie magis creditur quam deponentibus in genere, ſecũdum Ale. in cõſi. 88. col. 2 & conſ. 150. col. 6. uol. 5.

Teſtes licet alias probent, etiam ſi nõ recordentur de tempore, tamen quando in vna cauſa eſſent examinati plures teſtes, & omnes unanimiter dicerent, non recordari de tempore, non probent. Ita no. dicit Alexã. in l. 2 §. idem labeo. ff. de aqua plu. ar.

Teſti deponenti de tempore dubitatiue magis creditur, quam ſi certitudinarie deponat propter ueriſimilitudinem obliuionis temporis. Ita Ale. in conſ. 65. colũ. pen. in prin. 2. uol.

Tranſmiſſio non fit de hæreditate patris per filium habentem auum paternũ ex potentia ſuitatis ad matrem. Paul. de Ca. in conſ. 498. vol. 1.

Tranſmiſſio hæreditatis filii non aditæ non fit per patrem ad hæredes ipſius patris, Pau. de Caſt. in conſi. 359. col. fin. vol. 2.

Tranſmiſſio ex potentia ſuitatis, quæ fit per filium ad filiam ſuam, non operatur, ut illa filia excludat amitam a ſucceſſione patris, ſtante ſtatuto, quod ſoror excludatur a ſucceſſione patris propter maſculos, & licet frater adiens potuiſſet excludere, non tamen eius filias excludit. Ita pulchre tenet Soci. in conſil. 116. col. 7. in fin. uer. Tertio ve l. 1. & Ia. de Are. & Salic. in l. 1. C. de adult.

Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis creditur Fel. in cap. in noſtra. col. 2. de teſtib. & l. ob carmen. §. fin. & l. 3. §. item diuus. ff. de teſti. cap. in noſtra. cum ibi no. eod. tit. & Alex. in conſil. 65. colũ. 3. uol. 2.

V.

VEnditio facienda a creditoribus in bonis debitoris, debet tali ordine fieri, quia primo venduntur mobilia, & ſe mouentia, ſecundo immobilia, tertio nomina debitorum, l. a diuo pio. §. in uẽditione. ff. de re iudi. Sed an ipſi creditores debent eligere meliora; dic, aut uolũt vendere ipſa bona, ſeu ponere ea ſub haſta, & tunc debet incipere a minus damnoſis. non enim eſt æquum, ut pro modico debito uendantur bona meliora, & magni pretii, ut tenent Bar. in d. §. in venditione. Aut accipiunt ea inſolutum, puta, quia debitor non eſt ſoluendo, & non reperitur emptor, & tunc in rebus priuati poſſunt eligere meliores, ut in authen. de fideiuſ. §. quod autem. & C. de ſolut. auth. hoc niſi. Et rõ eſt, quia grauantur in uno, quia accipiunt inuiti aliud pro alio, contra l. 2. §. mutui, ff. ſi cer. pet. ergo debent releuari in alio, vt meliores eligãt: l. cum qui. ff. de iureiur. Hoc tamen non habet locum in minimo debito, ut dicit Bal. in aut hoc niſi. In rebus uero eccleſię debent non meliores, ſed mediocres eligere. ut C. de ſacroſ. ec Ecc. authen. hoc ius porrectum. faciunt ad prædicta quæ no. Bar. in d §. mutui, & in d §. quod autem.

Vulnerans prius, ſi poſtea alius occiderit, an teneatur de vulnerato, uel de occiſo; dic aut certum erat, uulneratum ex illo uulnere moriturum, aut dubium; ſi erat certum, tenetur uterque de occiſo. l. ita uulneratus, ff. ad l. aquil. ſi vero erat dubium, primus de vulnerato tenetur, & ſic relegatur l. lege § 1. ff. de ſica. niſi fecerit animo occidendi, quia tunc tenetur de occiſo. l. 1. §. 1. de ſica. Secundus uero vulnerans & occidens tenetur de occiſo. l. item Mala §. Celſus. ff. ad leg. aqui. & l. huic ſcripturæ. § 1. eo. tit. Si tamen aliquis non mortaliter uulnerauerit,

rit,ſed eius negligentia in adhibendo medicum, vulneratus eſt mortuus,non tenetur de occiſo.l.qui occiderit.§ fi.ff.ad le. aqui. An autem letaliter vulnerans poſſit condemnari ante mortem vulnerati, qñ certum eſſet eum ex vulnere moriturum dic,quod ſic,ſi fecerit animo occidendi, & hoc ſecundum ius commune, lege, is qui cum telo,Co.de ſica. ſecus autem de iure ſtatuti dicentis, quod occidens puniatur, quia tunc debet ſubſequi mors. Ita uoluit Bartol. in lege damni. §.ſabini.ff. de damn.infect. Quomodo autem cognoſcetur,an ſit vulnus mortale, dic, quod iudex ſtabit peritis in arte, ſcilicet medicis, ut dixit *B*artol. in lege, fina.in fin. ff. de ſica. per textus in lege, ſemel. Cod.de re milit libr.12. & uide Abb. in ca.propoſuiſti,& ibi per Canon. extra de proba.

Vſusfructus, quem quis habet in ſeruo, prodeſt ad hoc ſcilicet, quod quicquid acquirit ſeruus ex re uſufructuarii, uel ex operibus ſuis,acquirit uſufructuario; reliquum uero proprietario acquiritur, lege ſi ſerui digeſtis. de vſufruct. Sed in uſurario ſecus, nam quicquid acquirit ex re uſurarii, tantum acquiritur uſurario, lege per ſeruum ff. de uſu, & ha.uel etiam ex operis ſerui adhibitis in re uſurarii tantum,non autem in re aliena.text.eſt not.in l.plenum §.fi.ff.de uſu, & habit.

Idem dicas in operis ſerui legatis,quia non differunt ab uſu.lege,penult.ff.de oper. ſeru.licet uideatur contra text.in lege,prima §. ſed operis, ff. ad legem Falcid. Tamen dic, ut ibi habetur, & dictum eſt in uſufructuario. idem dicas in bonæ fid.poſſeſſore.lege,qui ſcit,§.fi. digeſtis, de vſur. & lege, 2. Cod. de rei uend.

Vſucapio cœpta per defunctum poteſt per hæreditatem iacentem compleri. lege, cœptam,digeſtis de vſucap.ſecus autem ſi non erat cœpta.leg.fina.§.fin.eod. titul.de vſuc & not.gloſſ.in dict.lege, cœptam.

Vxor quicquid acquirit conſtante matrimonio, in dubio præſumitur acquirere de bonis mariti, & hoc ratione euitandæ ſuſpicionis turpis quæſtus, lege, etiam,Cod. de donatio. intui. & ux.& lege,quintus digeſtis eod. titul. ſecus autem eſt in tutore, quia non præſumitur acquirere de bonis pupilli leg.ſi defunctus. Cod.arbitr.tut. nam in eo non cadit ſuſpicio turpis quæſtus, in filiofamil.uero diſtinguitur,ut not.gloſſ.in lege,cum oportet,circa princip.in uerſicu. ex eius,Codic.de bonis, quæ lib.& gloſſa in §.primo inſtit.per quas perſo.no.acquir.In omnibus autem iſtis caſibus potes ita diſtinguere, aut præſumendo, quod illud,de quo quærimus,eſſet acquiſitum de bonis propriis,non euitatur,coniectura delicti, & tunc non præſumitur acquiſitum de bonis propriis, aut euitatur coniectura delicti,& præſumitur acquiſitum de bonis proprijs. ita diſtinxit Chriſtopho.inſtit per quas perſo.no. ius acqui.in addi.quæ incipit, an ſit dare caſum &c.

Venditor non poteſt eſſe teſtis pro emptore,quando de euictione ageretur, quia teſtificaretur in cauſa propria. lege, prima §.in propria digeſtis,quando app. ſit,& ſic contra legem,omnibus.Cod.de teſtim.& legem,nullus ff. eodem titulo. Sed quando non tractaretur de euictione,bene poſſet eſſe teſtis, lege, eos, & ibi gloſſ. ff. fin. regun & gloſſ. in dict.lege, nullus.

Verbum, inſtituo, dicitur eſſe directum.pertinens tantum ad inſtitutos in primo gradu, non autem extenditur ad ſubſtitutos,niſi expreſſe appareat de uoluntate teſtatoris.l.1.in princ.& ibi doct. digeſtis,de vul.& pu. Sed contra hoc uidetur,quod ex propria ſignificatione uocabuli ſubſtitutio dicatur inſtitutio. per text.in leg.mulier §.fin.ff.de condi.inſti. vbi ſi ego inſtituo te hæredem ſub conditione,ſi me hæredem inſtituiſſes, & tu non in primo gradu, ſed in ſecundo me ſubſtituiſti,erit adimpleta conditio, ſed conditio debet impleri in forma ſpecifica. leg.qui hæred., & leg. Mæuius,ff de condit.& de ergo ſubſtituendo me habetur ac ſi uerè me inſtituiſſet.Præterea inſtitutio eſt genus ad ſubſtitutionem, patet,quia ponitur in diffinitione tanquam

genus, ut not. gloſſ. in rubr. de vulgar. & pupill. vbi dicitur, quod ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, ergo ſubſtitutio eſt proprie inſtitutio, ſicut dicimus in homine, qui diffinitur per animal, ut genus, & eſt uere, & proprie animal, & ſic per prædicta verbum, inſtituo, proprie denotat idem quod ſubſtituo, licet in dubio intelligeretur de inſtitutione in primo gradu, ſicut dicimus de dominio quod propriè pertinet tam ad utile quam ad directum: & tamen in dubio intelligitur de directo. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. uecti. Tollendo primum motiuum, arguitur contra ipſum a conſequenti deſtructo, ſi eſſet uerum, quod inſtitutio eſſet ſubſtitutio, ſequeretur, quod omnis inſtitutio eſſet conditionalis: patet, quia quælibet ſubſtitutio fit ſub conditione, quod tamen eſt abſurdum, quia omnis inſtitutio eſt pura, niſi inſit in ea cōditio tacite, uel expreſſe leg. 1. in fin. ff. de condit. & demon. ad l mulier §. fin. reſpondetur, quod ibi loquitur de conditione de præterito, quæ non dicitur proprie conditio, ſed ſtatim infirmat, vel confirmat actum. Vt inſt. de uer. ob. §. conditiones, proprie enim conditio dicitur de futuro, ut no. Bar. in d. l. 1. col. 1. ff. de cond. & de. cum ergo illa non ſit proprie conditio, non curatur quod non ſit impleta forma ſpecifica.

Vſusfructus mihi competens ſi fuerit a me tibi conceſſus, an finiatur morte mea, uel tua: Dic, aut ille vſusfructus inceperat in perſona mea, quia iam erat mihi acquiſitus, & tunc morte mea finitur. leg. neceſſario. §. fina. ff. de peri. & co. rei uen. & ita intelligitur §. finitur. inſtit. de uſufr. Aut non adhuc inceperat in perſona mea, ſed tamen habebam actionem & illam tibi ceſſit, vel debitorem uſusfructus delegaui, & tunc morte tua finitur. tex. eſt no. & ibi gl. in l. ſi uſusfructus. ff. de nouatio.

Vendito equo, intelligitur uendita etiam & ſella cum omnibus ornamentis, quæ fuerunt ſuper equo per duos dies ante uenditionem. Ita no. Iaſ. in l. de quibus column. 26. ff. de legi. ubi dicit quod poteſt agit redhibitoria infra duos menſes, ſi ſella non tradatur, ſicut dicimus in uacca uel equa uendita, quia intelligitur etiā uenditus uitulus. ut no. Bar. in l. ſi ut certo. §. uſque adeo. ff. commo. & prædicta tenet etiam Bar. in l. eum qui §. non ſolum. ff. de furt. & Alc. in add. Bar. in l. limes. ff. de act. emp.

Verbum, promiſit, inuentum in aliqua ſcriptura ſiue publica ſiue priuata, ſemper intelligitur per ſtipulationem, vt inſti. de inuti. ſti. §. ſi ſcriptum. & Bartol. in le. ſciendum, ff. de uerbo. obl. ſecus in uerbo, conuenit, quia intelligitur per pactum nudum, ut leg. lecta, & ibi hoc no Bart. column. 2. ff. ſi cer. peta. & ibi etiam per Alc. & doct. & quod dixi. de uerbo, promiſit, intelligas, ſi eſt prolatum a notario, uel a parte, ſecus ſi profertur a teſtibus, quia intelligitur per pactum nudum leg. 1. Cod. de uſur. ſecundum quod illum text. intelligit Bartol. in d. l. ſciendum, & Franc. de Cur. in d. l. lecta. in add. ad Alexand. in add. quæ incipit, promiſit &c. & quod uerbum, promiſit, importet ſtipulationem, probatur in leg. ea quæ. ff. de do. inter ui. & uxo. per quem text. & per ea quæ not. Bart. in leg. 1. in princip. de uerb. obl. dum opponebat de d. leg. ea quæ, inferebat ſingulariter Franc de Aretin. in dict. leg. 1. quod ſi quis mitteret epiſtolam alicui, in qua confiteretur ſe promiſiſſe decem Sempronio, quod talis epiſtola eſt ſufficiens probatio ad condemnationem, quia intelligitur per ſtipulationem. per text. in leg. Publia. §. fin. ff. depo. & lege, 1. Cod. de contra. & committ. ſtipulat.

Vſurarium debitum, transfuſum in debitum non uſurarium, an ſapiat naturam debiti primæui uſurarii, vide ſupra, in uerſiculo debitum ex una cauſa.

Vicinus an, & quando præſumatur ſcire facta vicini, & conſanguineus facta conſanguinei, uide ſupra in uerſiculo, Teſtis debet deponere.

Venditor generis, an teneatur dominium transferre, uide quæ dixi ſupra in uerſic. contractus emptionis, & uenditionis.

Vſuræ

Vſuræ ſunt permiſſæ etiam de iure canonico, quando petuntur pro intereſſe, ſed tunc non eſt uſura, ut eſt gloſſ. in leg. ſocium, qui in eo. ff. pro ſocio. & in l. curabit. Co. de actio. empt. & in l. 2. Cod. de uſur. & no. Barto. & Alex. in l. inſulam. §. uſuras. ff. ſol. matr.

Vendens aliquam rem, poteſt etiam pro uno nummo non ſoluto rem retinere, & non tradere, ut eſt gloſſ. in l. res bona fide. ff. de contra. emp. facit l. fiſtulas. §. qui fundum. eod. tit. Similiter dicimus in creditore, cui erat factum pactum de uendendo pignore, uam etiam pro uno nummo non ſoluto, poteſt illud uendere. leg. quandiu. Co. de diſtra. pig. Eodem modo, ſiquis tenetur implere aliquam conditionem, puta per dationem, ad hoc ut legatum conſequatur, numquam implere uidetur, niſi totam pecuniam, ad quam fuit grauatus ſoluerit. leg. cui fundus ff. de condit. & demonſt. Hoc tamen fallit, ſi per errorem calculi non fuiſſet tota pecunia ſoluta, nam tunc eſt impleta conditio, non ob errore. l. quam uis. ff. de co. d. & demon.

Vehemens opinio æquiparatur ſcientiæ. gloſſ. eſt no. in l. Pantonius. §. rei per duellionis. ff. de acquir. hæred. ita dicunt doct. in l. certum l. ff. ſi cert. pet. per quod dictum ampliant illam l. certum. Hæc autem ſcientia non habet locum in teſte, in quo non ſufficit uehemens opinio, niſi uere ſciat per ſenſum. ita uoluit Barto. in le. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dam. infect. in fin. facit gloſſ. in l. ſecunda. §. idem labeo, in uerſiculo, ſciant digeſtis de aqua plu. ar.

Venditor ſi facit pactum, quod non teneatur de euictione, non obſtante tali pacto, tenetur ad reſtitutionem pretii. ut eſt text. ſing in leg. emptorem. & ibi Bartol. in §. qui autem. ff. de action. empt. & Aretin. in §. quædam inſtit. de action. columm. 3. Fallit hæc regula in actione fa. er. ubi per tale pactum non tenetur quis, etiam ad pretii reſtitutionem. ut eſt gloſſ. in l. ſi familiæ. in uerſic. et ei. & ibi Bald. C. fa. erciſ.

Venditor an teneatur ſoluere expenſas pro re empta ducenda ad domum emptoris, an uero ipſe emptor. Vide Bar. in l. item illa. in fin. illius princ. ff. de conſt. pec.

Venditor, qui conuenitur de euictione, non poteſt opponere exceptionem fori ſui, ſed tenetur defendere emptorem in foro ipſius emptoris. leg. uend. tor. ff. de iudi.

Vxor, quæ conuenit maritum ſuũ uergentem ad inopiã, iux. l. ſi conſtante. ſol. ma. & l. vbi adhuc. C. de iure dot. an poſſit conuenire ipſum in ſolidum, an uero in quantum facere poteſt, uidetur, quod in ſolidum, quia etiam dos exacta debet deſeruire onerib. matrimonii, ut d. le. ubi adhuc. & no. glo. in d. l. ſi conſtante. Si ergo maritus, habet unde ſe alat, non debet deduci, ne egeat, cum egere non poſſit. Sed dic contra. quia ſoluto matrimonio mulier poſtea poteſt retinere bona exacta in ſolutum, & ſic præiudicaretur uiro, quia ſol. ma. non haberet unde ſe aleret, & per hoc apparet maritum etiã conſtante matrimonio debere exigi in quantum facere poteſt. ita tenet Bar. in d. leg. ſi conſtante. in 8. q. ult. partis. & ibi etiam Alex. col. 10. quod limitatur ibi Bar. non procedere, quando ageretur actione reali, puta, quia dos extaret, quia quemadmodum in uera reſtitutione, quæ fit ſol. ma. non habet hoc beneficium, quando res dotales extant, ut no. Bar. in l. maritum. ff. ſol. mat. ita nec in ea, quæ fit conſtante matrimonio.

Vulnera plura dicuntur eſſe ex diuerſitate membrorum inciſorum, unde licet quis unico ictu plura membra percuſſerit, de plurib. tamen uulnerib. tenetur. ita tenet Bar. in l. ſi gemina. ff. ui. bo. ra.

Verbum, intelligitur, denotat fictionẽ. c. ex ſtudiis. & ibi gl. ext. de præſump. & no. Ab. in c. ſi. col. 12. de ſo. comp. ſicut dicimus etiam de uerbo, uidetur. l. 1. § deieciſſe. ff. de ui & ui arm. de uer. intelligitur, uide Iaſ. in l. 3. §. ex plurib. ff. de acq. poſſ. col. 5.

Venditor in uenditione fundi tenetur exprimere uicinos, & cuius qualitatis ſint an boni uiri, an uero mali. l. quod ſæpe. §. fin. ff. de contra. empt. quod intelligo procedere quando actum eſſet, ꝗ confines demonſtrarentur, ut l. cum ſeruo. §. ſi. & ibi gl. ff. co. ti. nam tunc, pro ut d. cit ibi

ibi gl tenetur etiam uenditor, an ipſe habeat alium fundum uicinum, quia ſi forte ipſe eſſet malus uir, emptor non emeret.

Venditore tradita, ſi ſibi non ſoluatur pretium, non poteſt rem uendicare, ſed debet præciſe agere ad pretium .l. in ciuile C. de rei uen. & in hoc fallit illa regula, frāgenti fidem fides frangatur eidem, de qua in l. cum proponas. la 2. C. de pac. ſ. ut non procedat facta executione, ita uoluit Alex. in d. l. cum proponas.

Verbum, relinquere, proprie uerificatur in ultima uolūtate .l. 1. in fi. ff. de tab. exh. & no. And. de Iſer. in c. 1. colu. 3. de his qui feu. da. poſ. Scias tamen, ꝙ quando uerbum, relinquo, ponitur in uniuerſitate bonorum importat hæredis inſtitutionem, ut per Alex. in conſi. 140. col. 1. uo. 1. ſicut etiam in uerbo, lego, ut p *Bar.* & doc. in l. 1. ff. de leg. 1. & eſt text. in c. Rain. de teſt. & in l. e his uerbis. ff. de hær. inſt. & Alexan. in conſi. 76. uolum. 3. col. ult.

Verbum, ſolitum, differt a conſueto: nam ſolitum uerificatur in uno actu tantum. ut no. *Bar.* in l. 1. C. quomodo, & qn iu. & *Bar.* in l. Mela. §. ſed ſi alimenta. ubi eſt tex. ff. de ali. & cib. leg. ſed conſuetum requirit ad minus duos actus. l. 3. & ibi gl. C. de epi. au. & *Bar.* in repe. l. de quib. ff. de legi. & in repe. l. cōſuetudinis. C. quæ ſit lon. conſu. & idē Bart. in d. §. ſed ſi alimēta. qđ eſt ꝑpetuo not. & uide oĩno qđ in hac materia uoluit ſingulariter Bal. in l. binos. C. de aduo. di. iud.

Verbum, concedo, an importet dominij tanslationem, dic. ꝙ ſic, text. eſt in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. & no. *Bar.* in l. uxori. § fi. de le. 2. & Ale. in l. donatione. col. 6. C. de colla. & uide Abb. in c. cum uenerabilis. de excep. & in c. paſtoralis. de don.

Vſucapio an currat ei, qui conſtituit omnia bona ſua precario nomine poſſidere, & uidetur, ꝙ non, ſed eam tranſtulit ciuilem poſſeſſionem. ſed eam tranſtulit in creditorem l. interdum. & ibi per doc. & l. quod meo. ff. de acq. poſſ. ſine qua uſucapio non procedit. l. ſine poſſ. ff. de uſuc. In contrariū eſt ueritas, & ita tenuit Bar. in l. celſus. col. 4. ff. de uſuc. quia creditor poſſidet quātum ad debitor conſeruandum ad ſuam utilitatem: ſed quātum ad dominium acquirendum, poſſidet ad commodum debitoris. & ita ēt tenet Papien. in ſua prac. in forma reſponſio. rei conuenti. in uer. præſcriptionis. col. 4. & de hoc eſt text. expreſſus in l. qui pignoris. ff. de acq. poſ. & glo. in leg. qui cum. ff. pro empt.

Vidua luxurioſe uiuēs amittit omnia priuelegia primitori. ita dixit *Bal.* per illum tex. in l. his ſolis. C. de reuo. do. unde perdit forum uiri, quod alias ſequeretur ſi caſte uiueret .l. filij §. uidua. ff. ad muni. & no. Alex. & Iaſ. in l. cū quedā. ff. de iuriſ. om. iud. & ad hāc materiam adde unum dictum *Bal.* in l. fi. C. de bo. ma. qui dicebat, ꝙ uidua ad hunc cenſetur durare in matrimonio, quandiu, cuſtodit lectum uidualem. Idem etiam dixit Alexan. in dicta le. cum quædam. & *Bart.* in dicto §. uidua.

Vagabundus dicitur is, qui non habet certam habitationem. ut no. Bart. in l. 4. §. prætor ait. in primo not. ff. de damn. infect.

Viri appellatione in dubio uenit adultus, ſed ſi ponatur cum aliqua determinatione, puta, uir talis mulieris, intelligitur de marito. ita dixit Bar. in l. cum quis. § codicilli. in fi. ff. de leg. 3.

Verba generaliter prolata debent reſtringi de habilitate. ita dixit Bar. & *Ale.* in l. 2. §. prætor ait. qui ſat. cog.

Venditor, qui promiſit tradere rem liberam & expeditam, licet non poſſit conueniri de euictione, quando non fuit ſibi denunciatum, ut l. emptori. C. de euic. tamen poteſt prima actione ex empto conueniri ad intereſſe, quia rem non tradidit liberam, ut promiſit, ſi fuerit forte per hipothecam auocata. glo. eſt no. in l. ex prædiis. C. de euict. & Bal. in l. 1. ad fin. Cod. de peri. & co. rei uend. facit dictum Bar. in l. qui concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg. 3. & in terminis fac. But. in l. ſi tibi. C. de euict.

Venditor uendens rem, in dubio præſumitur eam uendere liberam, etiam ſi hoc non exprimat. gloſſ. eſt not. & ibi etiam *Bal.* in l. ex prædiis. C. de euict.

Verbum, ſufficit, importat, ut nihil

aliud

alind requiratur ad eſſentiam actus. ſecũdum glo. in cap. ſtatutum, in princ. de reſcrip. libro 6 & Abb. in c. cum locum ſ. not. de ſponſa.

Verbum, infinitum, eſt aptum comprehendere omne tempus, etiam in futurũ. ſecundum glo. in l. quinta. §. ſtipulatio. de uerbor. obligat. & Alexan. conſil. 28. colum. 3. volum. 1 & Bar. in l. quicquid. ff com. prædi. & Abb. in c. ex literis. el primo, de ſponſa.

Verbum, diſcrete, non importat liberam poteſtatem, ſed arbitrium boni viri. ſecundum Alexand. in conſil. 33. columna prima, volum. primo.

Verba generalia non ſunt obligatoria. Alexand. conſilio. 135. columna tertia, vol. 1.

Vicinus dicitur, qui diſtat per locum vſque ad quem poteſt audiri uox hominis clamantis. ſecundum Barto. in l. ſi tertius, ff. de aqua plu. ar.

Venter, qui non eſt pariturus ſuum, an mittatur in poſſeſſionem ex edicto de ventre in poſſ. mitt. gloſſ. & Pau. de Caſtr. in l. cum quidam. §. quod dicitur. columna finali. ff. de acquirenda hæredit.

SINGVLARIA,

ET IVRIS NOTABILIA,

D. ROBERTI MARANTAE VENVSINI Iuris vtriuſque Doctor.

MAndaui Titio, ut tibi aliquid furto ſubtraheret, qui Titius ignorabat furtum committi, qa forte dixi, rem eſſe meam. Titius ſubtraxit. Quæritur, an teneatur actione furti, uel an tenere ego qui mandaui?

Et videtur quod ſic, quia mandans delictum committi, tenetur, ac ſi ipſe deliquiſſet. ut per Bar. in l. non ſolum. §. qui mandato. ff. de iniur. & per Bald. in l. non ideo minus. C. de accuſ. & per Abb. in ca. mulieres. colum. 3. de ſent. excom. & idem Bart. in l. is demum. ff. de regu. iur. facit etiam tex. in l. 2. § omnia noſtra. C. de ue te. iure enucle.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod neuter tenetur actione furti; nam mandatarius non, quia non competit ſibi deſcriptio furti, quia non contrectauit ſcientes animo lucrandi. Mandans minime, ex quo furtum non fuit factum, datur ergo ſolum actio in factum contra mandantem ſubſidiaria ad intereſſe. Caſus eſt in l. ſi is qui rem. §. ſi tu *Titium*. ff. de furt. per quē ita dixit Bar. in l. ſi quis id quod. circa fin. de iuriſ. om. iud. & etiam tex. in l. ſi quis per ferendum. ff. de furt.

Creditor alicuius, quando aliter non poteſt ſuum debitum conſequi, ſi quid furatur de bonis debitoris, vt poſſit ſibi ſatisfieri, an teneatur actione furti?

Et uidetur, quod ſic, quia non debuit ſibi propria authoritate ius dicere. l. extat. ff. quod met. cauſa. l. meminerint. & l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. & maxime, quia hic concurrunt omnia requiſita in furto. & eſt. tex. in l. 1. § 1. ff. de fur. & in inſti. de obl. quæ ex delict. § 1.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod non teneatur furti, licet teneatur actione iniuriarum. ita not. dixit Alex in conſil. 127. col. 2. vol. 4. vbi etiam dicit, quod non peccat in foro Poli, quod nota pro ſaluendo cliente a pęna furti, maxime corporali. & idem Alex. in conſil. 136. colum. 3. uol. 1. & inſti. de oblig. quæ ex delict. §. furtum. ibi, furtum ſine animo furandi &c. & hoc maxime, ſi debitor erat litigioſus. & potens. de quo ui de pulchre Cepſ. conſ. 26.

Extat capitulum regni, quod incipit, ad hoc, quod noſtrorum, dictaus, quod fur ſubtrahens vltra unciam furcis ſuſpendatur. Pone, quod aliquis præſtitit opem furandi vltra unciam an debeat furcis ſuſpendi? Et videtur, quod ſic. nam præſtans opem furi punitur eadem pęna, qua ipſe fur, ſecundum Bar. in l. is qui opem. ff. de furt. & in l. is cuius ope. ff. de adul. & in l. nihil intereſt. ff. de ſicar.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod non puniatur ad mortem, dummodo nihil de re furtiua ad eum peruenerit. Et eſt ratio, quia non extendit manus furtiuas ad aliena, prout requirit dictum capitulum, punitur tamen de furto extraordinarie. ſ. pœna poſita in auth. ſed nouo iure C. de ſer. fug. ita dixit Iſer. in cap. 1. §. ſi quis quiuque. circa fin. de pace tenen. & de iſtis dantibus operam rei illicitæ, vide Ioan. Andr. in addi. Specu. in Rubrica, de treg. & pace.

Mandaui tibi, quod Titium vulnerares, expreſſe prohibendo, quod non occidas, tu uolēs mandatum exequi, vulneraſti, & occidiſti. Quæritur, an ego mandans tenear de occiſo? Et uidetur, quod non, quia quando mandatarius excedit fines mandati, non tenetur mandans, ſed ipſe mandatarius. l. diligenter, ff. manda.

quo teneor de occiſo.

In contrariũ eſt ueritas, quod imo teneat de occiſo, & ratio eſt, quia ſeruare fines mandati non erat in poteſtate mandatarii, quia quodlibet vulnus poteſt eſſe mortale. vnde regula contraria procedit, quando erat in poteſtate mandatarii ſeruare fines mandati. Caſus eſt in c. ſi de homi. li. 6. per quem ita dixit Bald. in l. non ideo minus, col. fin. C. de accuſ. & Abb. in c. ſententias. ne cle. uel mona. Hoc autem intellige ſane procedere, ut teneatur mandans de homicidio culpoſo, non autem doloſo. Vnde non punitur pœna mortis, ſed mitiori, prout de hoc ſunt quatuor conſi. Capol. 35. 36. 37. & 38. & uide gl. fi. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. om. iu. & per Ale. ind. in ſuis, ff. de lib. & poſt. in 1. no & per Iaſ. in l. 1. col. 7 C. de ſer. fug. An autem quis teneatur ultra quam uoluerit delinquere. uide Bal. in l. quoniam. C. ad l. Iu. de ui pub. & uide D. c. conſ. 482. in 4. uol. col. pe.

Dicit capitulum regni inci. mulier dotarium, quod mulier, quæ promiſit dotẽ marito & dedit, uel non promiſit, nec dedit, lucratur dotarium, ſeu tertiariam. Pone mulier promiſit dotem, & partem ſoluit, & in alia parte fuit datum tempus ad ſoluendum conſenſu mariti in capitulis matrimonialibus, ante lapſum tempus ſoluitur matrimonium morte uiri, mulier petit integrum dotariũ ab hæredib. uiri, qui dicunt, ꝙ non lucrifecit, niſi pro ea parte, qua dotem ſoluit. Quæritur qd iuris, vĩ dicendum, ꝙ hæredes bene dicũt per text. in auth. ſed quæ nihil. C. de pact. conuen. no. glo. in d. c. mulier dotarium. ubi clare dicitur, ꝙ pro ea parte, qua ſoluit dotem, pro ea lucratur dotarium, & non ultra. & idem uoluit Barto. in l. iubemus §. ſane, C. de ſacroſan. eccle.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod totũ dotarium debeatur. Et ratio eſt, propter tempus adiectum ſolutioni, per quod nõ poteſt imputari culpa mulieri, quare totã dotem non ſoluit. ita de hoc eſt deci. conſi. Neap. nume. 331. Secus autem eſſet, ſi tempus non fuiſſet appoſitum ſolutioni d. §. ſane.

Factum eſt bannum per officialem ciuitatis, ut cõiter fieri ſolet, quod nullus ambulet de nocte, uel portet arma ſub pœna torturæ, ſeu quatuor ictuum cordæ Quidam portabat arma, uel fuit inuentus de nocte, an uigore dicti banni poſſit de iure torqueri. Et uidetur, quod ſic, per ea, quę habentur in l. prima. ff. ſi quis iuſdi. non obtem. & maxime cum officiales ſoleant habere iuriſdictionem meri, & mixti imperii.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod torqueri nõ poſſit. Ratio eſt, quia officiales iurant ſeruare iura, conſtitutiones, & ſtatuta. Vnde non poſſunt alterare pœnas iuris, maxime creſcendo eas in grauius, qa iudici non licet imponere noua genera pœnarum, ut dicit Bal. in l. incredibile. C. de pœn. & iſtud in terminis uoluit Pariſ. in trac. ſind. in c. an in cauſa pecuniaria. in uer. tortura. & afflic. in prohem. conſt. in prin. col. 11. in fin. & Bal. in l. pro gramma. C. commina. uel epi.

Stante cap. regni. ad hoc, quod noſtrũ eſt, quod ille, qui ad res ultra unciam valentes furtiuas manus extenderit, furcis ſuſpendatur.

Quæritur an mulier committens furtum ultra vnciam, debeat furcis ſuſpendi. Et uidetur, quod ſic, quia licet capitulum loquatur per genus maſculinum, tamen concipit fœmininum. l. qui duos de leg. 3. Nec obſtat, quod ſimus in odioſis quia ex quo eſt odiũ rationabile, adhuc maſculinum concipit fœmininum. leg. ſi quis id quod de iuris. om. iud. & Bar. in l. 1. de uer. ſig.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod non comprehendatur mulier. ita in terminis tenet Alex. in conſi. 135. col. pe. uol. 1.

Mater tutrix filiorum ſuorum, quæ iam tutelam adminiſtrare, cœpit ſi tranſit ad ſecunda uota, non petito tutore pupillis, et reddita ratione ſuæ adminiſtrationis, an bona ſecundi mariti ſint obligata ipſis pupillis pro adminiſtratione facta per uxorem Et uidetur, quod non, qa maritus non obligatur ex facto uxoris, & econtra, ut toto titu. ne uxor pro marito. & facit titulus ne filius pro patre, & etiam titulus res inter alios geſta. Nec quis debet prægauari ex facto alieno. l. e. non debet alteri. ff de reg. iur. l. filius. C. de pactis. l. de tranſactione matris. Co. l. de

tranſ.

tranſ.facit text.in l.ſi quis in ſuo.§.legis. C.de inoff. teſt.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod immo bona ſecundi mariti ſint obligata pupillis, & hoc eſt introductum in fauorem pupillorum, ut contrahentes matrimonium cum uidua ſint diligentes in perquirendo, quod tutor petatur, & rationes reddantur. caſus eſt not.in l. ſi mater. C.in quibus ca.p'go.ta.contrah.& in l.ſecunda. C. quando muli tuto.officio fung.poſ.& in auth.de nupt.§. ſin autem tutelam.uoluit Spec. in titu. de tutore,§. nunc dicendum. uerſicu.ut autem ex his plenius.

Titius fuit accuſatus de quodam crimine porrecto libello, & facta litis conteſt. accuſator producit capitula ſiue poſitiones,ad probandum crimen, & petit accuſatum debet examinari ſuper illis poſitionibus tanquam principalem. Quæritur,an accuſatus poſſit ſuper dictis poſitionibus reſpondere. Et uidetur,quod ſic,alias haberetur pro confeſſo, capit.ſi poſt præſtitum de confeſſ.libr.sexto no. Bar. in l.ſecunda §.quod ſi actor.C.de iu. calumn.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod non teneatur reſpondere,quia non debet quis ſe ipſum prodere,reſpondendo poſitioni criminoſæ, & contrarium legitur in ciuilibus; quia in criminalibus non tenetur reus inſtruere aduerſarium & releuare eũ ab onere probandi.ita dicit Bald. in l.accuſationem,colu.3. C. qui acc.non poſſ. glo.in d.cap.ſi poſt prẹſtitum.in uerbo. rationabili,circa finem. Bal.in l. 2. colu. pe.& fi. in §.quod obſeruari. C. de iuramento cal. & hoc habet locum, quando proceditur per uiam accuſationis. Si autem per inquiſitionem, & tunc ſi crimen eſt notorium,ſeu famoſum, tenetur reus reſpondere,& compellitur, alias ſecus. Ita not.diſtinguit Abb.in c. 2. colum.pe. & fi.de confeſſ. Adde Spec in titulo de poſitio.§.7. 11.& 19.glo.& doct. in c.cum I. & A.de re iudi. Præfata limita,niſi deferretur iuramentum deciſiuum; quia tunc tenetur reſpondere,ſecundum Bald.in d. §.quod obſeruari,col. fi. ubi ita intelligit l.Marcellus. ff. rerum amo. Item limita non procedere, quando accuſatus interrogatur ſuper libello ad litis præparationem ante litem conteſt. quia tenetur reſpondere,ſecundum Bal.in dicto §.quod obſeruari.columm fin. Scias tamen,quod quando tenetur quis reſpondere in criminalibus, non admittitur reſponſio per uerbum,credit, ſed debet de ueritate reſpondere,ut in dicto §.quod obſeruari. in fi.

Quidam fuit accuſatus de aliquo crimine,& fuit citatus ad reſpondendum ſuper libello accuſatorio, qui comparens non vult reſpondere,iudex uult eũ ſubiicere tormentis, ut poſſit extorquere ab eo reſponſum. Quęritur,an poſſit. Et uidetur,quod non,nam tortura nõ poteſt alicui inferri, niſi præcedentibus legitimis indiciis,nec eſt a tormentis incohandum.l.prima,& ibi Bart.ff.de quæſtio de quibus indiciis debet dari copia accuſato,antequam torqueatur,cap. qualiter & quando.el ſecundo, §. debet,de accuſ. & Ang.in trac.malc. in uer. fama publica, col.6. Præterea tortura non infertur, niſi publicato proceſſu. ita tenet Pariſ.in tracta.ſind.cap.ſequitur quæſt.in fi.in uerſi. tortura.

In contrarium eſt veritas, quod imo poſſit torqueri, nec obſtant contraria, quia illa procedunt,quando quis torquetur ad eruendam reſponſionem delicti, ſecus, quando torqueretur ad eruendam reſponſionem negatiuam, uel affirmatiuam. Ita in terminis uoluit Bald.in l.accuſationem,columm.3. C qui accu.non poſ.quem refert & ſequitur Pariſ.in loco ſuperius allegato. Et aduerte, quia debet procedere trina monitio, & mandari ſub pœna quatuor ictuum cordæ, & uide deciſ.conſil.Neapol.145.per Capicium.

Dicit pragm.quod cauſæ inter coniunctos compromittantur. Quæritur,an habeat locum in ſpurio. Et uidetur, quod non, quia quo ad hoc ſpurius non dicitur coniunctus.ſecundum Bald.in leg id quod pauperibus.colum. fin. C.de epiſc. & cler.& Bald.in l.acutiſ.C.de fideicom. glo.in clem.1.uerſi.liberi. de baptiſmo, & Innoc.in cap. nonnulli. §. ſunt & alii. de reſcr.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod ſi com-

compromiſſum petatur contra ſpurium a coniuncto legitimo, debet fieri in odiũ ſpurii, ſi uero ipſe ſpurius contra legitimum, non auditur. ita procedunt contraria & ita diſtinguit Alex. in conſ. 60. col. 3. in 2. uol.

Dicit ſtatutum, quod nullus poſſit tenere capras in uilla ſub certa pœna, aliquis tenet ibi hircos, an incidat in pœnam. Et uidetur, quod non, quia in iure fœmininum non concipit maſculinum, ualde enim exemplo turpiſſimum, eſt dicit tex in l. ſi ita ſcriptum eſt. ff. de leg. 2. glo. in cle. attendentes. in uerbo, ceciđiſſe. de ſtatu mona. & maxime in pœnalib. ut in caſu propoſito.

In contrarium eſt ueritas, & ratio eſt, quia quando in utroque caſu eſt ratio indifferens, fœmininum concipit maſculinum, ut in caſu noſtro, ita tenet Iaſ. in l. ſi quis id quod, colu. 7. ff. de iuris omn. iu. ubi allegat ita tenere Anton. de Buſ. & Alb. de Roſa.

Quidam fuit cõfeſſus extra iudicium homicidium commiſiſſe ſimpliciter, probatur hæc confeſſio extraiudicialis per duos teſtes, quæritur, an poſſit tormentis ſubijci. Et uidetur, quod ſic, quia confeſſio extra iudicium facit indicium ad torturam. glo. & Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. Bar. in l. quoniam. ff. de his qui not. infa. Abb. in ca. quam ſit graue. de exceſ. prælat.

In contrarium eſt ueritas in caſu propoſito, quia ad hoc, ut confeſſio extra iudicium faciat indicium ad torturam, debet eſſe conformiter facta cum loco, & tempore, alias nullum facit indicium, & ita prædicta intelliguntur, quia debet confeſſio eſſe iuncta cum ratione ueriſimili. ita not. dicit Pariſ. in tract. ſin. in ca. quia communiter in uerſicu. tortura, & ſentit Bal. in l. bonæ fi. col. 2. uerſi. modo quæro. C. de reb. cred. Sed licet non faciat indicium, tamen poteſt ex ea extra ordinem puniri confeſſus, tanquam glorians de delicto, ſecundum Pariſ. in d. cap. quia communiter. in fin. per ea quæ habentur in d. c. quam ſit graue de exc. ſ. prælat.

Familiaris quidam uel coniunctus cõmiſit unum delictum habẽs tractum ſucceſſiuum, quod delictum reſultat in fauorem domini ſui uel coniuncti, ut qui impedit teſtes examinari contra coniunctũ uel dominum ſcienter. Quæritur, an tale delictum præſumatur committi de uolũtate coniuncti, uel domini, & aliter quod ipſe teneatur? Et uidetur, quod non, quia regulariter dominus non tenetur ex delicto famuli, quando aliter non apparet de eius mandato, ut per Barto. & doct. in lege prima. §. familiæ. ff. de publica. gloſ. in c. cum ad ſedem. in uerſic. interdum. de reſt. ſpoli. Similiter nec coniunctus debet teneri ex facto coniuncti. l. crimen. ff. de pœnis. l. ſancimus. C. eod. titu. & in dubio non præſumitur delictum. l. merito. ff. pro ſocio.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod tenetur coniunctus uel dominus, & poteſt cõpelli, ut faciat delictum ceſſare, ac etiam punitur, quia ex quo ſcit, & non prohibet, præſumitur fieri de eius uoluntate, cum reſultet in eius fauorem. caſus eſt in cap. conſtitutis. el primo, & ibi per Abb. de teſti. & Iaſ. in l. ciuitas. ff. de reb. cred. colu. ſecunda. Et hoc procedit in delictis habentibus cauſam ſucceſſiuam, ut ſupra. ſecus ſi momentaneam, ut in homicidio quia non tenetur. ita habetur in locis prę allegatis.

Teſtator fecit teſtamentum in ſcriptis clauſum, in quo appoſita fuit clauſula codicillaris, & quod ualeat omni meliori modo, uia &c. prout communiter ſolet apponi, demum reperitur, quod non ualet, ut teſtamentum in ſcriptis, quia forte deficit ſubſcriptio teſtatoris, uel aliquod ſigillum, uel aliqua ſolemnitas: tamẽ ſũt omnes ſolemnitates requiſitæ in teſtamẽto nuncupatiuo. Quæritur, an ualeat ut teſtamentum nuncupatiuum. Et uidetur, quod non, quia ex quo teſtator elegit uiam teſtandi in ſcriptis, uidetur renunciaſſe nuncupatiuo. Vnde deficit eius uoluntas in nuncupatiuo, ut tenet Barto. in lege. fin. ff. de iure codicil. facit pro hoc quod habetur per Bar. in l. contractus, in prima col. in fin. ubi dicit, quod eo ipſo, quod partes quærunt notarium, cẽſentur uelle contrahere in ſcriptis, adeo q̃ non ualet aliter contractus, niſi ſcriptura interueniat.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod immo tale

uale teſtamentum ualeat, ut nuncupatiuum, quia non eſt putandum, quod teſtator uoluerit ſe aſtringere ad unam uiam teſtandi. Ita not. tenet Cyn. in l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. Co. de teſta. & ibi eum ſequuntur Alex. & Iaſ. & communiter Moder. & Ang. & Imo. in l. 1. §. ſin autem ff. de hære inſt. & Alexa. in conſi. 176. colum. 2. volu. 5. Et multo fortius hoc procedit, ubi eſſet illa clauſula codicillaris, omni medio modo &c. per quam manifeſte apparet, quod teſtator noluit ſe aſtringere ad ſpecificata, & ſic ad teſtamentum in ſcriptis. ita Alexand. in conſi. 113. uolu. 3. Et quod dicta clauſula operetur, ut in uim nuncupatiui ualeat, tenet expreſſe Alex. in d. conſil. 176. idem ſentit Bar. in l. 1. in 3. col. ff. de iure codicil. vbi dicit, quod dicta clauſula ſupplet defectum ſolemnitatis omiſſæ. & notat. in l. codicillis. § fi. ff. de leg. 2. Nec obſtant contraria, quia procedunt, quando aliud conſtaret de uoluntate teſtatoris. Nec obſtat id quod ago, non ualet ut ago d. le. 1. §. ſi quis ita. ff. de uer. ob. quia illa regula non procedit, quando contrarium apparet per dictam clauſulam. ut nota. docto. maxime Alex. in d. §. ſi quis ita. dum loquitur de iuramento, quod tantūdem operatur.

Agēs ad legatum ſibi factum in teſtamento inualido contra hæredem, ſi ſuccumbit eo quod teſtamentum non ualet, & appellatur, an poſſit in cauſa appellationis intentare petitio. hæredi. contra eundem, aſſerendo ſe eſſe hæredem ab inteſtato. Et uidetur, quod non, quia iudex appellationis non poteſt iudicare, niſi ſuper meritis primæ cauſæ, ſecundum Bar. in l. 1. in fin. C. ſi aduer. lib. ſed iſta cauſa peti. hær. eſt penitus diuerſa a cauſa principali. &c.

In contrarium eſt veritas, & ratio eſt, quia agendo ex teſtamento, quod putabatur ualere, ignorabat ius ab inteſtato ſibi competere, unde non uidetur illi iuri renunciaſſe. l. mater. de inoffi. teſtament. ita eſt deciſ. conſi. Neapo. in terminis numero 53.

Vir & uxor acceperunt ſimul in emphiteoſim pro ſe, & eorum liberis, uxor habebat filium ex alio marito, an iſte filius ſuccedat in emphiteoſim. Videtur, quod non propter illam dictionem, eorum, per quam uidetur diſpoſitio uerificari ſolum in utriuſque filiis.

In contrarium eſt ueritas, ut determinat Bald. in authen. qui rem, colu. 1. C. de ſacroſ. eccl. & aſſignat rationem, quia talis debet eſſe maternus amor, ut pariter prouideat filiis ex quocunque matrimonio procreatis.

Venditor fundi promiſit emptorem de iure, & de facto defendere, prout communiter appont ſolet clauſula in inſtrumentis uenditionum. Modo quidam vult per violentiam expellere emptorem an venditor teneatur eum defendere contra illum uiolentum, & armata manu ſi opus fuerit. Et uidetur, quod ſic, ex quo enim ſe obligauit etiam de facto defendere, tenetur uigore ſuæ promiſſionis.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod per talem promiſſionem non uidetur promiſiſſe factum alienum. Vnde talia uerba, de facto, debent ciuili modo intelligi, ſ. aſſiſtere, & ſubminiſtrare expenſas, & teneri in caſu, quo res fuerit euicta incuria iudicis, quæ omnia ſunt facti, nō autem tenetur contra uiolentiam defendere, quia iſte dicitur caſus fortuitus, qui non cenſetur promitti in contractu. ita in terminis tenet Bal. in l. fin. C. de actio. emp. quod ultimum intelligitur de incuria iudicis, ſcilicet quando uenditor fuit in culpa in nō appellando, alias ſecus, quia non tenetur &c.

Quidam commiſit unum delictū habens tractum momentaneum, puta homicidium, ſtetit per x. annos & non fuit de eo inquiſitus, poſtea inquiritur, & cōuincitur, an debeat pænam mortis cōdēnari. Et uidetur, quod ſic, per titulum ad le. Cor. de ſica. & per conſtitu. terminum uitæ, & per ſe regulā, quæ ſe habet, quod homicida ſemper expectet, quod facit, tex. eſt in l. 3. C. de epiſ. aud.

In contrariū eſt ueritas, ſcilicet, quod mitiori pæna puniatur, non enim pari pæna puniuntur delicta de recenti commiſſa, & antiqua per x. ann. text. eſt in l. ſi diutino. ff. de pænis. ubi per gloſſ. & Bar.

Quidam litigās in iudicio occupans

alius

aliis negotiis, conſtituit procuratorem, & ſe abſentauit, pars aduerſa intendit velle illum examinari facere in cauſa vt principalem, & ſic eſt mittendus ad eum examinator. Quæritur, cuius expenſis debet mitti ad eum examinandum. Et videtur, quod expenſis petentis, ſicut diximus in teſtibus, qui debent examinari, & produci expenſis producentis. leg. quoniam liberi. & ibi habetur. C. de teſtibus.

In contrarium eſt veritas, ſ. quod expenſis ipſius abſentis, & ratio eſt, quia nõ debet per ſuam abſentiam fieri deterior conditio ipſius aduerſarii. l. e. ſecunda. §. defendi, & ibi Bar. & doctor. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. ea. ita in terminis uoluit *Bald.* & *Angel.* & Alber. in l. ſi actor. ff. de procur. & *Anchar.* in capitulo, ſtatutum. §. inſuper, de reſcrip. in 6. & in dec. conſi. Neap. 177.

Verum epiſcopus poſſit excommunicare aromatarium miſcentem farinam fabarum in cerra, & illam uendentem. Videtur quod, non quia non debet ſe immiſcere in iuriſditione laici ſibi non ſubditi. Item, quia licitum eſt miſcere talia, ſecundum Barto. in l. prima. C de conditis in pub. hor. libro decimo. Et aduerte, quia text. iſte habet locum in fiſco tantum.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod epiſcopus poſſit eum punire pena pecuniaria, uel arbitraria, propter peccatum. ita tenet *Abb.* in antiquus. capitulo primo, de empt. & uendit. quem ſequitur Felin. in capitulo irrefragabili. §. cæterum. de officio. in ordi. ſecunda colum. quod not. quia per hoc poſſes extendere iuriſdictionem epiſcopi ad omnes ſimiles caſus cõtra committentes fraudes in iſtis utenſilibus, quæ uenduntur, quod dictum domini Abb. refert Io. And. in Nouel. in capit. ſecundo, de emp. uend. & Rom. in ſingulari 450. incipiente, fui interrogatus. item puniuntur vendentes uenenoſa aromata. tex. eſt in l. 3. §. alio. & ibi Angel. ff. ad l. Cor. de Sica.

Stante pragm. quæ incipit, odia. de compromi. faciendis inter coniunctos, quæritur, ſi cauſa fuit bis compromiſſa, & expirauit, an debeat, tertio compromitti. Et uidetur, quod ſic, nam ſtante tali ſtatuto, & ſi millies expiraret compromiſſum, millies deberet cauſa compromitti, quia ſtatutum ſemper loquitur. ita dicit *Alex.* in conſi. 70. colum. 2. uolum. ſecundo, & Bald. in conſilio 487. uolum. quarto, & Iaſ. plene. in l. ſi quis erarg. §. prætor. ait columna ſecunda. ff. de edendo.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod vigore dictæ pragm. non debet cauſa ultra bis compromitti, quia cum d. pragm. apponat tempus trium menſium, finito tempore ceſſat eius diſpoſitio. ita in terminis deciditur in deciſ. conſilii Neapo. nume. 46.

Quidam fuit condemnatus, quod erueretur ſibi oculus deſter, executor errore ductus eruit ſibi ſiniſtrum. Quæritur, an debeat etiam dextrum eruere. Et uidetur, quod ſic, quia non eſt ſatisfactum ſententiæ.

In contrarium eſt ueritas, ita tenet *Barto.* in l. eleganter, §. qui reprobos. de pig. act. & Pariſ. in trac. ſind. uerſic. executio. *Iaſ.* in l. Iulian. ff. de condic. indeb. co. 10. Non ob. cõtrarium, quia loquitur, quando poteſt in priſtinum reſtitui ſtatum, quia tunc debet reiterari executio, ſed q a oculus ſiniſter non poteſt reſtitui, ideo nõ eſt effodiendus dexter in preiudicium delinquentis.

Verum in regno Siciliæ ſit neceſſe appellare in ſcriptis, quando non appellatur eadem die a ſententia diffinitiua, & utrum ab interlocutoria ſit omnino appellandum cum expreſſione cauſarum grauaminis. Et ad utrumque quæſitum videtur dicendum, quod ſic, nam primum probatur ex not. per Barto. Imo. & doct. in l. 1. §. libelli. ff. de appell. recipiendis. per capitulo Cordi. de appellat. libro ſexto.

In cõtrarium eſt ueritas, & hæc eſt noua ponderatio, quia ubi vrget ſtatutum, uel conſtitutio, quod in cauſis nõn ſeruentur iuris ſolemnitates, poteſt quandocunque appellari infra decem dies, & ſine expreſſione cauſarum grauaminis, & ſine ſcriptis. Ratio eſt, quia iſtæ ſunt

ſolẽnitates poſitiui, quæ cenſetur ſublatæ ita no. tenet Ang. in conſilio 266. uerſ. 2. quia dicta conſtitutio. &c. adde ad hoc & Phil. in ca. ut debitus. colu. 8. de appel. ſed in regno habemus capitulum, deteſtantes, quod introduxit iſtud. ergo &c. & ego fortius pondero capitulum illud, ibi, uel quacunq; re uia cauſas deuolui contingat &c quia per illa uerba comprehendit cauſas deuolutas etiam per uiam appellationis.

Pater legauit filio ſuo ſpurio certum fundum pro alimentis iuxta expoſitionem cap. cum haberet. de eo qui duxit in mat quam pol. per adul An per tale legatum cenſeatur relicta proprietas non ſolum uſusfructus. Et uidetur, quod ſic, quia quando legatur fundus pro alimentis uel ad alimenta, cenſetur relictus quo ad proprietatem, ut not. Barto. in l. donationes §. ſpeciales ff. de dona. & in l. Titia cum teſtamento. §. final. de legit. ſecundo, & in l. quarta, de alimen. & cib. leg. & Iaſ. in l. cum hi. §. ſi uni. ff. de tranſacti.

In contrarium eſt ueritas in ſpurio, & eſt ratio, quia non eſt capax proprietatis. ita not. Bald. in l. eam quam. colu. 9. C. de fideicom.

Maritus legauit uxori decem ſaccos frumenti, donec caſte, & honeſte uixerit quolibet anno, modo uxor nubit, uel infra duos menſes moritur, non expectato anno, an debeat habere omnes decem ſaccos frumenti pro toto anno, an uero pro rata tantum temporis, quo ſtet uidua. Et uidetur tantum pro rata temporis, ſcilicet pro duobus menſibus, quia non impleuit uerba teſtatoris, qui fecit mentionem de quolibet anno.

In contrariũ eſt ueritas, ſcilicet quod pro toto anno debetur. Vnde habebit omnes x. ſaccos frumenti. Caſus eſt in l. a uobis. de annu. lega. per quem ita decidit Signo de Homo. in conſil. 53. incip. quidam nomine Iacobus. in fin. & eſt ratio, quia tale legatum pro primo anno eſt purum, ergo ſtatim ceſſit dies. ſecundum Bart in l. Titia cum teſtamento. §. fin. in fin. ff. de leg. ſecundo. & Alexandr. in conſilio 40. columna prima, volum. primo.

Duo erant fratres in eiuſdem patris poteſtate conſtituti, vnus forte, qui habebat peculeum caſtrenſe uel quaſi, mutuauit alteri fratri certam pecuniæ quantitatem, deinde frater debitor in repetitione opponit exceptionem Macedoniani. Quæritur, an obſtet? Et uidetur, quod ſic, toto titu. ad Maced. qui ad hoc fuit inductus.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod teneatur cum effectu, & dicta exceptio non poſſit opponi. gloſſ. eſt ſingu. in leg. frater a fratre. ff de condictio. indebit. in gloſſ. magna poſt princip. quam ibi ad hoc ponderat Sal. & ſequitur Iaſon. ibi in 16. columna, & ita limitatur titulus ad Macedon. ut non procedat in fratribus, quando ſunt in eiuſdem patris poteſtate. & ratione aſſignant doct. ibi, & maxime Iaſ.

Pater dedit dotem filiæ ſuæ, & incontinenti fuit ſtipulatus in caſu ſoluti matrimonii, eam ſibi & hæredibus ſuis reſtitui, non autem filiæ, euenit caſus ſoluti matrimon. per mortem filiæ, liberis ſuperſtitibus, pater petit dotem ab eius genero uigore dictæ ſtipulationis. Quæritur, an poſſit? Et uidetur dicendum, quod ſic, nam licet alias non exiſtente ſtipulatione non poſſit petere obſtante conſuetudine Martini tradita in lege. dos a patre. Codic. ſoluto matrimonio, tamen propter dictam ſtipulationem incontinenti factam, filia amiſit ius conſolidationis, & per conſequens ad hæredes nihil tranſmiſit, quia actio remanet in ſolo patre. ut not. Bartolus. in leg. poſt dotem columna quarta, & quinta, ſoluto matrimonio, & in l. pen. §. filia eodem titulo.

In contrarium eſt ueritas in hoc regno, ubi uiget ſtatutum, quod filia dotata non ſuccedat patri ſtantibus maſculis, ut eſt conſtitutio regni, in aliquibus, quo caſu dos debet eſſe libera penes filiam, cum ſuccedat loco legitimæ, unde talis ſtipulatio redditur patri inutilis, & tam ipſe quam eius hæres poſſunt per filiam & hæredes ſuos cogi, ut talem ſtipu-

pulationem remittant, & poſſunt hæredes filiæ repellere patrem agentem uigore dictæ ſtipulationis, & etiam petere ab eo dotem quam non aſſignauit. Vnde dictus gener tanquam adminiſtrator ſuorum filiorum, hæc omnia facere poteſt. Ita pulchre tenet Socci. in conſilio 9. colum. octaua, & nona, uolumin. primo, & Alexan in conſilio 140. columna ſecunda, uerſiculo, præterea, uolum ſecundo, & Bald. in l. fin. colum. ſecunda, C. de dotis promiſſ. & Ludou. Rom. in d leg. poſt mortem.

Rex conceſſit Titio feudum pro ſe, & ſuis filiis maſculis & fęminis, moritur Titius relicto filio, & filia, certum eſt, quod filia non ſuccedit exiſtente filio, ut capitulo primo §. filia, de feud ſucce. Sed pone, quod filius moriatur abſque liberis, an eius ſoror ſuccedat in feudo. Et uidetur, quod ſic, quia conceſſio fuit facta æqualiter pro filiis maſculis, & fæminis. Vnde cenſetur filia habilitata, vt ſaltem ceſſante maſculo ſuccedat.

In contrarium eſt veritas, quia ex quo filia fuit ſemel excluſa, propter exiſtentiam maſculi, cenſetur perpetuo excluſa, adeo, quod feudum reuertitur ad Regem, non obſtante dicta conceſſione ita facta. Caſus eſt in capitulo primo. §. quin etiam, epiſcopum uel Abb. in uſib. feud. & ibi expreſſe Bal. & And. de Iſern. idem etiam tenet Soccin. in conſilio decimonono, columna ſecunda, uolumin. primo.

Si quis fideiuſſit pro aliquo, & deinde ſuperuenerunt graues inimicitiæ inter ipſum & rerum principalem. An poſſit petere per hoc ſe liberari a fideiuſſione. Et uidetur, quod non, quia non debet eſſe præiudicium tertio, & ſic creditori. le. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inofficio. teſtamento.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod propter inimicitias non tenetur quis ſtare ulterius in fideiuſſione. ſed poteſt ab ea eximi. ita tenet Ludoui. Rom. in conſilio 459. uerſiculo quarto, allega. Ioan. Andræ. in addit. specul. in titulo, de iudic. §. ſpecialia, in addit. quę incipit, hic notat, quod cum lex. &c.

Fuit factum legatum alicui, ſi cum Titio moraretur, & ſic ſub conditione, legatarius uult cum Titio commorari, vt legatum conſequatur. Vxor dicit, ego uolo, quod ſtes mecum. Quæritur an legatarius ab uxore impeditus poſſit habere legatum. Et uidetur, quod non, quia ex quo non implet conditionem in forma ſpecifica, ut tenetur, non debet habere legatum. text. eſt in leg. Męuius, de conditionib. & demonſtration. Veritas autem eſt, quod debet morari legatarius de die cum Titio, & de nocte cum uxore, ut ei reddat debitum, & habebit legatum. ſi autem habere neceſſe etiam de die cum uxore morari, ut quia forte vxor eſſet infirma, tunc etiam de die cum vxore morando, & non cum legatario conſequeretur legatum, & conditio in eo appoſita, haberetur pro impleta, quia per eum non ſtat, ita habetur per Bartol. in leg. Mæuia, §. uxor. ff. de annu. lega.

Maritus ex frequenti petitione uxoris donauit ſibi rem quandam, & tradidit, qui paulo poſt mortuus eſt. Quęritur, an talis donatio ſit confirmata morte uiri. Et uidetur, quod ſic, per text. in l. Papinianus, ff. de donatione. inter ui. & uxor.

In contrarium eſt ueritas, quia ob importunas præces mulieris præſumitur maritum donaſſe calore iracundiæ. vnde morte non confirmatur. ſecundum Bal. in l. prima. § ſi uir. colum. pen. ff de acq. poſſ.

Procurator producit mandatum, quo cauetur, quod dominus conſtituens promittit habere ratum omne totum, & quicquid legitime geſtum fuerit per eum. Dubitatur, an tale mandatum ualeat, et an poſſit impugnari per illud uerbum, legitime, & uidetur quod ualeat, & impugnari non poſſit. nam ipſo iure cōſtituens procuratorem non cenſetur mādare ſibi illicitum, ſed ſolum, ut faciat illud, quod iuris eſt, ut not. Bartol. & Alexand & communiter moder. in le. tertia, §. ſi procurator, ff. quod quiſque iuris,

ergo apponendo illud uerbum, legitime expreſſit illud, quod tacite inerat, quæ expreſſe non debet actum uiciare. leg. hæc uerba. de leg. 1. leg. non recte, Co. de fideiuſſ.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod immo tale mandatum non ualeat, & admitti non debeat. ita tenet Bartol. in leg. quæ omnia. §. plane. ff. de procura. Alexand. in leg. qui bona. §. ſi alieno. columna fin. ff. de damn. infect. gloſſ. in clemen. prima, & ibi etiam Carde. in ſeptima quæſt. de procurat. & Canon in capi fin. de dilatio. Idem etiam ſi dixiſſet in mandato, promitto ratum habere quod utiliter geſtum fuerit, quia talē procuratorē poteſt aduerſarium impugnare, & eſt nullum tale mandatum tanquam captatorium. ita tenet Bal. in Rubrica. C. de exer. colum. prima in fin. & in l. cum mandati. C. manda. & gloſſ. not. in capitulo, relatio. uigeſimaprima, quæſt. 1.

Quando imploratur bracchium iudicis ſæcularis, pro executione ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, licet non poſſit cognoſcere de iniquitate ſententiæ, poteſt tamen cognoſcere de eius nullitate, & ſic eam repertam nullam, non exequi, ita tenet Aug. in conſi. 275.

Licet primo uideatur facere in contrarium. quia eius officium non ſtat in cognoſcendo, ſed tantum in exequendo uide Pari. in tractat. ſind. in uerſic. bracchium. & late per Afflict. in prohemio conſtit. reg. in princ. columna duodecima, & ſeq. ubi ponit de hoc quatuor ueras concluſiones.

Debitor obligatus ad ſoluendum cū iuramento infra certum tempus nō ſoluit in termino propter difficultatem, quia modum ſoluendi non habuit, ex cauſa impotentiæ volebat poſt terminum petere abſolutionem a iuramento & opponere contra contractum, dubitatur, an poſſit. Et uidetur, quod non, quia abſolutio a iuramento debet peti ante terminum ſolutionis, poſt enim non cōceditur, ex quo incidit iam in periurio petens. ut not. Abb. in cap. 1. in 3. columna, & ibi Felin. & Canon. communiter de iureiurando.

In contrarium eſt ueritas, quia difficultas ſeu culpa excuſat in non ſoluendo a periurio, c. breui, & ibi Abb. & Cano. de iureiur. not. Bald. in l. obſeruan. §. proficiſci. colum. fi. in 33. q. ff. de officio procō. Vnde pōt in hoc caſu peti abſolutio, cum non dicatur periurus ſtante difficultate, ita tenet Fel. in ca. primo, colu. antepe. verſi. tertius caſus. de iureiura. & contraria loquuntur ſecundum cū, quando quis dolo incidit in periurium, quia doloſe non ſoluit in termino cum poſſit, vide quæ habentur in c. licet. in fin. ſ de, ſeu, ſuc. contr.

Extat vulgata iuris regula, quod ſpoliatus ante omnia dēt reſtitui, & poſtea ſuper illa re conueniri. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam de vi. Modo accidit quod ego ſteti ſpoliatus per unum annum poſſeſſione mea, fui poſt annum reſtitutus. Dubitatur, an poſt reſtitutionē poſſim ſtatim per aduerſarium inquietari ſuper illa re. Et videtur dicendum, quod ſic, quia ex quo aduerſarius meus omnia adimpleuit, reſtituendo mihi poſſeſſionem, nihil uidetur illi obſtare, quare nunc me reconuenire non poſſit.

In contrariū eſt veritas, ſcilicet quod ſtatim me moleſtare non poſſit, ſed debet me ſinere manere, tanto tempore in pacifica poſſeſſione, quanto ſteti ſpoliatus, unde non poterit me moleſtare, niſi elapſo anno a die reſtitutionis, ita tenet Abb. in cap. uenerabili. colu. 2. de officio delegati.

Quidam fuit accuſatus uel inquiſitus de homicidio, examinatus in proceſſu dixit, ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, faciendo vnicam confeſſionem, non diuidendo ipſam, vt quia dixit, occidi me defendendo, non probato aliter de homicidio per teſtes, dubitatur, an ex tali confeſſione poſſit ad mortem damnari.

Et uidetur, quod ſic, quia ex quo occidendo habet præſumptionem iuris contra ſe, prima Codic. de ſicar. poteſt dicta confeſſio acceptari, quatenus facit contra confitentem, ſicet ſic vi-

ta

vnica, & ipſi confitenti incumbat onus probandi, quod fiat ad defenſionem, ut not. Bar. in l. Aurelius §. idem quæſiit. ff. de lib. leg. Vnde quia pæna homicidii eſt pœna mortis, ut in conſti. terminum uitæ. ergo debet ad mortem puniri propter talem confeſſionem.

In contrarium eſt veritas, quia ex quo confeſſio fuit qualificata tali qualitate, quæ delictum purgat, quamuis eã ſcindendo remaneat contra confitentem iuris præſumptio, tamen ex tali uehementi præſumptione non poteſt capitaliter damnari confitens, ſed mitius. ita ſingulariter tenet Abb. in ca. auditis. col. pe. de reſcrip. & ibi Fel. col. 18. in fin. & idem in c. cum uenerabilis. col. 4. in fi. de except. & illud dictum ſequitur Alex. in l. non ſolum. §. ſciendum. de nou. oper. nun. & Socin. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. colum. 11. quod not. & uide Tho. Gramma. uoto 2. in prin.

Creditor præſentauit inſtrumentum contra debitorem, in quo erat ſcriptum, quod ad præces & petitionem creditoris erat extractum, non autem dicebatur ad præces vtriuſque partis, dubitatur, an ualeat. Et uidetur, quod ſic, nam ſufficere debet rogitus illius, in cuius utilitatem factus eſt contractus; quia alias ille, in cuius præiudicium tendit, nunquam rogaret notarium extrahere contra ſe.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod tale inſtrumentum non ualeat, quia quando contenta in inſtrumento dependent a uoluntate duorum, prout in caſu propoſito, vt in debito contrahendo, requiritur de ſubſtantia, quod utraque pars roget notarium, quod inſtrumentum faciat, quia alias notarius non poteſt conficere inſtrumentum contra debitorem, eo nõ mandante, ita tenet Alexand. in conſilio 110. eximie. doctor. uolumin. ſecundo, & Abb. in capitulo primo, colum. antepen. & pe. de fide inſtrumen. ſecus eſt, quando inſtrumentum dependet a uoluntate unius, prout eſt proteſtatio, & aditio hæreditatis, & ſimilis, quia tunc ſufficit rogitus tantum illius. Et ex hoc dico, utile eſſe, quod notarii in fine cuiuslibet contractus apponant illa uerba, & illam clauſulam, ſcilicet, quia ambæ partes uoluerunt, quod de præſenti contractu poſſim extrahere publicum inſtrumentum, & deinde in extractione fateatur, qualiter ad præces vtriuſque partis factum eſt inſtrumentum, quia creditur ſibi, alias non ualeret, ſi dicit ad præces unius, ut ſupra.

Muſcipula tranſiens cum igne ad domum alienam, ſi damnum facit, & incendium, an teneatur dominus muſcipulæ, dic, quod no. ita no. dixit Ab. in c. ſi eg. eſſus. in fi. de iniur.

Iudex cum uellet ferre ſententiam in aliqua cauſa citauit partem, & in citatione non dicebatur, quod veniat ad audiendam ſententiam, ſed ſolum quod ueniat ad audiendum intentionem curiæ. Dubitatur, an ualeat talis citatio. Et uidetur, quod ſic, namnon refert, quid ex æquipollentibus fiat. l. ſi mater. & ibi Bar. & glo. & docto. C. de inſt. & ſub. & glo. in l. præſes. C. de ſententiis. Bar. in l. ab emptione. colum. fi. ff. de pac. unde quando iudex citat ad audiendum ſuam intentionem, perinde eſt, ac ſi diceat ad ſentẽtiam, cum ſententia ſit intentio, & declaratio, uoluntatis iudicis, ergo debet citatio ualere &c.

In contrarium eſt ueritas. ſ. quod talis citatio non ualet, niſi expreſſe dicatur ad ſententiam, unde ſi ferretur parte non comparente, eſſet ipſo iure nulla, tanquam lata parte non citata. ita eſt deciſ. Rotæ numero 342. incip. retento eodem themate, & tenuit Feli. in cap. conſuluit, colu. 6. uerſi. ſecundo, not. de offic. deleg. pro hoc eſt glo. in clem. ſæpe. in uerſi. ad id, de uerb. ſign. & tex. in cap. ſecundo. & ibi Gemi. in 6. not. de dolo, & contu. lib. 6. & Alex. in l. filiusfam. §. diqi. colum. fi. de leg. i.

Teſtis productus, ſi ex aduerſo interrogetur, an ſit affinis producentis, & dicit cum iuramento, quod non, & deinde contrarium probatur, an uitietur eius dictum. Videtur, quod ſic, ex quo enim eſt periurus in uno, non creditur ei in reliquo. l. qui falſa, uel uana. ff. de teſtibus.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod non corruat eius dictum. ita not. tenet Ange. in conſi. 194.

Vtrum epiſcopus poſſit excommunicare laicos, ſeu teſtes laicorum nolentes deponere in curia ſeculari. Videtur, quod non, quia iudex ſecularis habet ſua remedia ciuilia ad compellendum teſtes, ideo iudex eccleſiaſticus non debet ſe intromittere, ponendo falcem in meſſem alienam. capitulo, venerabilem. de electio.

In contrarium eſt veritas: nam teſtis tacens ueritatem peccat mortaliter, & ratione peccati poteſt epiſcopus excommunicare eum, donec deponat ueritatem. ita tenet Abb. in cap. ad noſtram, el ſecundo, columna prima de iureiuran. vbi dicit plus, q quando aliquis non poteſt habere teſtes ad probandum ſuum negotium, quia ignorat teſtes, qui ſciunt factum, fieri faciat proclama per epiſcopũ, quicunque ſcit ueritatem de tali negocio debeat comparere in iudicio ad deponendum ſub pœna excommunicationis. & eſt optima practica. Additio. Idem dicit ipſe Author in ſuo Speculo, par. 4 diſtin. 11 nu. 54.

Tutor, curator, vel procurator, habens generale mandatum vendidit unam rem tutorio nomine, & illam ſe conſtituit præcario poſſidere, vel conducit uel conſignat, an per hoc transferatur poſſeſſio. Et uidetur, quod ſic, quia per iſtos modos fictos transfertur poſſeſſio uera, ut not. glo. & docto. in l. 3, in princip. ff. de acqui. poſſ.

In contrarium eſt ueritas, quod iſtæ perſonæ, quæ gerunt negotia aliena, non poſſunt transferre poſſeſſ. per actus fictos, ſed per ſolam actualem immiſſionem ita tenet Bart. in hu in prin. colum. fi. de acquir. poſſ. & ibi etiam Alex. col. fi. quod no.

Dicit conſtitutio regni, in aliquibus, quod filia fœmina non ſuccedit patri ſtantibus maſculis, dummodo ſit dotata de bonis paternis: Nunc oritur dubium, pater inſtituit filiam hæred. in teſtamento, vna cum maſculis, filia mortuo patre ſtatim moritur hæreditate non adita. Quæritur, an hæreditatem tranſmittat ad hæredem ſuum quemcunque ex potẽtia ſuitatis iuxta l. ſi fratris, C. de iure delib. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. Et videntur, quod non, quia per dictam conſtit. filia deſinit eſſe ſua patri. ut not. Barto. in l. prima, §. ſciendum. de ſuis & leg. ergo non tranſmittit. de potentia ſuitatis, ſicut dicimus in filio emancipato, qui etiam hodie non tranſmittit ex potentia ſuitatis, ut tenent communiter doct. in l. uentre. de acquirẽ. hæred. Bald. in authen. in ſucceſſione. de ſuis & legi. Alexand. in dicta l. ſi fratris, & in l. ſi emancipati. columna quinta. de collatio. Iaſ. in l. emancipata. colum. tertia. C. qui admitti.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod immo filia tranſmittat, & non eſt verum, quod deſinat eſſe ſua, immo remanet ſua, non obſtante dicta conſtitutione. Nec ob dictum Barto. in dicto §. ſciendum, quia procedit quando ſtatu in totum excluderet filiam a ſucceſſione; ſecus ſi iubet eam dotari, prout uult dicta conſtitutio. ita tenet Alexand. in conſilio 131. uolumine primo, Iaſ. in l. ſi arrogator. columna undecima. ff. de adop. & in dicta l. ſi emancipati. columna antep. Præterea dicta conſtitutio loquitur ab inteſtato, ceſſat ergo condito teſtamento, ut ibidem habetur, & intantum hoc eſt verum, quod etiam valet tale teſtamentum ſolum cum duobus teſtibus tanquam inter liberos. vt no. Alexan. in l. hac conſultiſ. §. ex imperfecto. colum. fin. C. de teſtamen.

Fuit impetratum reſcriptum a ſuperiore contra quẽdam pauperem, & in impetratione nulla fuit facta mentio de eius miſerabilitate: Dubitatur, an tale reſcriptum dicatur ſubreptitium? Et uidetur, quod non, quia non oportet, immo nil releuat de eo facere mentionem, paupertas enim non impedit creditorem conſequi ius ſuum, quin debitor pauper carceretur, ſi non ſoluit. ut toto titul. qui bon. ced. poſſ. vnde non debet exprimi in reſcripto impetrantis, niſi illud, quod poſſit mouere animum ſuperioris, ad non ita reſcribendum, vt per Felyn. in capit. ex literis. colum. quinta. de reſcrip.

In contrarium eſt veritas, quia non valet reſcriptum, ſi in impetratione nõ fiat expreſſa mentio de miſeria in ſpecie, qua

qua eſt affectus ille, contra quem impetrat. ita no. tenet Fel. in cap. ſignificantibus. column. 2. in fi. de officio del eg. allegans ita tenere Inno. ibi. & Card. in conſilio 136.

Quilibet de iure tenetur purgare uiam ante domum ſuam, dicit text. in l. ædiles. de uia pub. fruen. Modo dubitatur, utrum conductor teneatur purgare uiam ante domum conductam, Et uidetur, quod non, quia iſtud onus ſpectat ad dominum, ſed conductor non eſt dominus, ergo, &c.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod teneatur purgare: uerum expenſas, quas facit, excomputat locatori in penſione domus. ita Bart. in d. l. ædiles. & Cæpol. in tractat. ſerui. in titulo, de ſeruitute uiæ. in 25. quæſt. ubi idem tenet de refectione uiæ.

Gabellarius macinæ farinæ ſeu molendinorum debebat percipere certum quid pro quolibet modi farinæ nomine gabellæ, cum eſſet in fine anni ſuæ conductionis, diminuit ipſam ſolutionem, & notificauit publice cunctis uolentibus ire ad macinandum, quod ſoluant ſolum medietatem gabellæ, ad hoc, ut alliciat plures ad macinandum. Dubitatur, an poſſit iſtud facere in præiudicium conductoris ſequentis anni. Et uidetur, quod ſic, quia pro toto illo anno gabella eſt ſua, & in re ſua quilibet eſt moderator. & arbiter. leg. in re mandata. Co. manda. & diminuendo uidetur donare medietatem ſolutionis, quæ donatio cuilibet eſt permiſſa de re ſua. toto titulo. de donatio.

In contrarium eſt ueritas, quod hoc facere non poſſit, quia corrumpit fructus anni ſequentis, & præiudicat futuro conductori, quod facere non poteſt conductor. l. & hæc diſtincta. §. cum fundum ff. loca. ita in terminis tenet Salic. in dicto §. cum fundum. ubi etiam Bartol. ſentit, nam tanto pauciores ibunt in anno ſequenti ad macinandum, & iſtud dictum ſolus ſequitur Iaſ. in leg. ſi quis nec cauſam. §. nec pignori. ff. ſi certum petatur, cum etiam re propria non liceat uti ad alterius iniuriam, ut tenet Felyn. in capitulo. cum acceſſiſſent. in fin. de conſtit.

Teſtator habebat duos equos, dixit, unum ex equis meis lego Titio, alium Sẽpronio, non ſpecificando quem uni, & quem alteri legaret. Modo eſt contentio inter legatarios, quis primo debeat eligere, & uidetur dicen. quod heres eligit, quia in dubio electio eſt debitoris. l. pleruñque. in fi. ff. de iure dot.

In contrarium eſt ueritas, quod electio ſpectat ad legatarios, & qui primo nominatus eſt per teſtatorem, prius eligat. ita tenet Bart. & Alexa. in l. qui duos. de leg. 1.

Quidam fuit cõuentus ſuper quodam prætenſo debito, qui comparuit, & in litis conteſtatione dixit, nego me eſſe debitorem. niſi probetur. Actor probauit debitum, & ſic reus fuit condemnatus, qui uolebat appellare. Quæritur, an poſſit. Et uidetur, quod ſic, nam appellatio eſt defenſio, quæ nemini eſt neganda. ea. cum ſpeciali. §. porro. de appel. & tenet Socin. conſ. 195. colu. 3. no. 2. ubi plus dicit, quod licet alicui denegetur audientia per principem, non tamen cenſetur denegari appellatio.

In contrarium eſt ueritas in caſu propoſito, nam dicendo, nego niſi probetur, uidetur confiteri in caſu, quo probabitur quia hoc importat illa dictio, niſi, ut dicit Barto. in l. actione Cod. de tranſ. Vnde facta probatione, reperitur reus confeſſus, & conuictus, ergo appellans nõ auditur. l. 2. & ibi gloſſ. & Bald. quando app. non recip. ita in terminis tenet Bald. in capitul. cum acceſſiſſent. de conſtit. dicens, quod imperiti aduocati ignorant hãc practicam, quod ſequitur Iaſ. in d. l. actione. uolum. 1.

Ruſticus quidam, uel idiota productus erat in iudicio, ut ſe examinaret ad inſtantiam partis, ſuper poſitionibus ut principalis, ille uolebat reſpondere in præſentia ſui aduocati, uel procur. Dubitatur, an poſſit? Et uidetur, quod non, nam quando examinatur principalis, non debet ibi adeſſe ſuus procur. uel aduocatus, ne eum inſtruat, ut not. Barto. in leg. ſi poſtulauerit. §. haberi. ff. de adult. &

de hoc eſt ritus magnæ Curiæ.283.quod quandocunque.

In contrarium eſt ueritas, quia illud non habet locum in ruſtico, uel idiota, poteſt enim in eius examinatione intereſſe ſuus procur.ne decipiatur in reſpondendo.ita tenet Hoſtien.in ca. dilecti. de aud.& Soc.in l.1.de vulgar.& pupill. colum.4.

Mulier alienauit fundum dotalem cũ iuramento, uel alienante conſenſit, & iurauit, certum eſt, quod nõ poteſt ipſa mulier alienationem reuocare propter iuramentum.c.cum contingat.de iureiu. Dubitatur, an mortua muliere heres eius poſſit huiuſmodi alienationem reuocare. Videtur, quod non, quia iuramẽtum defuncti licet quo ad reatum periurij non liget heredem.ut not. Abb.in cap. ueritatis.colum.fin.de iureiur.tamen quo ad roborationẽ contractus tranſit ad heredem. ita tenet Bal.in auth.ſacramenta.in fi. C.ſi aduer.uend.

In contrarium eſt ueritas, quia in iſto caſu iuramentum, non ualidat contractum, ſed tantum obligat iurantem, vt nõ poſſit contrauenire.ita habetur in d.cap. cum contingat. Vnde cum ſit perſonale ex parte iurantis, ut tenet Card.in cle. 1. in uer.nos, in 3.q.de iureiur.& doctor. in d.c.ueritatis.& Bar.in l.generaliter.C. de reb.cred.extinguitur cum eius perſona, & hæres mulieris non tenetur illud ſeruare, immo poteſt alienationem reuocare. ita decidit Calde.in conſi. 9.in titu.de iureiur.contrarium & verius tenet Abb.in dicto cap.cum contingat.colu.7.& 8. de iureiur.

Quidam notarius fecit inſtrumentũ, in quo non appoſuit iuramentum, nec apparet in eo deſcriptum. Quæritur, an præſumatur appoſitum, maxime ſi eramus in tali caſu, in quo requirebatur pro ualidatione contractus, ut in alienatione fundi dotalis. Et videtur, quod ſic, quia notarius rogatus, quod apponat clauſulas, & ſi non apponit habentur pro appoſitis. l.ſi.& ibi Bal. C.de fideiuſſ.leg.quod ſi nolit.§.ſi nummos.ſi cer.pet.colu. quinta, unde cum iuramentum ſit clauſula conſueta apponi in contractibus, habetur pro appoſita.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod iuramentum nunquam habetur pro appoſito, niſi expreſſe appareat deſcriptum in inſtrumento, ita tenet Ant.de But.in c. pen.de iureiur. Socin.in conſi.85.colum. 3.uol.1.

Quidam iurauit ſuper contractu uſurario, uel alio a iure reprobato, uult contrauenire, & petere abſolutionem. Quæritur, an id poſſit per procurat.obtinere. Videtur, quod non, quia in tali actu ſpeciali requiritur præſentia principalis, ſicut dicimus in compaternitate, quæ per procur. contrahi non poteſt, ut not. Bar. in l.Gallus.§.forſitan.in fin.ff.de liber.& poſth.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod peti poſſit per procur. & obtineri. ita tenet Fel.in cap. 1.colu. pen.in nona q.de iureiur. Non obſt.dictum Bartol quia contrarium communiter tenetur, ſecundum Bal.in l 1.§. ne autem.C.de cadu.tol. Fely.in ca.licet ex quadam. col.3.de teſti.ſicut etiam dicimus in abſolutione ab excõmunicatione, quæ poteſt peti per procur.ut no.Abb.& Cano in ca cum deſideres.de ſent.excom.& in c.ueterabilẽ.de elect. Bal.in l.poſt mortem.§.1.de adop.

Subſtitutus pupilli atis mortuo pupillo egit contra hæreditatis poſſeſſores uigore ſubſtitutionis.probauit ſolũ eſſe mortuum illum, cui fuerat ſubſtitutus, non tamen probauit, quod fuerat mortuus in pupillari ætate. Dubitatur, an poſſit obtinere. Videtur ꝙ non, quia profundamento ſuæ intentionis eſt, ꝙ pupillus ſit mortuus impubes. merito debet hoc probare ſecundum Bar.in l.hoc iure. de uerbo.ob. Præterea ſemper ætas debet probari maior uel minor per eum, qui ſe fundat in ea.l.ſi minorem & ibi Bar.& Bald.Co. de reſti. in integ.l.cum te.& ibi Bald.Co. de probat.

In contrarium eſt ueritas.ſ.quod obtineat ſubſtitutus, eo ipſo, quod probat pupillum ſimpliciter mortuum, & incubit parti aduerſæ illum eſſe mortuum maiorem.ita tenet Soc.in conſ.89 co. 4.uo 1.

Mulier adminiſtrauit tutelam pupilli in caſu ſibi permiſſo.iuxta auth.matri &

auiæ.

auiæ, non fecit inuentarium, nec librum rationum, nunc conuenitur, ut rationes reddat. Quęritur, an poſſit capi, & carcerari, ut pupillo ſatisfaciat, uideturque quod non, quia mulier pro debito non carceratur. C. de diuer. iud. authent. ſed hodie.

In contrarium eſt ueritas, quia poteſt carcerari, & in uinculis cauſam dicere. iuxta. l. 3. §. tutores. de ſuſpect. tut. ita etiã tenet Ludo. Roma. in conſi. 1 18. colu. 2. & ſentit Barto. in l. ſi quis ſub conditione. column. 5. circa fin. ff. de teſta. tute. & in d. authentic. matrim. & auiæ, columna penult. & dicit ibi Roman. quod eſt ſpeciale pro debito tutelari, ut poſſit carcerari.

Quidam uendidit omnia iura ſua uel uendidit mihi omnia bona, quæ habet, & habere ſperat facto hoc contractu fuit ſibi legata res, uel erat piſcator, & cæpit multos piſces proiecto rete in mari. Dubitatur, an teneatur dare mihi dictã rem uel dictos piſces uigore conuentionis. Et uidetur, quod ſic, ex eo quia promiſit quæ habet, & habere ſperat, unde uidetur etiam futura promiſiſſe.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet q̃d non teneatur, nam talis promiſſio refertur ſolum ad ea, quæ habere ſpectat ex ſpe ordinata, ſeu cauſata præcedẽti. non autem ex cauſa de futuro. Ita dicit Bal. in l. ſpecie, C. de dona. ubi idem dicit in renunciatione iuris, quod quis habet, & ſperat habere.

Debitor non obligauit bona ſua in inſtrumento, uerũ dedit poteſtatem creditori ſuo ingrediendi bona ſua, propria authoritate, in caſu contrauentionis, an per hoc cenſeatur bona ſua obligaſſe, & uidetur, quod non, quia inſtrumentum non probat, niſi quatenus eius tenor ſe extendit, & in eo reperitur deſcriptum, ut no. Bal. in l. ad probationem, la prima C. de proba. Et in l. legem. C. loca. faciũt no. per doct. in c. tranſlato de conſtitu. In contrarium eſt ueritas, quia per pactum de capiẽdo, cenſentur obligari bona, caſus e ſt in l. creditor. §. poſt diuiſionem. ff. qui poti in pig. ha. ita tenet Bal. in l. creditores. C. de pigno. Alex. in d. §. poſt diuiſionem, in addit. ad Barto. quod tamen limita in bonis ipſius debitoris tãtum, non autem ſui hæredis, licet expræſſe faciat pactum de capiendo bona ſuorum hæredum, non tamen cenſetur ea obligare, ita de hoc eſt deciſ. 1 20. conſil. Neapo.

Aliquis citatus fuit contumax, iudex in pænam ſuæ contumaciæ mandauit ſuis colonis uel inquilinis, quod non deberent de fructibus ei reſpondere, nec de penſionibus. item fecit mandatum generale, quod nullus iret ad colendum eius agros. Dubitatur, an id facere poſſit uidetur, quod non, quia iudex nõ poteſt imponere noua genera pænarum, ut no. Bald in leg. in credibile. C. de pæn. unde ſatis eſt. quod poteſt eum mulctare, uel cohercere captis pignoribus. l. 1. §. quod ergo. ff. de uent. ſuſpi.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod ultra illas pænas poteſt hanc etiam iudex irrogare contra contumacẽ. Caſus eſt, & ibi hoc expræſſe dicit Abbas in capitul. grauamen, de ſentent. excommu.

In regno Siciliæ uiget conſtitutio incip. in aliquibus, diſponẽs, quod ſtantib. maſculis fæminæ non ſuccedant, dũmodo ſint dotatæ. Accidit, quod pater inſtituit hæredes filios in teſtamento, dubitatur, an cenſeatur etiam filias inſtituiſſe & uidetur, quod ſic, quia in materia fauorabile maxime in ultimis uolunt, maſculinum concipit fæmi. leg. ſi ita ſcriptum de leg. 2. & plene per Docto. in lege, ſi quis id quod, de iuris. omn. iudic. Præterea dicta conſtitutio loquitur ab inteſtato, non autem conditio teſtamẽto, ut ibi per Andr. col. 3.

In contrarium eſt ueritas, quia teſtator cenſetur diſponere, ſecundum dic. conſtitutio, unde filiæ non cenſetur inſtitutæ, nec ueniunt ad ſucceſſionem, ita tenet Anchar. in lege, tres fratres, poſt Bald. ibi in princ. ff. de pact. & Alexan. in conſi. 127. colum. . & Paul. de Caſtr. in conſ. 410. colum. 2. Iaſ. in l. ſi id quod, in 3. col m. 8. fallen. ff. de iuris omn. iudic. & Corne. in conſil. 197. col. 4. in fin. in l. 1. uol. 1.

Citatus fuit aliquis, ut comparere deberet in iudicio ad inſtantiam actoris, in

in tali die, adueniente die non comparet reus, actor inſtat, ut procedatur in eius contumaciam Iudex uult facere gratiam citato, & expectare ipſum in die ſequenti, & differre actum. Quæritur, an poſſit actorem inuito, & contradicente, uidetur, quod non, quia ſemel eſt acquiſitum ius actori per contumaciam rei, ne procedatur ad ulteriora, ut eſt prouiſum in regulo per prag. Relatione, non poteſt ergo iudex inuito actore ſuperſedere, immo ipſum grauare uidetur, & poſſet appellare.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod Iudex poteſt reum expectare de iure, ſi uult, & totum hoc ſtat in eius arbitrio. Caſus eſt in c. conſuluit, & ibi Abb. & Felin. in primo not. de officio deleg.

Res prohibita alienari ut emphyteotica, uel feudalis, uel prohibita a teſtatore ſua pœna priuationi, uel alia pœna, ſi alienetur, & non tradatur, an alienans incidat in pœnam, uidetur, quod ſic, quia eo ipſo quod eſt completus contractus alienationis, uidetur eſſe contrauentum, & facta eſt alienatio, per ea quæ habentur in lege, contractus C. de fide inſtrument.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod non incidat in pœnam, niſi traditio interuenerit, ita tenet Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario, colum. fin. qui bus mo. feu. amitt. ubi idem dicit procedere in pignore uel hipotheca, ut requiretur traditio, ad hoc ut obligans incidat in pœnam. idem dicit Bald. in c. imperialem. col. 1. in fin. de prohi. feu. alien. per Feder. & in c. 1. §. ſi. col. fi. p̄ ſit prima cauſa ben. ſ. amı. & Al. in conſ. 175. uiſo themate. colum. . uolum. 2.

Teſtator inſtitutis filiis hæredib. mãdauit poſt mortem filiorum bona ſua fratribus ſuis reſtitui, habebat fratres utrinque coniunctos, & ex uno latere tãtum. Quæritur, an omnes iſti fratres cenſeantur uocati ad illa bona, uidetur, quod ſic, quia ita eſt frater, qui eſt utrinque coniunctus, ſicut qui eſt ex pro latere tãtum. lege, iuriſconſul. §. ſecundo gradu. ff. de gradi.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod primo ſuccedant utrinque coniuncti, & his deficiẽtibus, ſuccedant alii, & iſta præſumitur mens teſtatoria, ut ſit conformis diſpoſitioni iuris, quæ traditur in authe. ceſſante. Co. de legi. hære. & ibi Paul. de Caſt. ita tenet Soci. conſilio 42. colum. 1. uolum. 1.

Duo hæredes erant in quodam teſtamento inſtituti, unus partem ſuam adiuit, alius repudiauit; qui adiuit, uult repudiare portionem ſemel agnitam, ad hoc ne portio repudiata eo inuito ſibi accreſcat, utrum poſſit? uidetur, quod non, quia ſemel hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres. l. ſicut maior. Cod. de repudiand. hæred. Item qui adit unam partem, cogitur adire alteram, quia eo inuito ſibi accreſcit. l. teſtamento. Co. de impub. & al. ſubſti.

In contrarium eſt ueritas, quia uigore partis uacantis, poſtea poteſt, ſi uult, repudiare partem etiam aditam. Caſus eſt in l. cum hæreditate. ff. de acquir. hæred. & ita limitatur d. l. ſicut maior. Non ob. d. leg. teſtamento quia loquitur, quando cohæredes erant inuicem ſubſtituti, nam tunc ex quo ius ſubſtitutionis concurrit cum iure accreſcend. inducit præciſam neceſſitatem, ut declarat Iaſ. in dict. leg. teſtamento.

Si inſtrumentum continet pactum de capiendo, & conſtitutum præcarii, an poſſit fieri executio contra principalem debitorem, uel contra tertium poſſe. eo non citato, & inſtrumẽto non liquidato, uidetur, quod non, quia inſtrumentum non liquidum nõ meretur executionem, ſecundum Bar. in l. creditores. columno 4. C. de pigno. in leg. prom de. §. notandum. ad leg. aquil. Bal. in l. 2. C. de excepti. in ſiud colum. fin. Item non fit executio contra tertium poſſeſſ. non citatum, ſecundum eundem Bar. in d. leg. creditores, colum. 4.

In contrarium eſt ueritas, & prædicta procedunt, ubi non eſſet conſtitutum præcarii, ſed dictum conſtitutum operetur, quod creditor poſſit capere propria authoritate negocio non liquidato, & etiam contra tertium poſſeſ. non citatum. Ita ſingulariter tenet Franc. de Aretin. in conſi. 21. columno. penult. & fin. & Socin. in conſil. 82. colum. 3. uolum. 3. & Marthe.

tihe de Affli-ctis in conſti. pacis cultum. co lum. 7.

Quidam attulit malum nuncium alicui mercatori, puta de bello venturo, uel peſte, uel hoſtium incurſu, vel ſimi. falſo, & doloſe, propter quod ille mercator credens ei fuit coactus uendere merces ſuas uiliori pretio, vel de loco ad locum tranſportare, & ſic fuit paſſus magnum damnum, ſeu intereſſe. Dubitatur, an ei teneatur, qui malum nuncium attulit, vel pone caſum, quidam attulit nuncium alicui abſenti, quod eius pater, filius, vel frater erat mortuus, propter quod ille fecit multas expenſas funerales, utrum teneatur eas reficere, videtur quod non, quia imputandum eſt ei, qui nimis cito credidit illud mendacium, nam non debet quis eſſe nimis credulus, ut habetur in l. 1. de eo per quem factum erit. & leg. cum plures §. ſeruum meum. ff. loca. leg. miles. §. pen. ff. de adul. & in c. ſi quid. 86. diſtin.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod teneatur ad omnia damna, & intereſſe. Ita tenet Ange. in d. l. de eo per quem, quem ſequitur ibi Iaſ. per ea quæ habentur in l. 1. ff. quando act. de pe. eſt an. Nõ ob contraria, quia dolus illius præponderatur culpæ credentis. l. Item ſi obſtetrix. § ſi. ff. ad leg. Aquil.

Inquiſitus de delicto renunciauit omnibus iuribus ſuis, & remiſit ſe gratiæ curiæ, uel alias in caſu forte ciuili renunciauit iuribus ſuis, & remiſit ſe gratis declarationi vel miſericordiæ alicuius ſub ſpe gratiam conſequendi, & poſt modũ nullam gratiam obtinuit. Quæritur, an debeat reſtitui ad priſtinum ſtatum, nõ obſtante renunciatione, ut poſſit uti iurib. ſuis. Et uidetur, quod non, quia ad ius ſemel renunciatum non datur regreſſus. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.

In cõtrarium eſt ueritas, ſc. licet quod reſtituitur, ac ſi non renunciaſſet. ita tenet Soc. conſi. 96. col. 7. uer. 7. in 1. uolu. & Ang. in l. ſi. ff. de præto. ſtipu. & in l. ſi cui, ff. de ſeruitu.

Quidam donauit omnia bona ſua vbicunque exiſtentia, an uideatur donaſſe nomina debitorum, videtur, quod ſic, quia appellatione bonorum ea veniunt. l. nam quod. §. final. cum l. ſequenti, & lege, ſi legatus, §. ſi quis bona. ff. ad Trebel.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod non ueniunt nomina debitorum, propter illud uerbum, exiſtentia, & uerum eſt, quia quando iſte terminus, bona, ſimpliciter proferetur, comprehendit nomina debitorum, ſecus, quando iungitur cum uerbo, exiſtentia, uel ſimil. Caſus eſt in l. Gaius. de leg. 2. per quem ita dixit Soci. in conſ. 101. colum. 2. in 1. uol. & *Bart.* in l. 1. ff. de ſta. ho.

Quidam confeſſus fuit extra iudiciũ ſe commiſiſſe delictum, & talis confeſſio emanauit in præſentia magnæ multitudinis hominum ultra numerum decem. Dubitatur, an ex tali confeſſione, poſſit damnari, & uidetur ſine dubio, quod nõ, quia confeſſio extraiudicialis non eſt ſufficiens ad condemnandum, ſed ſolũm facit indicium ad torturam, ut eſt gl. & Bar. in l. capite 5. ff. de adul. *Bar.* in l quoniam ff. de his qui not. infa.

In contrarium eſt ueritas, quia ex quo eſt emanata coram multitudine hominum, facit plenam probationem, & eſt ſufficiens ad condemnandum, quia tranſit in vim notorij, per ea quæ tradit *Bal.* in auth. quod locum, in decima qõ. C. de colla. ubi dicit, decem teſtes facere notorium, & Felyn. in c. at ſi clerici, colum. 6. uer ſi. fallit tertio, de iudi. ubi allegat. ita tenere Anto. de But. in c. veſtra, de coha. cler. & mul. & idem dicit Felyn. ibidem, quando confeſſio fieret coram ſindico repræſentante populum, & idem Felin. in c. olim. col. 4. de reſcrip.

Quidam coniunctus puellæ, ſine frater, vel etiam extraneus dotauit ipſam, quæ habebat patrem, qui forte erat abſens, nec fuit ſtipulatus vel pactus, vel aliter proteſtatus dotem ſibi reſtitui. Quæritur, an talem dotem poſſit aliquo modo repetere. Et uidetur, quod non, quia cum non fuit aliter ſtipulatus, uel pactus, cenſetur donaſſe, ut eſt text. in l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & præſertim in coniuncto, qui, niſi proteſtetur, videtur donare, ſicut dicimus in alimentis, vt per

Bar.

in tali die, adueniente die non comparet reus, actor inſtat, ut procedatur in eius contumaciam Iudex uult facere gratiam citato, & expectare ipſum in die ſequenti, & differre actum. Quæritur, an poſſit actorem inuito, & contradicente, uidetur, quod non, quia ſemel eſt acquiſitum ius actori per contumaciam rei, ne procedatur ad ulteriora, ut eſt prouiſum in regulo per prag. Relatione, non poteſt ergo iudex inuito actore ſuperſedere, immo ipſum grauare uidetur, & poſſet appellare.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod iudex poteſt reum expectare de iure, ſi uult, & totum hoc ſtat in eius arbitrio. Caſus eſt in c. conſuluit, & ibi Abb. & Felin. in primo not. de officio deleg.

Res prohibita alienari ut emphyteutica, uel feudalis, uel prohibita a teſtatore ſua pœna priuationi, uel alia pœna, ſi alienetur, & non tradatur, an alienans incidat in pœnam, uidetur, quod ſic, quia eo ipſo quod eſt completus contractus alienationis, uidetur eſſe contrauentum, & facta eſt alienatio, per ea quæ habentur in lege, contractus C. de fide inſtrument.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod non incidat in pœnam, niſi traditio interuenerit, ita tenet Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario, colum. fin. quibus mo. feu. amitt. ubi idem dicit procedere in pignore uel hipotheca, ut requiretur traditio, ad hoc ut obligans incidat in pœnam. idem dicit Bald. in c. imperialem col. 1. in fin. de prohi. feu. alien. per Feder. & in c. 1. §. ſi. col. ſi. p̃ ſit prima cauſa b. neſ. ami. & Al. in conſ. 175. uiſo themate. colum. . uolum. 2.

Teſtator inſtitutis filiis hæredib. mãdauit poſt mortem filiorum bona ſua fratribus ſuis reſtitui, habebat fratres utrinque coniunctos, & ex uno latere tãtum. Quæritur, an omnes iſti fratres cenſeantur uocati ad illa bona, uidetur, quod ſic, quia ita eſt frater, qui eſt utrinque coniunctus, ſicut qui eſt ex pro latere tãtum. lege, iuriſconſul. §. ſecundo gradu. ff. de gradi.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod primo ſuccedant utrinque coniuncti, & his deficiẽtibus, ſuccedant alii, & iſta præſumitur mens teſtatoris, ut ſit conformis diſpoſitioni iuris, quæ traditur in authe. ceſſante. Co. de legi. hære. & ibi Paul. de Caſt. ita tenet Soci. conſilio 40. colum. 1. uolum. 2.

Duo hæredes erant in quodam teſtamento instituti, unus partem ſuam adiuit, alius repudiauit; qui adiuit, uult repudiare portionem ſemel agnitam, ut hoc ne portio repudiata eo inuito ſibi accreſcat, utrum poſſit? uidetur, quod non, quia ſemel hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres l. ſicut maior. Cod. de repudiand. hæred. Item qui adit unam partem, cogitur adire alteram, quia eo inuito ſibi accreſcit l. teſtamento. Co. de impub. & al. ſubſti.

In contrarium eſt ueritas, quia uigore partis uacantis, poſtea poteſt, ſi uult, repudiare partem etiam aditam. Caſus eſt in l. cum hæreditate. ff. de acquir. hæred. & ita limitatur d. l. ſicut maior. Non ob. d. leg. teſtamento quia loquitur, quando cohæredes erant inuicem ſubſtituti, nam tunc ex quo ius ſubſtitutionis concurrit cum iure accreſcendi, inducit præciſam neceſſitatem, ut declarat Iaſ. in dict. leg. teſtamento.

Si inſtrumentum continet pactum de capiendo, & conſtitutum præcarii, an poſſit fieri executio contra principalem debitorem, uel contra tertium poſſe. non citato, & inſtrumẽto non liquidato, uidetur, quod non, quia inſtrumentum non liquidum nõ meretur executionem, ſecundum Bar. in l. creditores. column. 4. C. de pigno. in leg. pro inde. §. nõ tamdum. ad leg. aquil. Bal. in l. 2. C. de excepti. in iud. colum. fin. item non fit executio contra tertium poſſeſſ. non citatum, ſecundum eundem Bar. in d. leg. creditores, colum. 6.

In contrarium eſt ueritas, & prædicta procedunt, ubi non eſſet conſtitutum præcarii, ſed dictum conſtitutum operatur, quod creditor poſſit capere propria authoritate negocio non liquidato, & etiam contra tertium poſſeſ. non citatum. Ita ſingulariter tenet Franc. de Are. in conſi. 21. column. penult. & fin. & Socin. in conſil. 82. colum. 5. uolum. 3. & Matthe.

the de Affl'cti.in conſti.pacis cultum.colum.7.

Quidam attulit malum nuncium alicui mercatori, puta de bello uenturo, uel peſte, uel hoſtium incurſu, vel ſimi. falſo, & doloſe, propter quod ille mercator credens ei fuit coactus uendere merces ſuas uiliori pretio, vel de loco ad locum tranſportare, & ſic fuit paſſus magnum damnum, ſeu intereſſe. Dubitatur, an eis teneatur, qui malum nuncium attulit, vel pone caſum, quidam attulit nuncium alicui abſenti, quod eius pater, filius, vel frater erat mortuus, propter quod ille fecit multas expenſas funerales, utrum teneatur eas reficere, videtur quod non, quia imputandum eſt ei, qui nimis cito credidit illud mendacium, nam non debet quis eſſe nimis credulus, ut habetur in l.1. de eo per quem factum erit, & l. cum plures §. ſeruum meum, ff. loca. leg. miles §. pen. ff. de adul. & in c. ſi quid. 86. diſtin.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod teneatur ad omnia damna, & intereſſe. Ita tenet Ange. in dic. l. 1. de eo per quem, quem ſequitur ibi Iaſ. per ea quæ habentur in l. 2. ff. quando act. de pe. eſt an. Nõ ob contraria, quia dolus illius præponderat culpæ credentis. l. Item ſi obſtetrix. §. 1. ff. ad leg. Aquil.

Inquiſitus de delicto renunciauit omnibus iuribus ſuis, & remiſit ſe gratiæ curiæ, uel alius in caſu forte ciuili renunciauit iuribus ſuis, & remiſit ſe gratiæ, declarationi vel miſericordiæ alicuius, ſub ſpe gratiam conſequendi, & poſt modũ nullam gratiam obtinuit. Quæritur, an debeat reſtitui ad priſtinum ſtatum, nõ obſtante renunciatione, ut poſſit uti iurib. ſuis. Et uidetur, quod non, quia ad ius ſemel renunciatum non datur regreſſus. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.

In cõtrarium eſt ueritas, ſc. licet quod reſtituitur, ac ſi non renunciaſſet. ita tenet Soc. conſi. 96. col. 7. uer. 7. in 1. uolu. & Ang. in l. fi. ff. de præto. ſtipu. & in l. ſi. cui, ff. de ſeruitu.

Quidam donauit omnia bona ſua vbicunque exiſtentia, an uideatur donaſſe nomina debitorum, videtur, quod ſic, quia appellatione bonorum ea ueniunt. l. nam quod. §. final. cum l. ſequenti, & lege, ſi legatus. §. ſi quis bona. ff. ad Trebel.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod non ueniunt nomina debitorum, propter illud uerbum, exiſtentia, & uerum eſt, quia quando iſte terminus, bona, ſimpliciter profertur, comprehendit nomina debitorum, ſecus, quando iungitur cum uerbo, exiſtentia, uel ſimili. Caſus eſt in l. Gaius, de leg. 2. per quem ita dixit Soci. in conſ. 101. colum. 2. in 1. uol. & *Bart.* in l. 1. ff. de ſta. ho.

Quidam confeſſus fuit extra iudiciũ ſe commiſiſſe delictum, & talis confeſſio emanauit in præſentia magnæ multitudinis hominum ultra numerum decem. Dubitatur, an ex tali confeſſione, poſſit damnari, & uidetur ſine dubio, quod nõ, quia confeſſio extraiudicialis non eſt ſufficiens ad condemnandum, ſed ſolum facit indicium ad torturam, ut eſt gl. & Bar. in l. capite 5. ff. de adul. *Bar.* in l. quoniam ff. de his qui not. infa.

In contrarium eſt ueritas, quia ex quo eſt emanata coram multitudine hominum, facit plenam probationem, & eſt ſufficiens ad condemnandum, quia tranſit in vim notorii, per ea quæ tradit Bal. in auth. quod locum, in decima qõ. C. de colla. ubi dicit decem teſtes facere notorium, & Felyn. in c. at ſi clerici, colum. 6. uer ſi. fallit tertio, de iudi. ubi allegat ita tenere Anto. de But. in c. veſtra, de cohaœles & mul. & idem dicit Felyn. ibidem, quando confeſſio fieret coram ſindico repræſentante populum, & idem Felin. in c. olim. col. 4. de reſcrip.

Quidam coniunctus puellæ, ſiue mater, vel etiam extraneus dotauit ipſam, quæ habebat patrem, qui forte erat abſens, nec fuit ſtipulatus vel pactus, vel aliter proteſtatus dotem ſibi reſtitui. Quæritur, an talem dotem poſſit aliquo modo repetere. Et uidetur, quod non, quia cum non fuit aliter ſtipulatus, uel pactus, cenſetur donaſſe, ut eſt text. in l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & præſertim in coniuncto, qui, niſi proteſtetur, videtur donare, ſicut dicimus in alimentis, vt per

Bar.

Bartol.& Docto.in lege, Neſennius, de neg.geſt.

In contrarium eſt veritas. Nec ob.contraria, quia habent locum, quando onus dotandi ſpectat ad ipſam puellam, vel alimentandi, ſecus quando patrem habet, quia ex quo ad eum pertinet tale onus, poteſt dotans a patre repetere dotem actione nego.geſto ita tenet Bald. Nouel. in tracta. do. in tertio priuilegio ſextæ partis, & eſt pulchra limitatio ad dictum §.accedit, & idem dicimus in alimentis, per tex. in l.ſi quis a liberis.ff.de lib. agn. §.ſi mater, & ſentit Bar. in d.l. Neſcennius.

Actor egit rei uend. ad aliquam rem, quam reus alienauit, uel permutauit, pendente iudicio. Modo actor petit a iudice, quod debeat aliam rem de bonis rei ſubrogare, in locum rei alienatæ, & ſuper illa facere executionem, an poſſit, & uidetur, quod non, quia actor habebat dominiũ directum ad illam rem alienatam, & non ad aliam, ratione cuius dominii habebat rei vendicationem.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet, q̃ ratione rei alienatæ, quæ haberi poteſt, alia ſubrogatur, in qua fit executio. idem in re permutata, quia illa cenſetur ſubrogata. ita tenet Abb. in c.eccleſia.col.1. ut lit.penden.& Matthæ. in conſtitutione eorum fraudibus. col.4.

Debitor contraxit quoddam debitum liquidum cum creditore, de quo non fecit ſibi inſtrumentum, neque cautelam. Quæritur poſtea per creditorem, ut faciat ſibi inſtrumentum de debito. Quæritur an teneatur, videtur ſine dubio, quod ſic, per ea, quæ not. Bar. & Docto. in §.eleganter.l.ſi finita. ff. de damn. infect. ubi communiter docto. tenent, quod compellitur debitor ad faciendum inſtrumentum de debito creditori.

In contrarium eſt ueritas in Regno, per ritum magnæ curię, item quod ſiquis debitores, per quem eſt diſpoſitum, quod debitor, vigore inſtrumenti poteſt incarcerari, & ſic habet executionem paratam in perſonam, unde uigore talis ſtatuti poteſt debitor denegare inſtrumentum publicum, quando ab initio iſtud non conuenit, & hoc procedit etiam, ubi eſſet periculum de morte teſtium, vel alia iuſta cauſa petendi dictum inſtrumentum. ita dixit Ang. in l.in omnibus, de induſt. quem ſequitur Alexand. in dicto §.eleganter. columna 7. ubi dicit eſſe mirabile.

In cauſa criminali eſt probatum crimen per vnum teſtem de uiſo, & per confeſſionem extraiudicialé. Quæritur, an ex tali probatione poſſit reus damnari, videtur, quod ſic, quia iſtæ ſunt duæ ſemiplenæ probationes, quæ iunguntur ad faciendam unam plenam, ſecundum Bart. in l. admonendi colum. antep ult. aduerte, & Ale. conſ.11.uol.4.& deciſ.11 conſ. Neapol.

In contrarium eſt veritas, quod duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis non iunguntur in criminalibus. & glo. in c.ueniens, el 1. de teſti. & ibi Abb & Iaſ. in d.lege, admonendi. columna 115. 116. & 120.

Teſtator reliquit unam rem particularem, & appoſuit clauſulam, quod teſtamentum ualeat omni meliori modo, prout communiter apponi ſolet. Quæritur, an ualeat tale teſtamentum, uidetur, q̃ non, quia debuit relinquere titulo inſtitutionis, alias filius cenſetur præteritus. §.hoc quoque capitulum, in authen. ut cum de ap.cog.no. Bar. & docto. in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſta.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet q̃ dicta clauſula operatur, ut relictum cenſeatur factum iure inſtitutionis, ut teſtamentum ualeat, ſecundum Bald. in l. quotiens. ff. de hæred. inſti. & Alex. in conſil. 113. uolum. 3. & Paul. de Caſtr. in conſilio 145.

Filius hæres patris inuenit unam rem in hæreditate, quam pater poſſidebat ſine titulo, eandem filius poſſedit per decẽ annos. Nunc allegat ſe præſcripſiſſe titulo pro hærede, & dicit ſe poſſediſſe, non ut filium, ſed ut agnatum. An præſcripſerit. Et videtur, quod non, quia ſuus hæres non præſcribit titulo pro hærede. lege 2. §.filium. ff. pro hæred. l. nihil. C. eodem tit.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod

prodeſt

prodeſt ſibi præſcriptio, & contrarium loquitur, quando dicit ſe poſſediſſe, vt filium, & ſuum hæredem, ſecus, ſi vt agnatum, iſtud fuit ſingulare dictum *Bal*do in rub. extra de præſcrip. col. 4. quod multum exclamat Alex. in l. in ſuis, col. 2. de lib. & poſthu. & in l. 1. colum. 2. C. qui admit. & modern. in tracta. præſcriptio. in Reper. leg. celſus, numero 49. de uſuc.

Quidam emit rem pupilli, uel minoris ſine decreto, poſſedit per aliquos annos, & fructus percepit, ſi poſtea res ab eo vendicatur, ex quo alienatio non valuit, an teneatur etiam fructus reſtituere, uidetur, quod ſic, quia emens contra iuris diſpoſitione præſumitur in mala fide, vnde non facit fructus ſuos, lege, quemadmodum, de agricul. & cenſibus libro undecimo, & lege, vbi lex digeſtis, de viucap. & ibi per Doctores.

In contrarium eſt ueritas, ſcilicet quod ſi iſte fuerit in bona fide, ut quia ſaltem errauit in iure, credendo licere fieri talem alienationem, facit fructus ſuos. gloſſ. eſt ſingula. in lege, ſecunda. Cod. e. ſi quis igno. rem minor. not. Alexan. in lege, prima. §. ſi uir uxori, colum. penultim. ff. de acquir. poſſeſſ. Aliud forte eſſet dicendum in emptore rei eccleſiæ, quia ex quo non acquiſiuit poſſeſſionem, lege, iubemus. in fin. Cod. de Sacroſan. Eccleſiis, nota. *Barto.* in d. §. ſi uir uxori, minime deberet facere fructus ſuos. de quo vide per Iaſo. & Moder. in d. §. ſi uir.

Quidam paſſus iniuriam acceſſit ad iudicem cauſa accuſandi offendentem, & demum non accuſauit, ſed ſtetit pro tunc. Queritur, an poſſit ulterius eum accuſare de illo crimine, uidetur, quod ſic, quia non uidetur deſtitiſſe, ex quo accuſationem non propoſuit.

In cōtrarium eſt veritas, ſcilicet quod non poteſt ulterius accuſare. ita tenet Bar. in l. nuides. §. ſocer ff de adul. & Abb. in cap. licet. pen. no. de accuſa. & ibi Fely. & A. a.

Dicit ſtatu, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, quod de proximioribus intelligitur, ſecundum *Bald.* in lege, fina. Cod. de verbo. ſignific. pone, quod proximiores nolint conſentire ſine iuſta cauſa, an ſine eis mulier contrahere poſſit, videtur, quod non, quia tale ſtatu, ſubſtulit adminiſtrationem mulieri, & ſolennitas requiſita, ſi omittitur, vitietur con tractus, le. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact.

In contrarium eſt veritas, nam ſi proximiores nolunt conſentire, debet iudex alios ſubrogare loco ipſorum, ut no. *Bal*do in lege, uiduæ. Cod. de nup. Alexand. plene, in lege, ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimo. & ibi etiam *Bar.*

Item poteſt ipſe iudex præſtare ſuam authoritatem, ſeu decretum, in contractu, in locum non conſentientium, & ualebit contractus, ut not. Bald. in rubrica. C. de contrahen. empt in penu. q. & in lege prima, & l. in copulandis. C. de nup. & in capitu. 1. in princi. de conſuetud. recti feud. Si tamen conſanguinei uiderunt contractum eſſe mulieri damnoſum. & ob hoc nollent conſentire, poſſunt tunc appellare a conſenſu, & decreto iudicis.

Ita pulchre dicit idem Bald. in leg. 1. colum. fin. Co. qui admitti. & Alexandr. in addit. ad *Bald.* in d. l. 1. Co. de nuptiis. Eodem modo, quando conſanguinei eſſent in partibus remotis, poteſt iudex in locum abſentium conſentire, & ualet cō tractus, ita dicit idem Bald. in leg. tranſactione, in fin. C. de tranſa. An autem con ſanguinei poſſunt præſtare huiuſmodi conſenſu per procurato. dic, quod non, ſecundum Bald. in d. le. 1. Cod. qui admit. colu. fi.

Quidam emit ſcienter rem prohibitam alienari, puta rem dotalem uel feudom, & ſtipulatus fuit de euictione expreſſe. Quæritur, an euicta re teneatur vēditor ſaltem ad reſtitutionem precii, uidetur, quod ſic, nam licet emens ſcienter non habeat recurſum de euictione, tamen ſecus eſt, quando fuit expreſſe ſtipulatus, ut in le. ſi fundum. C. de euict.

In

In cõtrarium eſt veritas, ſcilicet quod uenditor ad præcium non teneatur, & quod dici ut in d.le. ſi fundum. habet locum, quando uenditur res aliena, quæ non prohibetur alienari, l.rem alienam, ff.de contrah.emp. ſecus in re aliena prohibita. Ita no. dicit Inno. in c.cum cõtingat.colum.18.de iureiur. & And.de Iſer. in c.1.in prin. de inueſt.de re alie.fact.& gloſſ.in capit. imperialem, in princip.in uerſicu.bona fide.de prohi.feud. alie.per Fred.

Stante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, dubitatur quanta erit legitima filiorum, ſi forte eſſent tres maſculi, & tres fœminę, nam ſi fœminę computantur in numero, erit ſemis, ſi uero non, erit triens. iuxta authen. nouiſſima.C.de inoffi.teſtamento. Et uidetur dicendum, quod fœminæ nõ computantur in numero, quia per ſtatu.uidẽtur excluſæ, unde deſinunt eſſe ſuæ patri ſecundum Barto.in le.1.§.ſciendum.ff.de ſuis, & legi legitima ergo filiorum erit triens.uide Capi.in deciſ.conſi.Neapoli.158.& Matthe.in conſti.in aliquibus, in 500.in 13.q.

In contrarium eſt veritas, quia cum tale ſtatu.eſt inductum fauore filiorum, nõ debet in eorum odium interprætari.leg. quod fauore.de legi.C.unde fœminæ cõputantur, & ſic legitima filiorum erit ſemis. Ita tenet Pau.de Caſt. in conſ.52.uolum.1.& circa hoc uide Ang.in §.fi.in fi. inſtit.de inoff.teſta.in ſimili q.& Franc. Cur.conſi.5.

Filius uiuo patre liberauit eius debitorem, deinde mortuo patre, ſibi ſucceſſit ut hæres. Quæritur, an teneatur habere ratam dictam donationem, quæ patri preiudicare non potuit, uidetur, quod ſic, quia ius ſuperueniens filio debet ualidare actum præcedentem, per ea quæ notat Bar.in l.cum uir.de uſuc.

In contrarium eſt ueritas, quod ſicut talis liberatio non præiudicat patri. ita etiam neque filio hæredi, ita tenet Iaſ.per plura in l.ſi filius C.de pact. ubi plures allegat.

Teſtator poſſidebat rẽ alienam iuſto titulo, & bona fide, & ſic erat in actu uſucapiendi, & mortuus eſt, hæres adimpleuit uſucapionem, quęritur, an poſſit ad illam rem agere petitione hæreditatis, iuxta l.non tantum.ff de pet.hæred. Et uidetur, quod ſic, nã per eam defunctus habebat publicianam.

In contrarium eſt veritas, quia talis res non uenit petitione hærere, ex quo nunquam fuit in dominio defuncti, ſed ſolum hæredis, unde hæres debet agere rei uendi.non autem peti. hære. alias ſuccumbit.tex.eſt & ibi Barto.Bal & Doct. in d.le.& non tantum.§.quod ſi.pro emptor.ff.

Teſtator legauit fundum Titio in graui infirmitate exiſtenti, & ſubſtituit ſibi per hæc uerba, ſi Titius morietur, legatũ ueniat ad Mæuium. Titius conualuit et illa infirmitate, deinde ex alia infirmitate mortuus eſt. Quæritur, an Męuius ſuccedat, in legato, uidetur, quod ſic, quia indefinite locutus eſt, ſi morietur, non coarſtringendo ſe ad illam infirmitatem.

In contrarium eſt ueritas, quia ex quo tempore legati erat infirmus, cenſetur teſtator cogitaſſe de illa infirmitate, & non de alia, tex.& eſt glo.in l.alumnę.ff. de ali.leg.

Quidam contraxit cum minore & dubitans ne minor per reſti.in integ.contractum reſcindat, uult agere contra ipſum, ut contractum approbet, uel reprobet, ne diu maneat in ſuſpenſo, an poſſit, uidetur, quod non, quia nemo inuitus compellitur agere, nec iure ſuo priuari, nec illi renunciare, nam ſi habet quadriennium, ut l.fin.C.de tempor.in integ reſtit.non debet ante tempus moleſtari.

In contrarium eſt ueritas, quo caſu ſi approbat, perdit beneficium reſti.in integr.ita terminis tenet Bar.in l.Iulianus.§. ſi quis,el 1.ff.de actio.empt.

Iudex protulit ſententiam, & in ea ſe fundauit ſuper quadam ſcriptura nominata in actis, ſed non producta, ad quam ſe retulit, & ſecundum eam pronunciauit dubitatur, an talis ſententia ualeat, uidetur, quod non, quia iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata.leg.illicitas §.ueritas.ff.de officio præſe. & ſcriptura ad hoc ut probet, debet in actis

produci

produci re, & uerbo, ſecundum Bald. in l. quotiens. §. fi. ff. de proba. alias iudici nō creditor, niſi liqueat ex actis. ca. quoniam contra de proba.

In contrarium eſt ueritas, quod immo talis ſententia ualeat, quia iudex poteſt moueri ex ſcriptura non producta, ita tenet Alex. in l. ait prætor. § 1. ff. de re iudi. colum. 3. & Fel. in cap. cum uenerabilis. colum. 11. de excep. ubi plus dicit, quod iudex poteſt moueri ad ſententiam, ex confeſſione facta per partem, uiua uoce, licet non appareat ex actis.

Ita tenet Bald. in l. . columm. fin. C. de manu. uind. Non obſt. cōtraria, quia probationes non ſunt de ſubſtantia ſententiæ, & ualet ſine probationibus. ita per Alex. in d. §. primo, per l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſt. & l. cum putarem, ff. fam. er. & tenet Fely. ubi ſupra, & Bal. in l. cum & minore. colum. 2. in fi. C. ſi aduer. rem iudi. & Ale. in l. prolatam. C. de ſenten.

Fuit accuſatus uel inquiſitus quidam, quod blaſfemauerit Deum, & fuerunt contra eum examinati nonnulli teſtes, accuſatus uolebat eos repulſare pro ſui defenſione, dubitatur, an poſſit, uidetur, quod ſic, per tex. in c. præſentium, de teſti. & in cap. præſentium. eodem. tit. in 6. ubi generaliter permittitur repulſa teſtium. Item hoc fit ad defenſionem, quę nemini eſt deneganda, ut habetur in cle. paſtoralis, de re iudi.

In contrarium eſt ueritas, quia blaſfemanti non conceditur repulſa, & in ſui odium omnis defenſio tollitur. ita tenet Par. in tract. ſind. uerſ. condemnatio. col. 4. in fi. ſicut dicimus in crimine læſę maie. ut no. Bar. in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maie.

Aliquis ſtetit ad ſeruitia alicuius, in eius domo morando, & ibidem alimenta capiendo, nec fuit facta aliqua promiſſio de ſalario. Quæritur, an poſſit petere aliquid pro ſeruitijs, uidetur, quod ſic quia nullus labor debet eſſe irrenumeratus. l. pen. §. illo. C. de neceſſ. ſer. & in l. fin. ff. de actio. & obl. facit glo. in l. exceptio. C. loca tenet Bal. in l. præcib. col. 4. de imp. & alijs ſubſt.

In cōtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod nullum ſalarium petere poteſt, ſi nō conuenit de eo, nam ſeruitia præſtita compēſantur cum alimētis ita in terminis tenet Pau. de Caſt. conſi. 146. colum. 2. Bald. in conſ. 256. in fi. uol. 3. Cecius, in conſ. 132. in fi.

Mutuaui Titio centum, ex quib. emit quoſdam pannos, uel merces, uel fundū, dubitatur an illæ res emptæ ex mea pecunia ſint mihi tacite hypothecatæ, ut alijs creditorib. præferat, uidetur, quod ſic, per glo. in auth. quo iure. C. qui pot. in pi. ha. quam ſequitur Ale. in l. ſi cum dotem. §. fi. col. fi. ſol. mat. & Iaſ. in l. creditor, ſi certa peta.

In contrarium eſt ueritas, quod non ſint hipothecatæ text. eſt & ibi Bald. in l. quamuis, la tertia. C. de pigno. Non obſt. contraria, quia loquūtur, quando expreſſe datum eſſet mutuum ad hoc pro illis rebus emendis, quia tunc ſunt tacite hipothecatæ, ſecus quando datur ſimpliciter, ſicut dicitur, quando mutuatur expreſſe pro refectione domus, uel nauis, quia tunc eſt tacite hipothecata, ut d. l. creditor, & l. prima, in quibus cauſis pign. tacite contra. & mutuans iure præfertur creditoribus, etiam anterioribus. l. interdum. & ibi gloſſ. ff. qui pot. in pign. ha. ſecus ſi quis mutuat pro faciendo domum de nouo, quia non habet hipothecam, ut eſt glo. in d. l. interdum. Iaſ. in d. lege, creditor. & Barto. in leg. quod quis, de priui. credit.

Habens immunitatem a collectis uel priuilegium exemptionis, ſi ſcribitur in libro ſoluentium collectas, & ſcit, & non contradicit, an, quando impetitur, ut ſoluat, poſſit allegare ſuū priuilegium exemptionis, uidetur, quod ſic, quia priuilegiū non perditur minore tēpore decem ann. ſaltem per ea quæ not. Bar. in l. fi. in fin. ff. de conſt. prin.

In contrarium eſt ueritas, quia eo ipſo, quod ſcit, debet infra decem dies appellare, alias priuilegium ſibi non prodeſt, & tenetur ſoluere. ita ſingulariter dixit Ang. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appell. ſit, & illum text. & dictum ſequitur Ale. conſi. 101. col. 6. uol. 1.

Teſtis cum iuramento poſuit ſe ſcire, quod Titius mutuauit Sempronio centum:

tum:

ſuum, non depoſuit aliquid in cauſa ſcien tiæ, quia non fuit interrogatus. deinde re petitus dixit, ſe non uidiſſe fieri dictum mutuum, nec præſentem fuiſſe in eo, uerum ita credit pro certo, & uehementer opinatur, ex quo ita fertur per ciuitatem, uel ita audiuit a perſonis fide dignis. Dubitatur, an iſte teſtis ſit periurus. Et uidetur, quod ſic, nam teſtis debet deponere de eo, quod ſenſu percipit, uidelicet per alterum ex quinque ſenſibus. leg. qui teſtamento. §. ſi. ff. de teſtamen. & ibi *Bart.* & in l. prima, colum. 3. ff. ſi cert. petat. & Alexan. in conſil. 132. colum. pen. uolum. quinto, unde quia depoſuit ſe ſcire mutuum, quod non uidit, & talis actus non poteſt percipi, niſi ſenſu uiſus, ſine dubio eſt dicendum, quod ſit periurus, & puniri poſſit.

In contrarium eſt ueritas, quod non ſit periurus, nam licitum eſt teſti etiam aſſertiue deponere cum iuramento illud quod non uidit, ſed uehementer opinatur, uel audiuit dici ab alijs. ita tenet Archi. & ibi Gemin. in cap. beati. 2. quæſt. 7. per tex. in cap. Iulianus. 16. quæſt. 3. Iaſ. in le. certum. colum. fin. ſi cert. pet. nam ſcire, non ſolum dicitur quis, quod uidit, ſed etiam quod uehemente opinatur. ita Bal. in leg. ſi quis extraneus. §. ſciendum in fi. de acqui. hæred. & glo. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. eodem. titu. Sed contrarium in hoc ſentit Barto. in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de damn. infect. colum. fin. ubi dicit, quod in teſte uerbum, ſcire, accipitur, pro ueritate, non autem pro uehementi opinione, & ita tenet *Alex.* in le. prima, colum. 7. ff. ſi cert. pet. Vnde puto concordari poſſe, quod in criminalibus ſi ageretur contra teſtem de falſo, pro ut in caſu propoſito, procedat opin. Archid. quia uerba impropriantur, ut ſaluetur dictum teſtis, ne in falſum incidat, per ea quæ not. Roma. in conſi. 301. colum. prima, & Felyn. in cap. cum tu. de teſti. Sed in ciui. ad ſciendum, an teſtis probet, uel non, teneo opinio. Bar. & Alex. quod eius dictum per uerbum, ſcire, pro ueritate accipiatur.

Teſtis examinatus in aliqua cauſa, depoſuit falſa, iudex ſine accuſatore inquiſiuit contra eum, & conuincit ipſum de falſo, quæritur, an puniatur pœna ordinaria legis corneliæ, uidetur, quod ſic. per leg. eos. ff. de falſ. & per l. qui falſa. ff de teſti. ubi teſtis falſum deponẽs, punitur l. Cor. de falſis.

In cõtrarium eſt ueritas, ſcilicet quod talis teſtis puniatur ſolum pœna extraordinaria, ad arbitrium iudicis, & contrarium procedit, quando procedit per accuſationem. ita ſingulariter dicit Ang. in §. & licet, in auth. de teſti. per glo. in d. leg. qui falſa & gloſſ. in l nullum. Cod. de teſti. ubi hoc clare probatur, quod no. pro limitatione conſtit. reg. eos qui ſcienter, per quam punitur ad mutilationem manus, & ſic hæc uidetur pœna ordinaria, nam illud procederet, quando accuſatur, ſecus ſi inquiritur ex officio, & ita dicit ſe obtinuiſſe in facto, circa interpretationẽ ſtatuti, Bertachi, in ſuo repertorio in uer. falſitas, in uer. 37.

Clericus conuenit laicum in iudicio ſeculari, fuit lata ſententia contra clericũ, quia conuentus fuit abſolutus, & iudex laicus condemnauit clericum in expẽſis, an talis condemnatio ualeat, & uidetur, quod non, quia clericus non poteſt iudicem laicum condemnari. c. ſi diligenti, de foro compe. immo iudex laicus, qui condemnat, debet excommunicari. c. nullus, & ibi per Fel. eo. ti.

In contrarium eſt ueritas, quia iſta cõdẽnatio uenit acceſſorie ad cauſam principalem, unde ſicut permittitur abſoluere laicum in cauſa principali, ita etiam condemnare clericum in conſequentiam ad expenſas. ita tenet Innoc. in cap. at ſi clerici, & ibi Fely. colum. ſexta, in fin. de iudi.

Cuſtos animalium dat damnum in pratis alienis, immittendo animalia in eos, uel per negligentiam patiendo animalia ingredi. Quæritur, an teneatur dominus animalium, uidetur, quod non, quia ipſe hoc non mandauit, nec conſenſit, nec tenetur dominus regulariter ex delicto famuli. l. 1. §. familiæ, & ibi Barto. ff. de publi.

In cõtrarium eſt ueritas. ſcilicet, quod dominus teneatur ad emendam damni, propter eius malam electionem, quia ſibi imputatur, cur talem cuſtodem elegit,

ita tenet Ang. de Are. inſtit. ſi quad. pauper. fec. di. col. 2. per le. ſi ſeruus. §. ſi fornacarius. ff. ad l. aqui. facit gl. fi. in l. iubemus. C. de ero. mili. an. la 2. libro 11. & de contentis in hoc ſingulari uide Bar. in l. nequid ff. de incen. rui. nau. & glo. in leg. vtrique. §. culpa, de rei vend. & Bart. in lege, debet. ff. nau. caup. & ſtab. Nec obſtat contrarium, quia quando famulus delinquit in officio, ad quod præponitur, tenetur dominus, ut dicit Barto. in d. §. familiæ.

Iudex fecit præceptum litiganti in iudicio, quod debeat reſpondere poſitionibus aduerſarii, & quod dicat uerum, alias ſi falſum dicet, puniet ipſum in centum aureos, uel habebit poſitiones pro confeſſatis. Quæritur, an ſi contingat falſum reſpõdere, poſſit iudex pœnam comminatam exigere, videtur, quod non, per ea quæ habentur in titu. C. commina. epiſto.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod poteſt pęna exigi, & hoc tenet Bart. in terminis in lege, ius alimentorum. §. ſed ſi non conſtat ff. vbi pup. edu. debeat. quod no. ad faciendum puniri cauilloſum calumniatorem.

Quidam litigator habebat inſtrumentum faciens pro uictoria ſuæ cauſæ, noluit illum præſentare in prin. litis, ſed diſtulit vſque ad fi. & poſtea ipſum præſentauit, dicit aduerſarius, ſi tu præſentaſſes inſtrumentum ab initio, ego non litigaſſem, nec feciſſem tot expenſas, quib. me fatigaſti, unde peto, quod non audiaris, niſi refectis expenſis. Quæritur quid iuris. Et uidetur, quod non teneatur; nam de iure permittitur ſibi uſque ad concluſionem producere inſtrumentum. c. cum dilectus, de fi. inſtrum. unde quia fecit lege permittente, non meretur pœnam. le. Graccus. C de adult.

In contrarium eſt veritas, ſ. quod teneatur ad expenſas, ſi potuit ab initio cauſæ præſentare, & doloſe diſtulit. ita dicit Fel. in cap exceptionem, col. penul. de except. referendo Bald. per illum tex. ibi ubi plus dicit, quod iſte aduerſarius ſuccumbens, non tenetur ad expenſas, niſi a tempore pręſentati inſtrumenti. idem habet locum in eo, qui opponit aliquam exceptionem peremptoriam in fine cauſæ, quam poterat opponere ab initio, quia non auditur, niſi refectis expenſis, ſecundum Fel. in d. cap. & Bal. in l. cogi. colum. pen. C. de petit. hæred. & ſic not. caſum in quo uictor ad expenſas condemnatur.

Promiſſio facta pacto nudo, ſi ex non obſeruantia ipſius paratur aliquod damnum ei, cui facta eſt, an producat actionem, uidetur quod non, quia ex pacto nudo non oritur actio lege, iuriſgentium, §. nuda, & §. quinimmo, & §. igitur, ff. de pactis.

In contrarium eſt ueritas in caſu propoſito, ſ. quando is, cui factum eſt pactũ pateretur damnum. ita tenet Bart. per illum tex. in lege, eleganter, ff. de dolo. §. ſeruus, & Alex. in lege, ſi conuenerit, col. 2. ff. de iuris. omn. iud. & ibi Soc. column. 5. declarant, de quo intereſſe intelligatur, & Decius, in cap 1. colum. 3. in fi. de iudiciis.

Delegatus procedit in cauſa poſt datã reſcripti interrogatorii antequam reſcriptum ſibi præſentetur, deinde pendente proceſſu præſentatur ſibi reſcriptum. Quæro, utrum proceſſus antea factus, ualeat. Et uidetur, quod ſic, quia per rerum naturam erat certum poſt datam reſcripti, & ſi aliquid dubium haberet proceſſus, eſt ſublatum per productionem reſcripti poſtea factam, quæ uidetur omnia ratificare.

In contrarium eſt ueritas, quia iuriſdictio non acquiritur delegato, niſi a die præſentationis reſcripti, unde proceſſus antea factus cenſetur factus a priuato, & non ualet. ita tenet Bal. in l. eum qui, ff. de iur. om. iud. & Hoſt. in cap. ex quæſtione, de reſtit. ſpol. & Phi. Decius in cap. ſuper, el ſecundo, in ultimo not. de appellat. & Fel. in capitulo ſi citatus, colum. 8. de reſcriptis.

Maritus obligauit ſe cum iuramento, & pœna, curare, & facere, ita quod non excuſetur feciſſe ſuum poſſe, quod eius uxor habeat renunciare bonis paternis, & maternis, tandem, fecit omnem ſuum conatum, ſed uxor non vult renunciare, an teneatur ad pœnam. Videtur, quod ſic ex eo, quod promiſit ſe curaturum, & fa-

ctarum, maxime ſtante iuramento, quod importat illam clauſulam, de qua in l. ſtipulatio iſta, & ibi per Bart. Alex. & Doct. de uer. obl.

In contrarium eſt ueritas, ſ. quod ſi probat feciſſe omnem ſuum conatum, nõ tenetur ad pœnam, nec eſt periurus. & ita fuit deciſum, in deci. 293. conſi. Neap. difficultas enim a pœna, & a periurio excuſat, ut ibi dicitur. & conſuluit Franc. de Are. in conſi. 142. facit gl. in l. qui autem. de conſt. pe. ubi promittẽs ſe curaturum, promittit factum ſuum, non alienum.

51 Debitor obligauit creditori generaliter omnia bona ſua, & deinde poſt certũ tempus emit a Titio unum fundum, habita ſibi fide de precio, creditor agit hypothecaria tãquam ſibi hypothecato vigore generalis hypothecæ, concurrit uẽditor, & dicit ſe habere tacitam hipoth. ſuper eodem fundo, ex quo precium non fuit ſibi ſolutum. Dubitatur, quis erit potior, uidetur, quod uenditor præferatur, nam donec pretium ſibi ſoluatur, uidetur habere quaſi pignus in re uendita. & poteſt eam retinere l. Iulia. § offerri. ff. de act. emp. unde ipſe primo debet ſatisfieri. Ita Bal. in l pro debito. C. de bo. auth. iu.

In contrarium eſt ueritas, ꝙ creditor vigore anterioris hypothecæ præferatur, nec eſt uerum quod uenditori ſit tacite hypothecatus, immo nullam habet in eo hypothecam, tex. eſt in l. quidam fundum. ff. de in rem uerſo & ita tenet Bald. in l. fin. C. commoda. & in l. in reb. col. 2. C. de iure doti. & Iaſ. in l. creditor, la 1. ff. ſi cer. pet. Bar. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. fi. ſol. mat. Hoc tamen fallit, quando uẽditor feciſſet ſibi obligari dictum fundum, quia tunc præfertur creditori anteriori, per tex. in l. licet & ibi Ang. Qui poti. in pig. hab. & tenet Fran de Cur in addi. ad Are. in d. §. fin. & ita per d. l licet, limitatur l. ſi generaliter. C. ꝗ poti. in pig. hab. ubi dicitur, quod creditor habens generalem anteriorem hypoth. præfertur poſteriorem ſpecialem habenti. Non ob §. offerri, quia loquitur ante traditam rem emptori, & ſic non erat translatum dominium Non ob dictum Bald. in d. l. pro debito, quia reprobatur communiter ſecundum Iaſ. in d. l. creditor.

Dicit ritus magnæ curiæ, quod quãdo inſtrumentum eſt liquidum, & uentum, poteſt creditor carcerari facere debitorem, donec ſoluat. Quæritur, an poſſit impedire cadauer debitoris defuncti, ne ſepeliatur uigore dicti inſtrumenti, donec fuerit ſibi ſolutum. per text. in authen. ut defunctæ ſeu fun. eſt. ubi clare dicitur, quod creditor non poteſt pro debito iniuriam aliquam corporib. debitorum defunctorum inferre, facit tex. in l. fi. C ad le. Iul. ad maie.

In contrarium eſt ueritas, quod ubi extat ſtatutum, quod uigore inſtrumenti debitor carceretur, poteſt etiam eius corpus ſequeſtrari, donec ſibi ſoluatur. & contrarium procedit de iure communi. ſecus autem de rigore ſtatuti. Ita tenet Ang. in d. tit. defunct. ſeu fune. in prin. & glo. & Arch. in ca. ſunt quorum. 2. q 6. & Ant. de Bu. in ca. ex parte, el 2. de ſepul. & Car. Ale. in c qua fronte. col. 2. de appell. & Luc. de pen. in l. Circenſium, in fin. de deco. lib. 10.

Quidam uendidit unum territorium confinatum cum expreſſione confinium declarando ſeu demonſtrando, quod erat decem iugerum, deinde apparuit, ꝙ erat quindecim an illa quinque ſint uenditoris, ita ut non cenſeantur uendita, uidetur, quod ſic, quia venditio eſt taxata ad certum numerum iugerũ, unde quicquid eſt ultra numerum, debet eſſe venditoris. l Rutilia Polla. ff. de contra empt.

In contrarium eſt ueritas, quia quicquid eſt intra fines expreſſos, cenſetur uẽditum, & maxime ſi precium correſpondeat ualori totius rei, ut eſt dec. 68. conſi. Neap. Vnde diſtinguendum eſt, an venditor incepit a numero uel menſura, dicendo, uendo tibi decem iugera terræ, exiſtẽtis iuxta tales fines, quæ eſt decem iugerum, & tunc ſecus, ut in caſu noſtro, quia illa falſa demonſtratio non uitiat. Ita in terminis decidit Bal. in rub. C. de contra. emp. col. fin. & Pau. de Caſt. in l. ſi Iulian. §. ſi Titius fundum, ff. de act. emp & in d. deciſ. 68.

Prælatus aliquis, vel eccleſia conceſſit rem in emphiteoſim, finita emphiteoſi res ad prælatum reuertitur, qui vult eam alteri concedere. ſed ille, cui fuit prima con-

conceſſa, petit ſibi eam renouari pro æquali pretio. Quæritur, an teneatur prælatus potius primo, & eius deſcendentib. quam alii extraneo concedere, uidetur, quod non, per tex. in l. ne cui. C. loca. l. dubium. C. de contr. emp.

In contrarium eſt ueritas, quod tenetur, ſ. primo concedere, alias poteſt appellare. Ita tenet Lud. Rom. in conſi. 21. col. pen. & *Bar.* in l. 1. ff. de priui. cred. & l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & teſti. ad quod facit gl. in c. bonę, in uer. in tanta, de poſtu. prælat. quæ dicit, quod ille, cui poteſt habere gratiam, poteſt appellare, ſi ſibi non concedatur.

Agitur contra debitores daciorum, & collectarum, iudex vult procedere de plano, & uia executiua, & ſine citatione. Quæritur, an poſſit. & videtur, quod nō, quia ab executione non eſt in cohādum, l. prima. C. de exec. rei iudic. Item citatio nemini tolli poteſt, cum ſit defenſio, ut in clem. paſtoralis. de re iudic.

In contrarium eſt ueritas, ut expreſſe tenet Bal. in conſi. 434. inci. licet, uol 3.

An inſtrumentum, in quo ſunt deſcripti teſtes inhabiles, & non fide digni, plene probet, uidetur, quod ſic, quia teſtes inſtrumētarii cenſentur approbati a partibus per rogationem, ut in glo in uerſi. ſupplicis. §. ſi uero non huiuſmodi, in auth. de teſti. & no. Bal. in l. parentes. col. 1. C. de teſti. & *Bal.* in l. ad teſtium, col. 2. §. 1. ff. de teſta.

In cōtrarium eſt ueritas in regno per conſtit. inſtrumentorum robur, quæ requirit, quod teſtes ſint probatæ, & bonæ opin. vnde debent eſſe omni exceptione maiores, alias inſtrumentum non probat & poteſt hæc exceptio opponi etiam ad impediendam executionem inſtrumēti, ſecundum formam ritus, pro ut declarat Matt. de affl. in d. conſt. inſtrumentorum robur. col. 9.

FINIS.

EXPLICATIONES,

SEV DECLARATIONES VARIAE, EIVSDEM D. ROBERTI MARANTAE,

Ad diuerſas leges, & paragraphos. Et primo ad l. ſi is qui ducenta. §. verum. ff. de reb. dub.

EXPLICATIO.

PRæmitte, quod ſi ſtipulatio incipit a præcedēti diſpōne alternatiua, & ſequitur conditio pœnalis alternatiua, tunc ſufficit vnū implere, ut pœna euitetur, ſed ſi incipit a diſpōne copulatiua, & ſequitur conditio pœnalis alternatiua, utrumq. implere debet. Idem ſi incipit a præcedenti cōditione alternatiua, quia utrūq. impleri dēt, ut ſup. ea. l. §. cū ita, & ibi gl. 1. Et ſi dicis, ꝙ ad ueritatē alternatiuæ &c. ſed vno impleto eſt factū illud, aut illud, ergo dēt pœna ceſſare dico, retorquendo idē quia condō dictat, ſi illud ad illud factū non fuerit, &c. unde uno impleto, & alio nō, verū eſt illud, aut illud factū non eſſe, & ſic eſt purificata condō pœnalis, ergo pœna ſolui dēt. Secundo præmitte, ꝙ ad ueritatē alternatiuæ ſufficit unā partē eſſe verā, ut tota oratio reddatur uera, ad ueritatē copulatiuæ dēt utrumq. eſſe uerū, in tm̄, ꝙ ſi unū eſt falſum, tota oratio redditur falſa, primum probatur hic in uer. ꝙ q̄uis, vſq; ad uer. ſicut. 2. probatur in d. uer. ſicut. Tertio præmitte, ꝙ alternatiua ęquiparatur particulari, & ppea in ea ſumitur ſignificatio ex aliquo. i. ex aliquo mēbro ipſius alternatiuæ nō ex utroque, ſed copulatiua æquiparatur uniuerſali, ideo ſumitur ex uniuerſo, & ſic ab utroque ut hic in uer. quia cū, & uer. ſicut, uſq. ad uer. aīaduertendum. unde in alternatiua, ſi unū factū non eſt, pœna cōcepta cōmittitur, ſi uerbis negatiuis concepta in coniunctiua, ſi utrumq. factū non eſt, cōmittitur pœna, & ſic recte conſiderando idē eſt in effectu in utraq. quia ſemper ad euitandā pœnam dēt utrūq. impleri. Sed tō capitur diuerſimode, quia in alternatiua ſumitur ex aliquo nō adimpleto, quo caſu nihil adimpletum uī, quia tota orō uerificatur negatiue uno negatiue verificato, ſed in coniunctiua ſumitur ex utroq. non adimpleto, & idem eſt effectus. Quarto præmitte, ꝙ diſpō concipitur negatiue, ſequēte poſtea condōne pœnali alternatiua, neutrū dēt fieri, ut euitetur pœna, ſed ſi precedat diſpō affirmatiua, dēt utrūq. fieri ut euitetur pœna, & in 1. caſu fit condō per hæc uerba, ſi illud aut illud factū non fuerit, in 2. caſu fuit facta condō per uerba, ſi quid eorū factū non fuerit, &c. ut hic, & in effectu idē eſt ſenſus qualitercūque fiat condō, quia 1. neutrū fieri dēt pp verba negatiua, in 2. utrūque pp uerba affirmatiua, unde recte cōſiderando hæc dr̄ia condōnis ſtat potius in uerbis quam in effectu. Pone ergo caſum ut in gl. promiſiſti me nō impedire, & rē a me non petere, & ſi illud aut illud factū non fuerit. i. obſeruatū. promiſiſti pœnā. Itē ꝓmiſiſti mihi ſcribere librū, & foſſā fodere, & ſic affirmatiue, & ſi qd eorū factū non fuerit, promiſiſti pœnā, q̄ritur qūo differāt iſta duo. Rn̄det ad 1. ꝙ q̄uis altero facto, ut quia me tm̄ non impedis, uerificatū ſit, te illud aut illud feciſſe, ut per hoc uideatur dicendū te euadere pœnā, quia ad ueritatē alternatiuę, nō id, reo tn̄ verū non erit, te hoc aut illud non feciſſe, quia ad ueritatē alternatiuæ &c. ſed pœna tūc irrogabatur, qn̄ illud aut illud non feciſſes, ſed faciendo vnū tm̄, verū eſt ꝙ illud aut illud nō feciſti, ergo incidis in pœnā, & ſic eſt uerū vtrūq. cōtrariū. ſ. te illud aut illud feciſſe, & te illud aut illud nō feciſſe, & pn̄t hæc ſtare ſimul, quia orō ſumitur ex aliquo, un̄ ſufficit vnū eſſe verū ut tota orō ſit uera, ſicut duæ orationes con-

contrariæ poſſunt ambæ eſſe falſæ, ut ſi dicatur, omnes puberes, &c. uel omnes impuberes &c. quia in utraque eſt unum falſum, & totam orationem reddit falſam, quia tunc ſumitur ex uniuerſo, id eſt ex oratione uniuerſali.

In uer. animaduertendum, ponitur deciſio quæſtionis, ſcilicet quod debemus animaduertere, qualiter ſit concepta conditio pœnalis, quia ſi per hæc verba, ſi illud aut illud factum non fuerit, habemus quærere, an aliquid factum non ſit, ſcilicet ut euitetur pœna, & hoc præcedente oratione negatiua, effectus eſt, ut neutrum fiat, ut pœna euitetur, id eſt ut me non impedias, nec rem petas. In ſecundo caſu, vbi eſt dictum, ſcilicet ſi quid eorum, &c. præcedente oratione affirmatiua, effectus eſt, ut utrumque fiat, ut euitetur pena; nec in primo prodeſt aliquid non feciſſe, ſi aliquid factum ſit, id eſt nõ ſufficit obſeruare unum, ſcilicet me non impedire, ſi aliud obſeruatum non ſit, quia rem petiſti a me, nam ex hoc ſolo committitur pœna, quia ſumitur ex aliquo, ſcilicet ex hoc membro non obſeruato, nec in ſecundo prodeſt aliquid feciſſe, ut quia librum ſcripſiſti, ſi aliquid factum non ſit, ut quia foſſam non fodiſti, quo caſu ex hoc ultimo committitur pœna, quia uerum eſt quid eorum factũ non eſſe.

In ver. proinde, facit ex hoc cõſequentiam ad aliud exẽplum, vt ſi iudex inquirat contra aliquem de furto, adulterio, & homicidio, & interroget eum, feciſti quid eorum, quæ obiciuntur tibi ille reſpondet non, perinde eſt ac ſi uniuerſaliter reſpondiſſet, nihil eorum feci, quæ mihi obiiciuntur, & ſic illa particularis negatiua æquiparatur uniuerſali negatiuæ, ſicut quando dicitur, ſi quid eorum, &c. uñ uno non facto, habetur ac ſi nihil ſit factum, & ſic æquiparatur ſimiliter uniuerſaliter negatiuæ ad pęnam committẽdã.

Caſus in l. Periculi pretium, ff. de nau fœno.

PRimo pro intelligentia eſt præſupponendum, quod vſuræ centeſimę dicuntur illæ quæ finito anno aſcendunt ad ſummam ſortis, & iſtarum uſurarum ſtipulatio permittitur, quando creditor recipit in ſe periculum pecuniæ, vt quando ſummus in pecunia traiectitia, id eſt, quæ per mare portatur. Ita hoc declaratur in l. eos. § 1. & ibi glo. in uer. tertiam. C. de uſur.

Secundo eſt præmittendum, quod vſuræ non debentur regulariter pacto nudo niſi per ſtipulationem, l. quamuis, C. de. vſur. Hoc tamen fallit, quando quis recipit uſuras vt pretium periculi, ut hic, & quando ſumus in pecunia traiectitia, quia tunc ſolo pacto debentur. l. in quibuſdã, & ibi gl. ff. de nau. fœno.

Tertio præmitte, quod in contractib. in quibus habet locum cõdictio ob cauſam, non conſideratur illud pretium periculi, nec permittitur iſta ſtipulatio uſurarum centeſimarum, quia ſi ille, qui accipit pecuniam, implet ex parte ſua, ceſſat repetitio tanquam cauſa ſecuta, non propter ſuſceptionem periculi, vt not. gl. hic, ſi autem non implet, habet locum cõdictio ob cauſam ad repetendum ſortem traditam.

Quarto præſuppone, quod quando aliquid eſt traditum ex donatione cauſa mortis, ſi donans moritur remanet irreuocabiliter pœnes donatarium, ſi uero conualeſcit, & tunc habet conditionem ob cauſam ad repetendum illud donatum. Ita probatur in l. ſi alienam, & ibi gl. & in l. qui mortis, & in l. ſenatus, §. 1. ff. de do. cauſa, mor. His preſuppoſitis pone ſic caſum. Mutuaui tibi pecuniam cũ hoc pacto, ut ſi nauis ex Aſia uenerit, pecunia ſit tua irreuocabiliter, & ſic non teneaeris mihi reſtituere eam, ſi ve. o nõ venerit, tenearis mihi reſtituere pecuniam una cum uſuris centeſimis, an ualeat tale pactũ. Et dr̃, quod ſic, quia creditor ſuſcipit in ſe periculum in caſu, quo nauis ve nirer, quæ conditio dr̃ pœnalis, quia ſi extat, affert penam creditori, ex quo pecuniam amittit, ſi non extat, affert pœnã debitori propter vſuras centeſimas, quas ſoluit, vnde illæ vſuræ dicuntur pretium periculi, & ideo permittũtur creditori ad inſtar pecuniæ traiectitiæ, & hoc pmittitur, dummodo in aliam ſpeciẽ cõtractus

nõ cadant, ideſt dum modo ex tali conuentione non reſultet aliquis contractus ex illis, ex quibus naſcuntur condictiones, ideſt actiones perſonales ad repetendum, prout eſt condictio ob cauſam, ut ſi do tibi pecuniam, ſi ſeruum manumittas, uel ſi capitolium non aſcenderis, qua ſi uelit dicere, in iſto caſu non conſidera- periculi pretium, nam ſi tu adimpleatur ex parte tua, ego non habeo repetitionem tanquam cauſa ſecuta, & non propter periculum, ſi vero nõ imples, habeo condictionem ob cauſam, ad repetendũ, & ſic tunc ſentit iuriſconſultus, quod nõ valeret hoc pactum uſurarum centeſimarum. Idem etiam ſi dono tibi cauſa mortis pecuniam, ut ſi moriar, ſit tua, ſi vero conualuero, reſtituas mihi, nam tunc minime conſideratur periculum, quia ſi ego morior, erit tua ex cauſa donationis cauſa mortis; ſi uero conualuero, habeo condictionem ob cauſam ad repetendum per iura præallegata.

Deinde ſequitur uerſi. nec dubitabis. Nunc reuertitur ad primum caſum, ſcilicet quando creditor ſuſcepit in ſe periculum, & ponit duo exempla, primum eſt, ſi aliquis piſcator erat erogatus ad apparatum, puta ad emendum ſibi rhetia, vel alia neceſſaria ad piſcandum, & ego mutuaui ſibi pecuniam ad hoc, cum pacto, ut ſi cepiſſet piſces, redderet mihi pecuniam cum uſura centeſima, ſi uero nihil cœpiſſet, non teneretur mihi aliquid reſtituere.

Secundum exemplum eſt, ſi mutuaui pecuniam atletæ, ideſt alicui pugnatori, qui uolebat ſe exercere in pugna, uel in aliquo duello, cum hoc pacto, ut ſi uiciſſet, redderet mihi pecuniam cum uſura centeſima, ſi uero non viciſſet, tunc ad nihil teneatur in omnibus iſtis caſibus, ſcilicet in primo poſito in princip legis, & in iſtis duobus, eſt permiſſa pactio vſuræ centeſimę propter periculum, quod creditor ſubſtinet, & ualet promiſſio, etiam pacto nudo ſine ſtipulatione, licet regulariter ſit ſecus, ut ſupra dixi.

Caſus in l. Octaui. ff. vnde Cognati.

AD intelligentiam præmitte, quod bonorum poſſeſſio, vnde cognati, defertur cognatis ſolum, uſque ad ſeptimum gradum, & non ultra. l. prima, §. hæc autem, ff. unde cogna. Sed vnde agnati defertur bon. poſſ agnatis vſque ad decimum gradum, ut in fi. §. inſti. de ſucceſ. cogna.

Secundo eſt præmittendum, quod agnati poſſunt petere bonor. poſſeſ. vſque ad centum dies a die mortis teſtatoris ſiue defuncti, ut habetur in l. 2. C. qui admit. quibus centum diebus elapſis ſunt excluſi a dicta bon poſ. & poſſunt uenire per ſucceſſoriuum edictum, quia ſuccedũt ſibi ipſis, & ueniunt per aliam bonorum poſ. ſcilicet unde cogna. inf. alios centum dies, ut l. legitimis, ff. unde cog. quia omnis agnatos eſt cognatus, ſed non e contra, l. inter agnatos, ff. unde legi.

Tertio eſt ſciendum, quod quando agnati excluſi tempore ut ſupra uel capitis diminutione ueniunt per vnde cognati, retinent unum priuilegium agnatorũ & alterum amittunt. Priuilegium, quod retinent, eſt, quia non obſtante, quod ueniant ut cognati, tamen admittuntur vſque ad 10. gradum, ſicut agnati. Priuilegium, quod amittunt, eſt, quia nõ admittuntur tanquam proximiores, ſed ita demum, ſi non ſit alius cognatus, qui ſit in gradu proximior eis, unde ſi agnatus excluſus, qui modo admittitur ut cognatus ſit in octauo gradu, poteſt admitti ad bonorum poſ. vnde cognati, licet cognatus uere, qui nunquam fuit agnatus, non admitteretur, uerum ita demum admittit, ſi non extet aliquis cognatus, qui ſi in uiciniori gradu, puta in 6. uel 7 gradu, quia tunc talis agnatus per illum excluderetur, & hoc uoluit dicere iſta lex.

Vnde iſtis præſuppoſitis, ſi pone caſum. Quidam fuit mortuus ab inteſtato, ſuperſtite ſibi uno agnato, qui erat in octauo gradu, ad quem de iure fuit delata bo. poſ. unde agnati, cum competat vſque ad 10. gradum, ut ſupra, & defunctus

non

non habebat filios, nec alium proximiorem agnatum, iſte agnatus fuit capite diminutus, uel fuit tempore excluſus a petenda bono poſ. unde agnati, quia paſſus fuit labi centum dies, uolebat nunc uenire per unde cognati, & ſic ſuccedere ſibi ipſi, erat dubium, an poſſit. Ratio dubitãdi erat, quod non, quia iſte erat in octauo gradu, qui gradus eſt excluſus a ſucceſſione cognatorum, iuriſcõſultus determinat in cõtrarium. Et ſic conſtrue tex. poſſeſſio .ſ. unde cognati, defertur agnato octaui gradus, & ſi, ideſt quamuis, non extiterit hæres iure legitimi hæredis ideſt quamuis non potuerit eſſe bo. poſſeſſor legitimus. ſcilicet per unde agna. Deinde ſequitur, ut proximo autem agnato quamuis extiterit hæres, non defertur, ideſt iſta bo. poſſ. unde cognati, non defertur ei, ut proximo agnato, quamuis potuit uenire ut cognatus, etiam in octauo gradu, quia ſi reperit aliquem cognatum uiciniorem, puta in ſexto gradu, non admittitur ut proximus, quia ille, qui eſt in 6. eſt proximior eo, & excludit ipſum, & ideo iuriſconſul. poſuit caſum in agnato octaui gradus, ut decideret caſum magis dubitalem.

Deinde ſequitur §. fratris, in quo ſic pone caſum. Quidam habebat unum nepotem ex fratre præmortuo, mortuus fuit ſine filiis, fecit teſtamentum, in quo inſtituit illum nepotem, & unum alium hæredem, iſte nepos quærebat reducere teſtamentum ad cauſam inteſtati, ad hoc ut ipſe ſolus ſuccederet tanquam proximior, allegauit teſtatorem patruum ſuum fuiſſe mutum, & ſurdum, & ſic non potuiſſe teſtari, unde uolebat petere bon. poſſ. ut proximus cognatus, quę debet peti inf. centũ dies ut ſupra dixi, ex die mortis teſtatoris erant elapſi centum dies, uerum iſte nepos ſe excuſabat, & dicebat, quod non habuit notitiam infirmitatis teſtatoris. ſ. quod erat mutus, unde uolebat nunc incipere cõputare centum dies ſibi ex die ſcientię, cum iſti dies ſint utiles, & non currunt ignoranti, ut d. l. 2. Cod. qui admitti, dubitatur, an poſſit. Dicit iuriſconſultus, quod non, ſed debet ſibi computare dies a die mortis teſtatoris, unde ſibi imputet, quare non petiit ante lapſum termini, quia non eſt uerisimile, quod uoluerit ignorare infirmitatem defuncti, cum ſit eius coniunctus, ſ. nepos, qui de iure præſumitur ſcire facta, & infirmitates conſanguinei ſui.

Ad intelligentiam l. 3. § Item ſi rei publicæ. ff. ad leg. falci.

Tota difficultas huius §. conſiſtit in habendo intellectum, quę dicãtur uſuræ trientes, ideo præſuppono, quod uſuræ trientes deſcendunt ab uſuris centeſimis, nam uſuræ centeſimæ ponuntur ut unum totum ſupra quod tranſcẽdi non poteſt in materia uſurarum, unde ponuntur ad ſimilitudinem aſſis, ut ſicut as habet ſemiſſem, beſſem, & trientem, ita ẽt dicimus uſuras ſemiſſes, beſſes, & trientes, & omnes dependent a centeſimis, ſicut ab aſſe, unde oportet ſcire quæ dicantur uſuræ centeſimæ. Et ſecundum opi. quamplurium doct. uſuræ centeſimæ dicuntur illę, quę in termino unius anni aſcendunt ad ſummam ſortis, ut ſentit gl. in l. eos. in ver. Tertiam. C. de uſur.

Et ſecundum hanc expoſitionem uſuræ trientes comprehendunt tertiam partẽ centeſimarum, ſcilicet quæ in tribus annis aſcendunt ad ſummam ſortis, & ita hoc exponitur per gloſſ. & Alexand. hic, & magis communiter doct. ſecundum quam expoſitionem ponitur hic caſus, quod teſtator legauit reipublicæ decem in annos ſingulos, & dubitatur qualiter debet computari hoc legatum, quo ad detractionem falcidiæ, & dicitur hic, quod uidetur tantum eſſe legatum, quantum ſufficiat ſorti ad uſuras trientes eius ſummæ quæ legata eſt, colligendas. Unde uul dicere, quod illud cenſetur legatum, quod aſcendit ad ſummam ſortis, ex qua poſſunt colligi uſuræ trientes ponendo, quod ſumma legata ſit quantitas uſurarum trientum, & ſic ponendo, quod uſuræ conſiſterent in decem, ſors eſſet de triginta, nam de triginta percipiuntur decem anno quolibet pro uſuris trientibus, quia hæc eſt tertia pars centeſimarum, unde cenſentur legata 30. in caſu propoſito, & ſic falcidiæ nomine detrahentur ſeptem cum dimi-

Titius retinet iſtud prædium, illud habet iure.ſ. pro medietate habet iure proprio, & tanquam heres, aliam medietatem habet iure prælegati a cohærede, qui dominium habebat pro medietate: unde illam medietatem quam habet iure hereditario, ſibi ex computat in Trebel. & ſic 25. aureos. Illam uero, quam habet a cohærede iure prælegati, debet habere præcipuam; vnde deducet alios 25. aureos de portione quam reſtituit Seio, & quæ ſit ratio diuerſitatis inter pecuniam, & prædium, uide gl. in l. in quartam. in uer. a cohærede. in fi. ad l. Falſi.

Sequitur uerſi. Cum autem. Vbi conſiſtit tota difficultas, in quo pone caſum, ut ſupra: uerum illud prædium ualebat 380. aureis, & ſic eſt uarietas caſus, quia primo remanebat Seio quarta pars ſuæ inſtitutionis, non obſtante præſtatione prædij, nunc autem non remanet, quia ualor prædii abſorbet ferre totam hæreditatem, adeo quod in reliquo hæreditatis remanent ſolum 20. aurei, quorum 10. contingunt Titio iure hæreditario, & alia 10. Seio iure hæreditario, ſi Titius modo reſtituit partem ſuam Seio, tenetur Seius ſibi dare illud prædium, in quo Seius habet medietatem iure hæreditario, ut ſupra.

Diſponit hic ergo Iuriſconſul. cauſa uitandi circuitus, quod ex quo Titius erat debitor Seio iure reſtitutionis ad illa decima, quæ remanebant ipſi Titio iure hæreditario, quæ erat grauatus Seio reſtituere, & econuerſo Seius erat debitor Titio ad medietatem illius prædij, quam medietatem habebat Seius iure hæreditario, & ad eam tenebatur Titio iure prælegati, ideo debet inter eos fieri compenſatio pro iſta concurrenti quantitate, deſt. pro iſtis 10 ſcilicet, ut Seius retineat ſibi alia 10. ex illo prædio, & ſic ex parte ſua quam habet in illo prædio, & Titius ſibi retineat illa 10. quæ tenebatur reſtituere, & ſic fiet inter eos compenſatio. Vnde hucuſque habebit Seius 20. tantum aureos de tota hæreditate, & quia reſtituendo reliquum Titio uigore prælegati, reperitur Seius fraudatus in Falcidia, quam debet habere iure inſtitutionis, quæ falcidia aſcendit ad numerum 50. aureorum uſque ad quem numerum Falcidiæ deficiunt Seio 30. aurei, ideo poteſt Seius defalcare de dicto prædio, quatenus ſuperfluum eſt, ſcilicet, ultra dodrantem dictos ducatos 30. & ſic complere ſibi numerum quinquaginta aureorum pro ſua falcidia, reliquum uero reſtituit Titio. & hoc uolunt dicere illa uerba, in ſuperfluo prædiorum &c. de reliquo uero pro concurrenti quantitate ſit compenſatio, ut ſup. ſcilicet in illis 20. & ſic iſtud allegat, quod de genere genus uel de quota ad quotam ſit compeſatio.

Ad intelligentiam l. in naue Saufelli. ff. locati.

PRæmitte pro intelligentia, quod actio oneris aduerſi dicitur proprie, quando conductor ſuſcipit in ſe periculum rei conductæ, tunc enim tenetur locatori hac actione. Verum ad hoc, ut competat hæc actio, plura requiruntur, primo quod ſuſceperit periculum conductor, & ideo dicitur oneris aduerſi, quia omnem aduerſam fortunam in ſe ſuſcipit conductor, ut declarat gloſſa in leg. qui officii. §. final. d. geſtis, de contra. emptio. Secundo requiritur, quod tale periculum ſuſcipiatur in re aliena, non autem in propria, ut probatur hic, ibi, quippe cum eius &c. Tertio requiritur, quod nulla alia actio competat, quia eſt ſubſidiaria, & non datur ubi alia competit, ut declarat hic Paul. de Caſtr. qui dicit hanc leg. poſſe exemplificari in iſtis mercatoribus, qui ſuſcipiunt periculum nauium onuſtarum, aſſecurando eas pro certa pecunia, nam tales poſſunt teneri actione oneris aduerſi ſecundum eum.

Secundo præmitte, quod licet alias res ſemper pereat periculum domini, & obligatus in genere non liberatur per interitum. leg. incendium. Cod. ſi cert. pet. & leg. pignus Co de pign. act. tamen quando aliquis eſt obligatus ad genus reſpectu certę ſpeciei, perempta illa ſpecie liberatur. leg. Titiæ textores. §. fin. & leg. quidam §. pen. ff. de leg. 1. Eodem modo quando eſt obli-

gatus

gatus in genere ſubalterno, quia peremptorio toto illo genere liberatur. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. Falc.

Tertio præmitte, quod conductor tenetur ſolum de dolo, lata & leui culpa, non autem de leuiſſima, ex quo contractus locationis fit gratia utriuſque. l. ſi ut certo. §. nunc uidendum. ff. commo. & dicitur hic in ſi.

His preſuppoſitis pone caſum hoc modo. Tres erant mercatores, qui uolebat uehere certam quantitatem frumenti in quandam regionem, adiuerunt quendam Saufelum dominum nauis, & cum eo cõuenerunt de uehendo dictum frumentum, quo ipſi uolebant, qui Saufelus conduxit dictum frumentum uehẽdum, pro certo pretio inter eos conuento, facta cõuentione dicti mercatores appoſuerunt frumentum in naui, forte centum modios, pro quolibet, & illud ſimul commiſceuerunt in eodem loco, & tradiderunt Saufelo, ut tantundem eis poſtea reſtitueret: facta contributione frumenti deuenerunt ad quendam portum, & vnus ex illis tribus mercatoribus uoluit ſibi recipere ibi partem ſuam, cui Saufelus conſignauit centum modios frumenti pro parte ſua, & deinde dedit uela, & ibat in locum deputatum cum frumento aliorum duorum, cum eſſet in itinere nauis onuſta ſubmerſa fuit, & ſic frumentum deperditum eſt. Modo iſti duo mercatores agebant contra Saufelum actione oneris aduerſi, dicentes, tu Saufelus commiſcuiſti totum frumentum & ſuſcepiſti illud in poſſe tuo, quia tenebaris nobis reſtituere tantumdem, ergo dominium in te tranſiuit, unde ratione dominij, quod habebas, uideris ſuſcepiſſe periculum in te, & ſic debes teneri de interitu actione oneris aduerſi, ſaltem ad reſtituendum illud quod alteri reſtituiſti, quod nõ eſt deperditum, vt ſaltim pro rata illi centum modij diuidantur inter omnes tres. Quæritur, an Saufelus teneatur ad aliquid? Reſpondet iuriſconſul. præmittendo prius, quod rerum locatarum duo ſunt genera, quaſi dicat, poſſunt locari res altero de duobus modis, quandoque ita locatur res, vt eadem reddatur, ut quando locantur veſtimenta fulloni, quandoque locatur, vt non reſtituatur eadem in ſpecie, ſed eiuſdem generis, vt quando datur argentum puſillatum ideſt bene purgatum, & purũ fabro, ut crateram vel anulum faciat: nam videtur ea intentione datum fabro, vt faciat crateram tanti ponderis, & eiuſdem bonitatis, ſiue faciat ex illa maſſa argenti, ſiue ex alia ſimili. In primo caſu domini manere, ſupple reſpondi, in ſecundo in creditum iri, ideſt quia tranſit dominium in accipientem, & propterea tranſit in creditum. ſ. in generale creditum, ſicut dicimus in mutuo, l. 2. §. 1. ff ſi cert. pe. Idem dicimus in depoſito, quod quandoque tranſgreditur fines depoſiti. l. Titius. ff. depo. vt eſt quando deponitur pecunia non in ſaeculo, ſed ad numerum, vt reſtituatur tantundem in genere, nam tunc tranſit dominium in accipientem contra naturam depoſiti. d. l. Lucius.

Hoc præſuppoſito ponit deciſionem ad caſum, ibi, ſecundum quem videri ſupple, reſpondi, triticum factum Saufeli, ideſt tranſiuiſſe in eius dominium, ex quo fuit commiſtum, & tenebatur unicuique mercatori ad tantundem, & ſic fuit recte datum, ſcilicet mercatori, quia cum Saufelus eſſet dominus, potuit de eo diſponere dando illi petenti partem ſuam.

Sequitur verſic. quod ſi ſeparatim. vbi ponit diuerſum caſum. ſ. quãdo dicti mercatores non confundiſſent frumentum ſimul, ſed vnuſquiſque poſuit partem ſuam in naui ſeparatim in cupis vel alijs vaſis ſeu tabulatis, ita vt portio vniuſcuiuſque cognoſci poſſit. Tunc dicit iuriſconſul. non potuiſſe vos permutationem facere, ſupple dictum verbum, reſpondi, quaſi dicat, quando frumentum erat diuiſum, non potuit Saufelus accipere partem vnius & dare alteri, & aſtringere uos mercatores inuitos ad permutandum. ſ. vt ille, cuius portio fuit alteri data, accipiat portionem illius, qui habuit partem ſuã, & ſic eſſet quædam permutatio, quæ non poteſt fieri inuitis dominis, nã tunc quando frumentum remanſit diuiſum, non tranſiuit in dominium Saufeli, ſed quælibet portio remanſit in dominio

eius.

dimidio, quia tãta ſumma eſt quarta pars 50. & iſte eſt intellectus glo. & Doctor. hic uerum quia iſte intellectus caret ratione, & habet multas ll. contrarias, & per hunc nimis grauaretur hæres, quia haberet falcidiam ſolum pro tribus annis, & non ultra, ideo dom. meus Soc. hic dedit alium ſingularem intellectum ad hunc §. & quia nimis obſcure loquitur, ideo declarando ipſum ut dictum iſto §. dicendum eſt hoc modo.

Et primo eſt aduertendum, quod non eſt uerum, quod uſuræ centeſimæ, ſunt illæ, quæ aſcendunt ad ſummam ſortis, prout uoluit habere intentum hic §. nam uerius quo ad hanc materiam dicuntur illæ, quæ ſoluuntur ad rationem unicus pro cẽtenario quolibet menſe & ideo centeſimæ dicuntur, quia quolibet menſe ſoluitur cẽteſima pars ſortis nomine uſurarum, & ſic unum pro centenario, ſecundum quam computationem elapſo anno aſcendunt ad ſummam 12. pro centenario, & hoc probatur ex his, quæ dicit imperator in authen. de uſur. naut. §. 1. ubi dicit, quod vſuræ nauticæ ſoluuntur ad rationem octauæ partis ſortis, & ſic octaua pars centenarij aſcendit ad ſummam 12. unde illæ poſsũt dici uſuræ centeſimæ, ſcilicet quando ſoluuntur 12. pro centenario uno anno, & ſecundum hoc uſure trientes conſiſtent in tertia parte centeſimarum ſcilicet in tertia parte 12. unde erunt quatuor unde concluſiue illæ dicuntur uſure trientes, quando anno quolibet ſoluuntur ad rationem quatuor pro centenario. Et ſecundum hãc expoſitionem poteſt poni caſus quod circa detrahendam falcidiam, quando teſtator legauit 10. anno quolibet reipublicæ, debet cenſeri tantum eſſe legatum, quanta eſſet ſors uſurarum trientum, poſito, quod decem eſſent uſuræ trientes, nam ſi facias computationem ad rationem ducatorum quatuor pro centenario, erit ſumma ducentorum quinquaginta, quo ad detractionem falcidiæ, unde hæres in effectu detrahet ducatos lxij. pro ſua falcidia, quia tanta ſumma eſt quarta pars 250. unde ſi poneres, quod bona teſtatoris non ualerent pluſquam 250. tanta erit falcidia, & ſic in effectu hæres habebit quartam partem bonorum teſtatoris in caſu propoſito, tam reſpectu dominii, quam fructuum, tres autem quartæ iudicantur, ut de rebus reipublicę, & ſic res publica habebit tres quartam reddituum dictorum bonorum, & quarta pars erit hæredis. Concluſiue ergo ſequitur, quod illa decimo legata æquiparantur uſuris trientibus, & ſoluentur tanquam redditus bonorum ualentium ducatis 250. quorum bonorum quarta pars cenſetur heredis ſimiliter quartam partem fructuum detrahet, & quia tres partes cenſentur, ac ſi eſſent reipublicę, ideo tres partes fructuum habebit reſpublica, & conſequenter illa decem annua, quæ iudicantur, ut de fructibus bonorum hæreditariorum ſoluentur anno quolibet in effectu, hoc modo ſcilicet, quia heres ſoluet vij. quolibet anno reipublicę, & ſecundo detrahet pro falcidia, quam habebit tanquam de fructibus rei ſuæ, ſcilicet quartæ partis bonorum teſtatoris, poſito ut ſupra quod bona ualuiſſent 250. quando fuerunt legata decimo. Idem ſi teſtator haberet centum in bonis, & legaret quattuor annua, quia tria tantum ſolueret, & unum ſibi retinere pro falcidia, quia centum eſſent pro ſorte uſurarum trientũ in quatuor ſecundum ſupra dictam computationes, & hæc fuit meus So. & uidetur magis æquus intellectus.

Ad intelligentiam l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebell.

PRimo præſuppono quod circa imputationem in Falcidiam & Trebell. ita iura diſtinguunt, nam in falcidia, quę detrahitur de legatis particularibus, imputantur regulariter ea tantum, quæ capiuntur per hæredem iure hæreditario id eſt ea quæ capit ut hæres titulo uniuerſali, non autem ea, quæ habet iure legati. leg. quod autem, & l. in quartam. ff. ad l. falc. Sed in trebellianica imputantur omnia, quę capiũt iudicio teſtatoris, quomodocunque, & ſic plus fauetur Falcidiæ quam Trebell. ut dict. leg. in quartam, & ibi glo. in uer. à cohærede, & Bart. uerum in hoc eſt differentia, quia quando ſumus in prælegato, ſiquidem conſiſtit in pecunia, & tunc totũ imputatur in Treb. ſiue accipiatur a cohærede,

de,ſiue de pecunia hæreditaria: ſi uero conſiſtat in ſpecie, ut in prædio, & tunc pro parte tantum hæreditaria imputatur in Treb. pro parte uero quam percipit a cohærede, non imputatur, ita no. gl. in d. l. in quartã. & ibi etiam Bar. & ita deciditur in hoc. §. nummis.

Secũdo præſuppone, quod cũ teſtator inſtituit duos hæredes æqualiter, & grauat unũ de reſtituendo ſuã portionẽ alteri cohæredi, recepto uno prædio hæreditario, ex hoc oritur duplex fideicommiſſum, ſ. de dimidia parte hæreditatis, ad quam tenetur hæres cohæredi, & aliud de illo prædio, ad quod tenetur econuerſo ille cohæres cohæredi pro hæreditaria portione caſus eſt in l. fideicõ. § cum eſſet. de le. 3.

Tertio pro intelligentia uerſic. diuerſa, præſuppone, quod quando teſtator facit duos hæredes æqualiter, omne dominium rerum hæreditariarum eſt eorundem hæredum pro dimidia, adeo quod adita hæreditate in qualibet re hæreditaria, unus habet dominium pro dimidia & alius pro alia dimidia. l. cum hæred. ff. de acq. poſſ.

Quarto pro intelligẽtia uer. cum aũt, eſt ſciendũ, quod quando teſtator facit duos heredes, & uni cohæredi facit prælegatum de aliqua re hæreditaria, debet illud prælegatum eſſe tantæ ſummæ, ut omnino alteri cohæredi, cui nihil eſt prælegatum, remaneat quarta pars ſuæ portiones iure inſtitutionis, alias ſi illud prælegatũ abſorberet etiam quartam partem cohæredis, & ſic eſſet ultra dodrãtem illius portionis, poſſet cohæres illud legatum diminuere & retinere ſibi uſque ad quartam partem ſuæ portionis iure falcidiæ, ut in toto tit. ff. ad l. Falc. Ex quo apparet, quod hoc nomen, falcidia, poſitũ in princ. huius §. ponitur impropriè pro Trebel. ſed in fine huius §. in verſic. cum autem, ponitur propriè pro Falcidia, quæ detrahitur de legatis particularib. & uerè dicto prælegato prædiorum.

His præſuppoſitis, pono caſum, ſecundum gl. ad hoc ut intelligatur tex. & gloſ. Teſtator habebat hæreditatem ualentem 400. aureis, inſtituit hæredem Titium uniuerſalem ſuper tota hæreditate, eundẽque Titiũ rogauit, ut dictam hæreditatẽ reſtitueret Seio, acceptis a Seio centum uel de burſa ipſius Seii, uel de pecunia hæreditaria, nam in hoc non eſt differentia, ut dicit alia gl. in uer. rogatur, & etiam Alex. hic. Titius adiuit hæreditatem, & reſtituit Seio, habitis centum aureis ſecundum diſpoſitionem teſtatoris, dubitatur, an illos centum aureos computat ſibi in Treb. & dicitur, quod ſic, quia tam ſi illam pecuniam percipere uidetur iure falcidiæ, i. Trebell. ex dicto teſtatoris, perinde ac ſi de bonis hæreditariis retinuiſſet quartam partẽ. & 30. reſtituiſſet, unde aliud detrahere nõ poteſt.

Sequitur uer. quod tunc quoque, ubi ponitur caſus, pone, quod Titius, & Seius ambo ſunt hæredes inſtituti æqualiter in dictã hæreditate, & Titius rogatus eſt reſtituere Seio partem ſuam, acceptis quinquaginta aureis, dicit. demi eſſe. i. quod dictos quinquaginta aureos computabit ſibi Titius in Trebel. & nihil aliud habebit, cum habeat partem quartam ſuæ portionis, quæ erat 200. aureorum.

Sequitur uerſic. diuerſa, in quo pone caſum, retẽdo eodem themate, quod Titius & Seius ſunt inſtituti hæredes. & in hæreditate erat unum prædium ualoris quinquaginta aureorum, grauauit hæredem Titium de reſtituendo portione ſuam Seio, retendo dicto prædio hæreditario, dubitatur an totum illud prædium debeat ſibi imputare Titius in Trebell. & dicit, quod non, quia diuerſa cauſa eſt prædiorum. ſ. a pecunia retẽtorum, ſcilicet ex diſpoſitione teſtatoris pro hæreditaria parte. ſcilicet quam reſtituit Titius Seio, quaſi dicat, nõ eſt ita, quando teſtator iubet retineri prædia hæreditaria, ſicut quando iubet retineri pecuniam. Et ratio diuerſitatis eſt, quia pecunia omnis retineri poteſt de portione Titius, quaſi dicat per pecuniam poteſt qualibet res æſtimari. leg. ſi ita fideiuſſorem. ff. de fideiuſ. unde iſte Titius habẽdo quinquaginta in pecunia, poteſt ex eã excomputare in portionem ſuam, & ſic in illis 100. aureis, quos reſtituit, & poteſt fingere, quod ex illis detraxit illos quinquaginta aureos, quod non eſt ſic in prædio, nã in eo medietatem habet Titius iure hæreditario. & aliam medietatem habet Seius iure hæreditario, unde quando

Titius

Titius retinet iſtud prædium, illud habet iure .ſ. pro medietate habet iure proprio, & tanquam heres, aliam medietatem habet iure prælegati a cohærede, qui dominium habebat pro medietate: unde illam medietatem quam habet iure hereditario, ſibi ex computat in Trebel. & ſic 25. aureos. Illam uero, quam habet a cohærede iure prælegati, debet habere præcipuam; vnde deducet alios 25. aureos de portione quam reſtituit Seio, & quæ ſit ratio diuerſitatis inter pecuniam, & prædium, uide gl. in l. in quartam. in uer. a cohærede. in fi. ad l. Falſi.

Sequitur uerſi. Cum autem. Vbi conſiſtit tota difficultas, in quo pone caſum, ut ſupra: uerum illud prædium ualebat 380. aureis, & ſic eſt uarietas caſus, quia primo remanebat Seio quarta pars ſuæ inſtitutionis, non obſtante præſtatione prædij, nunc autem non remanet, quia ualor prædii abſorbet ferre totam hæreditatem, adeo quod in reliquo hæreditatis remanent ſolum 20. aurei, quorum 10. contingunt Titio iure hæreditario, & alia 10. Seio iure hæreditario, ſi Titius modo reſtituit partem ſuam Seio, tenetur Seius ſibi dare illud prædium, in quo Seius habet medietatem iure hæreditario, ut ſupra.

Diſponit hic ergo Iuriſconſul. cauſa uitandi circuitus, quod ex quo Titius erat debitor Seio iure reſtitutionis ad illa decima, quæ remanebant ipſi Titio iure hæreditario, quæ erat grauatus Seio reſtituere, & econuerſo Seius erat debitor Titio ad medietatem illius prædij, quam medietatem habebat Seius iure hæreditario, & ad eam tenebatur Titio iure prælegati, ideo debet inter eos fieri compenſatio pro iſta concurrenti quantitate, ſcilicet pro iſtis 10 ſcilicet, ut Seius retineat ſibi alia 10. ex illo prædio, & ſic ex parte ſua quam habet in illo prædio, & Titius ſibi retineat illa 10. quæ tenebatur reſtituere, & ſic fiet inter eos compenſatio. Vnde hucuſque habebit Seius 20. tantum aureos de tota hæreditate, & quia reſtituendo reliquum Titio uigore prælegati, reperitur Seius fraudatus in Falcidia, quam debet habere iure inſtitutionis, quæ falcidia aſcendit ad numerum 50. aureorum uſque ad quem numerum Falcidiæ deficiunt Seio 30. aurei, ideo poteſt Seius defalcare de dicto prædio, quatenus ſuperfluum eſt, ſcilicet, ultra dodrantem dictos ducatos 30. & ſic complere ſibi numerum quinquaginta aureorum pro ſua falcidia, reliquum uero reſtituit Titio. & hoc uolunt dicere illa uerba, in ſuperfluo prædiorum &c. de reliquo uero pro concurrenti quantitate fit compenſatio, ut ſup. ſcilicet in illis 20. & ſic iſtud allegat, quod de genere genus uel de quota ad quotam ſit compeſatio.

Ad intelligentiam l. in naue Saufelli. ff. locati.

PRæmitte pro intelligentia, quod actio oneris aduerſi dicitur proprie, quando conductor ſuſcipit in ſe periculum rei conductæ, tunc enim tenetur locatori hac actione. Verum ad hoc, ut competat hæc actio, plura requiruntur, primo quod ſuſceperit periculum conductor, & ideo dicitur oneris aduerſi, quia omnem aduerſam fortunam in ſe ſuſcipit conductor, ut declarat gloſſa in leg. qui officii. §. final. digeſtis, de contra. emptio. Secundo requiritur, quod tale periculum ſuſcipiatur in re aliena, non autem in propria, ut probatur hic, ibi, quippe cum eius &c. Tertio requiritur, quod nulla alia actio competat, quia eſt ſubſidiaria, & non datur ubi alia competit, ut declarat hic Paul. de Caſtr. qui dicit hanc leg. poſſe exemplificari in iſtis mercatoribus, qui ſuſcipiunt periculum nauium onuſtarum, aſſecurando eas pro certa pecunia, nam tales poſſunt teneri actione oneris aduerſi ſecundum eum.

Secundo præmitte, quod licet alias res ſemper pereat periculum domini, & obligatus in genere non liberatur per interitum. leg. incendium. Cod. ſi cert. pet. & leg. pignus Co. de pign. act. tamen quando aliquis eſt obligatus ad genus reſpectu certę ſpeciei, perempta illa ſpecie liberatur. leg. Titiæ textores. §. fin. & leg. quidam §. pen. ff. de leg. 1. Eodem modo quando eſt obligatus

gatus

gatus in genere ſubalterno, quia peremptoria pro toto illo genere liberatur. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. Falc.

Tertio præmitte, quod conductor tenetur ſolum de dolo, lata & leui culpa, non autem de leuiſſima, ex quo contractus locationis fit gratia utriuſque. l. ſi ut certo. §. nunc uidendum. ff. commo. & dicitur hic in fi.

His preſuppoſitis pone caſum hoc modo. Tres erant mercatores, qui uolebat uehere certam quantitatem frumenti in quandam regionem, adiuerunt quendam Saufelum dominum nauis, & cum eo cõuenerunt de uehendo dictum frumentum, quo ipſi uolebant, qui Saufelus conduxit dictum frumentum uehẽdum, pro certo pretio inter eos conuento, facta cõuentione dicti mercatores appoſuerunt frumentum in naui, forte centum modios, pro quolibet, & illud ſimul commiſcuerunt in eodem loco, & tradiderunt Saufelo, ut tantundem eis poſtea reſtitueret: facta contributione frumenti deuenerunt ad quendam portum, & vnus ex illis tribus mercatoribus uoluit ſibi recipere ibi partem ſuam, cui Saufelus conſignauit centum modios frumenti pro parte ſua, & deinde dedit uela, & ibat in locum deputatum cum frumento aliorum duorum, cum eſſet in itinere nauis onuſta ſubmerſa fuit, & ſic frumentum deperditum eſt. Modo iſti duo mercatores agebant contra Saufelum actione oneris aduerſi, dicentes, tu Saufelus commiſcuiſti totum frumentum & ſuſcepiſti illud in poſſe tuo, quia tenebaris nobis reſtituere tantumdem, ergo dominium in te tranſiuit, unde ratione dominij, quod habebas, uideris ſuſcepiſſe periculum in te, & ſic debes teneri de interitu actione oneris aduerſi, ſaltem ad reſtituendum illud quod alteri reſtituiſti, quod nõ eſt deperditum, vt ſaltim pro rata illi centum modij diuidantur inter omnes tres. Quæritur, an Saufelus teneatur ad aliquid? Reſpondet iuriſconſul. præmittendo prius, quod rerum locatarum duo ſunt genera, quaſi dicat, poſſunt locari res altero de duobus modis, quandoque ita locatur res, vt eadem reddatur, ut quando locantur veſtimenta fulloni, quandoque locatur, vt non reſtituatur eadem in ſpecie, ſed eiuſdem generis, vt quando datur argentum puſillatum ideſt bene purgatum, & purũ fabro, ut crateram vel anulum faciat: nam videtur ea intentione datum fabro, vt faciat crateram tanti ponderis, & eiuſdem bonitatis, ſiue faciat ex illa maſſa argenti, ſiue ex alia ſimili. In primo caſu domini manere, ſupple reſpondi, in ſecundo in creditum iri, ideſt quia tranſit dominium in accipientem, & propterea tranſit in creditum. ſ. in generale creditum, ſicut dicimus in mutuo, l. 2. §. 1. ff ſi certe pe. Idem dicimus in depoſito, quod quandoque tranſgreditur fines depoſiti. l. Titius. ff. depo. vt eſt quando deponitur pecunia non in ſacculo, ſed ad numerum, vt reſtituatur tantundem in genere, nam tunc tranſit dominium in accipientem contra naturam depoſiti. d. l. Lucius.

Hoc præſuppoſito ponit deciſionem ad caſum, ibi, ſecundum quem videri ſupple, reſpondi, triticum factum Saufeli, ideſt tranſiuiſſe in eius dominium, ex quo fuit commiſtum, & tenebatur unicuique mercatori ad tantundem, & ſic fuit recte datum, ſcilicet mercatori, quia cum Saufelus eſſet dominus, potuit de eo diſponere dando illi petenti partem ſuam.

Sequitur verſic. quod ſi ſeparatim. vbi ponit diuerſum caſum. ſ. quãdo dicti mercatores non confundiſſent frumentum ſimul, ſed vnuſquiſque poſuit partem ſuam in naui ſeparatim in cupis vel alijs vaſis ſeu tabulatis, ita vt portio vniuſcuiuſque cognoſci poſſit. Tunc dicit iuriſconſul. non potuiſſe vos permutationem facere, ſupple dictum verbum, reſpondi, quaſi dicat, quando frumentum erat diuiſum, non potuit Saufelus accipere partem vnius & dare alteri, & aſtringere uos mercatores inuitos ad permutandum. ſ. vt ille, cuius portio fuit alteri data, accipiat portionem illius, qui habuit partem ſuã, & ſic eſſet quædam permutatio, quæ non poteſt fieri inuitis dominis, nã tunc quando frumentum remanſit diuiſum, non tranſiuit in dominium Saufeli, ſed quælibet portio remanſit in dominio

eius.

eius, a quo fuit inuecta in nauim. Et ex hoc ſequitur, quod ſi Sauſelus tradidit portionem unius alteri, poteſt ab eo uendicari per eum, cuius prius fuerat. Et ſi quæratur, an tunc habeat locum actio oneris aduerſi, dicit, quod non, ibi, & ideo ſe improbare actiones oneris aduerſi, ſupple, reſpondi, quaſi dicat, dictus Sauſelus tunc conuentus hac actione poterit illam improbare, & dicere, quod contra eum non competit, ex quo datur rei uendicatio contra alium. Et quod non competat hæc actio, probat iuriſconſ. per argumentum a ſufficienti partium enumeratione, quia ſiue merces fuerunt ita traditæ nautæ Sauſelo, ut tranſiret in eum dominium, & iret in creditum, non uidetur onus eſſe aduerſum, id eſt, non uidetur nauta ſuſcepiſſe periculum per modum oneris aduerſi, & ratio eſt illa, ſcilicet, quippe cum eius fuiſſent, ſed illa actio habet locum, quando quis ſuſcepit periculum in re aliena, non quando in re propria, ut hic, & ſupra dixi. Siue eadem res quæ tradita eſt reddi deberet. l. prout fuit in uerſic. quod ſi ſeparatim, tūc locator habet actionem furti contra nautam, quia contrectauit rem alienam alteri tradendo inuito domino, & ideo ceſſat actio oneris aduerſi, quæ dicitur ſubſidiaria, ut ſupra.

Sequitur uerſi. ſed ſi ita. hic ponit deciſionem caſus noſtri. ſ. quod ſi fuit ita datum frumentum Sauſelo, ut in ſimili poſſet illud ſoluere, ſcilicet ſoluendo tantumdem in genere ſuo, prout fuit in iſto caſu, tenetur conductor, ſcilicet, ipſe Sauſelus ſolum de culpa leui, quia iſte fuit contractus locationis, qui celebratur gratia vtriuſque, in quo ſolum leuis culpa uenit, nec per hoc poteſt dici in culpa Sauſelus, quod vni tradidit partem ſuam, nam hoc habebat omnino neceſſe facere, quia cum haberet reſtituere frumentum, erat ei neceſſe incipere ab uno, cui reſtitueret. vnde quia reſtituit lege permittente, non eſt in culpa, licet fecerit eius conditionem meliorem ceteris, quia iſtud caſu euenit propter ſubmerſionem nauis, & de iſto caſu non tenetur Sauſelus. Nec obſtat, quia ipſe erat effectus dominus frumenti, & erat obligatus in genere, quia erat obligatus in genere ſubalterno, ſ. ad reſtituendum frumentum de illo quod erat in naui, unde eo toto pereunte liberatur. Item poteſt dici, obligatus ad genus contemplatione certæ ſpeciei, id eſt contemplatione illius frumenti, quod erat in naui, quo perempto liberatur, ut ſupra dixi in ſecundo euidentiali, & ſic remanet concluſio ex iſta l. quod dictus Sauſelus nauta non tenetur aliqua actione, nec oneris aduerſi, nec locati ſed penitus liberatur propter caſum.

Ad intelligentiam l. ſi ut certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati.

PRæmitte pro intelligentia, quod obligatio, rem reſtitui, eſt diuidua quo ad ipſam obligationem. Verum quo ad ſolutionem eſt indiuidua, ut ſi duo ſunt obligati ad eandem rem ex depoſito vel commodato, quilibet tenetur pro parte, & pro parte ſic condemnatio tamen ſoluendo partem non dicitur liberatus, niſi totam rem præſtet, & hoc quando ſumus in ſpecie commodata ca ſus eſt in l. ſi duo. in ſi. ff. depo. & no. Bal. hic. col. 2. & 3.

Secundo præmitte, quod in contractibus, in quibus uenit reſtitutio rei conſideratur duplex obligatio, ſcilicet, prima, quæ naſcitur principaliter ad rem reſtituendam, & ſecundaria, quæ naſcitur ex poſt facto ratione doli, vel culpæ ad æſtimationem uel ad intereſſe. Quo ad primitiuam obligationem, quādo ſunt plures commodatarii eiuſdem ſpeciei, quilibet tenetur pro parte, licet unus præſtando partem non liberetur, ut ſupra per d. l. ſi duo. Quo vero ad ſecundariam obligationem, quando ambo committunt dolum, uel culpam, quilibet tenetur in ſolidum, tanquam duo rei, & vno ſoluente, alius liberatur, ut hic in ſi.

Tertio præmitte, quod vſus rei conſideratur dupliciter, primo modo reſpectu perſonæ vtentis, & tunc dicitur indiuiduus, & pro parte tunc haberi non poteſt. l. vſus pars. ff. de vſu, & hab. ſecundo modo

modo reſpectu rei, ex qua percipitur vſus,& tunc eſt diuiduus, & poteſt haberi pro parte, ut hic, ſecúdum Bar in 1. oppo.

His præmiſſis, totus iſte §. diuiditur in duas partes principales. In prima loquitur de obligatione primitiua, quæ contrahitur ad rem reſtitui, in qua concludit quod quilibet tenetur pro parte. In ſecunda loquitur de obligatione ſecundaria, quæ cõtrahitur ad æſtimationem, uel ad intereſſe, ratione doli uel culpæ, in qua concludit, quod quilibet tenetur inſolidum Secunda, ibi, ſed eſſe uerius ait &c.

Pone caſum mitius cõmodauit duob. unum uehiculum, dubitatur, qualiter iſti duo teneãtur ad reſtitutionem uehiculi, & ſic ex obligatione primitiua, an inſolidum uel pro parte. Iuriſconſ. uolens decidere hunc caſum, ꝙ teneantur pro parte, facit unũ aſſumptum arguendo, & in argumento, omittit maiorem, quæ dẽt eſſe talis, contractus commodati eſt contractus, qui re contrahitur. §. Itẽ is cui. inſti. q̃b. mo. re contra. ob. ſed in huiuſmodi contractib. non põt quis obligari in plus quã accepit. l. cum ultra. C. de non nu. pe. Sed in propoſito iſti duo commodatarii non hẽnt uehiculum penes ſe inſolidum ſed pro parte, ꝙ probatur, quia dominiũ vel poſſeſſio eiuſdem rei non poteſt eſſe penes duos inſolidum, ergo ſequitur concluſio, ꝙ iſti commodatarii minime debent teneri in ſolidum ad reſtitutionem, ſed tantum pro parte, & ſic ex illo aſſumpto ſequitur tacite deciſio huius caſus.

Sequitur uerſi. Nec quemquam, hic iuriſconſul. reſpondet cuidam tacitæ obiectioni, quæ tendit contra id, quod dixerat, ꝙ duo non poſſunt eſſe dñi in ſolidũ nam uidemus ꝙ duo poſſunt habere vnũ fundum pro cõi, & indiuiſo, & tñ nullus cognoſcit partem ſuam ergo dominium eſt penes eos inſolidum. Ad hoc rñdet, verum eſſe, ꝙ non ſunt domini partis corporis, ſ. uiſibilis, i. non ſunt domini talis partis, quæ poſſit ad oculum demonſtrari, non tamen ſequitur ex hoc, ꝙ ſint dñi inſolidum, ſed potius ſunt domini partis intellectualis, quia habẽt dominium totius corporis ſimul, non inſol dũ. ſed pro parte indiuiſa, q̃ pcipit iudicio intellectus.

Sequitur uer. uſum aũt balnei, hic ſoluit unum aliud obiectũ. Similitudo prædicta dẽt procedere in dominio, & poſſeſſione, & verum eſt, ꝙ non poteſt eſſe penes duos in ſolidum, ſed nos loquimur in contractu commodati, in quo nõ trãſfertur dominium, nec poſſeſſio, ſed ſolũ vſus, & tñ vſus põt eſſe penes duos in ſolidum, vt videmus in vſu balnei uel theatri ergo iſti commodatarii debent teneri in ſolidum. Ad hoc reſpondet, ꝙ longa dĩa eſt inter vſum balnei, vel platei, & vſum uehiculi, quia in primo caſu, ex quo locus eſt amplus, non utitur minus unus quam alius, q. d. poteſt unus uti inſolidũ, & alius inſolidum, quia unus nõ præſtat impedimentum alii, & ſic quilibet percipit uſum inſolidum, abſque impedimento. Verum in uehiculo paruo non eſt ita quia in effectu quilibet habet uſum pro parte, conſiderando vſum diuiduũ reſpectu rei, non aũt reſpectu perſonæ ut ſupr. dixi, quod patet, quia vnus non tenet oĩa loca uehiculi, quia unus ſtat in una parte uehiculi, & alius in alia, nec unus poſſet vti uehiculo inſolidum, quin alterum impediret uti inſolidum & in hoc differt a balneo, quia licet uideatur idem in balneo, ſ. quod unus non occupat omnia loca balnei, tamen eſt illa ratio, quia quilibet utitur inſolidum & unus nõ impedit alium. Ex tota ergo iſta narratione ſequitur concluſio ad primum caſum, ſ. quod tenentur pro parte, & non inſolidum.

In ſecunda parte ibi, ſed eſſe uerius. Pone caſum, quod dicti commodatarii ambo commiſerũt dolum, uel culpam in illo uehiculo, adeo quod ipſum perdiderunt vel deuaſtauerunt, & ſic tenentur ad intereſſe, quæritur, an quilibet teneatur inſolidum in illa obligatione ſecũdaria. Et cõcludit, quod ſic, quia iſte dolus, vel culpa reſpicit totam rem, & non põt conſiderari pro parte, unde merito [illegible] dũ tenẽtur tanquã duo rei, & uno ſoluente alius liberatur, & ſi res cõmodata eis ſurripiatur, cõpetit ambob. actio furti contra ſurripientẽ, licet hodie ſit mutatũ, q̃a ponitur in arbitrio dñi, iuxta tex. in l. mani feſtiſſimi. §. ſin aũt & §. ſed cum in ſecunda. C. de fur. & iſta eſt uera [illegible] ſecundum Bar Bal. Pau. de [illegible] & cõiter oẽs hic antiquos & mod. [illegible] tenet gloſ.

ſi. hic, quia caſum intellectus commu-
niter reprobatur.

Ad intelligentiam l. Placet. C. de peda. iudi.

PRæmitte, quod cauſæ ſimplicis iuriſdictionis diuiduntur quo ad termi nos huius leg. in tres ſpecies, licet Bar. in l. imperium, faciat ſex gradus. Prima ſpecies continet cãs maximas, prout ſunt cauſæ liberales. Secunda continet cauſas medias, prout ſunt cauſæ ultra treſcentos ſolidos, de quib. non cognoſcunt minimi magiſtratus, ut in § iudicare. in authen. de defen. ciui. licet *Bar.* in d. l. placet. Iſtas cauſas ponat cum cauſis liberalibus, tamen male loquitur, quia ſecundum ſuam expoſitionem, cauſæ mediæ eſſent a trecentis aureis infra, quod eſt contra tex. in d. §. & iudicare, & melius loquitur ipſe in d. l. imperium. co. ſi. Tertia ſpecies continet cauſas minimas. ſ. a trecentis aureis infra. In prima & tertia ſpecie nihil eſt mutatum hodie a iure antiquo, quia cauſę maximę nec olim, nec tẽpore d. l. placet poterant delegari, quia hodie per ius authenticorum poſſunt, vt ibi no. gl. Item cauſæ minimæ & olim, & hodie poſſunt delegari, ut not. gl. 1. in d. l. placet. Totum dubium remanet de cauſis mediis.

Secundo præmitte, quod olim cauſæ mediæ poterant indiſtincte delegari, etiã ob leuiſſimas occupationes, ſed per illam l. eſt hoc correctum, quia præſes dẽt per ſe cognoſcere, & non delegare iſtas cauſas. Verũ ne nimis reſtringatur poteſtas præſidis, eſt ſibi conceſſum, ꝙ poſſit delegare cognitionem, reſeruata ſibi ſentẽtia etiam ſine occupatione. Si tamẽ eſſet occupatus ob cauſarum multitudinem uel ob publicas occupationes, tunc poteſt delegare etiam ſententiam.

Diuido iſtam l. in quinque partes. In prima ponit relationem iuris antiqui & eius correctionẽ, vſque ad ver. ita tamen. In ſecũda ponit unam limitationem ad hãc nouam correctionem, vſque ad ver. quod non ita. In tertia parte excipit a dicta limitatione cauſas meri, & mixti imperii, vſque ad uerſi. quod vſque adeo. In quarta parte reſpõdet tacitæ obiectioni, & concedit præſidi ius delegandi, reſeruata ſententia, uſque ad ver. dum tamen. In quinta parte a dicta conceſſione excipit cauſas liberales.

Caſus ita ponitur. Coram præſide prouinciæ ventilabatur quędam cauſa ultra trecẽtos ſolidos, quæritur, an poſſit illam delegare. Dicit imperator, ꝙ olim poterat, hodie non. Dicit. n. placet nobis præſides adhibere examen ſuæ notionis de his cauſis, in quibus ipſi quidem non poſſent cognoſcere. ſ. de facto propter occupationes ante hac. i. olim dabant iudices pedaneos. i. uolumus, quod præſides hodie ipſi cognoſcant, & non delegent de illis cauſis, de quib. cum ipſi non poſſent cognoſcere, propter aliquas forte leues occupationes, & ante hac indiſtincte delegabant. & per hoc eſt correctum ius antiquum, & loquitur de cauſis mediis. Hic eſſet continuanda pars ſ. uer. quod uſque adeo, ſecũdum *Iac. de Arena*, tamen ego lego per ordinem.

Sequitur ſecunda pars. in uer. ita tamẽ hic ponitur limitatio. ſ. ita demum procedit hæc prohibitio delegandi, ſi præſes non eſt occupatus propter multitudinem cauſarum, vel alias publicas occupationes, nam ſi occupatus eſt propter iſtas magnas occupationes, poteſt delegare penitus, etiam quo ad ſententiam, ſecundum communem intellectum Bar. Bald. & Iac. de Are.

Sequitur tertia pars in verſi. quod non ita, hic reſtringit iſtam limitationem. ſ. vt intelligatur ſolum in iſtis cauſis mediis, non autem in cauſis meri & mixti imperii, in quib. iudex procedit ex ſuo officio nobili, quia iſtas nullo modo poteſt delegare, etiam propter publicas occupationes, niſi in ſolo caſu abſentiæ, vt l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius.

Sequitur quarta pars, quæ eſt valde obſcura, ſuper qua facio unum obiectum. Tu imperator cupis honorare præſides, & tamen hic diminuis eorum iuriſdictionem, quia prohibes eos delegare poſſe cauſas medias. & ſic iſte verſ. ꝙ vſq. adeo, reſpicit principium l. Reſpondet imperator, quod vſque adeo in præſidum co-

gni-

gnitione retinendum eſt, ut eorum iudicia non diminuta uideantur, ideſt iſta prohibitio delegandi cauſas medias, eſt ita intelligenda, ut nõ uideatur eſſe diminuta poteſtas præſidis, ſed magis aucta, & honorata. ſ. quod ſi vult delegare cognitionem cauſarum mediarum, põt reſeruari ſibi ſententia, quia reſeruando ſententiam eſt ſibi honor in iudicando, & ſic remanet ſua poteſtas libera in delegãdo cognitionem, ſicut olim, & remanet honoratus in iudicando, & ex hoc patet, quod correctio iuris antiqui ſolum procedit in ſententiando, non autem in cognoſcendo, & propterea iſte uerſic. debet coniungi cum principio l. uerum quando iudex delegat reſeruata ſententia, debet cauſam audire ter, per auth. ad hæc. C. de iudi.

Sequitur quinta pars ibi, dum tamen. hic excipit cauſas liberales ab iſta conceſſione. ſ. eſt promiſſum præſidib. delegare cauſas, reſeruata ſententia, dum tamen non delegent cauſas liberales, ſed ipſi diiudicent, & cognoſcant de dictis cauſis, ſicut de cauſis meri imperij, ex quo iſtæ ſunt cauſæ maximæ, & differũt a medijs. & iſte eſt uerus ſenſus huius text. ſcilicet, vt ille verſi. dum tamen, referatur ad proximum uerſ. quicquid dicant glo. & alij docto. qui inuoluunt verum intellectum iuris tex.

Super l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid.

PRo faciliori ingreſſu ad declarationem iſtius. §. quod vulgo. qui prout exorditur hic Bartol. eſt valde difficilis, & iuuenib. horribilis, oportunum putaui præmittere, primo aliqua ad materiam tituli facientia, & deinde ſpecialius præmittere ad intelligentiam huius. § cũ enim iſte §. ſit ſituatus in ti. ad le. Falc. in l. in ratione. la prima, & non ſit principiũ tituli, non poſſet de facili haberi totalis cognitio caſus iſtius. §. niſi aliqualis cognitio principij materiæ ipſius tituli pcedat arg. l. argentarius. §. edi. ſup. de eden. ut facit ille ſummus editorum interpretatorũ Vlpianus in l. 1. ſup. de neg. ge. & in l. 1. ſup. de mino & in l. 1. ſup. ad l. Aqui. & in quam plurib alijs titulis.

Vnde ad intelligentiam Rubricę, & totius ti. præſuppono, ꝙ poſt leges conditas in ciuitate Romana, ſuperueniẽte diſcordia inter nobiles, & plebeios Romanos, per quam plebs ipſa ſeceſſit in montem Auentinum, & ibi per ſe creabat officialem, qui tribunus appellabatur, ad cuius ſugeſtionẽ plebs ipſa leges faciebat, quæ leges, plebiſcita appellabantur, prout hæc omnia dicit tex. in l. ſecunda. §. deinde cũ eſſet. ff de orig. iur. Quæ plebiſcita compoſita poſtmodum p(ce) per legẽ Ortenſii Regis, cęperunt habere uim legis generalis. ut habetur in §. plebiſcitum inſt. de iure natu. & probatur in l. 1. ſupra. ad leg. Aquil. ubi lex aquilia dicitur unũ de plebiſcitis. & in l. plebiſcito. ſup. de offi. præſi. Eo autem tempore, dum plebs diuiſa manebat, fuit creatus quidam Tribunus plebis, qui Falcidius appellabatur, ad cuius ſugeſtionem fuit facta dicta lex Falcidia, quæ accepit denominationem a Falcidio Tribuno, ſicut lex Aquilia accepit denominationem ab Aquilio Tribuno, vt d. l. 1. ſup. ad leg. Aquil. ſicut etiam Senatuſconſultum Trebellianum accepit denominationem a Trebellio conſule. l. 1. inf. ad Trebel. & hoc ſecundum unam expoſitionem, quam facit tex. in ca. quædam. 2. diſt. quam etiam tenet Pet. Phil. Cor. in conſi 236 col. 2. in 3. uolu. Et ſecundum iſtam expoſitionem lex Falcidia dicitur plebiſcitum.

Secunda expoſitio eſt, quod lex Falcidia fuit condita a populo Romano, ad interrogationem cuiuſdam Falcidij conſulis, & ab eo accepit denominationẽ, & hoc probat tex. in l. 1. in prin. in uer. rogatam, iuncta gl. 1. ſup. eo. & ſecundũ hanc expoſitionem eſt uera lex, ut in §. lex eſt. inſt. de iure natu.

Tertia expoſitio eſt, ꝙ lex Falcidia dicitur a falce, at ſicut falx reſecat granum, ita hæc lex reſecat legata. Et hanc expoſitionem approbat *Bart.* in d. l. 1. in pricip. ſup. eod. ea ratione attenta, quod etiam Trebellianica appellatur quandoque falcidia, a falce. Et quælibet expoſitio poteſt eſſe bona.

Venit autem iſta lex Falcidia ad correctionem legis antiquæ duodecim tabularum, per quam erat indiſtincte permiſ-

ſum teſtatoribus totam eorum hæreditatẽ diſpergere in legatis, & hæres ſcriptus nihil habebat, nam cauebatur in lege xii. tab. ut legaſſet ſuæ rei quiſque, ita ius eſto. l. uerbis ff. de uer. ſign. & inſt. de leg. Falc. in prin. Vnde eueniebat, quod hæredes ſcripti uidentes, quod nihil ad eos perueniebat ad hæreditate, repudiabant hęreditatem, & ſic homines decedebant inteſtati. Quod cõſiderans Falcidius ille Tribunus plebis uel conſul. ſecundum aliam expoſitionem, introduxit legem Falcidiam, prohibendo teſtatores diſponere ultra dodrantem, & hoc ex decreto plebis, uel populi Romani prout fiebant plebiſcita uel leges. Et ſi ultra diſpoſuiſſet teſtator, introduxit reſeruationem quartæ partis, ita, quod in omnem euentum hæredi remaneat quarta pars iure Falcidiæ, quam habet iure inſtitutionis. Et ſic fuit Falcidia inducta propter publicam utilitatem, nam intereſt reipublicę, quod homines decedant teſtati, iuxta ea, quæ habentur in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Hęredes enim propter illud emolumentum quartæ partis non repudiabunt hæreditatem. Vt declarat Bal. in l. 1. col. fi. C. cõm. de leg. & eſt tex. in l. 1. §. Secundo capite. ſup. eo. & inſt. ad l. Fal. in prin.

Item eſt ſciendum quod iſta detractio Falcidiæ conſiderari poteſt tripliciter, nã quãdoque teſtator legat ultra uires hæreditarias, & tunc bis fit defalcatio, nam ante omnia defalcatur illud quod eſt ultra uires, & ad æquantur legata uiribus patrimonij, & hæc prima defalcatio fit etiam de legatis ad pias cauſas, ſecundum Bart. in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. quia in hoc non ſubeſt æquitas in rigentium, ſcilicet, ut ſoluantur legata ultra uires, ut declarat Soc. in rub. inf. ad Trebell. in prima, col. Demum adæquatis legatis cum uiribus patrimonij, poſtea fit ſecunda defalcatio per legem Falcidiam pro quarta parte. tex. eſt in l. ſi poſt miſſionem. & l. in quantitate §. fin. inf. codẽ. & iſta ſecunda non fit de legatis pijs. ita procedat d. auth. ſimiliter.

Quandoque & ſecundo teſtator legat totum ſuum patrimonium, & nihil ultra & tunc fit unica tantum detractio. ſ. quartæ partis de ſingulo legato pro Falcidia. l. 1. prin. ſupra eodem.

Quandoque tertio teſtator legat ultra dodrantem, non tamen totum patrimonium abſorbet, ut quia aliquid remanet hæredi, puta una vncia, & tunc non fit defalcatio totius quartæ partis, ſed tantum pro rata, ita ut hæres conſequatur ex legatis duas alias uncias, ut habeat integrum quadrantem, & non ultra, & hæc omnia declarantur per iuriſconſultum in d. l. in quantitate. §. ſi.

Iſtis primo præſuppoſitis quãtum ad materiam tituli, deſcẽdo propius ad materiam. §. quod uulgo. & ad hoc ut aliquantulum eius difficultates aperiantur, antequam ponam caſum, præſuppono primo pro eius intelligentia, quod in detrahenda Falcidia de hæreditate alicuius, debet ante omnia deduci æs alienum, nõ ſolum, quod extraneis debetur, uerum etiam, quod debetur ipſi hæredi, & etiam funeris impenſa. tex. eſt in l. 1. §. fin. ſupra eo. & l. irritum. C. ad leg. Falcid. & de eo quod remanet, detrahitur falcidia. Pono exemplum, ſi teſtator habet 400. in bonis, & eſt debitor ad 200. certe ſi Falcidia detraheretur de tota hæreditate, hæres deberet habere centum pro Falcidia. Sed non eſt ita, quia ante omnia deducuntur illa 200. tanquam æs alienum & de alijs 200. hæres detrahit falcidiam, & ſic habebit ſolum quinquaginta. Et ex hoc cauſatur primum dubium huius §. in uerſ. cu. quamuis &c. quia ſi legata in primis tabulis ſoluuntur ut æs alienum, ergo non deberent pati falcidiam, quia ante omnia deduci deberent, & tamen aliter hic determinatur, per rationem, quam dicam in poſitione caſus.

Secundo præſuppono, quod ſi teſtator facit unum hæredem, & ab eo facit multa legata, & deinde iſte hæres facit alium hæredem, & facit alia legata, tenetur ſecundus hæres ſoluere in integra legata primi teſtamenti, tanquam æs alienum, & de illis non detrahit falcidiam, ita probatur in iſto §. pro ratione dubitandi, quæ ſumitur ex lege prima. §. final. ſupra eodem, ſed de legatis factis in ſecundo teſtamento poteſt detrahere falcidiam. Et iſta erat ratio dubitandi in iſto §. quia duo uidebantur hic teſtamenta, ſcilicet

unum

vnum patris,& aliud filii, ergo legata in teſtamento patris deberent ſolui integre tanquam æs alienum,& non deberent poni in contributionem ad faciendum conſequi maiorem falcidiam hæredi,& tamen determinatur contrarium, & rationem uidebimus in poſitione caſus.

Tertio præſuppono quod ſi teſtator, qui facit ſubſtitutionem pupillarem, tempore mortis ſuæ habebat 400. in bonis, & facit legata a pupillo, & etiam a ſubſtituto, tunc omnia damna uel augmenta, quæ ſuperueniunt in hæreditate, cedunt in damnum vel augmentum hæredis,& ſic ſubſtituti, non autem legatariorum, vnde ſi quando moritur pupillus, reperiuntur ſolum 300. in hæreditate, ſubſtitutus hæres nihil habebit pro ſua falcidia, quia illa centum quæ ſunt diminuta, excomputantur ſibi in falcidiam, & omnia 300. tenetur ſoluere pro legatis,& ſi in plus eſſet diminuta hæreditas, tenetur illud plus refundere de propriis facultatibus vſque ad ſupplementum 300. pro legatis, ut dicit his Alexand. in 2. colum. Idem econuerſo, ſi hæreditas pupilli eſſet aucta ultra 400. nam tūc hæres ante omnia detrahit illud augmentum, & poſtea centum pro falcidia, & reliqua 300. ſoluit legatariis, de hoc eſt tex. in l. in quantitate, in princip. infra eodem.

Quarto præſuppono, quod quando in eodem teſtamento ſunt facta legata aliqua pure, & aliqua ſub conditione, quæ ſimul iuncta excedunt dodrantem, tūc hæres ſoluendo legata pura, poteſt petere a legatarii cautionem, quod adueniente conditione aliorum legatorum, habeant ſibi reſtituere illud, quod plus acceperunt iure falcidiæ, de hoc eſt tex. in l. 1. §. interdum. ſup. eo. & in l. in quantitate. §. ſed & ſi legata. inf. eod. Et ſi conditio purificatur antequam ſoluātur pura, tunc fit omnium contributio, & de omnibus falcidia detrahitur, ut d. §. interdum.

Quinto præmitto, quod quando teſtator facit aliqua legata ab inſtituto, & aliqua a ſubſtituto pupillari, legata facta a filio inſtituto cenſentur pura, ſed relicta a ſubſtituto, cenſentur ſub conditione in eodem teſtamento relicta, uidelicet ſub conditione, ſi pupillus moriatur in ætate pupillari, vnde ſubſtitutus tenetur ſoluere legata a pupillo tanquam pura, & legata a ſe, tanquam conditionalia, & conditione purificata per mortem pupilli, hoc probatur in iſto §. quod vulgo. in fi.

Sexto præſuppono, q licet ſubſtitutio pupillaris dicatur teſtamentum filii, & ſic duo uideantur teſtamēta, alterum. ſ. patris, & alterum filii, tamen in rei ueritate vnum eſt teſtamentum, adeo quod de omnibus legatis in relictis tam in teſtamento patris, quam filii iudicatur tanquam de relictis in uno,& eod. teſt. tex. eſt in l. patris & filii. ſu. de vulg. & pupil.

Septimo & ultimo præſuppono, q de iure digeſtorum, ac ēt de iure antiquo C. hæres non tenetur ad legata ultra uires hæreditarias, non. n. tenetur de ſuo ſoluere, caſus eſt in l. 1. § ſi is qui 400. inf. ad Treb. & l. ſi uniuerſæ. C. de legat. Hodie tamen eſt correctum per ius auth. nam tenetur indiſtincte ultra uires hæreditarias, ſi non conficit inuentarium, per authē. ſed cum teſtator. C. ad l. falc. & habetur plene in l. ſi. C. de iure deli. & no. Alc. & communiter doc. in d. §. ſi is qui 400.

Iſtis ſic præſuppoſitis, diuido hunc §. in quatuor partes. In prima parte enuntiando ponit quandam regulam cum quæſito. In ſecunda ponit vnum effectum, qui reſultat ex illa regula, qui effectus eſt contributio legatorum. In tertia ponit alium effectum quem declarat per exemplum. In quarta reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Secunda incipit ibi, quamuis enim, &c. Tertia ibi, ſecundum quod &c. Quarta ibi, nec ad rem, &c. Ego puto melius dici, quod in prima parte ponitur unum quæſitum de poteſtate & effectibus uulgaris regulæ, vnde omnes doctor. diuidentes hunc tex. qui dicunt, quod in prima parte ponitur regula vulgaris, puto, quod non bene loquuntur, quia iuriſconſultus non ponit hic iſtam regulam deciſiue, ſed potius enunciatiue, & ſolum quærit, quem effectum habeat iſta regula, præſupponendo, quod alibi habetur, hæc regula, & non hic, ut patet euidenter ex uerbis l. In 2. parte reſpondet ad quæſitum, ponendo unum effectum, præmiſſa prius ratione dubitandi, ibi, quamnis enim, &c. In 3. parte ponit unam conſequentiam, quæ poteſt ſequi ex dicto primo

mo effectu, ibi ſecundum qđ &c. In quarto reſpondet tacitæ obiectioni, ibi, nec ad rē &c. Et ſic eſt melius dicere in 3. parte, quā vt dicunt doc. ſ. ꝙ ibi ponatur ſecundus effectus regulæ, quia iſta conſequentia contingens non reſultat immediate a regula, ſed potius ab effectu regulæ. ſ. a contributione legatorum. Et hęc eſt melior diſtinctio iudicio meo, quam illa, quam facit hic Bar. & doc.

Et per iſtam nouam diſtinctionem infero, quod poſitio caſus quam facit gl. i. hic, non eſt bona, quia concludit ad illud quæſitum, ſ. vtrum ſubſtitutus poſſit detrahere duas falcidias ſ. vnam ex teſtō patris, & aliam ex teſtamento filii. Et non eſt hæc intentio iuriſconſulti, uelle quærere de hoc. Nam iſtud narratiue tractatur, vt dixi. Sed potius eius intentio eſt, uelle quærere, quē habeat effectum hæc regula enunciata, & reſpondet, quod habet effectum contributionis legatorum, ut in tex.

Vnde caſus in terminis & magis conueniens literæ, ita poteſt figurari. Teſtator habebat 400. in bonis, inſtituit filium pupillum hæredem, & legauit ab eo 200. & fecit ſibi ſubſtitutionem pupillarem, ſubſtituēdo ſibi Meuium, a quo ſubſtituto legauit alia 200. Mortuo teſtatore fuit mortuus pupillus antequam legata a ſe relicta, ſolueret, & ſic factus eſt locus ſubſtitutioni. Subſtitutus adiens hæreditatem inuenit eam totam eſſe exhauſtam legatis, vnde volebat detrahere falcidiam, & ad hoc vt haberet maiorem falcidiam, dicebat, ego volo contribuere legata facta in primis tabulis, cum legatis factis in ſecundis, qua contributione facta reperitur hæreditas quadringentorum, tota diſpenſa legatis, unde volo de omnibus detrahere quartam partem, & ſic habere centum pro falcidia. Ex aduerſo replicabant legatarii, in primis tabulis, & dicebant; iſta ſunt duo teſtamenta, vnde legata relicta in primis tabulis debent ſolui ut æs alienum, ſed nos habemus, quod falcidia detrahitur deducto ære alieno, l. 1. § fin. ſupra eodem, & l. ultimum C. eo. vnde ſoluas primo iſta prima legata ducentorum integra, & deinde deducas falcidiam de aliis ducentis reſtantibus, & ſic habebis ſolū quinquaginta pro tua falcidia. Ex aduerſo replicabat hæres quod iſta non ſunt duo teſtamenta, immo habentur pro uno. l. patris & filii. ſupra de vulg. & pup. vnde merito debet fieri contributio legatorum ad maiorem falcidiam detrahendā. Stante ergo iſto conflictu, & reluctatione inter hæredem ſubſtitutum, & legatarios primarum tabularum; fuit habitus recurſus ad Papinianum iuriſconſultum ut deberet hūc caſum decidere. Coram quo fuerunt producta iura, & allegationes vtriuſque partis. Et primo pro parte hæredis dicebatur, quod in iure eſt una vulgaris regula, quod in tabulis patris & filii vna falcidia detrahitur, ergo ambo teſtamenta reputantur pro vno, nam ſi duo eſſent teſtamenta, duæ falcidiæ deberent detrahi. Ergo de omnibus legatis debet iudicari, ac ſi in uno teſtamento eſſent relicta, & per conſequens debet fieri eorum contributio per d. l. patris & filii. Ex aduerſo pro parte legatariorum in primis tabulis dicebatur, quod immo iſta duo ſunt teſtamenta, ut dicit tex. in §. igitur, inſti. de pupil. ſub. unū ſ. patris, & alterum filii, ergo legata primarum tabularum debentur ut æs alienum, & ſic ante omnia debent integra ſolui, & de reliquo detrahi falcidia, per iura ſuperius allegata, & hoc uidebatur decidendum pro ratione dubitandi. Verum iſta ratione dubitandi non obſtante, Papinianus iuriſconſultus determinat contra legatarios. Et 1. format quæſitum ſuper regula vulgari, ſcilicet illud quod vulgo dicitur, in tabulis patris, & filii unam falcidiam ſeruari, quam poteſtatem habeat uidendum eſt, i. uideamus, & diſcutiamus, quem effectum habeat illa vulgaris regula allegata pro hærede, quod una tantum falcidia detrahitur de teſtamento patris, & filii, & hæc eſt prima pars.

Sequitur ſecunda pars, in uer. quamuis, & hic ponitur reſponſio ad quæſitum, præmiſſa ratione dubitandi, & dicit, in effectu, quod dicta regula habet hunc effectum, ſcilicet contributionis legatorum. Quamuis enim ſubſtitutus, quæ a pupillo relicta ſunt, cum filius hæres extiterit, vt æs alienum quodlibet debeat, tamen, propter ea, quæ data ſunt in tabulis ſecundis contributioni locus eſt. Quæ verba declara hoc modo, licet. n. ſubſtitutus teneatur ſoluere legata a pupillo, ut æs alienū, ex quo

iſtud erat debitũ pupillare, & licet a pupillo debeatur ut legatum, tamen a ſubſtituto debetur ut æs alienum, & in rei ueritate ex perſona propria ipſe ſubſtitutus non detraheret falcidiam, ſicut non detrahitur ex ęre alieno, ſecundum opin. Di. & Barto. hic ſubtiliter intellectam, tamen propter ea, quæ data ſunt, i. propter legata facta a ſubſtituto, quæ abſorbent totam hæreditatem, eſt locus contributioni legatorum, quia ſubſtitutus mixtim ex perſona ſua, & ex perſona pupilli deducet falcidiam. Ex perſona ſua, uidelicet pro legatis a ſe & ex pſona pupilli pro legatis a pupillo, ex quo iſtud ius ſtabat etiam radicatum in pupillo, quia non tenebatur ſoluere legata a ſe, niſi præſtita cautione, de qua in l. ex. §. inter dum. ſup. eo. l. pro legatis conditionalibus factis a ſubſtituto, ergo purificata conditione ante ſolutionem legatorum ſubſtitutus ſuccedit in illud ius pupilli, & ſic poteſt dicere, ego uolo coniungere legata, & ex perſona mea detrahere ex legatis a me, ex legatis vero a pupillo, ex perſona pupilli, quia ex mea non poſſunt, ex quo debeo illa vt æs alienum. Et iſte eſt verus intellectus, & communis, & ualde ſubtilis, quem tenet hic *Bar.* in 4. opp. & ſic legata in ſecũdis tabulis ſunt cauſa contributionis, & detractionis falcidiæ. *Ideo* dicit, propter ea quæ data ſunt, &c. nam ſi nihil legatum eſſet in ſecundis, nullum ius detrahendi quæſitum eſſet nec pupillo, nec ſubſtituto, quia bona inſtantia ſufficiebant.

Poteſt etiam dari alia expoſitio, quæ tãgitur in glo. uidelicet, quando nulla alia legata facta eſſent in ſecundis tabulis, ſubſtitutus teneatur ſoluere integra relicta a pupillo, ut quodlibet æs alienum. l. ſine detractione falcidiæ, & ratio eſt, quia inſpectis illis primis legatis, quæ continebant ſola 200. non erat opus detrahere falcidiam. quia hæredi remanent alia ducenta, tamen propterea ea, quæ ſunt relicta in ſecundis tabulis. l. a ſubſtituto, eſt locus contributioni, i. quia ſecunda legata debent coniungi cum primis, & facta iſta coaceruatione, de omnibus deducitur una falcidia, & ſic centum, & ſic legata in ſecundis tabulis ſunt cauſa deductionis falcidiæ, quia illa complent exceſſum dodrantis, & ideo dicit, propterea quæ &c. Nec obſtat quod relicta in primo teſtamento debentur vt æs alienum, quia fateor quando duo ſunt teſtamenta, ſed hic eſt vnum, i. ſit contributio legatorum, & una falcidia detrahitur, tanquam de legatis factis in uno teſtamento. Verum licet iſta ſecunda expoſitio uideatur magis clara, tamen non bene euacuat contrarium de hoc texe. qui uidetur ſibi ipſi contradicere, dum fatetur ſubſtitutus debere ut æs alienum &c. ut dicit hic Bart. in 4. oppo.

Sequitur tertia pars ibi, ſecũdum quod hic ponitur una conſequentia contingens quæ põt ſequi ex 1. effectu cõtributionis, Dicit. n. ſecundum quod poteſt euenire, ne ſubſtitutus quicquã retineat, uel ut longe plus habeat quartam paternæ hæreditatis quid ergo ſi non ſufficiat pupilli hæreditas legatis, cum patris ſufficiet. De ſuo quadrante nimirum dabit ſubſtitutus, quæ pater legauit de ſuo.

Et pro declaratione huius tertiæ partis aſſume, quod dixi ſu pr. in 3. euidentiali. Nam ex iſta contributione poteſt ſuccedere, quod quandoq. ſubſtitutus nihil hẽat de tali hæreditate, & põt ſuccedere, quod ultra quartã hẽat, & totũ hoc dependet ex augmẽto, & diminutione hæreditatis pupilli, nã ad falcidiam detrahendam ſemper inſpicimus ualorẽ, qui erat tẽpe mortis teſtatoris, vt d. l. in quãtitate, in princi. oĩa n. damna, & augmenta poſtea ſuperuenientia, non proſunt, nec nocent legatariis, ſed tantum hæredi. Quid ergo ſi non ſufficiat &c. quaſi dicat, ſi teſtator habebat 400. in bonis, & oĩa legauit in primis & ſecundis tabulis, mortuo teſtatore pupillus tãtum uixit. quod conſumpſit centum de iſta hæreditate, vel augmentauit eam in centum, certe ſi conſumpſit, hæreditas patris ſufficiebat legatis, quia tempore mortis patris erant in eſſe omnia 400. quæ ſufficiebant legatis detracta tamen falcidia, ſed hæreditas pupilli non ſufficit, propter illam diminutionem, quia ſola 300. ſuperſunt, in hoc caſu ſoluet de ſuo quadrante legata, quæ pater legauit de ſuo patrimonio, i. deſt quia ſubſtitutus ſoluet integra 300. legatariis, & illam diminutionem ex computabit ſibi in falcidiam. & ſic in ſuum quadrantem, vnde in effectu

nihil habebit. Vnde ſoluet legata de ſuo quadrãte, i. de ſua falcidia complebit omnia 300. & ſibi nihil retinebit. Et econuerſo quando eſſet augmentum, ante omnia deducet illud augmentum, & poſtea detrahet falcidiam de 400. & ſic habebit alia centum, & reliqua 300. ſoluet legatariis, & in iſto caſu habet longe plus quam ſit quarta hereditatis. Et ſic patet, quomodo iſta contributio quandoque eſt damnoſa, & quandoque utilis hæredi.

Sequitur quarta pars ibi, nec ad rẽ &cæ. ubi reſpondent tacitæ obiectioni, quæ talis eſt. Subſtitutus per hoc reperitur grauatus in ſecundis tabulis ultra uires hæreditarias, nam in hæreditate pupilli ſunt tantum 300. & ipſe detrahit falcidiam, ut de 400 & ſic tenetur ultra uires, quod non fit ſecundum iſta iura, ut dixi ſup. in §. euidẽtiali, nam deberet detrahere falcidiam de illis 300. quæ reperiuntur in eſſe in hæreditate pupilli. Ad quod reſpondent, quod iſta obiectio non facit ad rem, quia in hac parte iuris, i. in iſta iuris quæſtione legata, quæ in ſecundis tabulis relinquuntur, quaſi in primis ſub conditione relicta intelliguntur. Quod declara. Non obſt. quod ex nullo teſtamento preſtatur ultra uires &c. quia ſubſtitutus non grauatur hic per ſecundas tabulas, nam cum unicum cenſeatur teſtamentum, illa 200. relicta a ſubſtituto, cenſentur relicta in primis tabulis ſub conditione. ſ. ſi filius moriatur in pupillari ætate. Sed per primas non grauatur ultra uires, quia in hæreditate patris erant omnia 400. per ſecundas minime grauatur, quia in eis non ſunt relictas, ſed tantũ in primis ſub conditione iam purificata per mortem pupilli. Sic ergo facta contributione ſoluet legata primarum tabularum, tamquam pura, & ſecundarum tanquam conditionali, purificata conditione, detracta falcidia de omnib. quadringẽtis & ſibi imputatur, quare adiuit hereditatem damnoſam, quia illa centum conſumpta excomputabit ſibi in falcidiam habito reſpectu ad ualorem hæreditatis, qui erat tempore mortis teſtatoris, ut d. l. in quantitate in princ. & l. in ratione. §. incertæ inſr. eo. Iſtud ergo, quod ſoluit ultra uires, uenit contingenter, & non eſt in conſideratione per prædicta.

Expedita poſitione caſus, antequam ueniam ad notabilia Alc. pondero in primis hunc text. ibi, quod vulgo dicitur in teſtamẽto patris & filii &c. ad corroborationẽ eorum, quæ dixi in diuiſione text. quod iuriſconſultus hic non ponit regulam decidendo ſed potius quærendo de effectu ipſius regulæ. Hoc patet, quia alibi iuriſconſultus utitur ſimili dicẽdi modo in quam plurib. locis, ut in l. non ſolum §. quod vulgo. inſr. de uſuca. & in l. 1. §. quod uulgo. inſr. pro hærede, ubi enunciando refert regulam vulgatam, quod nemo poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, ad effectum, ut declaret, quando procedat dicta regula, & tamen ibi non ponitur deciſiue dicta regula, ſed traditur alibi deciſiue, ſ. in le. 3. §. illud. inf. de acqui. poſ. & in l. cum nemo. C. eo. titu. de acquir. poſſe. Et iſta proprie fuit intentio iuriſconſulti hic. ſ. declarare, & quærere, quando procedat, & quem habeat effectum hæc regula uulgaris &c. quæ nõ ponitur hic, ſed alibi, immo multoties aliquid ſolet in iure vulgo dici, & tamen non eſt uerum ſimpliciter. ſed habet maximam reſtrictionem, ut dicit text. in le. quod vulgo, inf. pro empto. iſta. n. ſunt potius uerba narratiua legis, & non diſpoſitiua, a quib. uerbis narratiuis non licet arguere, ut eſt tex. in c. ſi Papa. de priu. li. 6. & gl. & ibi per moder. in le. 1. C. quando non peten. par. & gl. in c. auditis. de elect. & gl. in c. 2. de dolo & contu. li. 6. & Raph. Cu. in l. qui Romæ. §. Callimacus. inf. de uerbo. obli. & Old. in conſ. 258 & Phil. Dec. in conſil. 152. col. 2. & Bart. in l. extat. colu. fin. ſup. quod metus cauſa.

Tanto magis, quia legiſlator quantum ad hanc regulam vulgarem, non complet ſuam orationem, ponendo, ſeu decidendo, ſeu potius quærendo & interrogando, & is qui interrogat, non ponit, nec decidit, ut no. Barto. in l. 1. ſup. de inter. ac. & in l. 2. §. quod obſeruari. colum. 2. Co. de iur. calu. doc. in l. ſi aliquam. in fr. de acquir. poſſeſſ.

Ex his infero ad unum, quod quotidie emergit in practica, nam in iudicio ſolent fieri poſitiones, & interrogationes. Quæ interrogationes fiunt regulariter circa præparatoria iudiciorum, de quibus loquitur totus titulus, & maxime le. ubicunque. & ibi

ſbi Bar. ſup. de inter aa.ſ. ante litem cōte. & etiam in alia parte iudicii, quādo æquitas mouet iudicem, ut no. Spec. in tit. de poſitio. §. 3. Poſitiones uero fiunt poſt litem conteſtatam ad merita cauſę. Modo euenit, ꝙ actor poſt litem conte. ad merita cauſæ facit non nullas interrogationes, ſuper quib. petit interrogari reum ut principalem, quę interrogationes reſpiciunt factum principale ipſius cauſæ, & non facit illas ponendo, ſed interogando, quæro, an reus teneatur illis reſpondere? poſſet aliquis prima facie dicere, ꝙ ſic, quia in quacūque parte iudicii poteſt principalis interrogari, per d. l. ubicunq. Tamen in contrarium eſt ueritas, quia, quando pars uult interrogari facere aduerſarium ſuper principali negocio, poſt litem conte. debet de hoc facere capitulū deciſiuum per modum poſitionis, & non interrogationis, ad hoc, ut ipſemet affirmet, quod ponit, per quam affirmationem poſſet in aliquo reum releuare, alias non tenetur reus reſpōdere. ita tenet Bal. in l. data opera. col. 11. in fi. C. qui accu. non poſſ. & eſt gl. in c. iudicantem. in uer. interrogandi. 30. q. 5. Et iſtud dictum ualde exclamat Pau. de Caſ. quem ibi ſequitur Iaſ. in l. iudices. C. de iud. & dicit, ꝙ pauci hoc ſciunt, & faciet tibi honorem, quando practigabilis, & multotiens uidi aduocatos iuuenes in hoc errare, quia aduerſarius facit iſtas interrogationes, & ipſi non aduertunt opponere cōtra eas.

Secundo ex prędictis infero ad unum aliud magis ſingulare dictum, habemus diſpoſitionem iuris communis traditam in ca. 2 de confeſ. lib. 6. quod is, qui non uult reſpōdere poſitionibus, habetur pro confeſſo, concurrentib. illis de quib. ibi. Et hoc etiam eſt cautum in regno per ritum magnæ curię. in nu. 250. inc. p. Item ſeruat ipſa curia quod ſiquis, &c. Verum in ultima citatione debet inſeri tenor articulorum, & a tali decreto non appellatur, ut ibi habetur. Pone modo quod aliquis facit interrogationes, & non poſitiones, pars eſt contumax, nec aliter opponit, an poſſit haberi pro confeſſa; Dic. ꝙ non per prædicta, ex quo non tenebatur reſpōdere. ita tenet *Bal.* in l. ſicut. in fi. C. de rep. hę. & Pa. de Ca. in l. ſuus. C. eo. ti.

FINIS.

CARMINA DIVERSA EIVSDEM Domini Roberti Marantæ.

Et primo ſuper auth. habita. C. ne filius pro patre.

REGALIS longo proceres examine noſtra
Scrutati inſegnes ambæ diſcentibus iſtud,
Præcipue diuas leges, quærentibus amplum
Præbemus meritum, quo munere gaudeat omnis
Litor, & adueniens illorum nuncius hoſpes.
Omnia tuta colant primum, quibus aurea florent
Gymnaſia. Egregium nobis hoc quippe decenter
Apparuit; Frugi noſtrum nam quiſque diſertis
Motibus auxilium imbutus laudemque meretur.
Hos igitur uolumus exemptos reddere cunctis
Iniurijs, quorum doctrina ingentibus orbis
Luſtratur radijs, ſuperis nobiſque timentes
Subiecti urgentur legum parere miniſtris,
Horum quem minimum miſeret? Virtutis amore
Extorres, quorum cœtus de diuite pauper
Effectus: laqueis ſeſe fatalibus uſque
Expoſuit; uitam per tot diſcrimina rerum
Ducens, atque uiris affectus ſæpè nephandis
Vilibus opprobrijs grauiter, quod nempe ferendum eſt.
Hæc æuo nunquam, quæ ſit peritura futuro,
Sanctio noſtra iubet, nullus ſic protinus audax
Exiliat contra diſcentes, audeat unquam
Nec tales probris ſectari triſtibus ullus:
Non pro cuiuſquam patiantur crimine pœnas,
Sit, licet ille colens eiuſdem mœnia terræ.
Improbus at ſiquis præceptum dogmatis huius
Spreuerit, hic famam turpanti labe notatus
Bis ſubtractarum duplo priuetur, & omni
Officio, faſces nunquam conſpiret ad ullos.
Tum ſi quis litem prædictis ſurgere temptet,
Eligat hoc diſcens: rector ſibi commoda index,
An ue docens dominus, ſeu num prælatus in illa
Iura ferat cauſa, quod ſi temptauerit ullus
Ex his diuerſum cuiquam monſtrare tribunal;
Ob ſcelus hoc proprio fraudetur iure nephandum.

Datum Salerni decimo Kl. martij. x. ind. 1507.

Heu querulum uiduæ carmen mihi contulit aures,
Sis precor, o uidua, longa querela procul
Voce ſonant pueri uiduam, tamen gutture rauco
Conclamant uiduam nocte, dieque ſenes.

Siue domum egrediar, uiduæ ſtat limine cantus:
Quod uiduam repetens me comitatur onus.
Si redeo viduam mi concinit obuius omnis:
Si ſtudeo, viduę dat mihi damna ſonus.
Siue epuler uiduæ turbant mihi fercula uoces:
Seu recumbens uidua ſit mihi rixa quies.
In ſomnis uiduam recolo ſua damna canentem;
Quod iaceat uiduo nocte relicta toro.
Turbarunt uiduæ moduli mea uiſcera tandem:
Non ultra uiduæ carmina ferre queo.
Vrbis (ni uiduę conqueſtus deſinat) huius,
Aut uidua infeſtans ſepta uel ipſe colam.

Datum Salerni xij. Kl. decemb. xj. ind. 1507.

Quod cupis effugit: Fallit ſpes ſępè notata,
Quam nemori nolles naſcitur herba tuo.

Per fin che gl'occhi mei.

Dum lux clara meos nitidos ſeruabit ocellos,
Veſtra erit effigies conſpicienda mihi.
Nec loca delirans unquam diuerſa tuebar.
Artus, dum tenuis fulciet aura meos.
Iam te hilarem ueſtro ſum conſcius ipſe dolore,
Sorte mea, quem fax torruit igne tua.
Degi & ubique tuus uitam ſine fraude fidelis,
Hoc eſt, quod mors ſit non metuenda mihi.
Auratus ſibi crinis adeſt, tu flore puellas
Pręſtas: tu matrem pulchrior ore refers.
Hanc etiam ambirent vrbem, ſimilia centum,
Te magis hic iuuenis nulla venuſta manet.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google